tem: unde flat Eur?: deſcribit. ¶ Iuga ſubdita: Mōtes ſubiectos. ¶ Radiis matutinis: radiis Solis exoriētis. Matuta. n. eadē eē cū Aurora: q antecedit Solē: perhibet: unā matutinus declinat. ¶ Veſper & occiduo: Euro cōtrari? zephyrus: quē Fauonium (q ſatis oibus faueat) latini appellāt: ab occidēte flat. ¶ Proxima ſunt zephyro: Zephyrus uentus eſt occidētalis ἀπὸ τοῦ ζωὴν φέρειν: hoc eſt a ferēda ſalutis omnibus uita. ¶ Scythiam, ſeptemq; triones: Boreas uentus eſt frigidiſſim? flans a ſeptētrione: q latine ab impetuoſo aquilæ uolatu Aquilo nominatur. Boreas autem dictus eſt (ut ſcribit Orion) a ſtrepitu quem efficit: uel (ut alii uolunt) ἀπὸ τῆς βορᾶς: hoc eſt a nutrimento: q corpora maxime nutriat: & ſana faciat. Scythia autem regio eſt ad ſeptentrionem ſita: a Scytha rege denominata. ¶ Septemq; triones: priſca lingua triones boues dicebātur aratorii. Septem autem ſtellæ ita i ea parte cæli ſunt collocatæ: ut plauſtrum cum bobus effingere uideantur: quæ & ſeptentriones uocantur: & illi regioni ſeptentrioni nomen impoſuerunt. Non eſt autem hoc loco Tmeſis: ut quidam putant: qui eam Temeſin imperite uocāt: cū biſyllaba dictio ſit. nō triſyllaba. Sunt eni duę dictiones: quæ iūctæ quidem ſeptentrionis nomen efficiūt. ¶ Horrifer: horrorem ac frigus ferens. ¶ Cōtraria tellus: hoc eſt meridionalis plaga ſeptentrioni contraria. ¶ Pluuio auſtro: Auſter uētus eſt calidus & pluuioſus a meridie flās: qui grçce dicitur notus ἀπὸ τῆς νοτίδος hoc eſt ab humiditate. Auſter autē ab haurīēda aqua latine uocatur. Qui plura de uentis uidere cupit: legat & Vitruuium & Plinium & A. Gelli. & Senecā de quęſtionibus naturalib?: illi nanq; plures uentos cōſtituūt. Cęterum Ouidius Homerum, Virgiliumq; eſt ſecut?: qui ſingulis cæli regionibus ſingulos attribuunt uentos. ¶ Hæc ſuper impoſuit: Aeri inquit quo uenti regnant ſuperipoſitus eſt æther: qui & grauitate & omni perturbatione caret. Vnde Lucanus. Pacē ſūma tenēt. ¶ Liquidum æthera: purū, ab omniq; fece & pturbatione remotum. Aether autē qui ἀπὸ τοῦ αἴθειν: ut quidā putant: hoc eſt ab urēdo. Vt uero ſcribit Ariſtoteles ἀπὸ τοῦ ἀεὶ & θέειν: hoc eſt a ſemper currēdo, deriuatur. Idem eſſe cū cælo a Cicerone perhibetur: i quo ignes formæ curſus determinatos efficiunt. ¶ Vix ita limitibus: cum primū inquit elementa ſic fuere diſtincta: ut ſuperius eſt deſcriptum: ſtellæ quę antea latuerāt: totū cælū illuſtrare cœperūt. ¶ Diſcreuerat: diſtinxerat. Vnde diſcreti hoies a uulgo appellari cœperūt: qui res diligēter diſcernere ſciūt. Deus aūt ſiue melior natura ſub audiat. ¶ Limitibus certis: hoc ē terminis fixis ac immutabilib?. ¶ Sub ipſa maſſa: ſub ipſo aceruo: qd' chaos pſci uocarūt. ¶ Preſſa ſydera. cōpſſa ac coercita: ne ſplēdore

Matuta
zephyrus Fauonius
Boreas
Aquilo
Scytha
Triōes Septentriones
Tmeſis
Auſter
Aether
Diſcernere
Sydera

Sydus

ſuum emittere poſſent. Sydus autem latinum eſt nomen: neqꝫ cum y graeco ſcribendum: ut quidam putãt. Eſt uero ſydus id quod graeci ἄστρον uocant. hoc eſt ſignum ex multis ſtellis compoſitum. Stellæ enim ſunt

Stella

ſingulares ac ſolæ: neqꝫ cũ alijs mixtæ: quæ ἀστέρα a graecis appellantur: ut ſũt planetæ. Sydera uero ex pluribus conſtant ſtellis: ut Aries. Taurus. Corona: ut Macrobius in Somnium Scipionis ſcribit. ¶ Neu regio: Animalibus ita mundi partes fuerunt exornatæ: ut Dij & aſtra cælum tenerent. Piſces Maria ſortirentur: Feræ

Neu

terras occuparent. Volucribus aer ſit aſſignatus. ¶ Neu pro & ne. ¶ Orba: priuata. ¶ Suis animalibus: proprijs: ac ipſi conuenientibus. ¶ Aſtra tenẽt cæleſte ſolum: eorum ſequitur opinionem qui aiunt ſydera & Deos eſſe animalia: propter quod in diffinitione hominis mortale apponitur: ut a ſtellis & dijs quæ ſunt immortalia di-

Homo

Solum

ſtinguatur. Eſt enim homo animal rationale mortale. Solum autem eſt quicquid rem aliquam ſuſtinet. ut nauium, piſciumqꝫ mare dicitur eſſe ſolum. hominũ uero terra, auium aer, ſyderum ac Deorum cælum: Unde & natale ſolum patriam dicimus: & exulem qui ex patria

Exul

ſit expulſus: quaſi extra ſolum ſit eiectus. ¶ Ceſſerũt:

Cedeſ

proprie dixit: hoc eſt in diuiſione obtigerunt. Cedere namqꝫ interdum ſignificat in ius alicuius uenire. ut hoc mihi cedit: id eſt in ius meum tranſit. alias cedere eſt abire & locũ dare. ¶ Nitidis piſcibus: ſplendidis ob aſſiduam lotionem. ¶ Terra feras cœpit: id eſt terra animalia bruta accepit. Feræ enim quamuis proprie pro iis animalibus: quæ feritatẽ habent, accipiantur: ut ſunt Pardi: Leones. Urſi: a poetis tamen frequenter pro om-

Fera

Volucris

Agitabilis

nibus brutis ponuntur. Feræ autem dictæ ſunt qꝫ toto corpore ferantur. ¶ Volucres: Aues a uolando dictæ. Volucris interdum eſt adiectiuum & alatum ſignificat ac uelox. ¶ Agitabilis aeri mobilis qui facile huc atqꝫ illuc impellitur.

LAVI.

Et cum fulminibus facientes frigora uẽtos: Ventos principales deſcribit Ouidius: qui Seruij & Lactantij teſtimonio Aſtrei Titanis & Auroræ fuere filij. hos tradidit. Lactãtius a Iunone ob natũ Epaphũ icitatos i Iouẽ.

Veritas fabulæ

quam ob cauſam & atris ſpeluncis abditi: & ſub Eoli imperio ſunt relegati. Pronapides uero in protocoſmo litigium e cælo deiectum ad inferos deſcendiſſe conuẽtis furijs oraſſe ut uentis quieſcentibus uenena inijcerent. ut furijs agitati Iouis regna inquietarent: & omne cælum terramqꝫ concuterent: & ea cauſa ſub Eoli imperio cauernis recluſos: ſcripſit. Phyſica autem ratio poetico tegitur uelamine: quæ talis eſt. Ventos omnes & ab aſtrigero cælo (quem aſtreum: uniuerſalem cau-

Ventus quid eſt

ſam. mundum hunc inferiorem motu: lumine: & influentia gubernantem poetæ uocant) & in aurora phyſici generari uoluerunt: qꝫ ea hora (nautarum & auctoritate & conſuetudine: qui eo tempore ſublatis anchoris: & naues: & uitam uentorum flaminibus uelíuolo qꝫ mari credunt: & ſuam nauigationem ut plurimũ incipiũt) oriri conſueuerint. Quos in Iouẽ a Iunone armatos ea cauſa cecinere poetæ: quia e terræ (quæ Iuno eſt) antris emitti: & in aerem (quem Iouis nomine accipimus) cum alibi nequeant impingi certum ſit. Eos autem ſub imperio Eoli ſpeluncis clauſos ideo fictum eſt: quia Eolides inſulæ quibus olim præfuit Eolus: a quo & nomen acceperunt: antris ſint refertæ: in quibus notum eſt uentos generari. Ventus enim ex Ariſtotelis i Meteoris ſen-

Ariſto:

Auerro,

tentia: eſt uapor ſiccus a terra reſolutus: cum aliqua uirtute cæleſti compoſitus. Auerro. ait Ventum uaporem eſſe frigidum & ſiccum ex terris & aquis per calorem ſolutum. Dictus eſt autem uentus a uehemẽtia: quæ in illo eſt: qua cælum ac terram conturbat: maria concitat. Sub hoc poeſeos uẽtorum uelamine allegorico ſenſu: pulcherrima continetur Geneſeos hiſtoria. Et enim uenti ſuis flaminibus terrarum orbem concutientes ac Iouis regnum perturbantes & ob eã rem in Eolicis carceribus recluſi. Teterrimos illos ſtygios ſpiritus quorum pars in uindices tartarorum flammas. Pars i hũc aerem caliginoſum ob noſtrum exercitium. ut in carcerem detruſa eſt. non inepte ſignificare poſſunt. Aſtrei uenti finguntur filij. Dæmones & cælo aſtrigero ſunt concreati: & eius qui aſtris imperat creatione: & ſi non culpa ſunt filij: Iob dicente. Affuit etiam Sathan inter filios Dei. In Aurora quodam ſplendore Solẽ præueniente: qui perfecta lux non eſt: uentos uolunt generari. Angeli ſua malitia reprobi effecti i ſplendore gratiæ: qui diem æternæ beatitudinis cum fuerint uiatores præueniebant, ſunt producti: quo ſplendore gratuito ſi bene uſi fuiſſent: illius ſplendidiſſimi Solis lux perfectiſſima: dies noctem non habens: ſummi omnium opificis uiſio beatifica: in eorum intellectu ſuiſſet ſubſecuta. A Iunone (quæ & terra eſt & diuitiarũ Dea) ob natum Epaphum in Iouem uentos animatos finxerunt. Maligni ſpiritus illi: & ab eorum natura quæ terrea: & fragilis ſi diuinæ comparetur dici poteſt: & a ſuæ excellentiæ diuitiis quas ingrati a Deo acceperant: ob Luciferum natum & productum: cuius excellentia cæteris præſtabat: in Deum inſurrexiſſe etiã Eſayæ uaticinio dicuntur. Aſcendam in cælum ſimilis ero altiſſimo. Aeternam ſiquidem felicitatem. quæ ſoli naturæ (cum ſit ipſa felicitas) propria eſt. Ventoſi illi ſpiritus ambitione elati ſine meritis habere uoluerunt. Appetierunt non naturæ diuinæ æqualitatẽ: cum eos maxima ſapientia præditos hoc eſſe impoſſibile non lateret: ſed perfectam beatitudinem diuina gratia & eorum libero arbitrio ad actum meritorium eliciendum minime concurrente: merito: ſolicet non præcedente: ut ſuæ excellentiæ debitam uoluerunt. Unde exploſi e ſumma cælorum arce in tartareas flammas: & in hunc aerem caliginoſum ceciderunt. Diuiſit enim Deus (Moſe ſcribente) Lucem a tenebris, Angelos bonos a malis. Quibus malignis ſpiritibus: ut ſub uentorum uelamine ſcribit Ouidius: ſum-

Ouidius

mus opifex Deus libere aera non permiſit ſuis flaminibus (ut uellent) perturbare. ¶ His quoqꝫ non paſſim mundi fabricator habẽdum Aera permiſit. Homines: ſcilicet uitales aeris auras attrahentes pro uiribus & peruerſa uoluntate infeſtare. Niſi enim uiatores homines in aſſidua cum Dæmonibus pugna diuino fauore ſeruarentur. omnes periclitari neceſſe eſſet. Sed proh dolor nimium uera de infeliciſſima noſtrorum temporum conditione Ouidius tetulit. ¶ Vix nunc reſiſtitur illis: quibus: Dæmonibus omnes mundi ſtatus non tã impugnantibus: imo uerius expugnantibus. Vbiqꝫ enim ambitio. Vbiqꝫ auaritia. Vbiqꝫ ueneree uoluptates. Vbiqꝫ bella. Vbiqꝫ diſcordiæ: & (ut paucis multa comprehendam) totus mundus in maligno poſitus eſt. Sen-

Senſus tropologicus

ſu tropologico Eolus prudentem uirum (cum Eolus & ipſe rex prudentiſſimus extiterit) ſignificat: qui Ventos ſuos regit artibus. in carcere clauſos frenat. Paſſiones: ſcilicet per uentos denotatas appetitus ſenſibilis: & illecebres carnis motus in rationem inſurgentes: quos uir prudens freno liberi arbitrii prudentia & ratione moderatur & regit. ¶ Sed uix reſiſtitur illis: omnes enim carnis deſyderia ſpreto rationis regimine ſequuntur.

Fabulæ

Fabulæ tertiæ primi libri argumētum.

¶ Sanctius &c. Separata erat terra a cæteris elemētis. Sed homo nondū natus ipſius terræ futurus cultor ac dominus. Itaq; prometheus Iapeti filius terrā ibri mol liuit. & ex hac hoiē ad Dei ſilitudinē & imaginē finxit cuius facies nō prona ut cęteroꝝ aialiū eēt ī nō terrā, ſed cælū ſpectaret erecta.

Sanctius his animal: mentiſq; capacius altæ
Deerat adhuc: & qd dominari in cætera poſſet:
Natus homo eſt ſine hunc diuino ſemine fecit



Ille opifex rerum: mundi melioris origo,
Siue recens tellus: ſeductaq; nuper ab alto
Aethere cognati retinebat ſemina cæli.
Quam ſatus Iapeto miſtam fluuialibus undis
Finxit in effigem moderantum cuncta Deorū.
Pronaq; cum ſpectent animalia cætera terram:
Os homini ſublime dedit: cælumq; uidere
Iuſſit: & erectos ad ſydera tollere uultus.
Sic modo: q̄ fuerat rudis: & ſine imagine tellus
Induit ignotas hominum conuerſa figuras

RAph. ¶ SANCTius his ani mal: ultimus aialium hō ex terræ limo ad imaginem & ſimilitudinē Dei fuit creat⁹, ſiue a Deo totius mūdi opificeq; ſ uerū eē oſtat, ſiue a prometheo Iapeti filio. qđ poetæ finxerunt. ¶ Sāctius his aial: Feris. piſcibus. & auibus: nō Diis hoiē ſanctiorē pfectioreq; accipiam⁹. ¶ Altę mētis: pfundę memorię: magniq; ingenii. ¶ Et qd dn̄ari in cętera poſſet: qđ i reliq̄ ipertum hret. oia. n. ptāti hois Deus ſubiecit. ¶ Ille opifex reꝝ: piphraſis ē Dei. nā De⁹ reꝝ oium ē auctor. ¶ Seducta, ſepata. ¶ Cognati cęli: ſimſ nati. Nā terra una cum cælo ex illo aceruo quod chaos uocarunt: orta eſſe perhibet. ¶ Quam ſatus Iapeto: hoc eſt prometheus Iapeti filius: Qui ſi fuerīt hoies, falſum eſt hoiem primum a Prometheo ex terra cum aq̄ cōmixta fuiſſe formatum. Sed cū fabula ſit, minime mirandū eſt ſi lōge a ueritate abeſt. ¶ Finxit: forma uit. ¶ In effigiem: in ſilitudinē & iaginē. ¶ Moderātū: regētiū & gubernātiū. ¶ Pronaq; cū ſpectēt, colligit hominē ad iaginē & ſilitudinē Dei fuiſſe creatū. cū. n. alia aialia curua ſint in terrā: hō ſolus ore ſublimi ad cælūq; erecto pditus eſt: ut Deū ad cuius effigiē creat⁹ eſt aſſidue cōtēplet: & cęlū (unde originē traxit) intueaſ. Videtur āt poeta ex ſcdo Cicerōis de Natura Deoꝝ uolumine hī ſumpſiſſe. Ita nāq; illic ē ſcriptū. Ad hāc puidentiā naturę tā diligētē: tāq; ſolertē q̄ adiungi multa poſſunt: ex qbus intelligaſ: q̄tæ res hoibus a Diis q̄q; eximiæ tributæ ſint: qui primū eos humo excitatos celſos & rectos cōſtituit: ut Deoꝝ cognitionē cęlū intuentes capere poſſet. Sūt. n. ex terra hoies nō ut incolæ & habitatores: ſed q̄ſi ſpectatores ſuperaꝝ reꝝ atq; cæleſtiū: quaꝝ ſpectaculū ad nullū aliđ gen⁹ animātiū ptinet. ¶ Cęlūq; uidere iuſſit: ſic Cicero in legibus. Cū cætera animātia abiecīſſet ad paſtū: ſolū hoiem erexit ad cæli cognitionē ¶ Sic mō: hoc inquit modo terra: & ex illa reꝝ cōgerie fuit educta: & hoies antea ſibi ignotos accepit: ex quorū uariis moribus quatuor diſtinctæ ſunt ætates: quçe metalloꝝ noib⁹ fuerūt appellatę. ¶ Sic mō: nuper. paulo āte. ¶ Sine imagine: ſine forma & facie. ¶ Induit: accepit. ¶ Conuerſa: in figurā eam quam hēt cōmutata.

Effigies

Modo

LAVI. SAnctius his animal mentiſq; capacius altę. Ouidius pfecto iam mūdo & uniuerſis animalibus figuratis: ut in domū cōpaginatā habitatorē itroduceret: eum cuius grā oia corpora creata fuerant: hominem ex luto a Prometheo ad imaginem dei ſcḋm deſcribit. Fuit āt Prometheus (Varro. teſtimonio) Iapeti ex Aſia nympha filius q primus hoiem ex limo terræ effinxit. Et ut Seruius & Fulgentius addunt: cū ex luto hoiem inanimatū finxiſſet: miratā eius eximiū opus Mineruā: eiq; ſpopōdiſſe qcqd ex cæleſtibus bōis uellet i perfectionē opis: ſuitq; qui cū rñdiſſet ſe neſciret niſi uideret q̄ apđ ſupos ſibi eſſent utilia: ab ea eleuatus in cælū eſt: ubi cū cerneret cæleſtia oia flāmis animata: ut ſuo etiam operi flāmā imitteret: clam ferulam rotis Phœbi admouit: & ea accenſa ignem furatus reportauit in terras: & pectuſculo ficti hominis applicuit: & ſic animatum reddidit: eumq; Pādora uocauit. Quamobrem irati Dei eū p Mercuriū Caucaſo alligari fecerunt: & aquilæ cor eius dilaniādū perpetuo dederunt: hoibus uero (Heſio. teſte) morbos immiſerūt. Veritas fuit q cū Prometheo Iapeti pr̄is (eo q natu maior eēt) ſucceſſio deberet. dulcedie ſtudioꝝ tractus ultro illā Epimetheo fr̄i reliquēs i Aſſyriā abiit: & cū aliq̄diu i ſignes eo cuo audiuiſſet, Caldeoſ i uerticē caucaſi ſeceſſit. ex quo lōga meditatiōe & experiētia pcepto aſtroꝝ curſu: naturiſq; fulminū ad aſſyrios rediēs: eos aſtrologiā docuit: & ciuilib⁹ morib⁹ iſtituit: ut quos rudes & ritu feraꝝ uiuētes iuenerat: q̄ſi de nouo cōpoſitos ciuiles effecerit hoies. Lactā. ait illū pmū ſimulacrū hois feciſſe. Pli. ſcribit e ſilice pmū ignē excudiſſe. Nōnulli ſcribūt primū cibos igne decoquēdos docuiſſe: uñ pp crapulā m̄ti perierūt: & in uarios morbos icidere, q̄ oia fabulę locū dederūt. Sub hac Promethei fabula Oui. de pductiōe hois ad imaginē & ſilitudinē Dei: geneſeos texuit hiſtoriā: nec res eū fefellit: ſ; nomē artificis: cuius iterptationē uideamus. Deo ēt cōuenire dephendem⁹. Prometheus. n. puidū ſignificat: q̄lē Deū optimū maximū eē credimus: cuius puidētia cūcta moderaſ: q hoiē futuꝝ ſuæ gloriæ pticipē ex terræ limo effinxit: animā rationalē trinitatis imagine inſignitam: æternę beatitudinis capacem. qua uiueret, infudit. Cui

Prometheι fabula.

Lactantius

Plinius

Senſus allegoricus.

Aurea prima ſata eſt ætas:quæ uindice nullo
Sponte ſua ſine lege fidem:rectumq́ colebat.
Pœna metuſq́ aberát:nec uerba minantia fixo
Aere ligabantur.nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui:ſed erant ſine iudice tuti.
Nondum cæſa ſuis peregrinum ut uiſeret orbé:
Montibus:in liquidas pinus deſcéderat undas.
Nullaq́ mortales præter ſua littora norant.
Nondú præcipites cingebantoppida foſſæ.
Non tuba directi:non æris cornua flexi:
Non galeæ.non enſis erat:ſine militis uſu
Mollia ſecuræ peragebant otia gentes.
Ipſa quoq́ immunis:raſtroq́ intacta:nec ullis
Saucia uomeribus per ſe dabat omnia tellus.
Contentiq́ cibis nullo cogente creatis
Arbuteos fœtus:montanaq́ fraga legebant:
Cornaq́:& in duris hærentia mora rubetis:
Et quæ deciderant patula Iouis arbore gládes.
Ver erat æternum:placidiq́ tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos ſine ſemine flores.
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouatus ager grauidis canebat ariſtis.
Flumina iam lactis:iam flumina nectaris ibát.
Flauaq́ de uiridi ſtillabant illicę mella.

(teſte Lactantio)ſtatus rectus:ſublimis uultus ab artifice Deo datus eſt.Spectare enim cęlum nos Deus uoluit:ut ipſum(cuius illa ſedes eſt)quoniam oculis non poſſumus animo contemplemur.Hominem igitur ex humo ſubleuatum(cæterorũ animalium pronis in terram corporibus)ad cõtemplationem ſui artificis Deus erexit:quod optime ingenioſus poeta Ouidius ſignificauit. ¶ Pronaq́ cũ ſpectẽt animalia cætera terram.Os homini ſublime dedit:cælũq́ uidere Iuſſit:& erectos ad ſydera tollere uultus. Hunc utiq́ Antropõ græci appellauerũt:q ſurſuz ſpectet.Ipſi ergo ſibi renunciãt:ſeq́ hoium noie abdicanuz nõ ſurſum aſpiciunt ſed deorſum : Eſt añt peſſimum cum ratio corporis recta ſit:quod ẽ tẽporale:ipſum uero animũ q ſit æternus humilẽ fieri.cũ figuras & ſtatus nihil aliud ſignificãt. niſi mentem hominis eo ſpectare oportere:quo uultum & aium tam rectuz eſſe debere q̃ corpus:ut id & cui dominari debet imitetur.Verum homines & nominis ſui & rationis obliti:oculos ſuos ab alto deiiciunt:ſoloq́ defigũt. quaſi eos pœniteat hoies & nõ belluas eſſe natos:O crudeliora feris immaniſſimis hoium genera pecudũ uitam imitãtia.ad uos ipſos redite:dignitaté ueſtrã aio reuoluite quãta beneficiorũ copia aia ueſtra(cuius iperio & corporis ſeruitio uiuẽtes uti deberetis)a ſũmo omniũ opifice donata ſit,perpẽdite.Ipſi corpus organicũ mirabili opificio extructũ ſenſibus copulauit.Ipſi cælos & ſydera:elemẽtaq́ oĩa & ex illis cõpoſita ſeruiᷓ iuſſit.Ipſi angelos ad cuſtodiam deputauit. Ipſi leges & ꝓcepta bñ beateq́ uiuẽdi inſtituit.Et cũ nec ſic ſuũ creatorẽ agnoſceret:miſit unigenitũ filiũ ſuũ:qui uiam ueritatis illam doceret:qui errãtem ad uitę ſemitã reduceret:q denique illã ſanguine ſuo ꝓtioſo redimeret. Quid igitᷓ o belluarũ more uiuentes tã egregiã .tã inſignẽ.tã præclarã. taz denique Deo charã creaturã ad imaginẽ & ſuã ſimilitudinẽ formatã peccatorũ labe deturpatis:& rebus quoruz ſeruitio uti deberet ſeruire ueſtra uitę turpitudine cogitis? Expergiſcimini aliqñ & uos hoies ñ belluas a Deo productos memorate:ad ſydera uultus erectos tollite: illic aſpirate:totiſq́ uirib⁹ bñ beateq́ uiuẽdo tẽdite.Sẽſu tropologico hic prometheus quẽ maiores nr̃i eximiũ ſapiẽtiæ fuiſſe doctorẽ ſcripſere:diuini uerbi declamatorẽ ſignificaᷓ põtq́ ſua & ſapiẽtia & eloquentia :hoies peccatorũ luto deturpatos reformat.Prometheus a Minerua duct⁹ eſt i cęlũ.prudẽs declamator ſapiã duce p uitæ cõuerſationẽ(quę cęleſtis eẽ debet)& p ſpeculationẽ aſcẽdit in perfectionis locũ.A Solis rota furatus eſt ignem prometheus.Declamator a Deo omnis ſapiẽtię fonte:qui uerus eſt Sol illuminans omnẽ hominem uenientem in hunc mundum:cuius æternitatem per totã non habẽtem principium neq́ finem accipim⁹:doctrinæ claritatẽ habet.Hãc flammã prometheus pectori luteri hois adhibẽs ipm aiauit.Declamator doctrina ſapiẽtię a Deo acceptę:i peccatis ſopitã aiaz excitat.& declamationibus ſuis ex luteis hoibus ciuiles facit moribus:ſcientia & uirtutibus inſignes:qui tũc uiuere dicuntur cuz ex peccatoribus iuſti:ex brutis rationales efficiũtur.

Fabulæ quartæ primi libri argomẽtũ.

¶ AVREa &c.Ex quo chaos tenebroſuz intecta luce diſcuſſuz ẽ:& diſcretis elemẽtis faciẽ hãc taz clarã mũd⁹ accepit: deinceps quaſi i ætates q̃dã in ſecula q̃tuor diſtributũ ẽ:hoc eſt aureũ & argẽteũ:æreũ & ferreũ: qbus pro qualitate ſui aſcripta ſunt noia.Nã aureũ ſeculũ dictũ eſt:q ſaturno regnãte oium rerũ erat plena trãquillitas:non furor ſęuiebat armorũ.nõ auaritia hominum fluctibus cõmiſerat uitã:& ceſſantibus raſtris inarata grauidas fruges terra ꝓmebat:ocioſa erat ac ſecura uita mortalib⁹:ac ſine uiciſſitudine tꝑm:continua ueris grã ſruebant.Deinde ſm ſeculũ in argenteũ ab aureo colore migrauit:tũ ꝓmũ & æſtus ardẽtior cęli:& grauiora frigora icubuerũt mortalibus.Tũc meditata domorũ tutiora ſecreta. Antea.n.aut i antris habitabãt:aut icolebãt fruteta ſiluaſq́. Semina ẽt tũ ꝓmũ ſulcis cœpere cõmitti:cũ iã terra ſolita hoibus denegaret alimẽta.Tertiuz ſeculũ ſucceſſit æreũ argẽto iã durius:cœpere hoies iuerecundius uiuere.Nã cupiditate habendi auaritia cũ pfidia exorta ẽ:inde mare peruiũ factũ dũ diuitiæ requirunt.Terra quoq́ antea cũctis cõis limitib⁹ terminis diſcreta:& i uenis eius nõ ſolũ frumẽta q̃ſita ſunt:ſed metalla iuẽta crepuerũt.Quartum ſeculum ferreum:a rigore dictũ eſt. q in tantã rabiem furoris erupit:ut omnia ſcelera cupiditatis excelleret.Nã ab odioſa uita & inſanientis auaritiæ craſſationibus:ad parricidia uſq́ peruentũ eſt.

¶ AVREa prima ſata ẽ ætas.ex uariis hoium morib⁹ quatuor ætates effectæ uidenᷓ/qbus ꝓ morũ qualitate a metallis noia ipoſita fuere.Prima nãq́ aurea fuit appellata:q optimis moribus illo tẽpoᷓ quo Saturnus regnauit,hoies floruerint. Secũda argẽtea:q quo tpe cœpit regnare Iuppiter,in uitia hoies inclinare cœperunt. Tertia ærea,quã bella occuparũt.Quarta ferrea : q in ea a nullo crudelitatis gñe ſe hoies abſtiere cõſtat. ¶ Sata:ſeminata:ac ex moribus hoium effecta: ¶ Quæ uindice nullo:hoc ẽ punitore & caſtigatore. ¶ Rectũq́: bonũ ac uirtutes. ¶ Nec uerba minãtia:periphraſis ẽ legũ atq́ edictorũ.quę i æs inciſa:ut ab oibus legi poſſẽt:

publicus

Aurea ætas

Antropon.

LActãtius

Senſus tropologicus

RAph

Videx

publicis parietibus affigebant. ¶ Nec ſupplex turba. nã
aureæ ætatis tẽpore nullus erat iudex: cum oẽs eſſent
primũ capitis iudiciũ — pares ac ſponte recte agerent. Primum autẽ capitis iu
dicium in Areopago actũ fuiſſe Plinius in ſeptimo na
turalis hiſtoriæ narrat. ¶ Ora: Facies & uultũ. ¶ Tuti:
ſecuri: & ab omni iniuria remoti. ¶ Nondum cæſa ſuis:
autẽ inquit nemo ad nauigandũ naues fabricatus eſt:
Vnuſquiſq; n. ſuis locis cõtentus erat. primus uero Da
naus ex Aegypto in Græciam aduectus eẽ naui ſcribit
Ante. n. ratibus nauigabatur in rubro mari ab Erythra
rege inuentis. Reperiunt tamen q Myſos & Troianos
priores illas excogitaſſe in Helleſponto putent. cũ tran
Orbis terræ — ſirent aduerſus Thraces. ¶ Peregrinũ orbem: hoc eſt
alienas terras. Totũ. n. pro parte p ſynegdochẽ poſitũ
eſt. Nã orbis pro tota ponit terra. Vnde ẽt orbẽ terrarũ
dicere ſolemus. peregrina autẽ terra dr̃ in qua quis pe
peregrinus — ragrat: qui in ea nõ ſit natus. peregrinus nãq; dr̃ q alie
na loca peragrat. ¶ Viſeret. ad uidendum iret. ¶ Pin⁹:
Viſere — Arbor. Speciem enim pro genere frequenter ponunt
pinus — poetæ. Eſt aũt pinus: q & picea dr̃: arbor montana ex
qua naues cõficiuntur. ¶ Mortales: Hoies. ¶ Nondum
præcipites. nulla tunc inquit oppida erant. Primi uero
Aegyptii oppidũ Dioſpolin ædificaſſe narrant. In græ
cia aũt Cæcrops oppidũ a ſe Cęcropiã appellauit: quę
Oppidũ — nũc eſt arx Athenis. Aliqui Argos a phoroneo rege an
te conditũ uolunt: quidã & Sicyonem. Oppidũ autẽ ab
ope danda appellatum eſſe ſcribit pompeius: q i belli
Pręcepſ — periculis oppidanis opem ferat. ¶ Præcipites: altę. Vn
Tuba — de ſe quis pręcipitẽ dare põt. ¶ Nõ tuba directi: nulla
Buccina — tunc ingt bellica inſtrũa in uſu erant. Nã tubas: buccinas
Cornu — & cornua ut Vegetius ſcribit in exercitu habebant Ro
mani. Tuba uero quæ directa eſt uocat. Buccina quæ
in ſemetipſam æreo circulo flectitur. Cornu quod ex
Lituus — uris agreſtibus argento nexum tẽperatũ arte: & ſpiritu
canẽtis flatu ſonitũ emittit. Tubę aũt æreæ inuẽtor om
niũ primus piſeus Tyrrhenus fuiſſe a plinio ſcribitur.
Galea — ¶ Non æris cornua flexi: periphraſis eſt litui. Nam litu⁹
tuba eſt iflexa: & uirga qua augures tẽplũ deſignabãt.
¶ Nõ galeæ: nõ enis erat: galea tegmẽ ẽ capitis ferreũ.
Miles — Galeã uero: gladiũ qui & enſis dr̃. & haſtã Lacedęmõii
inueniſſe tradũt. ¶ Sine militis uſu: ſine militis opa: hoc
eſt ſine bello & prælus. primi aũt Afri prælium contra
Aegyptios fecere fuſtibus: quos phalangas uocant. Mi
les autem dictus eſt a mille: ut Eutropius ſcribit: q cum
Romulus initio mille ex populo delectos armaſſet: a
numero milites appellauit. Vel q minime mollis: κ ἀπὸ
τοῦ κακοῦ; ut ait Donatus. ¶ Mollia otia: ſuauia & deli
cata ab effectu: q molles: mites: ac delicatos homines
reddunt. ¶ Peragebant: exigebant uſque ad uitæ finẽ.
Immũis — ¶ Ipſa quoque immunis. Terra inquit ſine ullo cultu
omnia uictui aialiũ neceſſa ita abũde ſuppeditabat. Im
munis: aut a cultura: ut dicimus aliquẽ ab officiis ciuili
Raſtrũ — bus imunem: aut ſine ullo ſeminũ munere. Semina. n. q
terræ cõmittunt: munera in ipſam collata uident. ¶ Ra
ſtro: ligone. ſarculo. Eſt. n. inſtrũ ad excolẽdã terrã accõ
modatũ. ¶ Saucia: uulnerata. Cũ. n. terra pſcindit ara
tris: maxima tum uulnera pati uidet. ¶ Nullo cogente:
Arbut⁹ — nullo colente agros. Qui. n. agros colit: cogere ipſos ui
detur: ut fructus emittant. ¶ Arbuteos fœtus. fructus
Vnedo — arbuti: q eſt arbor admodũ humilis poma ferẽs rubicũ
da. paulo fragis maiora: q & arbuta & unedones uocãt
ab uno edẽdo. Sũt. n. guſtu inſucũda. ut Pli. ait. ¶ Mon
tanaq; fraga: ſperite. nã in montibus fraga rubicũda ex
Fragũ — herbulis colligunt. Virgilius. Et humi naſcentia fraga.
Cornũ — ¶ Cornaq;: poma ſunt rubicunda: quæ & propter nu
deorũ duritiẽ lapidoſa a Virgilio dicũt. Lapidoſaq; cor

na. ¶ Mora: poma quæ in rubis naſcẽtia ſunt nigra: un — Morũ
de & nomẽ. Maurũ nãq; ſignificat nigrũ. Quæ uero in
arbore naſcũt ante mortẽ Thiſbes alba fuiſſe dñr. ¶ In
duris rubetis: aſperis & ſpinoſis. Rubetũ autẽ dr̃ locus — Rubetũ
rubis & ſpinis cõſitus: ut oliuetũ oliuis. Rubeta uero eſt — Rubeta
rana pſtentiſſimi ueneni: in rubetis uiuens: unũ & nomen
accepit. ¶ Et quæ deciderãt: Glandibus quoq; iquit q
ex quercubus arboribus Ioui dicatis cadebant: ueſcebã
tur illi hoies primi. ¶ Ver erat æternũ: nullæ tunc ingt
erãt nationes tẽporũ: ſed Zephyri aſſidue flantes: ſine
ullo ſemine naſcentes ſic fouebãt flores: ut uer ſemper
eſſe uideretur. zephyrũ ãt in cã eſſe ut flores naſcãtur
auctor eſt Catullus: & ante illũ Heſiodus. cuius uerſus
ſic uertit. Aura parit flores tepidi fœcũda Fauonis. Nã — Aura
zephyrus: ut diximus: latine Fauonius appellat. Aura
autẽ eſt tenuiſſimus uenti flatus ab aere acutiſſimo per
coagmentationẽ dicta. ¶ Mulcebãt: lenieba̅t: fouebãt: — Mulceõ
ut nimio neq; calore neq; frigore areſcerẽt. ¶ Mox etiã
fruges tellus: Fruges dicunt oẽs fructus quicunq; e ter — Fruges
ra naſcuntur: in qbus poma quoq; cõnumerant. Vñ & ar
bores frugiferæ a Plinio uocãt. ¶ Nec renouatus ager:
tunc minime opus erat agros renouare, cũ ſingulis qui
buſq; annis ſine ullo cultu frumẽta ferrẽt. Eſt aũt noua
lis periphraſis: Nouale. n. ſiue noualis (Vtroq; enim mõ — Noualis
dicit) aruum eſt qđ alternis annis ſeritur: ut plinius ſcri
bit. ¶ Canebat: caneſcebat: & canus fiebat. Nã agri fru — Caneõ
mentis maturis quodãmodo caneſcere uident. ¶ Gra
uidis ariſtis: plenis granorũ ſpicis. Ariſtas enim: quę ſũt
partes ſpicæ primũ areſcentes (unde & nomen ſumpſe
runt) pro ipſis ſpicis poſuit. ¶ Iã flumina Nectaris ibãt:
Nectar potio Deorũ eſt ſuauiſſima. Dictum q qui il — Ariſta
lud bibit i iuuenili ætate contineat: quaſi neoectar κα
τὰ τὶ φρᾶσιν ἀπὸ τὸ νέον καὶ τὸ ἔχω: quod eſt iuuenes
cõtineo: & p ſyncopã nectar. Vnde & Hebe Dea iuuẽ — Nectar
tæ ipſum miniſtrare ferẽ. ¶ Flaua mella: a colore dicũt.
Flauus aũt color (ut ingt Gellius) ex uiridi albo & ruffo — Flauus
conſtat. ¶ Stillabant, guttatim cadebant. ¶ De uiridi il
lice: ſpeciem pro genere poſuit. Nam illicem pro omni
arbore accipimus. Tametſi illicem pro quercu uidetur — Stillare
potius poſuiſſe. Nã mellis ros maxime illius arboris frõ
dibus: etiam ab Heſiodo iſidere perhibetur. Vnde Vir
gilius. Et duræ quercus ſtillabunt roſida mella. Illex ãt
arbor eſt glandifera Ioui cõſecrata. Ea uero enumerat — Illex
poeta: quibus primi illi homines uitam fœlicem uiue
bant. ¶ Poſtq Saturno: Aureæ ætati qua ſaturnus re
gnauit, ſubnectitur argentea: in qua regnauit iuppiter:
quæ ut aurea deterior, ſic eſt ænea melior. primus aũt
omnium Iuppiter uer illud aureæ ætatis perpetuũ in
quotuor tempora commutauit: Ver. Aeſtatem: Autum
num. Hyemẽ. tumq; primũ colores atq; frigora aerem
infeſtare cœperunt: ideoq; homines antra & ſpeluncas
pro domibus habitare, atq; agros colere coacti ſunt.

AVrea prima ſata ẽ ætas. q uindice nullo &c. — LAVI.
primi hũanæ generationis parentis ut cũq;
deſcripta p ductione ętatẽ auream (quam
innocẽtiæ dicere poſſumus) exequẽs Ouid.
& Adæ i eo ſtatu dignitatẽ & loci amœni
tatẽ ingenioſiſſime deſcribit. Videt ãt i hac q̃tuor ętatũ
per metallorũ uarias ſpecies ſignatarũ elucidatione: ad
illud quod de ſtatua ab aſſyriorũ rege inter ſomnian
dũ uiſa: in prophetico Danielis uolumine legimus allu — Daniel
dere, cuius caput aureum: pectus & brachia argentea,
Venter & femora ex æreis: tibiæ ferreæ referuntur. Ca
put autem aureum: primi parentis autem peccatum
aptiſſime ſignificat conditionem. In ea ſiquidem aurea
ætate (quæ ab auro metallorum precioſiſſimo nomen

Poſtq̄ Saturno tenebroſa in tartara miſſo:
Sub Ioue mundus erat: ſubiitq; argentea proles
Auro deterior: fuluo pretioſior ære:
Iuppiter antiqui contraxit tempora ueris.

accepit) tanta erat adæ a qua ſua culpa cecidit dignitas:
ut iuſtitiæ originalis dono gratuito: & corpus animæ:
& anima Deo pleniſſime obediret. Non potentiæ ſenſi
tiuæ effectus in rationem inſurgeret: non ignorantiæ
tenebris obuolutus intellectus: in errores induceretur: nõ
deprauata uoluntas: ad malũ prona eẽt. Vita libera nul
la ſeruitus. dolor nullus,
ſenectus nulla: mortis an
xietas nõ appetebat. præ
clariſſima etenim Aure
Augu/ lii Auguſtini in eis libris:
ſtinus quos de ciuitate Dei in
ſcripſit ſnia. Viuebat hõ
i paradiſo ſicut uolebat
q̄diu hoc uolebat: quod Deus iuſſerat. Viuebat fruens
Deo: ex quo bono bonus erat. Viuebat ſine ulla egeſta
te. ita ſemp uiuere habens in poteſtate. Cib⁹ aderat ne
eſuriret: potus ne ſitiret: lignũ uitæ ne illũ ſenecta diſ
ſolueret. Nihil corruptionis in corpore. Nihil ex corpore.
Vllas moleſtias ullis eius ſenſibus ingerebat. Nullus in
trinſec⁹ morbus. Nullus ictus metuebatur extrinſecus.
Summa in carne ſanitas: erat in animo tranquillitas. Si
cut in paradiſo nullus æſtus aut frigus: ſic in eius habi
tatore: nulla ex cupiditate uel timore. accedebat bonæ
uoluntatis offenſio. Nihil omnino triſte. Nihil erat ina
niter lætũ. O uere aureum ſeculũ. O q̄ felix & beata illa
innocẽtiæ ætas dici poterat: O ingratũ Adam: qui ſuo ar
bitrio tantę grãæ excellentiã perdidit. Innocẽtiã ſcilicet.
& innocentiæ dona gratuita: quæ Ouidius ingenioſiſſi
mo carmine poetico more tetigit. Aurea prima ſata
eſt ętas: quæ uindice nullo: Sponte ſua ſine lege fidẽ re
ctumq; colebat. Pœna metuſq; aberant. Quid uerius?
quid fidei nr̃æ magis cõſentaneum Ethnic⁹ hic de ſta
tu innocẽtiæ referre potuiſſet? Summus ſi quidẽ rerũ om
niũ opifex hoĩem quẽ creauit (ſacro teſtãte eloquio) &
gratia donauit: & in manu cõſilii ſui. liberi ſcilicet arbi
Ecclẽſi. trii reliq̃t: cui nec ſcriptis legibus ad bene beateq; uiuẽ
dum opus erat: cum & quid agendũ eſſet eum ſapiẽtia
infuſa præditum nõ lateret: & rectus a Deo: ſapiẽtiſſi
Salo/ mi Salomonis teſtimonio: cõditus fuiſſet. Doctiſſime
mon igit Ouidi⁹ cecinit. Spõte ſua ſine lege fidẽ rectũq; cole
bat. Locũ autẽ ſtatui naturæ integræ cõuenientẽ Moſes
deſcribẽs dixit. Plantauerat aũt dominus Deus paradi
ſum uoluptatis (hortũ deliciaꝝ ſcilicet & amœniſſimũ
& fœcundiſſimũ ex omni genere ligni arborũq; cõſitũ)
a principio in quo primũ parẽtẽ: ut ex arboꝝ fructibus
aleretur: experſq; oĩum laboꝝ Deo patri ſũma deuo
tione ſeruiret: poſuerat. Cui in ſopore immiſſo ex eius
coſta fœminam ipſius hominis effigiẽ cõfigurauit: ut
duo inter ſe permixti ſexus propagare ſobolẽ poſſent
& oẽm terram multitudine cõplere: quibus mandata
dederat: quæ ſi obſeruaſſẽt imortales manerent: trans
grediẽdo morte afficerentur. Viuebãt itaq; ex arboꝝ
fructibus: Moſe ſcribẽte. Ex omni ligno paradiſi come
de. Huic ſententiæ Ouidius alludit. Cõtentiq; cibis
nullo cogente creatis: Arbuteos fœtus montanaq; fra
ga legebant. ℣ Mõtana fraga: forſitan illud explicare
Oui/ uoluit q Moſes ſcripſerat. Ecce dedi uobis oẽm herbã
dius afferentẽ ſemen ſuper terrã: & uniuerſa ligna quæ ha
Gene bẽt in ſemetipſis ſementẽ generis ſui: ut ſint uobis in
ſis prio eſcam. Moſes & ibi deliciaꝝ horti aeris temperiẽ & fon
capitu. tium ubertatẽ innuit. Flumina egrediebant̃ de loco uo
luptatis ad irrigandam paradiſum. Si loc⁹ uoluptatis
erat ille deliciaꝝ hortus: ibi nec hyemis horrida glacies
nec æſtatis torridæ nimius calor: nec inſtabilitas auiũ
ꝯ non enim frigori. non humiditati. non ſiccitati. non
calliditati: obnoxius erat ille locus: ſed ſibi continua etiã
ex Ouidii ſentẽtia erat temperies. ℣ Ver erat æternũ
placidiq; tepentib⁹ auris Mulcebãt Zephiri. natos ſine
ſemine flores. Videte obſecro: qd ſibi uelit natos ſine
ſemine flores. Noſtræ profecto fidei cõſentaneam Oui
dius retulit ſentẽtiam. Moſe ſiquidem ſcribente. pro
tulit terra herbã uirentẽ
& facientẽ ſemẽ iuxta ge
nus ſuũ. an ex ſeminib⁹
uirentes herbas: ſementis
floribus. ſ. decoratas: ter
ra pduxerit? Minime. il
le ſi q̃dẽ herbæ p creatio
nẽ pcedẽtes. priores ex
quarum ſemine naſcerent̃ nõ habuerunt: cũ primæ &
floribus & fructu ornatæ fuerint: Natos igitur ſine ſe
mine flores Ouidius igenioſiſſime ſcripſit. Flumina etiã
(ut ſacra edocet hiſtoria) egrediebãtur de loco uolupta
tis. Quod Ouidius ſignificare uoluit eo carmie. Flumi
na iam lactis: flumina nectaris ibant. Quid aliud dicer̃
uoluit niſi illud. Dabo uobis terram lacte & melle ma
nantem? Et ut omnem dulcedinem ac felicitatem illius
ætatis aureæ uno carmine explicaret: ſubiũxit. Flauaq;
de uiridi ſtillabant ilice mella.

Fabulæ quintæ primi libri argumentum.

℄POSTq̄ &c. Cum Saturno aureĩ ſeculi rectore cæli LActã
arce deiecto teneret Iuppiter mundũ: ſic ipſe mundus: tius
quatuor ac diuerſa tempora coartauimus uer quod fue
rat ante unũ ſemper ad ſerenã trãquillitatẽ cõtinuũ: in
partẽ anni quartam & anguſtiſſimũ coegerit tempus: ut
huic ſuccederet ardor æſtatis: & tertio ſequeretur au
tumni infida temperies: & poſt hæc totus annus rigida
hyeme clauderetur: quæ quatuor tẽpora ueris exordio
qualitatem imitarentur: & ordinem ſeculorum.

℄POSTq̄ Saturno: hoc eſt poſtq̄ mortuus ẽ ſaturn⁹: RAph.
Nam illi miſſi in tartara dicuntur qui moriuntur. Satur Satur
nus uero Vrani & Veſtæ filius auxilio Titanum fretus nus
cum Ioue filio imperium orbis occupare congreſſus ab
illoq; Cretæ regno pulſus ad Ianum italiæ regem con
fugit: a quo benigne ſuſceptus, & in partẽ regni admiſ
ſus: urbem cõdidit in his locis: ubi nunc eſt Roma: quã
de ſuo nomine Saturniam appellauit. Loca ſane edita
uocari Saturnia in Sicilia pſertim & Italia Diodorus Satur
ſcribit. Eo qd Saturnus urbium arces locaq; munitio nia
ra apud omnes occuparit. Saturn⁹ autem eſt appella
tus: ut Cicero ſcribit: quod ſaturetur annis. ex ſe enim
natos idcirco comediſſe fingitur: quia conſumit ætas
temporum ſpatia annisq; prætentis inſaturabiliter ex
pletur. Saturno autem Ianus qui cum eo regnauit:
cum ſubito nõ comparauiſſet: Saturnalia excogitauit:
ac primum terrarum omnẽ ditioni ſuæ parentem Satur
niam nominauit. Aram deinde illi & ſacra tanquam Satur
Deo condidit: quę Saturnalia uocauit. obſeruar̃ igitur nalia
eum iuſſit maieſtate religionis quaſi uitæ melioris au
ctorem. Simulacrum eius indicio eſt: cui falcem iſigne
meſſis adiecit. Hæc & multo plura de ſaturno Macro
bius. Eorum autem ſequitur opinionem poetaꝝ autr̃
Saturnum a Ioue filio regno fuiſſe pulſum: & apud iſe
ros relegatum. ℣ Tenebroſa in tartara: tenebraꝝ ple
na. Tartarus locus eſt apud inferos pfundiſſimus. Di Tarta
ctus παρὰ τὸ συνταράχθαι: quod in ipſo conturba rus
ta & confuſa ſint omnia. Innuit autem Saturnũ regem
fuiſſe Cretæ: eoq; mortuũ & ad iferos detruſũ. ℣ Sub
Ioue mundus erat: ſub iperio Iouis: qui filius ſaturni &
Opis fuiſſe ac eodem ptu cũ Iunone editus phibet. A
nymphis ãt educatus cũ adoleuiſſet: contra Titanas ob

captos

Iuppiter

captos parentes bellũ geſſit, illoſq; liberauit. patrẽ deinde quem uitæ ſuæ inſidias tetendiſſe cõperit: regno expulit ad iferoſq; relegauit. Iuppiter autẽ dictus eſt (ut ſcribit Cicero) quaſi iuuans pater quem cõuerſis caſibus appellamus a iuuando Iouem. A poetis pater Diuum hominumq; dicitur: a maioribus autem noſtris optimus maximus: & quidem ante optimus. id eſt beneficentiſſimus q̃ maximus quia maius eſt certeq; gratius prodeſſe hominibus q̃ opes magnas habere. Eſt autem ordo. Iuppiter cõtraxit tempora antiqui ueris: poſtq̃ ſub ioue mundus erat: Saturno miſſo in tartara tenebroſa. ¶ Contraxit: abbreuiauit. ¶ Antiqui ueris: illi⁹ ppetui: quo aurea ætas eſt gauiſa.

Cõtrahere

LAVI.

Oſtq̃ Saturno tenebroſa in tartara miſſo &c. ab ingenioſiſſimo poetarum Ouidio ſuo more ſtatus innocentiæ conditione elucidata ad ipſius primi parentis & flebilẽ caſum: & a deliciarum horto expulſionẽ tranſiturus poeta intulit. ¶ Poſtq̃ Saturno tenebroſa i tartara miſſo Sub ioue mũd⁹ erat: Saturni ſiquidẽ fabuloſo uelamine adæ cõtegitur hiſtoria. Fuit autem Saturnus (Lactantii in libro diuinarum inſtitutionum teſtimonio) cęli & Veſtæ filius: cui Opim ſororem ueteres iunxere coniubio, ex qua plures ſuſcepit filios: quos aliqui ferunt omnes deuoraſſe: & e ueſtigio euomuiſſe. Nonnulli ſeruatum Iouem Opis fraude: & illi loco eius addunt lapidem præſentatũ q̃uaſi illum peperiſſet Opis. Scribũt præterea Iouem & patri uirilia falce abſcidiſſe: & eum a regno pulſum apud inferos relegaſſe. Sunt inſup q̃ illum ſenem: mœſtum. ſordidum: capite obuolutũ: inertem: ſegnem: & armatum falce: cum dracone caudã propriam dentibus mordente deſcribant. Veritas fuit Saturnum cum potentiſſimus Cretenſium rex eſſet ad retinendam parentum ſuorum memoriam: & ut ſuã originem ampliaret: ei nomina cæli terræq; indidiſſe: cum aliis uocabulis prius uocarẽtur. Patri ſiquidem Vrano matri Veſtæ nomen fuit. Hic Saturnus Opim ſororem coniugẽ habuit. Titan eius frater qui natu maior erat: cum regnare uellet: Veſta mater eorum & ſorores: Ceres atq; Opis: Saturno perſuaſerunt: ut de regno fratri nõ cederet. Titan qui adeo elegãti facie: ut ſaturnus non erat: cum & matrem & ſorores dare operam uideret ut ſaturnus regnaret: conceſſit ut is ea lege regnum poſſideret: ut ſi quis liberorum uirilis ſexus ei naſceretur: nõ eum educaret. Id ea ratione faciebat ut ad ſuos gnatos regnum rediret. Saturno igitur filium qui primum natus eſt necauerunt. Deinde nati ſunt gemini: Iuppiter: atq; Iuno: tum Iunonem Saturno in conſpectum dedere: Iouem clam abſcondunt: ac Veſtæ educandum Saturno ignorante tradiderunt. Neptunum Saturno Opis parit. eumq; ne occideretur abſcondit. Alio partu geminos Opis peperit: plutonem: & Glaucam: filiam Glaucã ſaturno oſtendunt: plutonẽ celant atq; abſcondunt. Titan poſtq̃ eum non latuit ſaturno filios procreatos atq; educatos eſſe. ſuis qui Titanes uocãtur ſecũ ductis: fratrem ſuum ſaturnum atq; Opem cõprehendit: eoſq; in uincula coniecit. Iuppiter cum parentes carceribus mancipatos intellexiſſet: cum magno Cretenſium exercitu Titanes expugnauit: parentes uinculis abſoluit: ac patri regnum reſtituit. Cum autem Iuppiter parentes a Titanibus captos liberaſſet. ſaturnus forte cõperit: ſe a ioue filio regno pellendum: eam ob rem ad euitandam ſortem Ioui inſidias: ut illum occideret: tetendit. Quod cum Iuppiter cõperiſſet arma in patrem ſumpſit: cumq; nequiuiſſet reſiſtere. Saturnus: & ſuperatus atq; uictus ubiq; perſequeretur a filio ad ultimum i

ſaturni fabula

Italiam uenit. Et a Iano benigne ſuſceptus: italis omnem agrorum culturam prius ignotam: & inconditam hominum multitudinem ad ciuilem cultũ traducere ſtuduit. Vnde & uiuẽs hominibus agreſtibus admirationi fuit: & mortuo diuinos tribuerunt honores. & quoniam agriculturã eos docuiſſet: eius imaginẽ falce inſignitã eſſe uoluerunt. De eo ita meminit Virgilius.

Virg.

Primus ab æthereo uenit ſaturnus olympo:
Arma Iouis fugiens: & regnis exul ademptis.
Et genus indocile ac diſperſum montibus altis
Compoſuit: legeſq; dedit: Latiumq; uocari
Maluit: his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Aurea quæ perhibent illo ſub rege fuere
Secula ſic placida populos in pace regebat.

Latium unde dictum ẽ.

Saturnum aũt apud inferos relegatum uoluit Lactantius: qm̃ a ioue pulſus in italiã ueniens quæ græcia inferior eſt occaſui ſolis propinquior: ſcilicet apud inferos deſcendiſſe uidetur. phyſica aũt ratio ſub hoc poeſeos tecta uelamine facile deprehendit: ſi ea quæ de ſaturno poetæ fabulant: planetæ eiuſdẽ nominis tribuerim⁹. Antiqui ſaturnum mœſtum: ſenem obuolutũ capite: ornatũ falce: draconẽ tenentem: ac filium ei uirilia amputantẽ: & a regno expellẽtem ſcripſerunt. Saturni ſydus & ſuſci aſpectus: & frigidæ ſiccæq; complexiõis motus quoq; retrogradi per falcẽ deſignat: (quẽ cęteris planetis & ſi altior tardius tamen triginta ſcilicet annorum ſpacio zodiacum luſtrando perficit) eſſe dicit. Eſt etiam Saturnus in Capricorno & Aquario frigiditatis: pluuiarum: grandinum: tempeſtatum: peſtis: triſtitiarum: mœrorum: afflictionum: deſtructionum: cæterarumq; calamitatum miſeris mortalibus inuiſarum in ſua exaltatione. & præſertim in Cãcro ſignificatiuus. Cuius maliciam Iuppiter inferior planeta beniuolus plerũq; temperat & ab exaltatione & influentia deiicit: & eius metuendum effectum ipedit: & eam ob rem & uirilia ei abſciſſa & a regno pulſum a ioue ueteres uoluerunt: Homines aũt ſub eius influentia geniti: cõplexione melancholici: ut in plurib⁹ ſunt auari. malicioſi. inuidi. ingenio ualentes. ſeductores. in periculis audaces. cõuerſationis paucæ. ſuperbi. ſimulatores. iactatores. & cogitationis q̃plurimę. atq; pfundi cõſilii. tardi ad iram. ſed irreuocabiles fere bonũ nemini cupiẽtes: propulſatoreſq; locorum. Eſt præterea ſaturnus operis ad agriculturã pertinẽtis: & uiliũ officiorum ſignificator: quæ oia locum fabulæ dederunt. Saturnus etiã Ciceronis ſentẽtia tempus ſignificat. Saturnus ſiquidẽ eo q̧ ſaturetur annus appellatus eſt. Quatuor ſaturni liberi: & quatuor anni partes: & quatuor elementa tempori obnoxia denotent. Iuppiter & ignem calidum & ſiccum & æſtatem ſignificat. Iuno aerem humidum & calidum: aut ueris tẽperiem repſentat. Aquam frigidam & humidam ac autumnum dat intelligere Neptunus. Terram ſiccam & frigidam: ac eiuſdem complexionis hyemem a plutone accipimus. Natos etiam ſaturnus deuoraſſe fingitur. Tempus edax omnia conſumit: quicquid enim i tempore naſcitur: tempore finitur: & omnia ſicut ueſtimentũ. ut pſaltes ille cytharedus Dauid cecinit: ueteraſcunt. Conſumit ſiquidem ætas temporis ſpacia: anniſq; pręteriris inſatiabiliter expletur. Ouidii prędariſſimo teſtimonio: Cuncta fluunt: nihil eſt quod toto perſtet in orbe. Item illud. Labitur occulte: fallitq; uolubilis ætas. Virgilius denique. Sed fugit interea fugit irreuocabile tempus. annum etiam quo tempus efficitur. dracone caudam mordente. quem tenet Saturnus. ut ipſius anni reuolutionem explicarent ſignificari uete[re]s [d]ixerunt. Senſu allegorico, ſaturnus primus paren

Saturn⁹ & tẽpus & annũ ſignificat

Senſus allegoricus

tem non incongrue ſignificat. Saturnus ſiquidem cæli & terræ fuit filius. Adam primus humanæ generationis parens. & ex limo terræ. & ab eo qui cælis imperat (Moſe ſcribente) factus eſt. Sub Saturno aurea ſuerũt ſecula. Innocentiæ felicitas ſub adam ante diuini præcepti tranſgreſſionẽ floruit. Saturnus Opim omnibꝰ opẽ ferentem uxorem duxit. Adam matrem cunctorum uiuentium Euam cõiugem habuit. Saturnus draconem manu tenere deſcribitur. Callidus ille antiquus hoſtis adæ & Innocentiæ & futuræ felicitati inuidẽs: omnes fallacias & ſibi peculiares uerſutias: ad eum decipiẽdũ tetendit. ſerpentis ſiquidem imagine callidus ueterator latitans: ut adæ immortalitatem auferret: primo mulierẽ illexit dolo: ut ueritum cibum ſumeret: & per eam ipſi quoqꝫ homini perſuaſit: ut Dei legem præuaricaretur: & præceptum tranſcenderet. quod fuerat. ut ex arbore una: quæ fuit in medio paradiſi nõ guſtaret. a regno per filium expulſus eſt ſaturnus. adam opere demeritorio: ab eius ratione & uoluntate (ut proles a parentibus) & illicito & imperato innocentiam in qua cõditus erat, perdidit: & a deliciarum horto in hãc lachrymarum uallem eſt eiectus.

Saturnus filios deuorauit

Deuoraſſe filios ſaturnus fingitur. adam & omnem filiorũ poſteritatem æternæ morti obnoxiam reddidiſſe. & iuſtitiam originalẽ ſua culpa perdidiſſe dicitur. Omnem etiam poſteritatẽ ei deuorandam ſua culpa præbuiſſe ſcribitur: de quo dictũ eſt. aduerſarius ueſter Diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit quærens quem deuoret. a faucibus deniqꝫ tartareis humanum genus deuorabatur: cum etiam ſancti Chriſtum præcedentes ad ſtygios amnes: lymbũ ſcilicet deſcenderent. Regnum ſaturni Iuppiter eius filius occupauit. Eccleſiaſtica reſpublica (quæ regnum. & ob animæ in corpus: & prælatorum in ſubditos imperiũ recte dicitur) potius in abele q̃ in adam inchoauit. Nã & ſi primo innocens & plenus gratia adam fuerit, nihilominus quoniam ſua inobedientia genus humanum originali peccato infectum fuit. Ne & gratiæ & peccati eadam origo diceretur. ne etiam eccleſia a peccatore uideret̃ habuiſſe initium eum eſſe non decuit ſed abelem (iuſto etiam Chriſti teſtimonio) ipſius eccleſiæ principium. Saturno plures liberos tribuerũt poetæ. Iouẽ ſcilicet. Neptunum. Plutonem: ac Iunonem. adaꝫ (Moſe ſcribente) genuit filios & filias & pręſertim abelem: quem Iouis nomine intelligere poſſumus. Iouem ſiquidem cælorum Deum ueteres finxerunt. Nos eccleſiæ (quæ etiã cæli nomine recte ſignificatur: cum ad cælorum felicitatẽ nobis a Chriſto promeritam deducat) abelem dicimus ꝑncipium. Saturnus Neptunum: quẽ Deum maris poetæ cecinerunt genuit. adã Seth filium habuit: quem perpulchre Neptuni nomine accipimus. Nam quemadmodum mari ueliuolo. cibi uarii. merces diuerſorum quoqꝫ aromatum. ſpecies ad uitæ humanę conuerſationem neceſſariæ. per uarias orbis partes deferuntur. ita per ſeth multæ ueritates ad ſalutem neceſſarię. ut cultꝰ diuinꝰ. mediatoris fides (Dauidis ſententia. patres noſtri narrauerunt nobis) peruenerunt. plutonem tartarorum regem ſaturni filiũ poetæ ſcripſerunt. adam ciuitatis Babylonicæ: cõfuſionis ſcilicet (ut teſtatur Auguſtinus) Cayn ſtructorẽ genuit. Duo ſiquidem fratres, duas ciuitates ædificauerunt. Abel Dei, Cayn Diaboli. ſaturnus Iouem fugiens apud Italos latuit. Adam ut peccauit, pudere cũ nuditatis ſuæ cœpit. abſconditqꝫ ſe quod antea non ſolebat (etiã Moſe ſcribẽte) a facie Dei. Apud inferos Ouidii teſtimõio ſaturnus relegatus eſt. adam & ad inferos moriens deſcẽdit: & a tartareis ergaſtulis: nec ipſe: nec eius poſteritas: niſi diuini uerbi incarnatione liberari potuit.

Senſus tropologicus

Senſu tropologico. ſaturnus cuiuſlibet reipublicæ malũ præſidentem: qui nec prælati nec regis nomine dignus eſt. ſed tyrannus recte uocaretur. ſignificat. Nã tales in malicia inueterati. & a recto rationis tramite curuati: falce exactionibus ſcilicet ſubditos & affligunt ac torquent: eorum quoqꝫ bona deprędantur: qui etiam natos non incongrue comedere dicuntur: cum & eos quos filiorũ more fouere deberent. ſuo malo exemplo ad perditionem deducant: & eorũ ſubſtãtiaꝫ diripiant. Peſſimis ut plurimum officialibus & domeſticis tales abundãt: dracone dentibus caudam mordente ſignificatis. Quibus etiam Ops in uxorem traditur: quia omnes ſubditorũ diuitias ſuis & exactionibus & fallaciis exhauriũt. Iuppiter autẽ tales ſæpe a ſede deiicit. Deus ſcilicet: aut aliquis ſubditorum: uel etiã ipſe populus in uitioſos principes inſurgens: quorum uirilia amputare dicitur: & in mare proiicere. tota ſiquidem uitæ præteritæ uoluptas aufertur cum regno priuantur: & in amaritudinem iuſto Dei iudicio cõuertitur. extrema enim gaudii luctus occupat: & riſus dolori miſcebitur.

¶ Subiit argentea proles. Ea ætate cui ab argento auro deteriore: cæteris autem metallis meliore nomen inditum eſt. humanæ corruptionis ſtatutum poſt primi parentis lapſum deſcribit Ouidius. Tribus ſiquidem metallis: argẽto ære & ferro: naturæ corruptæ. quemadmodum ab auro integre conditionem accipimus. Igitur ut ab aurea ætate innocentia ſcilicet: ſua culpa primus parens cecidit. Summus omnium opifex Deus (Moſe referente) ſententia in peccatores data. hominem ut uictum ſibi labore conquireret, de paradiſo eiectum ac uariis & animę & corporis pœnis, eius temeritatem arguens, ſubiecit. Iuſtitiæ ſiquidem originalis excellentiam primus parens peccãdo perdidit: animam originali poſteritati ſibi actuali culpa fœdauit. Pleriſqꝫ ſpiritualibus donis ſe priuatuꝫ intellexit. Contrariorum actionem in corpore proprio experimento didicit. Laborioſam uitæ ſuſtentationem accepit. Moriendi deniqꝫ neceſſitatem incurrit. Cognouit etiam adam ſua inobedientia: ſe a deliciarum amœniſſimo horto expulſum. animalium quibus innocens & dominabat̃: & nomina cuiqꝫ naturæ conuenientia indiderat: eũ nõ latuit: perdidiſſe imperiũ: ſeruitutis iugo ſe cum prole irretitum. Deniqꝫ eum non præterit peccatum ſuum in proprii generis paruulis: cum ſolis originalis noxæ reatu ex hac luce decedentibus: & in utriuſqꝫ ſexus cũctis infidelibus: ac ad æterna ſupplicia dãnatis. oĩbus puniendum. O reprobandã humanam ſuperbiam. O ingratiſſimum adam. O infelicem ac miſeram Adę poſteritatem. Omne ſiquidem hoĩum genus paſſibile. miſerum. plenum luctu. calamitatibus. laboribus. anguſtiis. amaritudinibus. infirmitatibus. moleſtiis. curis. perturbationibus. uariis fœditatibus: & erubeſcẽtia Adę inobediẽtia damnauit.

Auguſtinus xiiii. de ciuitate dei capitulo. xii.

Quidnam O infelices adę filii in hac & lachrymarũ ualle & a patria exilio: ꝑter gemitus & ſuſpiria experimini? Vnde obſecro in humanum genus tantæ incommodorũ uarietates irruerunt? O admirande rerum conditor. O creaturarum pientiſſime pater. non adeo uaria pœnarũ acerbitate adaꝫ cum poſteritate: niſi tuum præceptum tranſgreſſus fuiſſet: punire uoluiſſes.

Obedientia mater uirtutum.

Nec æſtimandũ eſt: ut auguſtinus ſcribit: illud leue ac paruum fuiſſe cõmiſſum: q̃a in eſca factum eſt. nõ quidem mala nec noxia: niſi quia ꝓhibita: Nec enim quicq̃ mali deus in illa tãtę felicitatis paradiſo: crearet atqꝫ plantaret. Sed obedientia cõmẽdata eſt in præcepto: quę uirtus in creatura rationali mater quodãmodo eſt: omnium cuſtoſqꝫ uirtutũ: quando quidem ſic

dem ſic

dem ſic facta eſt:ut ei ſubditam eſſe ſit utile: pernicioſum autem ſuam:non eius a quo creata eſt:facere uolütaté. Hoc itaq; de uno cibi genere non edendo:ubi aliorum tanta copia ſubiacebat:tam leue præceptũ ad obſeruandũ:tam breue ad memoriæ retinendũ:ubi præſertim nondũ uoluptati cupiditas reſiſtebat:quod de pœna tráſgreſſionis poſtea

Perq; hyemes:æſtusq;,& inæquales autumnos,
Et breue uer ſpatiis exegit quattuor annum.
Tum primum ſiccis aer feruoribus uſtus
Canduit:& uentis glacies aſtricta pependit.
Tũ primũ ſubiere domos:domus antra fuerunt:
Et denſi frutices:& iunctæ cortice uirgæ,
Semina tum primum longis Cerealia ſulcis
Obruta ſunt.preſſiq; iugo gemuere iuuenci.

ſubſecutũ eſt.tanto maiore iniuſtitia uiolatum eſt:quanto faciliore poſſet obſeruantia cuſtodiri:Non igitur admirentur:ſi ægre tulerit ſe contemni Deus:qui imẽſus magnus . glorioſus . ſapientiſſimus.omnipotẽs. colendus . adorand᷒. reuerendus.ac timendus. maxima primo parenti & conferre diſpoſuerat (ſi rectus ſteuiſſet) & iã magna contulerat beneficia. Animaduertat rationalis homo quid eſt diuinum præterire præceptum. Ingratiſſimus ſiquidem Adam cũ poſteris,& Moſi & Ouidii ſententia, pœnis mulctatus eſt.

Geneſiſ tertio

Moſes eni Adã & a paradiſo eiectũ i & ad uictum labore conquirendum damnatum ſcripſit. In ſudore uult᷒ tui ueſceris pane tuo. Ouidium id genus pene non latuit. Semina tum primum longis Cerealia ſulcis Obruta ſunt:pſſiq; iugo gemuere iuuenci. Primi parentes poſt tranſgreſſionem & frigori & calori,cæteriſq; (quas experimur)miſeriis fuere obnoxii. Ouidius & exceſſiuum æſtatis calorẽ,& hyemis horridæ intemperiem:domorum quoq; neceſſitaté declarauit. Tum primũ ſiccis aer feruoribus uſt᷒ Cãduit:& uentus glacies aſtricta pependit. Tum primũ ſubiere domos:domus antra fuerunt: Et dẽſi frutices: & iunctæ cortice uirgæ.



RAph. ¶ PER q; hyemes: Anni quattuor enumerat ptes. Ver æſtatemautumnũ:hyemem. Hyems eſt(ut Stoici diffiniunt)aer ſupra terrã algidus ob Solis in anteriora pceſſum: ¶ Aeſtuſq;:æſtatem. Eſt aũt æſtas imminẽs terræ aer calefactus Solis curſu ad ſeptentrioneʒ uerſus. ¶ Et inæquales autumnos:ſcite. Nã autumnus modo frigoribus contrahitur/modo caloribus diffunditur: id circoq; morboſus habet. Fit uero autumnus Solis receſſu a nobis ad ea loca unde flãt auſtri. Autumnus ãt dictus eſt(ut ait Pompeius)φ eũ maxime collectis fructibus:hoiuʒ opes augentur. ¶ Et breue uer:illius perpetui comparatione uer breue dicitur. Eſt autem uer aeris tẽperies quãdo ſuo ad nos curſu Sol agit. ¶ Exegit:digeſſit. ¶ Quatuor ſpatiis: quatuor menſuris temporum. ſingulæ nãq; anni partes ex tribus menſibus conſtant. ¶ Canduit :candens & igneus eſt uiſus propter nimium æſtum. ¶ Glacies aſtricta conſtricta:& cõgelata. ¶ Ventis:nõ omnib᷒:ſed Borea aliiſq; frigidis. Ventorum nanq; frigore aqua in glaciem cõſtringitur. ¶ Pependit.ab arboribus.ſpeluncarumq; tegminibus eſt intelligendum. ¶ Domus antra fuerunt: Antruʒ la

Quatuor anni partes
Ver
Aeſtas
Autumnus
Hyemſ
Cãdeſ
Antrũ

tine ſpelunca dicitur. ¶ Et denſi fructices:iter arbores & herbas frutices medii eſſe dicuntur. Naʒ & minores arboribus ſunt:nec hyeme ut herbæ areſcũt. ¶ Semina tum primum:tunc primum inquit homines cœperũt & arare & ſeminare. ¶ Cerealia ſemina ,frumẽta: nam Ceres prima omnium frumenta hominibus oſtẽdit: cũ antea glande ueſcerent. ¶ Preſſiq; iugo: boues iugare , & arare cœpit Bryges Athenienſis:ut alii Triptolemus.

Fruticeſ
Cerealia ſemina

LAVL.

PErgo hyemes æſtuſq; & inæquales autumnos. Anni ptib᷒ quattuor labẽti mũdi:hoiuʒ pcipuas uiuẽdi rõnes allegoria itelligere poſſumus. Vere ſiqdẽ pte anni temperatiore:eam naturæ humanæ integritatem qua ante parentis prothoplaſti flebilem caſum florebat accipimus: cum & temperatiſſima eo in ſtatu (carne ſpiritui Deo tunc plene obedienti ſubiecta)eſſet utriuſq; homini cõditio. Et loci (ut in horto delitiarum)tunc foret amœniſſima habitatio. Aeſtate cæteris anni partibus calidiore hoium gñationẽ, ignibus cæcis adeo æſtuãtẽ.ut pdigioſæ Veneris naturã mẽtis libidinoſã icendiũ. aquis diluuii(oĩs ſiquidẽ caro Moſi ſnia uiã ſuã corruperat) Deus extinxerit. Oĩa itaq; animãtia q̃ mouebãt ſup terrã (paucis admodũ exceptis ac i arca Noe ſaluatis)inundationũ uoragine deleta ſunt. Autũno tertia anni pte hyemi pximiore:qua maxĩe hoium opes:coactis agroꝝ fructibus augent. felicĩſſima ſeneſcẽte mũdo uerbi icarnati tẽpora ſignificãtur,cum uirga de radice Ieſſe egreſſa, ſuauiſſimi odoris florẽ pduxerit & fructũ oĩʒ delectamẽtũ i ſe habẽtẽ arbor(nõ ea cui᷒ lętifero fructu Adã ceciderat:ſʒ ſalutiferæ crucis memorãdũ lignũ)tulerit.quo qdẽ ligno De᷒ hõ factus:duxit tartareo celebres ex hoſte triumphos. fructũ quoq; plurimũ ex hoſte deuicto(ut trophæa)referẽs cęleſtis aulæ diuitias aiab᷒ ex tartareis uinculis abſolutis adauxerit. Iã in hyemẽ & ultimã & frigidoreʒ anni ptẽ uergimur. Iã ea q̃ in ſeculoꝝ fine æternũ uerbuʒ caro factũ uẽtura pdixerat.experimur. Abũdabit iniq̃tas:refrigeſcet charitas multoꝝ. In nouiſſimis ſiqdẽ diebus(Pauli teſtimonio)iſtabũt tẽpora piculoſa:& erunt hoĩes ſeipſos amãtes.cupidi.elati.ſupbi.blaſphemi.parẽtib᷒ nõ obediẽtes. igrati.ſceleſti.ſine affectiõe.ſine pace.criminatores:icõtinẽtes.imites.ſine benignitate. pditores. pterui.tumidi.& uoluptatũ amatores magis q̃ Dei habẽtes ſpẽm qdẽ pietatis.uirtutẽ ãt eius abnegãtes. Et hos deuita. Quid uerius de hac infeliciſſima ac ſceleratiſſima noſtroꝝ tẽpoꝝ(quã experimur)calamitate referrẽ poterat apoſtolus:prudẽtis lectoris relinqmus iudicio. O pditiſſimos hoium mores. O nimiũ frigiditati obnoxia tẽpora. Nullus ſiquidẽ charitati relictus ẽ locus. Sceleribus oĩa obediũt.oĩa uiatoꝝ corda peccati occupat.

Geneſiſ ſexto

Mathei

Tertia poſt illam ſucceſſit ahenea proles
Sæuior ingeniis,& ad horrida promptior arma,
Non ſcelerata tamen,de duro eſt ultima ferro
Protinus irrupit uenæ peioris in æuum
Omne nefas.fugere pudor,uerumq;,fideſq;,
In quorum ſubiere locum fraudeſq;,doliq;,
Inſidiæq;.& uis,& amor ſceleratus habendi.
Vela dabat uẽtis:nec adhuc bene nouerat illos
Nauita,quæq; diu ſteterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis inſultauere carinæ.
Communemq; prius:ceu lumina Solis,& auræ,
Cautus humum longo ſignauit limite menſor.
Nec tantum ſegetes,alimentaq; debita diues
Poſcebatur humus:ſed itum eſt in uiſcera terræ.
Quaſq; recõdiderat.ſtygiiſq; admouerat umbris

RAph. ¶ TERtia poſt illam: Aerea ætasq; & Ahenea dicitur argẽtea m eſt ſubſecuta:cuius homines belliкoſi quidem erãt:pcul tamẽ a nefanis ſceleribus aberãt. ¶ Ahenea proles:aut ahenea ita legendũ eſt:ut ſoluatur diphthongus,& quatuor ſyllabaꝝ ſit dictio:ne Trochæus in uerſu heroico eſſe deprehendatur in quarta præſertim ſede a qua ẽ alienus, aut ſucceſſerat(ut eſt ſcripũ i uetuſtis codicibus) eſt legendum. Sic eniʒ ſignificat poeta æreã ætatem paruʒ duraſſe. ¶ Sæuior ingeniis, durior, aſperior q̃ argentea foret. ¶ Horrida arma: horrorem incutiẽtia. ¶ De duro eſt ultima ferro: ultima ætas i qua nos quoq; uerſamur a ferro metallorum duriſſimo ꝓpter feros mores eſt appellata. Nam relictis uirtutibus illiꝰ ętatis homines uitia ita ſunt amplexi:ut omne honeſtũ terras dereliquiſſe uideat. ¶ Protinus irrupit: cum impetu intrauit. ¶ Venę peioris:metalli deterioris.Nam uenæ non tantũ animalium dicuntur:ſed etiam metallorum. ¶ Fugere pudor,uerumq;,fideſq;:per hæc omnes uirtutes ab hominibꝰ fugiſſe dicunt. ¶ Et uis:uiolentia. ¶ Et amor ſceleratꝰ habendi: Auaritiæ ẽ periphraſis:quæ idcirco ſcelerata uocatur:q; hominem ad oẽ ſcelus ipellit:ſceleratũq; facit. Vnde & Phocilides ait, Auaritiã omnium maloꝝ eſſe matrem. ¶ Vela dabat uentis:nauigabat. Velum autẽ icarus inuenit:ut malum & antemnã Dædalus.Probat autem homines ferreæ ætatis auaritiæ nimium ſtudiuſſe:cum imperiti nauigandi ſe tamen uentis:quoruʒ naturam ignorabant:cõmitterẽt. ¶ Nauita:a naui idem ẽ qui nauta. Ratibus autem primum nauigare homines cœperunt in mari rubro inter inſulas:ut in ſeptimo naturalis hiſtoriæ Plinius ait:ab Erythra rege inuẽtis. Sũt tamen qui putant Myſos & Troianos priores excogitaſſe in Helleſponto cuʒ tranſirent aduerſus Thracas. Nauẽ uero ex Aegypto in græciam a Danao aduectaʒ ſcribit idem Plinius:quemadmodum lõga naue iaſonẽ primũ omniũ nauigare,ac onerariã ab Hippio Tyrio fuiſſe inuentam: Cymbã a Phœnicibus. Celocẽ a Rhodiis. Cercyram a Cypriis. ¶ Quęq; diu ſteterãt:erectę fuerãt. ¶ Inſultauere:ſaltus quoſdam dediſſe ſunt uiſæ. ¶ Cõmunemq; prius:tunc primum inqt terra ãtea cõis diuidi eſt cœpta. ¶ Cautus mẽſor:callidus & aſtutꝰ mẽſurator. Menſuras autẽ & pondera(Plinio auctore)inuenit Phidõ Argiuus:Gellio ãt palamedes. ¶ Lõgo limite:lõgo termino. Termini.n.qbus agri diſcernũtur longiores ſunt:quo ꝓfundius in terrã defodiantur. ¶ Nec tantũ ſegetes.non ſolum inquit fruges coacta eſt edere terra:ſed lapilli quoq; ꝑtioſi,& metalla ex eius uiſceribus ſunt effoſſa. ¶ Sed itum eſt in uiſcera terrę:in intimas terrę partes fodiẽdo deſcenſuʒ ẽ. ¶ Admouerat: appoſuerat. ¶ Stygiis umbris:inferis. Eorum ſequitur opinionẽ:qui aiũt iferos in centro terræ eſſe.

Aerea ætas
Ferrea ætas
Vena
Vis
Nauita
Stare
Mẽſor
Limes

LAVI. TErtia poſt illã ſucceſſit ahenea ꝓles Sęuior ingeniis. Tertiæ ætatis quæ ab ære i argento uiliore nomen accepit, Aggreſſus deſcriptionem Ouidius ait. Tertia poſt illaʒ ſucceſſit ahenea proles Sæuior ingeniis. Poſt prothoplaſti parentis flebilem caſum naturæ corruptæ uitio creſcebant animæ morbi creſcẽtibus annis. Hinc fratricidia:hinc bella:hic libidines:& carnis ſpurcitiæ:cum ipſius humani generis incremento (etiam Moſe referente) pullulabant. Erenim ex Adam & Eua (q̃ Hierõymi ad Euſtochiũ teſtimonio in deliciaruʒ horto, paradiſo. ſ. uirgo fuit,poſt tunicas ſiquidẽ pelliceas ſumpſit initiuʒ nuptiarum) Cayn ãno uitę ipſius Adæ decimo quinto natus eſt. & ſoror eius Calmana. Exacto terquinq; annorum ſpacio a Cayn natiuitate nati ſũt Adę, Abel & eius ſoror Delbora. Cayn autem primus natus eſt:ut daretur intelligi totiꝰ humani generis maſſæ in Adam damnatio ipſiuſq; naturæ hũanæ in primis parentibus corruptio. Si quod autem uas ex ea ſanctificationis efficitur. non humanæ naturæ ſed diuinæ miſericordiæ eſt aſcribendũ. Anno uitę Adam cẽteſimo trigeſimo, Cayn Abelem occidit:cuius cẽtum annis obitum mœſti fleuere parentes. Cayn igitur omnium maligniſſimꝰ & ad lucra(ut ſcribit Ioſephus)ſoliſmodo ſemper intentus ſuperſtes fuit. Qui terram arare primus comperit:terminos terræ primus poſuit:qđ Ouidius quartæ ætati:quæ ferrea:& a feris hominum moribus t&ꝑ cordis duritia dicta eſt tribuit. ſed ut Geneſeos referamus hiſtoriã utrãq; cũ æneã ferrea ſubſecuta ſit cõiungemus. Terrã ergo omniũ primus a Ioſephi & Ouidii teſtimonio prius cõmunẽ diuidens Cayn ciuitates muris cinxit. ſceleratiſſimos homines in urbes conuenire coegit. quorũ principatũ occupãs, domeſticos ad quęq; flagitia ſuo exẽplo induxit. Ciuitatẽ Enochã ab Enoch filio ſuo ſeniore appellauit. Enoch uero Irad filius fuit: ex quo Matnahel:cuius filius fuit Mathuſael: q habuit filium Lamech. cui filii & filiæ ſeptem & ſeptuaginta fuerunt ex duabus uxoribus eiꝰ nati, Sella & Ada. Hic primus Lamech bigamiã introduxit adulter quoq; cõtra legem Dei fuit. in prima ſiquidem rerum creatione. una uni uiro facta eſt mulier. ſpiritu etiam diuino plenus Adam dixerat. erũt duo in carne una. Filiorum Lamech unus cui nomen Iobal:qui fuit de Ada:tabernacula fixit. & greges amauit. tentoria ad paſcua mutanda inuenit. Tubal conſanguineus exiſtens,muſicam coluit, & pſalterium cytharamq; laudauit. Tubalcayn: qui ex altera natus eſt,fortitudine cunctos excellẽs. res bellicas decenter exercuit. ferrariam artem primus inuenit. effigies hominum, aliarumq; rerum in metallis ſculpere in libidinẽ oculorũ docuit: Eo pacto Cayn ſobolẽ per ſucceſſionẽ contigit eſſe nequiſſimã:& aliũ alio peiorem exiſtere:qui utiq; ad bella incontinẽtes erãt:& ad latrocinia ꝓperabant. Si quis eoꝝ ſegnis eſſet ad effundendũ ſanguinẽ:alius rebus peſſimis imminebat. contumeliam faciẽs & auarus exiſtens. Quæ oia paucis admodũ uerbis ingenioſiſſimus poetarũ Ouidius tetigit. Cayn ſiquidẽ terrã prius cõmunẽ diuiſiſſe eis carminibus innuit.

Ioſephꝰ
Cayn pmꝰ terram diuiſit
Lamechꝰ primus bigamꝰ
Iobal tẽtoria pã ſtorum inuenit

b⁹ intuit: ¶ Cõmunẽq; prius ſeu lumina Solis & au/ræ. Cautꝰ humum longo ſignauit limite menſor. Illiꝰ etiam infelicissimæ tempeſtatis maligna in excogitãdis malis hominũ igenia deſcripſit: Succeſſit ahenea ꝓles Sæuior ingeniis. Vitiorum deniq; icrementa & ex me/tallorum inuentione: & ad quæq; nefandiſſima ſcelera cõmittẽda hominum in tenra cogitatione ſubiũ/xit. ¶ Protinus irrupit uenæ peioris in æuũ Oẽ nefas, fugere pudor: ue rũq;, fideſq;: in quoꝝ ſu biere locũ fraudeſq;: doliq; inſidiæq; & uis & amor ſceleratꝰ habẽdi. Senſu allegorico. tribus ultimis ætatibus principales ec cleſiæ perſecutiones op time accipere poſſumꝰ. In prima ſiquidem quæ tyrãnorũ fuit martyres uelut argentũ igne tribu lationibus & ꝑſecutioni bus probati: & cõſtantiæ & ampliſſimaꝝ uirtutũ ſplen dorẽ emiſerũt. Secũda ꝑſecutione ab hereticis in ortho doxæ fidei documenta inſurgentibꝰ: ad hoies catholi cos peſtiferæ doctrinæ uirus: ut ab aqua per æris mine ralia trãſeunte qua interficiunt potati mors emanauit. Hypocritaꝝ ſæuiſſimã in eccleſiæ filios ꝑſecutionẽ: iam dudũ hac infeliciſſima tẽpeſtate inchoatã: hoies. n. uitia amplexi, ad explodendas ab orbe uirtutes ↄiurati uidẽ tur ſub filio ꝑditionis Antichriſto hypocritaꝝ principe cõſumendã: ætas ferrea ſignificat: Ferrum ſiquidem & duꝝ eſt. & rubigini ipſum corrodẽti obnoxium. Hypo critæ & duriſſimi ac obſtinatiſſimi animi ſub ſimulata ſanctitate cõprobãt: & nefandiſſimis omniũ ſcelerum ſordibꝰ ſint rubigine fœdati. heu noſtrorum temporꝝ calamitatem: in qua conſumata hominum uidetur ne/quitia: experiuntur. Hypocriſeos autem homines labe deturpatos acerrimis inter declamãdũ obiurgationibꝰ æternũ uerbũ caro factũ arguẽs: huiꝰ perditiſſimi ſce/leris grauitatem innuit. Nos etiam in eos diſtichõ cecinimus. Fallitur indoctum ficta ſub imagine uulgꝰ. Mẽ te Lychaonia fallitur omnis homo.

Senſus allegoricus

Ferrum

> Effodiuntur opes, irritamenta malorum.
> Iamq; nocens ferrum. ferroq; nocentius auꝝ
> Prodierat. prodit bellum, quod pugnat utroq;.
> Sanguineaq; manu crepitantia concutit arma.
> Viuitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus:
> Non ſocer a genero: fratrum quoq; gratia rara ẽ.
> Imminet exitio uir coniugis: illa mariti.
> Lurida terribiles miſcent aconita nouercæ.
> Filius ante diem patrios inquirit in annos.
> Victa iacet pietas, & uirgo, cæde madentes.
> Vltima cæleſtum terras Aſtræa reliquit.

¶ EFFOdiuntur opes: Lapillos ꝓcioſos: Auꝝ & argẽtũ opes appellat poeta. Opes ãt dicũtur ab ope Saturni uxore: qua terra ſignificat: ut Pompeiꝰ ſcribit. ¶ Irritamenta maloꝝ: incitamenta ac ſtimuli qdã ad mala ꝑpetranda. ¶ Iamq; nocens ferrũ. ex eo nãq; conficiunt enſes: qbus homines interimunt. Ferꝝ ãt i Creta Heſiodus ſcribit inueniſſe eos: qui Idæi Dactyli uocati fuerunt. ¶ Ferroq; nocẽtius aurum: uere. Nam propter aurum adipiſcendum grauiſſima quæq;, fœdiſſimaq; ſcelera cõmittũtur: unde Virgilius: Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Auri antẽ metalla & cõflaturam Cadmus phœnix inuenit ad pangæum montem: ut alii, Thoas & Eacis i panchaia, aut Sol Oceãi filius, cui Gellius medicinæ quoq; inuentionem ex melle aſſignat. ¶ Quod pugnat utroq;: & ferro & auro. Victoria nãq; ut Ariſtophanes inquit ſolet i illis reſidẽ caſtris: in qbus plus auri, pecuniarũq; habetur. Primi autẽ Afri aduerſus Aegyptios prælium feciſſe dicunt fuſtibꝰ: quos phalangas uocari Pli. ait. ¶ Sanguinea manu: ſanguinolenta: Bello aũt ut homini & manus & ſenſum ꝑ metonymiã attribuit poeta. Sic Virg. Furor impius in/tus Sæua ſedens ſuprema & cẽtũ uinctus Aenis Poſt

R Aph. Opes irritamentum

Auri inuentor

tergũ nodis fremit horridus ore cruento. ¶ Crepitan/tia: reſonantia. ¶ Viuit ex rapto: rapina. ¶ Nõ hoſpes ab hoſpite tutꝰ: hoſpitem tã q hoſpitio aliũ ſuſcipit. q̃ q ſuſcipit appellamꝰ. ¶ Gr̃a: ↄcordia. ¶ Lurida: nigra ab effectu: qđ nigra corpora eoꝝ, q illa comederit, efficiũt: ¶ Aconita: uenena. Nã acõitũ herba ẽ maxie uenenoſa ex ſpuma cerberi canis primũ i cotibus nata: unde & nomẽ accepit: Nã ακονη greçe cotem ſignificat: unde aconitũ eſt deductũ. ¶ Terribiles nouercæ: crudeles in priuignos. Nouerca aũt dr̃ (ut ſcribit Pompe.) quã qs liberis ſublatis nouã uxorem ducit: arcendæ familiæ gratia. ¶ Inquirit in patrios annos, utꝝ multos annos pater ſit uicturus an paucos ſortilegos filius conſulit. ¶ Victa iacet pietas: ſuperata iquit ab impietate pietas cõtemnitur. Proprie aũt pietas dicitur cultus: quẽ Diis, patriæ, parentibus, ſanguine cõiũ/ctis debemus. ¶ Iacet: in nullo ẽ ꝓcio. ¶ Virgo Aſtrea: hĩ eſt iuſtitia: q̃ Aſtręi gigãtis filia fuiſſe dr̃. ¶ Cęde: ſanguinis effuſione. Ab eo. n. qđ ꝓcedit i qđ ſequit eſt itelligẽdũ. Cædes uero ꝓcedit: & ſanguinis effuſio ſequit.

Hoſpes

Luridũ

Acõitũ

Nouerca

Pietas

Aſtræa

EFfodiunt opes irritamẽta maloꝝ. Auaritia: quã græci philargiriam uocant: ſceleꝝ oiũ parẽs: atq; effectrix: ab Ouid. ſcribit. Effodiuntur opes irritamẽta maloꝝ: Auaritia ſiqdẽ corpꝰ animũq; uirilẽ effœminat. nullam dat aĩo quietẽ: modo huc modo illuc agit auaꝝ & rapit turbinis modo & ꝓcellæ. Cor auari ut mare uẽtis agitatũ fluctuat. nihil ſanctũ habet, nĩl ęquũ. nĩl iuſtũ. nĩl charũ ꝑter pecuniã. nõ ſeruat religionẽ erga dominũ: non pietatẽ in parẽtes: non charitatẽ in proximos: non in cæteros dilectionẽ. ſed turbatis humanę ſocietatis officiis. oia ad quæſtũ: omnia ad cõmodum ſuum refert. Nullã enim iuſtitiam ſeruare. Nullã colere pietatẽ. Nulla æquitatis iura tueri: qui ardet auaritia. q habet rebus oibus pecuniam chariorẽ: & eruditiſſime & uetiſſime cecinit Ouidius. ¶ Viuit ex rapto, nõ hoſpes ab hoſpite tutus: Nõ ſocer a genero: fratrũ quoq; gratia rara: & ut paucis multa cõprehẽderet tandẽ intulit. ¶ Victa iacet pietas & uirgo/cæde madentes Vltima cæleſtũ terras Aſtręa reliqt: Iuſtitia ſiquidẽ auaritia ab hoium ſocietate pulſa eſt. Nunc experimur heu nimiũ uerã eſſe ſententiã: qua dictũ eſt pecuniæ obediũt oia. Venalis iuſtitia: Venalis mulieꝝ pulchritudo. Venalis deniq; facta eſt noſtris tẽporibus eccleſia: O peſtẽ truculentiſſimã. O auaritia uirtutum præclariſſimarum ruinam. Quid enim non au/deat auaritia? Quid tam nefandum: quod pecuniæ nõ perſuadeat cupiditas? O malorum omniũ radix. O idolorum ſeruitutẽ. O cęcũ habẽdi amorẽ. Tu iudã ab apoſtolorum cœtu deiecisti. O iuda auariſſime ꝑ trigita argenteis magiſtro tuo crucẽ paras. Pro triginta argenteis iuſtum ſanguinẽ prodis. Pro pauxillulo pretio. Pro luto & harena dominũ uendis. Pro creatura creatorẽ: qui tibi etiam non contemnendæ auctoritatis doctoꝝ ſententia: euchariſtiã ſuis ſanctiſſimis manibus tribuit: qui te in numerum apoſtolatus aſciuit. Qui per uniuerſum orbem prædicaturum: incarnati uerbi euangelium mi/ſit. Videte obſecro quæ germina: qui fructus de ſtirpe

LAVI.

Auaritia

Philargiria

Neue foret terris ſecurior arduus æther,
Affectaſſe ferunt regnum cæleſte gigantes:
Altaq; congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes.
Tum pater omnipotens miſſo perfregit olympũ
Fulmine:& excuſſit ſubiectum Pelion Oſſæ.
Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent:
Perfuſam multo natorum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt,calidumq; animaſſe cruorẽ:
Et ne nulla ſuæ ſtirpis monumenta manerent:
In faciem uertiſſe hominum.ſed & illa propago
Contemptrix ſuperum,ſæuæq; auidiſſima cædis,
Et uiolenta fuit,ſcires e ſanguine natam.

naſcantur auaritiæ?Siccine igrate diſcipule tanti beneficii uicẽ reddis?Siccine totius mũdi recognoſcis auctorem?Excuſentur iamiam uel minori ſaltem culpæ ſubiaceant.Traſylaus.Eucãpida.Myrtis.Euxithe⁹.Traſylotus.Ariſtatus.Cinarchus.Ptrodorus.Cnometa & Biparcus.Qui Theſſalos.Archades.Argiuos.Elieſes.Meſſanios.Siciõios.Corinthyos.Megarenſes.Thebãos,Euboios:ſuas patrias prodiderunt.Illi enim in hoſtium manus:& rem terrenã:& regnãdi dedidere cupidinẽ.Sʒ impius & ſceleratus Iudas(O infandum ſcelus.O inauditum facinus.O rẽ tragœdiis dignam)mũdi dominũ & mercatꝰ & prodit:rem proculdubio ſceleſtam:facinoroſam:monſtruoſam.Sed non intellexerat miſer iſte q̃ prope ad auſtralem plagam locus ſe offerebat Acheldemach:ubi erat paulopoſt (exẽplo Aman & Achitophel)ſuas fauces perſtri-
Pſa. cturus.Non intellexerat quod de ipſo ante prænunciatum fuerat.Lacum aperuit & effodit eum & incidit in foueã quã fecit.Cõuertetur dolor eius in caput eius:& in uerticem eius iniquitas eius deſcendet.Auaritiã igitur o principes.o prælati.o uiri quæ ad ſtygios amnes duci abiicite:mundum & quæ mundi ſunt ingenti animo contemnite:non hic perpetuo manendum,alia q̃renda ẽ uita.Vbi diuitiæ.ubi uoluntatis perfecta fruitio.ubi diuinitatis ab itellectu clara uiſio.

RAph. ¶NEVE foret terris:Gigãtes uaſtiſſimorum corporꝫ homines terræ filii ſine patre pedes ſerpẽtinos habentes nõ contẽti cędibus terras fœdaſſe:in tantũ furorem uenerũt:ut e cælo Iouẽ depellere ſint conati.Mõtes.n.montibus imponentes uiam ſibi munierant:qua Iouẽ cælo detraherent.Sed Iuppiter fulminibus & gigãtes interemit:& mõtes in uarias orbis partes diiecit.Qui uero montium ciderunt in mare inſulæ ſunt factę:ut Duris ait.Qui aũt in terrã permanſere montes.E terra autem gigantum ſanguine madefacta nati feruntur homines ſanguinarii ac cædibus maxime gaudentes.Gigantes aũt(ut ſcribit Macro.)qd aliud credẽdũ ẽ fuiſſe q̃ hominum quandã impiaʒ gentem Deos negantem,& ideo æſtimatam Deuʒ pellere de cæleſti ſede uoluiſſe.Gigãtes autem dicti ſũt παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς εἶναι hoc eſt ex eo qđ ex terra extiterint:ut ſcribit Orphe⁹ in.viii.ſacri ſmonis οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον μακάρεσσιν·οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανοῖο.Illđ nõ ẽ ignorandum Lydiam fuiſſe appellatam gigantiã,& gigantes illam habitantes.¶Arduus æther:altum cęlũ.

Affectare ¶Affectaſſe:proprie dixit.Nam affectare ſignificat aliquid nimiũ appetere:quod aſſequi nõ poſſis repugnãte natura.

olympus ¶Olympũ:mons eſt Macedoniæ Olymp⁹ altiſſimus:interdũ tamẽ ꝓ ipſo cælo ponit̃:quaſi ὁλολαμπής ĩ eſt totus lucẽs ꝑ aſtra qbus illuſtratur.Vnde Olympius Iuppiter fuit denominat⁹.Sex aũt Olympi eẽ perhibent̃.Macedonię.Theſſaliæ.i quo ẽt olympia fuiſſe celebrata Apollodorus ait.Myſię.Ciliciæ.

Excutere Pelion Oſſa Elidis.Archadię.¶Excuſſit:quatiẽdo deiecit.¶Peliõ Oſſę,montes ſũt Theſſaliæ notiſſimi.¶Obruta mole ſua:oppꝛeſſa ſua uaſtitate:magnitudie ac põdere.¶Dira corpa.crudelia a Deorꝫ ira miſſa.Vnde & diræ furiæ dicuntur.¶Natorꝫ ſanguine:nã gigãtes terrę filii fuiſſe dicunt̃.

Anima ¶Calidũ aĩaſſe cruorẽ:hoc eſt aĩaʒ calido cruori imiſiſſe.¶Et ne nulla:& ut aliqua memoria ſuę ꝓlis maneret ac reſtaret.Duas.n.negationes i affirmationẽ ↄuerti certũ ẽ.¶Monumẽta ſuæ ſtirpis:Memoria ſuæ ꝓlis.

Monumẽtũ Monumẽtũ.n.dicit̃ qcqd ad poſteritatis memoriam conficit̃.

Stirps Stirps autem cum prolẽ ſignificat:fœminini ẽ generis:cum radicẽ truncũue ſignificat īcerti.Virgilius:Imo de ſtirpe recĩſũ.Horatius.Stirpeſq; raptas & pecus & domos.¶In faciem hoĩum:in figuraʒ humanã:ac deniq; in homines non in ſimias:ut quidã putant:id qđ facile ex iis quæ inferunt ut colligi poteſt.Neq; enim ſimiæ aut Deorum ſunt contẽptrices:aut cædis auidiſſimæ:aut uiolẽtæ.Quare intelligamus terram gigantum ſanguine madefactaʒ,in homines crudeles:gigantumq; ſimiles fuiſſe cõuerſam.¶Sed & illa propago Cõtemptrix ſuperũ:ueꝛ inquit etiam illa progenies:quæ ex ſanguine gigantuʒ orta eſt:impia fuit in Deos ab omniq; humanitate,æquitateq; aliena.

Propago Propago autẽ quæ & propages dicitur:cum uitem uetulam terra obrutam ſignificat.ut ex una plures fiant:primam producit ſyllabam.Virg.Flexos propaginis arcus.Cum uero progeniẽ demonſtrat:eãdem corripit.Virg.Si Romana potens itala uirtute propago.

Propagare Hinc fit propagare uerbum:quod ſignificat uitẽ uetulam ſupprimere:ut ex una plures nouellæ fiãt.Interdũ extendere genus ac dilatare ſignificat.¶Scires:ſcire poſſes ex auiditate cędis ex gigantuʒ ſanguine genitã eẽ.Eſt aũt figurata locutio.A tertia nãq; perſona ad ſecundã eleganter fit tranſitus.

LAVL. Fabuloſum nõ eſt gigãtes fuiſſe NEue foret terris ſecurior ardu⁹ ęther:Affectaſſe ferunt regnuʒ cæleſte gigãtes.Gigãtes uaſtiſſimorum corporum homines aliquando fuiſſe:& Moſes i ſacra hiſtoria:& Ioſeph⁹ i antiq̃tatib⁹ ſcripſerũt,ac ſuis carminib⁹ cecinere poetę.Sacræ ſiqdẽ litteræ de his altiſſimæ ſtaturæ uiris ita teſtantur.Gigãtes erant in diebus illis ſuper terram.In deuteronomio etiam de hoc rege

Ioſeph⁹ Baſan gigante Moſes meminit.Fortitudinis cuius(Ioſephi in quarto antiquitatum libro ſententia)& magnitudinis ſunt experti.qui lectum eius uiderunt in ciuitate Rabbata regni Ammanitidum factum ex ferro:quatuor cubitorum latitudinem habentem:longitudinem

Golias duplicẽ:& uno cubito fortiorem.Gigantis etiam illius:de quo regius pſaltes Dauid in balearis ſaxoſo uerbere funde & baculo triumphauit:corpoream magnitudinẽ(ſacro teſte eloquio)ſex cubitorum & palmi unius fuiſſe notiſſimum eſt.Aurelius etiam doctor Auguſtinus

Auguſtinus in decimoquinto libro de ciuitate Dei de gigãtum pro ceritate ita ſcripſit.De corporuʒ magnitudine:pleriſq; incredulos nudata per uetuſtatem:ſiue per uim fluminum uarioſq; caſus ſepulchra cõuincunt:ubi apparuerunt uel unde ceciderunt:incredibilis magnitudinis oſſa mortuorꝫ.Vidi ipſe non ſolus:ſed aliqui mecũ in uticenſi littore molarẽ hominis dentẽ tã ingẽtẽ:ut ſi in no

ſtrorum

ſtrorum dentium modulos minutim conſideretur: cen
tum nobis uideretur facere potuiſſe. Sed illum gigã
tis alicuius fuiſſe crediderimus. Nam propter q̧ erant
omnium multo maiora q̃ noſtra tunc corpora gigantes
longe cæteris antei bant. Sicut aliis deinde noſtriſq; tẽ
poribus (rari quidẽ) ſed nunquam ferme defuerunt:
Plinius qui modum aliorum plurimũ excederẽt. Plini⁹ quoq;
ſecundus uir doctiſſimus (Auguſtino referente) quãto
magis magiſq; præterit ſeculi excurſus: minora corpa
Homerus naturam ferre teſtatur. Quod etiam Homerum cõme
morat ſæpe carmine fuiſſe conqueſtum: non hæc uelut
poetica figmenta deridens: ſed ita hiſtoricam fidẽ: tãq̃
Virg. miraculorum naturalium ſcriptor aſſumens. Virgilius
deniq; corporum magnitudines priſcorum temporũ
ætate lõge ampliores q̃ ſint noſtra tempeſtate (cum de
ingenti lapide: quem in agrorum limite infixum Tur
nus pugnans rapuit, ſcriberet) fuiſſe uoluit. Saxũ anti
quũ ingens campo qui forte iacebat Limes agro poſi
tus, litem ut diſcerneret aruis. Vix illud lecti bis ſex cer
uice ſubirent Qualia nunc hominum producit corpa
tellus. Ille manu raptũ trepida torquebat i hoſtẽ. Signi
ficauit Virg. maiora tũc corpora q̃ nunc ſolere tellurem
producere. De horum autẽ proceræ magnitudinis ho
minum origine, & poetarum & doctorum uaria eſt in
primis opinio. Poetarum ingenioſiſſimus Pelignus ua
tes. ex Titanorum ſanguine a Ioue interfectorum &
terra natos teſtari uidetur. Alii Titani & terræ filios di
xerunt. nõnulli a terra ſine patrẽ genitos ſcripſerunt. Io
Ioſeph⁹ ſephus in antiquitatibus iudaicis ita teſtatus eſt. Mul
ti angeli Dei mulieribus coeuntes iniurioſos filios ge
nuerunt: qui omne bonũ deſpicientes ppter cõfidentiã
fortitudinis, ſimilia his qui dicti ſunt a græcis gigantes
perpetrare traduntur. Cui opinioni Lactãtius & Euſe
bius de præparatione euangelii lib. vii. aſtipulari uidẽ
tur. p angelos Dei Dæmones incubos & ſuccubos itel
Auguſt. ligi uolentes. Præclariſſimo autem Aurelii Auguſtini i
elaboratiſſimo de ciuitate Dei operẽ teſtimonio. Multi
ſe expti uel ab expertis audiſſe confirmant Siluanos
& Faunos (quos uulgus incubos uocat) improbos ſæ
pe extitiſſe mulieribus: & earum expetiſſe concubitũ
atq; peregiſſe. Vñ hoc negare impudentiæ uidetur: ſi ta
men ex Dæmonum concubitu nõnulli aliquãdo naſcã
tur. Non hoc ex ſemine ab eis aut a corporibus aſſum
ptis deciſo, Sed ſemine alicuius hominis a Dæmõe ad
hoc accepto pcedit. Nõnunq̃ enim Dæmon: qui eſt ſuc
cubus ad uirum: fit incubus ad mulierem, & ſemen ac
ceptum ad hominis generationem: ſicut & aliarum re
rum ſemina ad aliquarum rerũ generationem (ut teſta
tur Auguſtinus tertio libro de trinitate) aſſumit. Hõ
autẽ eo modo genitus non Dæmonis: ſed hois: a quo ſe
mẽ eſt acceptũ dicitur filius. Q uod autẽ de gigãtũ origine Mo
Gen. vi. ſes ſcripſit. Vidẽtes filii Dei filias hominũ q̧ eſſent pul
chræ acceperũt ſibi uxores. Poſtq̃ ingreſſi ſunt filii Dei
ad filias hominũ, illæq; genuerunt. iſti fuerunt potẽtes
a ſeculo uiri famoſi. Auguſtini determinatione ſic acci
piendũ eſt. non illos ita fuiſſe Dei angelos (quo nomie
etiã aliquãdo ſacro teſtante eloquio hoies uocati ſunt)
ut homines nõ eſſent, ſicut quidã arbitrãtur: ſed hoies
proculdubio fuiſſe ſcriptura ipſa ſine ulla ambiguitate
(ut uult Auguſtinus) declarat. Filios autẽ Dei, filios Seth
accipere poſſumus. hoies ſiquidẽ ex Seth geniti Dei di
cti ſunt filii. cũ ob legitimos Deo impenſos honores. tũ
ob iuſtitiæ uirtutiſq; ornamenta: & uitæ ſanctimoniã
ac ſimplicitatẽ, in qua aliquãdiu uixerũt: priuſq̃ filiab⁹
hominum, ex Cayn ſcilicet deſcendentiũ, laſciuiæ & lu
bricitati dedītiſſimis coniugio: qđ Seth ex Dei uolũtate
prohibuerat, iungerentur. Hos autem gigãtes ut fabu
lã referamus: & corporũ proceritate: & pedibus ſerpen
tinis admirãdos adeo furiis agitatos ſcripſere poetæ: ut Gigãtũ fabula
Iouẽ e cælo pellere conarentur. Montes ſiquidem mon
tibus imponẽtes: uiã ſibi parare uidebant: qua Iouẽ cæ
lo traherẽt. Impetum igit̃ Typhoeo duce i Iouẽ alioſq;
Deos faciẽtes: eos adeo terruerẽt: ut eos in Aegyptũ uſ
q; fugerẽ coegerint. ubi ſe Typhoei metu i uaria anima
lia. ut in quinto huius operis libro ſcribit Ouidius: con
uerterũt. Mutati ſunt igitur Dii i uaria animalia. Iuppi
ter in arietem. Apollo in coruum. Bacchus i caprã. Dia
na in felem. Iuno in uaccã. Venus in piſcem. Mercuri⁹ i
Ibin. Inde factũ eſt: ut Aegyptii multa animalia p diis
colãt. Quorũ cæcitatem Iuuenalis & Fulgentius irri
dẽs ait. Q uis neſcit Voluſi Bithynice q̃lia demẽs Aegy
ptus portẽta colat. Tãdẽ Iuppiter gigãtes & fulminib⁹
interemit & ad inferos detruſit: ut in ſexto Aeneidos
meminit Virgilius. Hic genus antiquũ terræ Titãia pu
bes Fulmine deiecti: fundo uoluũtur i imo. Typhoeũ
Iuppiter fulmine proſtrauit: & ad eius opprimẽdaũ ſu
perbiam corpori (ut uoluit Ouidius) trinacriam: Vaſta
giganteis iniecta eſt inſula membris, Virgilii uero ſen
tentia marinẽ impoſuit. Tum ſonitu prochyta alta tre Virgili⁹
mit, durumq; cubile Inarime: Iouis ĩperiis impoſta Ty Trinacria
phoeo. Terram autem gigantum ſanguine madefactã marine
in homines: haud parentibus diſſimiles fuiſſe conuer inſula
ſam uoluit Ouidius. Hiſtoria fuit: Iouem Cretẽ' ẽ: duo Hiſtoria
inſignia bella geſſiſſe. Primum cum Titanis: ut paren
tes uinculis detentos liberaret. Alterum cum parente
ſuo Saturno: mortem eius moliente: & nonnullorum
teſtimonio apud phlegram Theſſaliæ locum conflictũ
eſt. Gigantes autẽ montes montibus impoſuiſſe dicti
ſunt, cum & arces in montibus & turres erigant pugnã
tes: ut cælum: regnum ſcilicet occupent: quæ omnia tan
dem a uictore deiciũtur: ut a Ioue factum eſt: qui cum
a Titanis eſſet bello laceſſitus: & montem occupaſſet:
a montis & alto & eminenti loco inſurgentes ab ĩferio
ri loco hoſtes facile repellebat. inde fabulæ datus eſt lo
cus: ut Dii ſuperiores dicerentur: inferiores uero terri
genæ. Et quia de humillimis ad ſumma reptabant: pe
des ſerpentinos habuiſſe dicti ſũt. Q uod deniq; metu
Typhoei in Aegyptũ mutatis formis aufugerint Dii.
Senſus phyſicus talis eſſe poteſt. Nam pro Typhoeo Senſus phyſic⁹
qui terræ fuit filius: terra ipſa intelligenda eſt: & potiſ
ſime ea pars: quæ a Gallis ſub ſeptentrione (Gallia qp
pe omnis: Cæſaris in commentariis teſtimonio: ſub ſe
ptentrione eſt) incolitur: a qua dii Sol ſcilicet p quem
(ut Macrobio placet in libro Saturnaliorum) reliqua
Deorum multitudo intelligenda eſt: tunc fugiunt quã
do ab æquinoctio autumnali uerſus antarcticum polũ
Sol declinare incipit: qui tunc elongatur a terra: a regio
ne noſtra ſcilicet: qui ſeptentrionales ſumus: & I auſtrũ
tendens ſeu regiones auſtrales: uidet̃ tendere in Aegy
ptum, Deus autem formas mutaſſe ab Ouidio ſcriptũ
eſt: ut rerum per ipſos Deos deſignatarum uarias ſub Iuppiter in arietẽ
animalium figura proprietates explicaret. Iuppiter er
go in arietem mutatus: planetæ ſui nominis naturam
demonſtrat. Aries ſiquidem eſt animal & manſuetum
& benignum: nemini ſi in quiete ſua permittatur infe
ſtum. Præterea utile plurimum. Nam ad prolem pro
creandam maximo pecudum gregi ſufficit: & non ſo
lum uir gregis ẽ: ſed dux etiam: ſi enim abſit paſtor: ipe
ſe paſtorem pecori præuium offert: illudq; itinere recto
reducit in caulas, quæ Ioui conueniunt. Eſt eni planeta
benignus & mitis: niſi coniunctione alterius deprauet
tur. Eſt etiam utilis: quia maturos foetus mulierum mo

uet ad exitum:& emittit in lucem,omneſq; iuuat ut ip
ſum nomen ſonat:ſic& dux gregis, Rex ſcilicet & do/
Soli ceru9 minus Deorum:ut deluſa credidit antiquitas .Solem i
coruum ea cauſa uerſum finxere ueteres. Nam coruus
quandam uim præſagiendi a ,gentilibus habere credi/
tus é:& quia Sol diuinationis(Virgilio teſte: Sol tibi ſi/
gna dabit:Solem quis dicere falſum Audeat)dict9 eſt
Deus:eidem coruum conſecrauere.qui(ut dicit Fulgé/
tius)ſolus inter aues habet.lxiiii.uocis mutationes:quã
ob cauſam auguribus antiquis erat in auguriis captan/
dis auis gratiſſima.Bacchus in caprã mutatus:uinũ im
Bacch9 i caprã moderate ſumptum dat intelligi.Vinum ſiquidem ho
mines potatos:& olidos ut capras : & petulcos ac laſci/
uos reddit.Vini etiam uapores ad cerebrum aſcenden
tes & rationem obnubilant: unde homines calorē aucti
animoſiores efficiũ t:& ad ſublimiora ac celſiora quęq;
hyremo more contendant.Luna in ſelem mutata fingi
tur:ut eius motus uelocitas deſignetur . Iuno autem in
Luna i ſelem candidam uaccam ideo mutatam uoluerē : quia uacca
fertile ſit animal. Terra etiam: quam iunonis nomine
Iuno in uaccam nonnunq̃ intelligunt:fertilis ſit & candida:cum niuib9
hyeme tegitur.Quod Venus piſcis .effecta ſit:eius hu/
miditas:ſeu quod humiditate urgeat Venus oſtẽditur.
Venus in piſcẽ Mercurius autem ibis factus dicitur.eo q; Cyconia ſo
cialis auis ſit:ex quo Mercurii conuenientia cum omni
Mercurius in ibin bus deſignatur:& uti ſerpentum hoſtis Cyconia eſt:ſic
aſtutiarum diſſipator Mercuri9. Hac giganthomachia
Sẽſus allegoric9 ſenſu allegorico:multiplex ſacrarum literarum depre/
hendi poteſt hiſtoria .Perpulchre ſiquidem ſuperbos
illos ſpiritus gigantes in Iouem inſurgentes ſignificãt.
Fuere enim homines Titani & terræ filii. Angeli & ab
eo qui Sol dicitur:& qui terris imperat:cæteris creatu/
ris:ut gigantes cæteris hoibus excellentiores altitudi/
nis naturæ ſunt creati.Duce Typhoeo in Iouem impe
tum gigantes fecere.Angeli ſuperbi a Lucifero incitati:
eius puerſæ uoluntati aſſentiendo adhærentes : æter/
nam felicitatem ſine meritis conſequi uoluerunt. Aſcẽ/
dã in celũ & ſimilis ero altiſſimo.Gigãtes a Ioue fulmi/
ne deiecti ad inferos detruſi ſunt. Tiphoeo duci ætnã
iniectam uoluit Ouidius,Lucifero in uincula a ſummo
omnium rerum opifice coniecto : non ſolum ætna ſed
orbis uniuerſus ſuperpoſitus eſt : cum infert in centro
terræ(prophetæ teſtimonio.Eripuit animaʒ meam de
inferno)inferiori aſſerantur.Nihil eſt enim centro infe
rius.Et Dominus interdeclamandum dixit:q; fili9 ho
minis futurus eſſet tribus diebus & tribus noctibus in
corde terræ.Centrum autẽ ita eſt ĩ medio terræ:ut cor
in medio corporis.licet enim omnia grauia ad centruʒ
grauitatis naturali inclinatione tendant :& terræ ſoli/
ditas concauitatem naturaliter non patiatur .nihilomi/
nus diuina potentia eſt ibi concauitas : cum theologo/
rum & poetarum ſententia ignis corporeus apud infe
ros exiſtat:quo ſuperbi angeli omnes poſt tremendi iu
dicii diem(nonnulli ſiquidem in hoc aere caliginoſo ad
iudicium uſq;:ut in carcerem ſunt relegati) & infelices
damnati homines cum corpore & anima cruciabũtur.
In infima igitur & abiectiſſima naturæ loca.ſupbi ſpi/
ritus deiecti:conuenientiſſimam ſuæ ſuperbiæ pœnaʒ
acceperunt : ut qui ſupra cæteros ſeſe extollere tenta/
bant:infra cæteros iacerent. Fulminatos autem Dę
Luce.x. mones ſub gigantum nomine ingenioſiſſime ſcripſit
Ouidius:cum ſacra etiam euangelii doctrina de Lucife
ri caſu loquens intulerit. Videbam Sathanam ſicut ful
gur de cælo cadentem,Gigantibus etiam Iouem cælo
pellere uolentibus.primi humani generis parentes : q
bus Moſes callidum & mendacem in ſerpente latitan/
tem Luciferũ ſua peculiari uerſutia ut eos ab innocen/
tia deiiceret:dixiſſe ſcripſit. Eritis ſicut dii ſcientes bo
num & malum. Elatus auteʒ Adam(ut Auguſtino pla
cet)ſuaſioni ſerpentis obediens præceptum cõtempſit:
eiuſq; menti infuit amor quidam propriæ poteſtatis &
quædam de ſe ſuperba præſumptio. nõ incongrue igi
tur in Deum quemadmodum gigantes in Iouem inſur
rexiſſe dicuntur.cum gigantes cuʒ Diis pugnare(Cice Gẽ.iii.
rone teſte)aliud non ſit q̃ naturæ repugnare.Quid au
tem obſecro magis naturæ repugnat : q̃ creatori a quo
natura dependet non obedire q̃ naturali rationis lumi
ne ſpreto affectui ſenſibili morem gerer͂e? Quæ omnia
primi parentes nõ ſolum Moſi ſed Ouidii ſentẽtia per
petraſſe feruntur. Moſes. Eritis ſicut Dii ſcientes bonũ
& malum, Quod Ouidium non latuit. ¶ Affectaſſe fe
runt regnum cæleſte gigantes: Ex giganteo deniq; pa/
rente ſuperbo ſcilicet & peccatore:peccatrix orta eſt po
ſteritas. Ex terra gigantũ ſanguine madefacta : proge
niem parẽtibus non diſſimilem ortaʒ fuiſſe uoluit Oui
dius. Obruta mole ſua cum corpora dira iacerent Per
fuſam multo natorum ſanguine terram Immaduiſſe fe
runt:calidumq; animaſſe cruorem &c. Primus parens
peccator factus & totam poſteritatem peccato obno/
xiam reddidit:& Cayn fratricidam genuit.cui9 ſucceſ
ſio cunctis ſceleribus:ac ſi ex ſanguine : peccato ſcilicet
ortum trahens nõ degeneraſſet a radice(ut ingenioſiſ
ſimus poeta noſter di ſcribit Ouidius)fuit dedita. Sed
& illa propago. Contemptrix ſuperum:ſęuæq; auidiſ/
ſima cædis Et uiolẽta fuit,ſcires e ſanguine natam. Gi/
gantes etiam robuſtiſſimum illum uenatorem nõ fera
rum ſed hominum impreſſorem & extinctorem : cui
(Moſi ſentẽtia) Nembroth nomẽn erat:& eam impiaʒ
gentem,quę turrim,cuius ædificatio in cælum altitudi/
nem molis extolleret in Deum erigendam excogitauit
ſignificant. Temeritatem huius gigantis Nembroth ex
Cham deſcendentis:ac ſociorum , Ioſeph9 uir doctiſſi
mus in primo libro antiquitatum his uerbis reprehen/ Ioſeph9.
dit. Fecit homines eſſe alatos ad iniuriam Dei & con/
temptum Nembroth filius Cham filii Noe.qui cum eſ
ſet audacior & manu fortiſſimus ſuadebat eis: ut non
Deo aſcriberent:quia hominibus per illum felicitas eue
niret:ſed quod eis propria uirtute pberetur: & cogna/
tos generis ſui ad cauſam tyrannidis adduxit,ſolus ip/
ſe præſumens homines a Dei timore reuocare,& ſpeʒ
ſuam in propria uirtute reponere: ulciſciq; ſe demen/
tes in Deum putabant interminantem ſeire diluuium Auguſt.
terrę. Ob quam cauſam turrim altiorem ædificandam
ſuadebat.ubi aquæ non poſſent aſcendere. Multitudo
autem prona erat,ut Nembroth præceptionib9 obedi
rent:graue putantes ſeruitium obſequi Deo : & turrim
ędificabãt:in nullo ſua ſtudia deſerẽtes. Sumebat ergo
altitudo facultatem:& pluſq̃ ſperar͂ quis poſſet:multis
manibus fabricata creſcebat . Latitudo tamen ita erat
fortiſſima:ut prope eam reſpicientibus: longitudo uide
retur imminui. Aedificabant autem ex latere cocto col
ligato ex bitumine,ne forte penetraretur ac ſolueretur Gẽ.xi.
aquis. Sic illos inſanientes Deus intendens:extermina
re omnes non decreuit :quomodo nec aliis duduʒ per
ditis formidabant,ſed diſcordiam illis immiſit diuerſa
rum linguarum:cum prius omnes homines unius uo/
cis exiſterent:ut per multas abſonaſq; uoces intellectu
carere potuiſſent. Locus autem in quo turrim ædifica/
bant.nunc Babylon prius Sennaar uocatur.dicta pro
pter confuſionem,quam circa locutionem ſuam tunc
habuerunt. Hæbrei nanq; Abel confuſionem appella
bant, Sic illa conſpiratio diſſoluta eſt:cum quiſq; ab eo

quem non

quem nõ intelligebat aſcenderet:nec ſe niſi ei cum quo
loqui poterat aggregaret. Et per linguas diuiſæ ſunt
gentes, diſperſæq; per terras:quæ tandem in unitatem
fidei:ab apoſtolis uariis linguis loquentibus congrega/
tæ ſunt. Hanc autem Nembroth gigantomachiam &
turris erectionem pulchre deſcribit Ouidius:montes ſi
quidem montibus gigantes impoſuiſſe uoluit. Nem/
broth & ſocii lateres lateribus addebant:uel etiam tūc
montes montibus impoſuiſſe dicti ſunt:cum ſuperbus
ſuperbo:elatum elato(Moſe ſcribente. Venite faciam⁹
nobis ciuitatem & turrem cuius culmen pertingat ad
cælum)ad turris conſtructionem aggregauerint. Gigã/
tes fulmine t:ectos teſtatus eſt Ouidi⁹. Ira Dei quę ful/
mine magis timenda eſt:Nembroth eiuſq; ſocios fulmi
nauit:cũ eorum linguas in ſuæ temeritatis pœnam con
fudit. In diuerſas orbis partes Iouem montes deieciſſe
ueteres tradiderunt. Summus omnium opifex Deus
occulto quodam iudicio, hanc elatam gentem : rectiſſi
me per montes in altum ſe tollentes deſignatam diſp͛
ſit. Et gigãtum ſanguine ortã progeniẽ Deorum cõtem
ptricem dixit Ouidius. Ex Nẽbroth ac eius ſociis in ua
rias orbis partes ſeparatis nati ſunt idolorum cultores:
qui maxime Deum contemnere dicti ſunt. cum hono/
rem Deo debitum impenderent creaturæ. Sẽſu tropo/
logico gigantes(quos Macrobii teſtimonio: quid aliud
credendum eſt fuiſſe q̃ hominum impiam gẽtem Deos
negantem:& ideo exiſtimatam Deum pellere de cæle
ſti ſede uoluiſſe)unumquẽq; uniuſq; reipublicæ Chri
ſtianæ ſuperbum, & ambitioni deditum principem nõ
incongrue repreſentant. Principum ſiquidem nonnulli
dominandi cupiditate irretiti : montes montibus tunc
imponere dicuntur:cum propriis non contenti:& fini/
timis & remotis nonnunq̃ bella inferunt : & principa/
tum principatui coniungentes:ſubditorum bona diri/
piunt : ſibi quoq; omnia licere arbitrantur : qui Deum
ignorare facile conuincuntur:cum aliam uitam a mun
dana eſſe non credant:& Deum ſuę impietatis punito
rem non expectent. Nam ſi crederent:nt tantorum ſcele/
rum turpitudine animam nõ fœdarent. Quis eni ſua
eloquentia explicaret:quantum Chriſtiani ſanguinis:
ea regnandi libidine fuſum ſit : quot uirgines Deo ſa/
cratæ fuere ludibrio : quot ueteres ciuitates diruptæ:
Quid bella cõmodi pariãt. ſacrorũ locorum oſtendunt
ruinæ. Non iam turci pro delenda religione chriſtiana
bella mouent. Principum chriſtianorũ diſcordię(proh
Deum atq; hominum fidem)quantum Chriſti reipubli
cæ exterminio fuerint noſtra infelici tempeſtate experi
mur. O crudeles tyrannos. O gentem cæcam. O trucu/
lentam ambitionem. Quid enim eſt adeo inhumanũ:
adeo ſceleratum : adeo execrandum:q̃ in eos ferarum
more ſæuire:pro quibus Chriſtus homo factus ſangui
nem non dubitauit effundere:O effrenatam hominũ
ſuperbiam. O giganteos mores. O cæcum habẽdi amo
rem:qui nec uiduis parcere: nec pupillos fouere:nec ui
ros ſacratos reuereri: homines cæteris præeſſe ſpretis
iuſtitiæ legibus uolentes:inducit. Hęc imperandi ſuper
bia:ſocietates ſanctiſſimas dirimit. Bella iter homines
excitat:arces munitiſſimas euertit:urbes quãplurimas
& domos diruit:hæc cuiuſq; ſtatus quietem peruertit:
uariis curis uexat pectora:nec rebus mediocribus ho
mines ſinit eſſe contentos. Hæc prima inter gentes do
minia:hæc imperia excogitauit:reſpublicas peruertit:nec
tamen animus dominandi ulla rerum mundanarũ co
pia ſatiatus quieſcit. Nam quemadmodũ gigantes mõ/
tes montibus imponebant : ſic hi regnandi gloria ille/
cti dominiũ dominio:principatum principatui aggre

gant:quos tandem ut diuinæ legis cõtemptores:Deus
optimus maximus a terreni ſtatus eminẽtia:ad iferos:
ut de gigantibus ſabulant̃ poetæ:detrudit. Eccleſiaſticę
deniq; reipublicæ ſacrorũ uirorum nonnulli giganteos
mores imitati:montes montibus imponunt: cum digni
tatem dignitati:beneficium beneficio:epiſcopatum epi
ſcopatui. abbatiam prioratui aggregant:ut longo clien/
tum:ac famulorum agmina ſtipati incedant:ut eis ſum
ptuoſa ſint conuiuia:epulæ magnificentiſſimæ : uaria
undiq; quæſitorum ferculorum genera:pocula exquiſi
ta:uaſorum aureorum & argenteorum copia : ueſtium
crebra mutatio. palatia ingentia : peregrinis marmori/
bus:pariis columnis:elaboratis teſtudinibus:lapidibus
& politis:& uariarum imaginum cęlatura inſculptis ex
tructa. Vt hi ſuperbi gigantes naturæ fragili repugnan
tes:aliam hac excepta uitam non credere conuincitur.
Mutant ſiquidem quadrata rotundis:ut maiorum mo
numenta delentes ſuam & non prædeceſſorum poſte Horatius
ris memoriam relinquant. Nihil autem de animarum
cura eorum fidei commiſſa ſolliciti:ſolum redditus quę
runt:iam non de ſubditorum moribus:patroni ſuarũ
eccleſiarum nomine:apud eos eſt:ſed de cenſibus quę
ſtio. Vt illud Satyrici poetæ eis optime conueniat. Pro
tinus ad cenſum:de moribus ultima fiet Quæſtio. Ad Iuuena.
ea ſiquidem hac infelici temporum conditione deuen/
tum eſt dementiam:ut eos mundus celebriori fama ex
tollat:ampliori laudum cumulo proſequatur:quos plu
ribus dignitatibus(& ſi cum animæ periculo)abundarẽ
didicerit. Qui cum ſeipſos regere nequeant:quo pacto
cæteros dirigant experimur. O perdita tẽpora. O cor/
ruptos mores. O inanes hominum cogitationes. O rẽ
ſceleratiſſimam:eos qui cæteris dati ſunt in ductores. &
magiſtros:in ſpeculum:adeo omnium ſcelerũ labe de
turpati:ut iam his quibus deberent eſſe in exemplum:
facti ſint & in ruinam & in ſcandalũ. Quis nunc de te
obſecro o homuntio:ex cœno & luto compoſitę : apud
tibi ſubditos ſermo habetur: Te omnia auidi poſſide/
re. Te in hoc exilio hortos deliciarum(ut alteram para
diſum)plantare. Aedes ſuperbiſſimas : deductis terra
pelagoq; marmorib⁹ erigerẽ. Tecta magnifica inaurarẽ.
Aedium culmina mobilibus ad uētorum arbitrium ue
xillis decorare:Picturis & uenationis & lenonũ, mere
tricumq; laſciuiis prurientibus parietes ueſtire : econ/
tra Dei ædes negligere. Nec de tua, nec de eorũ ſalu
te ſollicitum eſſe:eos potius in Scyllam & Charibdi q̃
ad portum deducere. De corporeis uoluptatibus & lu
xu:non de animarum ſalute curam gerere:In domibus
ornatiſſimis moram trahere:Chriſti uero eccleſiam ſi/
tum ducere. Hæc de te uulgus prędicat. An euangeliũ
Chriſti & apoſtolorum doctrina te illa facere : de qui/
bus populus(& longe ante eos Deus)queritur : docue/
runt: An talia ſanctorum patrum fuerunt eccleſiaſticis
uiuendi inſtituta: An talem uiuendi normam præbue
runt: O te miſerum:o infelicem:dic quęſo ubi gentium
legeris aliquem:cuius uitam ita uiuens ſequeris : ſãcto
rum cathalogo aſcriptum : Quem obſecro uniuerſalis
eccleſia populis uenerandum approbauit : incompaſſi
bilibus dignitatibus inſignitum:cui titulus quo tãtum
extolleris)fuerit epiſcopi & abbatis: In Euſebio Cęſa
rienſi plerũq; me legiſſe memini:epiſcopi : & martyris:
epiſcopi & cõfeſſoris:abbatis & cõfeſſoris:uirũ ãt epi/
ſcopi & abbatis non ſeinuicẽ cõpatientibus eccleſiaſti/
cis dignitatibus:nec doctorũ pater Hieronym⁹:nec ue/
nerabilis Beda:licet pleraq; ſacrorũ uirorũ geſta ſanctiſ
ſima conſcripſerint:inter ſanctos retulerunt. Et ob rẽ
maiores noſtri ad cęleſtes theſauros anhelantes : mũdi

Senſus tropologicus

huius diuitias magno animo contempſerunt: non aſſentationibus: non ambitione: non arte: non largitionibus: non ſimulatione magiſtratus in eccleſia Dei & prælaturas aucupantur: ſed uocati a Deo tanq̃ Aaron ad aliorum curam: non tanq̃ ad auri rapinam: ſed ad op⁹ ſibi a diuina prouidentia delegatu; ad labores: ad miniſterium: ad ſollicitudines ad martyrium deniq; aſcendebant: ut gregem dominicum ſumma uigilantia cuſtodirent: & repromiſſam iuſtitiæ coronam acciperent. Horum igitur ueſtigia o prælati, o eccleſiaſtici: qui ſequimini giganteos mores iam relinquite: ne tandem fulmine tacti ſcelerum ueſtrorum meritas luatis pœnas.

Quæ pater ut ſumma uidit Saturnius arce:
Ingemit: & facto nondum uulgata recēti
Fœda Lycaoniæ referēs cōuiuia menſæ:
Ingentes animos, dignas Ioue concipit iras,

Fabulæ ſextæ libri primi
Argumentum.

LACTANTIUS ¶ Quæ pater &c. De gigantum ſanguine nati: q̃ ſacrileg a mente uerſati ſint, Lycaonis teſtatur exemplum: qui tyrannus Archadiæ cum aduenas hoſpites trucidaret: etiam Iouem in ſe accendit iratum. Nam Iuppiter humani ſceleris impatiens i Deos querimonia delata: hominis ſpecie ſimulata ad Lycaonis regia; uenit: cui Lycaon tanq̃ mortali præparans mortem: prius humana membra deuoranda: uelut hoſpitali humanitate appoſuit. Quæ poſtq̃ Iuppiter ſenſit: non eum penitus interemit, ne ſupplicii amitteret ſenſum: ſed in lupi ſæui eu; formam conuertit: qui & mores in rabiem: & nomen Lycaonis i appellationē ſeruaret. Non contentus fuit Iuppiter cæteros homines unius Lycaonis terrere ſupplicio: niſi in genus omne ſæuiret. Inde deniq; tātā iuſſit aquarum copiam redundare: ut opertis diluuio mōtibus cuncti homines interirent.

RAph. ¶ QVAE PAter ut ſumma: Iuppiter cum eorū hominum crudelitatem: qui e ſanguine gigantum nati erant foret contemplatus: ac in primis tetram Lycaonis arcadiæ regis feritatem ſecum ipſe cogitauiſſet: non minus indoluit: q̃ eſt in uniuerſum genus humanum indignatus. Quare Diis omnibus congregatis: & conſilium ſuum de perdendo genere humano: & quæ ab Lycaone mala paſſus ſit, exponit: ac quemadmodum Lycaonem ipſum Archadiæ regem crudeliſſimum, rapaciſſimumq; in lupum commutauit. ¶ Vt uidit: poſtq̃ uidit & contemplatus eſt. ¶ Summa arce: a ſummo cæli uertice. ¶ Facto recenti: cauſa eſt cur nondum uulgata eſſent teterrima Lycaonis conuiuia: propter ſcelus nāq; paulo ante commiſſum nondum erant cognita Lycaonis conuiuia Ioui apposita. ¶ Referens: animo reuoluēs. ¶ Fœda conuiuia: tetra & crudelia. Nam Lycaō Pelaſgi filius hoſpitio ſuſceptos: non ſolum interficiebat: ſed etiam conuiuis comedēdos apponebat. Quod quide; cum Iuppiter cognouiſſet: ubiq; eius domum ingreſſus factas inſidias comperiſſet: & domum incendit, & Lycaonem in lupum animal rapaciſſimum conuertit. Quod quidem idcirco fictum eſt: q; Lycaon (ut Pauſanias ait) in aram Lycæi Iouis infantem impoſuit, atq; immolauit: & ſanguinem libauit: atq; e ueſtigio in lupum mutatus fuiſſe memoratur. Fuit & alius Lycaon Priami filius, Pyndari pater: qui ab Achille fuit interfectus. Sāe Lycaō ἀπὸ τοῦ λύκου, q lupū ſignificabat, denominatus uidet. ¶ Ingentes animos: maxias idignatiōes.

LAVI. Quæ pater ut ſumma uidit Saturnius arce. Deſcripturus diluuiu; Ouidius Lycaonis fabulam (quam nos ut Geneſeos ſeq̃mur hiſtoriam Cayn fratricidam intelligimus) in Deorum concilio a Ioue recitatam præmiſit. Hic autem Crētenſis Iuppiter eius nominis tertius: in quem geſta a cæteris eiuſdem nominis reuocata ſunt, Saturni regis ex Ope uxore filius. Anno uigeſimoſecundo principatus Moſi: patre e regno expulſo in Cretea inſula (a q. cognomen accepit) regnare cœpit. Hic cum Iunone ſorore eodem partu editus fuit, qui mox a matre in Idam montem Cretēſem (ut autem Seruio placet in dicteum montem) alendus tranſmiſſus eſt. Ibidemq; curetibus religioſis commendatus. Variæ tamē de ipſius enutritione ferūtur ſententiæ: ſed omnes in hanc conuenire uidentur: q melle tantum fuerit nutritus. Aliis uero placet eum nymphis alēdum datum: inter quas Meliſſei Cretēſium regis duæ fuere filiæ, Amalthea, & Meliſſa: quæ caprino lacte atq; melle Iouem nutrierunt. Qui cū adoleuiſſet (ob captos parentes) cum Titanis bellum habuit & parentes liberauit. Haud multo poſt etiam patrem regno expulit eo q comperiſſet ipſum ſuæ uitæ inſidiari. Et hinc bellum cum gigantibus confectum fuiſſe: quos ſuperatos montibus ſuppoſuit: Deniq; orbe ſubacto imperiū cum fratribus partiri uoluit. Dato Plutoni fratri infernorum dominio: & Neptuno maris: ſibi olympo reſeruato: quæ dominia ad diuerſas orbis partes: in quibus regnauerunt: referuntur. Olympus ſiquidem (quo etiā nomine cælum appellamus) mons ē & ita de reliquis. Cum igitur Iuppiter rex potentiſſimus factus fuiſſet: ut erat uir admodum gloriæ cupidus: & plurimum ambire cœpit: & non minus aſtutia q̃ uiribus & laudes humanas: & diuinos honores ſibi acquirere procurauit. Vnde & templa plurimis in locis ſibiipſi conſtruxit: ac ſuo nomini dicauit. Et eam ob rem in quancunq; regionem acceſſiſſet: & reges principeſq; populorum hoſpitio & amicitia ſibi copulabat: & cum ab eiſdem digrederetur: inter cætera imperabat ſibi templum ædificari. Atq; ita hac aſtutia factum eſt: ut Iuppiter hic ſibi diuinum honorem in græcia acquiſierit cum quadam religione connexum. Plurimi & enim reges eidem obſequi uolentes: ob nominis ſui gratiam etiam annuos ritus & feſta celebrabant. Et hoc modo Iuppiter hic per orbem terræ ſui cultus religionem diſſeminanit: & exemplum cæteris ad hoc imitandum dedit: & quātūcūq; circa honores ambitioſus eſſet: libidinibuſq; intēperanter deſeruiret: multa tamen humanæ uitæ utilia adinuenit, ac mala plurima ſuſtulit: & inter cætera ab hominum moribus conſuetudinem humanas carnes comedendi: quibus illo tempore ueſcebantur: amouit. Eum quippe aiunt corporis robora & animi uirtutibus ualuiſſe ac ſummopere ſtuduiſſe, ut & impii punirentur: & probi ſummis afficerentur beneficiis. Et quamq̃ propter eius ſingularem corporis & membrorum elegantiam rex cæleſtis ab omnibus diceretur: nihilominus adeo puellarum exarſit amore: & præſertim Europæ, ut poſt eam mugire taurorum more coactus fuerit: atq; ita habent quem præclara geſta ſuper aſtra extulerant: fœmina brutis comparaſſe uiſa eſt. Deniq; cum terrarum orbem quinquies circuiſſet: & omnibus amicis atque cognatis ſuis imperia diuiſiſſet, leges moreſque hominum compoſuiſſet: at alia multa beneſeciſſet: quibus quidem immortalem gloriam, memoriāque ſempiternam adeptus eſt: ætatemque turpiſſime actam

me actam in creta uitã cum morte cõmutauit: & inter Deos (ut deluſa credidit antiquitas) relatus eſt: cuius ſu n⁹ Curetes curarũt. Cretẽſes itaq; ſuũ Iouẽ poſtmodũ aſſerentes: ſepulchrũ eidẽ magnificũ extruxerunt: qđ apud ſe diu oſtẽderũt. Mirari aũt ſatis nequeo illius ru dis antiquitatis inſaniã: ut quẽ ex hoiẽ natũ: paſſibilem atq; mortalẽ experimen to didiciſſent: non ſolũ Deũ: ſed & oium Deoꝝ

Conciliumq; uocat. tenuit mora nulla uocatos.

patrẽ atq; pgẽitorẽ crederẽt. An ne obſecro ante Iouẽ aliquis fuit: qui pręclarã mũdi huius machinã cõderet? Abſit ut ante Iouẽ nihil fuiſſe arbitremur: cũ & aduerſa rioꝝ ualidiſſimo teſtimonio Iuppiter initium habuerit (Saturni ſiquidem & Opis eũ teſtanť filiũ) De⁹ aũt opti mus maximus: ſi pfectus eſt: quia aũt perfectus ẽ: eum eſſe æternũ & unũ neceſſe eſt: ut & a nullo depẽdeat: & in eo ſint oia. Iuppiter aũt quẽ patrẽ dominũq; Deo rum & cæli regẽ ueteres uoluere in throno eburneo ſe dere: ac dextra manu ſceptꝝ ex ebore confectũ tenere: & altera manu fulmina in gigantes ſub pedibus com/
Senſus allegori cus preſſos mittere fingit. Huic aquilã pueꝝ pulcherrimũ uncis pedibus rapientẽ inbuunt: cuius & quercũ arbo/ rem fuiſſe cõtendunt poetæ. Summũ oiũ regꝝ opificẽ
Apocal. xix. Deũ hic Iuppiter pulchre ſignificat. Veteres Iouẽ preꝫ dominũq; Deoꝝ dixere. Deus optimus maximus eſt: quẽ aqlæ uolãtis reuelatione regẽ regũ: & dñũ dominã tium uocatũ didicim⁹. Iuppiter in throno eburneo ſe/ dere: ac gigantes fulminare deſcribiť. Deus & ĩ throno
Apocal. xxi. ſedet (dixit qui ſedebat in throno) & ſuperbos quoq; ac peccatores obſtinatos: diffinitoria damnationis ſnia (ut fulmine) niſi pœnituerint ad amnes ſtygios & col chiticlas undas detrudet. Ioui pueꝝ dilectum rapientẽ aquilam: ſibi quoq; fulmina miniſtrantẽ ueteres tribue
Ioãnes re. Deus homo factus: dilectiſſimũ illũ & cãdore uirgi neo pulcherrimũ adoleſcẽteꝫ: quẽ de nuptiis nubeť uo lentem uocauit Chriſtus Ioannem Zebedei filiũ: queꝫ Ezechiel admirat⁹ ait. Aquila grandis: magnaꝝ alaꝝ:
Hiero. i prolo. Eze chielis. xvii. longo membroꝝ ductu: plena plumis & uarietate: ue nit ad lybanum & tulit medullam cedri, eo proſecutus eſt amore: ut myſterioꝝ ſingularium: quę ĩ terris dum cõuerſaretur operatus eſt, cõſcium fecerit: archanorum participem habuerit: unũ elegerit: quo ſecreta cæleſtia cæteris abundantius mortalibus reuelauerit. Qui ſorte Ioui Deo oipotenti ſcilicet fulmina in gigãtes miniſtraſ ſe dicitur: cũ quot euãgelii uerba ſcripſit: tot in hereti cos: qui gigantes ob animi elationẽ (cum ſapere uelint pluſq̃ oporteat ſapeř) dici poſſunt: fulmina trãſmiſerit. In cuius aquilæ uolãtis laudes cũ Diuione ſuperioř an no declamationi operã darẽ epigrãma quod re o gene/ roſiſſime dñe ꝑterire nolim me recolo cecinſſe.

¶ In laudem diui Ioannis Apoſtoli & Euan/ geliſtæ Laurini epigramma.

Priſcorum ſileat miranda uolumina uatum
  Roma: nec Iliados græcia iactet opus:
Hactenus immerita celebratos laude poetas
  Carmine, qui Chriſtum non cecinere ſuo.
Linquite: uileſcant fidei non conſona ſanctæ
  Informi noſtro tempore ſcripta ſitu.
Maxima diuini repetantur dicta Ioannis:
  Altiſonum plenus numine ſcripſit opus.
Aquila dr ales Iouis Cælica regna petens ſummi Iouis ales: ad orbem
  Phœbeum: uiſu non renuente uolat.
Antiquo referat cæleſtia numina mundo:
  Cognita ſunt ſcriptis quæq; futura ſuis.
Virgo: propheta: canens diuina: docenſq; ferendos
  Parthenicæ cuſtos matris & ipſe ſuæ.
Immortale poli cuius iam regnat in arce
  Corpus habes: meritis præmia trina ſuis.

Aquila etiam doctorem quemlibet catholicæ ueritatis defenſorem: ac errores in fidei orthodoxæ documen/ ta inſurgentes: ſua & doctrina & facundia extirpãtem intelligere poſſumus: quorum facile princeps litera/ rum peritia, linguarum uarietatꝫ cognitione, pręclaroq; dicẽdi genere, ac ſuauiſſimo eloquio fuit eruditiſſim⁹: eloquẽtiſſimuſq; ille ſenex Hieronymus, quem & epigrammate (& ſi nõ ornandũ) ſaltem memorãdum curaui.

¶ Epigramma in laudem Diui Hieronymi.

O fidei columen Hieronyme norma coruſcans
  Virtutum docti gloria prima chori.
Scibile te nullum latuit. tu uirgo fatenſq;
  Doctor: adeſt meritis laurea bina tuis.

Aquila etiam Iouis alite: quemlibet animam fidelem cælos geminis alis recta ſcilicet uolũtate & Dei gratia: quæ ad meritum concurrere neceſſe aſcendẽteꝫ ſignifi cat. Nec hoc prophetã latuit. Accipient pennas: ut aqui læ uolabunt & non deficient. Ioui denique poetæ quer/ cum arborẽ attributã uolunt: quia eius fructu primæ ætatis homines paſcerentur. & ideo uiſum eſt eam ar/ borem rite illius dici: ad quẽ ſpectat educare homines: quos ipſe produxit: ſeu quoꝝ gerit imperiũ: q̃ ſummuꝫ oium opifici rectiſſime conueniunt.

¶ CONCILIumq; uocat: Cõſiliũ & multitudo dici/ tur ad cõſulendũ congregata: & ratio faciendæ alicuiꝰ rei aut non faciendæ: ut ſeruitium & ſeruos & ſeruitu tẽ ipſam ſignificat. Cõciliũ uero multitudinẽ tãtũ ſignat ad conſultandum congregatam. — RAph. Cõſiliũ Cõciliũ

Conciliumq; uocat: tenuit mora nulla uoca/ tos. Ouidi⁹ multa Ioui in his carminibus igenioſiſſime tribuit. q̃ Deo optimo maxio cõcedimus. Deus. n. hunc ordinem creatu/ ris indidit: ut infima entia mediis media — LAVI.
ſupremis perficiantur, ut Dionyſius Areopagita libro de cæleſti hyerarchia ſcripſit. — Diony. Angelis ſiquidem, quib⁹ reuelationes in illa æterni conſilii aula fiunt: a Deo tũc uocari dñr: cũ & eis miniſteria peragenda cõmittunť: & in eis diuina myſteria reuelantur. Reuelationes ſi quidẽ ſupremis a Deo imediate fiunt: a ſupremis p me dios ad infimos angeloꝝ ordines perueniunt. Licet ẽt ipſe ſũmus opifex oia per ſeipſum poſſit: nihilomin⁹ multa angelis peragenda cõmittit: ut linguaꝝ confuſio nẽ: ſodomitaꝝ euerſionem: & diluuii (de quo agimus) executionem. Igitur cũ diluuio humanũ genus perden dũ deſcribere uellet, Ouidius intulit: Conciliũq; uocat. tenuit mora nulla uocatos. In gratia ſiquidẽ & confir/ mati ſunt angeli & deiformes: diuinæq; uoluntati ita coniuncti: ut aliud q̃ deus uult uoluntate deliberata uelle nõ poſſint. recte igitur ſubiunxit Ouidius. Tẽuit mora nulla uocatos. Eſt uia ſublimis. Viã ad æternam beatitudinem rectiſſimã theologi innocentiam ex pro phetæ teſtimonio poſuere. Regius ſiquidẽ pſaltes Da uid uiam ad cælos inquirens interrogat. Quis aſcẽdet — Pſalm. xxiii.
in montem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Quæſito ſatiſfaciens ueriſſime ſubiunxit. Innocens — Math. octauo
manibus & mundo corde. Hanc ad cæleſtis aulæ præ mia innocentiæ uiam Ouidius tetigit. Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno Lactea nomen habet: candore notabilis ipſo. Quid ſibi uult hic ethnicus in tanta uer/ borum expreſſione Ouidius? Si enim uerborum uim animaduertimus: multa noſtræ fidei conſentanea re perire poterimus.

Eſt uia ſublimis cælo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet:candore notabilis ipſo;
Hac iter eſt ſuperis ad magni recta tonantis:
Regalemq; domum.dextra,leuaq; Deorum
Atria nobilium ualuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis:a fronte potentes
Cælicolæ,clariq; ſuos poſuere penates.



Hic locus eſt:quem,ſi uerbis audacia detur,
Haud timeam magni dixiſſe palatia cæli.
Ergo ubi marmoreo ſuperi ſedere receſſu,
Celſior ipſe loco,ſceptroq; innixus eburno
Terrificam capitis concuſſit terq;,quaterq;
Cæſariem,cum qua terram:mare:ſydera mouit:
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui:qua centū quiſq; parabat
Inicere anguipedum captiuo brachia cælo.
Nā q̄q̄ ferus hoſtis erat,tamē illud ab uno
Corpore,& ex una pendebat origine bellū,
Nunc mihi,qua totum Nereus circūſonat orbē:
Perdendum eſt mortale genus.per flumina iuro
Infera,ſub terras ſtygio labentia luco
Cuncta prius tentanda,ſed imedicabile uulnus
Enſe recidendum eſt,ne pars ſyncera trahatur.
Sunt mihi Semidei;ſunt ruſtica numina Fauni,

Raph. Lacte⁹ circulus ¶ EST uia ſublimis:Lacteū circulum deſcribit: per quem ad regiā Iouis iter Diis eſſe ait. Eum uero circulū græci galaxiam uocant ἀπὸ τοῦ γάλακτος:hoc eſt a lacte:unde & latini lacteū appellarunt:nam candid⁹ eē uidet. De quo ſi quis plura uidere cupit:legat Macro.i ſomniū Scipionis. ¶ Cælo manifeſta ſereno:ſcite. Nā (ut inqt Macro.)lacteus

Lacteus circulus deſcript⁹ circulus unus ex oibus oculis noſtris cōſpicitur: alii nanq; ſola percipiuntur cogitatione. ¶ Candore notabilis ipſo: notatu & uiſu facilis ob ſuum cādorem. ¶ Magni Tonantis: periphraſis eſt Iouis.

Dii nobiles ¶ Deorum nobilium:hoc eſt clarorum qui maiores gentiū Dii appellant(ut inquit Macrobi.)Sunt autem duodecim numero. Et nomina quidē mulierum ſex. Iuno. Veſta. Mineruа. Ceres. Diana. Venus. Virorum autem nomine totidē. Iuppit. Mars. Mercurius. Neptunus. Vulcanus. Apollo. ¶ Atria aulæ. ¶ Celebrantur frequētantur. ¶ Valuis apertis: ianuis patentibus. Valuæ autem dictæ ſunt: quod dum aperiuntur in ſe reuoluuntur.

Valuæ

Fores Fores uero pprie dicuntur:quæ foras aperiuntur. ¶ Plebs habitat diuerſa locis: plebem uocat multitudinē Deorum minorū. ¶ A fronte:in frōte lactei circuli potentiores inquit Dii habitant: ibiq; ædes ſuas collocauere. Videt autem Ouidius alludere ad palatium Romanum in quo imperatores cum principibus habitabant.

Iouis oratio ¶ Si uerbis audacia detur:hoc eſt ſi id aſſerere auderem. ¶ Palatia magni cæli:hoc eſt regiā cæli.

Palatiū Palatiū nanq; unus eſt ex collibus Romanis:in quo magnificæ imperatorum ædes conſpiciebantur. Inde factum eſt. ut ampliſſimas quaſq; ædes uulgus palatia uocet. ¶ Marmoreo receſſu:in interiore ædium parte marmoribus incruſtata. ¶ Celſior ipſe loco:ſublimior cæteris,ut reges ſedere cōſueuerunt. ¶ Sceptroq; innixus eburno:ſceptro ex ebore cōfecto inhærens. Ex quo colligimus reges quoq; apud antiquos non ſedentes:ut fere nunc fit ab ineptis & artis oratoriæ imperitis,ſed ſtantes principibus ac populis orationes habuiſſe.

Sceptrū Sceptrum autem baculus ē, quo priſci reges utebantur:qualibus nunc pontifices noſtri inniti ſolent. Sceptrū uero in primis Ioui attribuitur:qui rex ſit hominum atq; Deorū. Sceptrū autem dictum ē παρὰ τὸ σκήπτεσθαι:hoc ē ab innitendo:quia illi ſtantes reges innitantur,literæ interpoſitione. ¶ Terrificā Cæſariem:terrorem incutientem. ¶ Cōcuſſit terq; quaterq;: ſæpius cōmouit atq; agitauit. Hoc aūt habitu ſignificat Iouem fuiſſe iratum. Crebra enim concuſſio capitis indignationem ſignificat. ¶ Cum qua: magnam Iouis oſtendit potentiam:qui una cum capitis motu uniuerſum mundū cōmouit. ¶ Talibus modis:hoc modo iratus atq; indignatus Iuppiter ē locut⁹. ¶ Nō ego pro mundi regno: hac oratione Iuppiter oſtēdit genus humanum dignū eſſe qd' perdat: cum Dii quoq; ipſi minime ab illius ſcelus ſint tuti. Nā Lycaon ipſum Iouē Deorū hominumq; parentē interficere conatus eſt. Attētos aūt ſimul & beniuolos Deos reddit:& tet magnitudinē oſtēdēs & animi ſuum pro ſalute eorū anxiū atq; ſollicitum eſſe demōſtrans. ¶ Non ego p mundi regno: de mūdi regno Iuppiter cū gigātibus grauiſſimum bellū geſſit:eoſq; tandē in Phlegreis cāpis ſuperauit:& ad inferos detruſit: ut pauloante diximus. ¶ Quiſq; anguipedum: quiſq; gigātū. Nā anguipedes dicti ſunt gigātes

Angui pedes q̄ anguinos pedes hēre uiderent:ut in quinto Faſtorū Ouidi. ipſe narrat. Quod ſignificat(ut ſcribit Macro.) nihil eos rectū:nihil ſupernū cogitaſſe: totius uitæ eorum greſſu atq; proceſſu in inferna mergente. ¶ Centū brachia:centū manus.

Centimani Vnde & gigātes Centimani a centūmanib⁹ uocant. Alludere aūt poeta uidet ad Briareū gigātē & Cottū & Gigen illius fratres:quos Heſiodus in Theogonia ſingulos cētum manus habuiſſe ait. ¶ Cælo captiuo:quia captiuū reddere cupiebant. ¶ Nam q̄q̄:rationem aſſignat Iuppiter cur magis nunc ſit ſollicitus: q̄ cum gigantes cælo manus inicere conati ſunt. Nam quis inquit gigātes uiri eſſent fortiſſimi:mihi tñ bellū minime cum toto hominum genere ſuſcipiēdū fuit:ſed cum una ſolum gigātū pgenie.

¶ Ab uno

Corp⁹ ¶ Ab uno corpore:ab una hominum cõgregatione.Nã
corpus interdũ pro multitudinis congregatione ponit.
¶ Et ex una origine:exponit id qđ ab uno corpe dixit.
Gigan Ab una.n.gigantum ꝑgenie Ioui bellũ fuit indictũ.De
tũ origo gigantũ aũt origine uariæ ſunt priſcoꝝ opiniones. Alii
nãqꝫ illos Titani,& Terrę filios fuiſſe ſcribunt,Alii ex
ſanguine Titanoꝝ a Ioue iterfectoꝝ e terra natos eſſe
aiunt.Ioſephus uero I antiqtatibus Iudaicis oſtẽdit eos
ex coitu Dæmonũ cũ mulieribus fuiſſe procreatos:cui q
dẽ opinioni & Lactãtius & ſacra hiſtoria aſſipulantur.
¶ Nũc mihi qua totũ:nũc ī quo nõ unũ hoium corpus:
ſed totũ genus humanũ penitus mihi ē perdẽdũ.¶ Qua
Nere⁹ quatenus & quouſqꝫ.¶ Nereus:Deus eſt marinus:ſed
pro Oceano ponit:q uniuerſam circuit terrã.¶ Circũ
ſonat:circũſtrepit fluctibus.¶ Per flumina iuro īfera:p
Stygem paludẽ iurãs mortale genus totũ eẽ perdẽdũ.
Stygis aũt numẽ Dii fallere metuebãt:ut ait Virgilius.
Dii cuius iurare timent:& fallere numen.¶ Stygio lu
co:nemori Stygi paludi īminenti.¶ Cuncta prius tem
ptanda:oia inquit prius ſunt experiẽda q̃ genus huma
num perdaſ.Sed mali tamen ſũt perdendi,ne boni pe
ruerterentur.¶ Sed imedicabile uulnꝰ:hac ſimilitudine col
ligit uniuerſum genus humanũ eẽ perdendũ:cum totũ
ſit corruptum.Vt.n.corporis partes corruptæ ſolẽt ꝑci
di.ne reliquũ corpus putreſcat:ſic genus humanum eſt
ꝑdẽdũ:ne Satyri:Nymphæ:ac Fauni hoium ſceleribus
inquinenſ atqꝫ infeſtentur.¶ Imedicabile:īſanabile.
Synce ¶ Pars ſyncera:integra ac ſana & icorrupta.¶ Trahaſ
rũ tur:in putredinẽ & corruptionẽ ducatur. Argumentaſ
autem Iuppiter ab utili & honeſto.¶ Sunt mihi ſemi
Semi dei:quę nã ſit ea pars ſyncera:cui timet Iuppiter ab hu
dei mano generꝫ expõit.¶ Semidei.heroes alio noie uocã
tur.maiores.n.hoibus,ac Diis minores fuiſſe uidentur.
Satyri ¶ Fauni:Satyri:Siluani Dii habitu ſunt ruſticani.
Siluani
LAVI.

EST uia ſublimis.Altiſſima nãqꝫ & difficilis
eſt uirtutis(qua iter eſt ad cælum)uia infal
libilis ueritatis teſtimonio.Arcta ē uia quæ
ducit ad uitã & pauci ingrediunſ per eam
nihilominꝰ & ſi difficilis Cęlo tñ maniſeſta ſe
reno.Quid.n.homini ſecundũ rectæ rationis dictamẽ
uiuenti:uirtute ad quã natura inclinati ſumus manife
ſtius eſſe poteſt?Cælo igitur ſereno:intellectu pruden
tia regulato:non dictaminis erronei obnubilatione ob
tenebrato:uirtus eſt mãifeſtiſſima. Nam quemadmo
dum in luce omnia faciliime cognoſcuntur:in tenebris
autem nec uidemus:nec quo ambulamus, cognoſci
mus.Ita uirtutes quæ arma lucis a Paulo uocantur:in
Ad Ro tellectum eleuant in ſplendorẽ lucis æternę:ſunt enim
ma.xiii. uirtutes lux quædam ſpiritualis:& formaliter & effe
ctiue ipſius animæ:cum uirtuoſo omnia in luce clare
ſcant,Ouidii teſtimonio.Lactea nomen habet:candorē
notabilis ipſo. Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta to
nantis:& recte.Nihil ſiquidem coinquinatum intrabit
Apocal. in regnum cælorũ. Ambulant enim albis ſtolis amicti
xxi. Ioanne ſcribente. Ambulabũt mecum in albis quia di
gni ſũt. Plebs habitat diuerſa locis.In æterna felicita
te:licet idem ſit beatificæ uiſionis obiectum,nihilomi
nus ſecundum abundantiorem charitatis perfectionẽ:
quæ non erit æqualis in oibus:& lumẽ gloriæ:unus al
tero clarius Deum uidebit.Et etiã in cæleſti patria acci
dentale quoddã præmiũ:aureolæ noie deſignatũ:non
cuilibet meritorio operi:ſed excellẽti dumtaxat & pri
uilegiato debitũ.Ouidius:etſi in tantam ingenii eleua
tionẽ ſe raptũ nõ cognouerit:hoc tamen ſuis uerbis ſpi
ritusſanctꝰ nobis aperuit.Plebs habitat diuerſa locis.
Apocal. Et conſonũ uidetur:qđ Chriſtus(euangeliſta referente)
tertio
cum de beatitudine loqueretur,dixiſſe fertur.In domo
patris mei manſiones multæ ſunt.Certior ipſe loco.Sũ
ma & incõprehẽſibilis illa Dei oipotẽtis maieſtas: cuiꝰ
nutui oia obediunt(Ouidii teſtimonio: Terrã mare ſy
dera mouit)in ſummo etiã culmine poſita ꝑ eſſentiã
beata ſola eſt enim ſua felicitas:ſua beatitudo,cæteris
participatione beans,quod innuere uidet Ouidiꝰ:cum
Iouẽ ſummũ locum in cæleſti palatio tenere deſcribit.
Ioãnes Celſior ipſe loco.Nõ ego pro mũdi regno.Deus uarias
xiii. ad beatitudinẽ creaturas:Angelũ ſcilicet & hoiem ordi
narat.Præuaricator Angelus cecidit.Homo etiam ſua
culpa corruit.Malignꝰ aũt angelus ueniã non meruit.
Homo uero & ſi pœnituerit:nihilominus eius poſteri
tas ſua iniquitate Deũ ad iracũdiã adeo prouocauit:ut
Moſes eũ dixiſſe referat.Me pœnitet feciſſe hoiẽ quẽ
creaui,itaqꝫ humanum genꝰ aquis diluuii paucis exce
ptis deleuit.Ouidius,& Dei iracũdiam retulit. Dignas
Gene Ioue cõcepit iras:& qđ Moſes de Deo ſcripſerat.Dele
ſis ſexto bo hoiem quem creaui a facie terræ:nõ tacuit.Nũc mi
hi qua totũ Nereus circũſonat orbem Perdendum eſt
mortale genus:immedicabile uulnus:Enſe recidẽdũ ē.
Gene In extremi iudicii uniuerſalis die ſeparabit Deꝰ malos
ſiſ ſexto de medio iuſtoꝝ.¶ Sunt mihi ſemidei,Deus ut ſuã ſa
pientiam nõ ſolum uariaꝝ creaturarum productione:
ſed eodem hominũ genere demonſtraret:uariis homi
nibꝰ diuerſa gratiarũ dona unus atqꝫ idem dominus
diues in oibus diſtribuit.Nã quoſdam dedit apoſtolos
quoſdã autẽ ꝓphetas.alios uero euãgeliſtas:alios autẽ
paſtores & doctores ad cõſumationẽ ſanctoꝝ: in opꝰ
miniſterii:in ędificatione corporis Chriſti.donec occur
ramꝰ oẽs in unitatem fidei:& agnitionis filii Dei. Oui
diꝰ ſub nominũ uelamẽto hãc Dei præclarã familiã in
genioſiſſime cõprehẽdit:cũ Iouẽ dixiſſe retulit.Sũt mi
hi ſemidei ſunt ruſtica numina Fauni. Semidei ſiqdẽ
Patriarchæ.Prophetæ.Apoſtoli:& Martyres ob uirtu
tis heroicæ excellentiã dicti ſunt.Ampliſſimaꝫ etenim
uirtutum perfectionẽ amplexi,Maiores reliqs hoibus
(cũ eoꝝ cõmunem uiuendi modũ ſuperarent) Deo ta
mẽ minores fuiſſe uidenſ:& ſi ei ſimillimi exiſterẽt,Vi
ta non quidem eoꝝ potius cæleſtis q̃ mundana:ꝓpter
uirtutũ ornamẽta dici poterat. Virtꝰ ſiqdem eſt quæ
bonũ facit habentẽ:& opus eiꝰ reddit bonum.Hæc eſt
quæ facit hominẽ laude dignũ.Virtuti.n.(Philoſophi
Ariſto teſtimonio)debetur laus.Hæc eſt quæ(ut Ariſtoteli in
teles ethicis placet)facit hominem Deum. Homines dicun
Virtus tur Dii propter uirtutis excellentiam. Nec hoc prophe
tam præterit cum dixit.Ego dixi Dii eſtis. Virtus de
niqꝫ homines filios Dei(ut aquilę uolanti ſuæ Euange
liſtæ hiſtoriæ capite primo placuit)efficit.Dedit eis ꝑo
teſtatem filios Dei fieri. Non incongrue igitur Deum
dixiſſe cecinit Ouidius.Sunt mihi ſemidei:ſunt ruſtica
numina Fauni.Ruſtica etiam numina Faunos,monti
colaſqꝫ Siluanos,Ioui aſcripſit Ouidius.Nos Deos bo
norum omniũ largitori: eos ſanctiſſimos ruricolas: in
cœnobiis longe ab hominũ mundanorum conuerſa
tione erectis:bene beateqꝫ uiuentes.Et anachoritas ſil
uiferæ heremi,rupiumqꝫ deſertarum incolas, tribui
mus.De quibus Paulus ſcripſit. Circuierũt in melotis:
in pellibus caprinis egentes: anguſtiati: afflicti: qui
bus dignus non erat mundus. In ſolitudinibus erran
tes.in montibus & ſpeluncis.& in cauernis terræ. &
hi omnes teſtimonio fidei probati inuenti ſunt.De eis
etiam pulchre Hieronymus ad Paulinum præſbyte
rum ita ſcribit.Habet unumquodqꝫ propoſitum prin
cipes ſuos.Romani duces imitantur Camillos. Fabri
cios, Regulos, Scipiones. Philoſophi proponunt ſi

bi Pythagoram. Socratem. Platonem. Ariſtotelē. Poe
te æmulanē Homerū. Virgiliū. Menandrū. Terentiū.
Hiſtorici Tucydidē. Salluſtiū. Herodotū. Liuiū. Orato
res Lyſiā. Gracchos. Demoſthenē. Tulliū. & ut ad nr̄a
ueniamus. Ep̄i & Præſbyteri habeāt ad exēplū apoſto
licos uiros: quorū honorē poſſidētes hr̄e uitā & me-
ritum. Nos autē habea-
mus ꝓpoſiti noſtri prin-
cipes, Paulū & Antoniū.
Iulianū. Hylarionē. Ma
chariū. Et ut ad ſcriptu
rarū auctoritatē redeam.
Nr̄ princeps eſt Helias.
noſter Helyſeus. nr̄i du
ces filii ꝓphetarū: qui ha
bitant in agris & ſolitu-
dine: & faciebant ſibi ta-
bernacula prope fluenta
Iordānis: quos Ouidi. ad
Dei familiam pertinere
uoluit. Sunt ruſtica nu-
mina Fauni.
RAph. Nymphaꝶ noia ¶ ET nymphæ: nym-
pharum: uaria ſunt noia
Aliæ nāq; dicunē Nerey
des, quæ mare incolunt.
Aliæ Naiades, q̄ fontes.
Aliæ Napeæ, q̄ ſaltus &
ſiluas. Aliæ Oreades,
quæ mōtes. Aliæ Drya-
des. Aliæ Hamadrya
des, quæ in ſiluis habita
re, unaq; cum arboribus naſci moriq; dicuntur, ἅμα
nanq; ſimul & δρῦς ἔχω arborem & quercum
ſignificat. ¶ Quos quoniam cæli: occurrit tacite obie
ctioni. Poſſet enim quis dicere. Si times a genere hu
mano Semideis & nymphis & diis ruſticis, transferas
ipſos in cælum ac genus humanum inter ſe debaccha-
ri permittas. Sic enim ſua ſtultitia ſatis ſuperq; punieē.
At inquit Iuppiter nondum illos cēſeo dignos. qui in
cælū recipiantē. ¶ Dignamur: dignos cēſemus. Sic Vir.
Haud eq̄dē tali me dignor honoē. ¶ An ſatis o ſuperi:
hoc argumēto a maiori ſumpto colligit genus humanū
oino eē perdēdum. Nā ſi mihi inquit cui iperiū ē Deorū
& hoium iſidias ſtrueē Lycaon feritate ſua notiſſimus
eſt auſus: quo mō Dii minores ab hūano genere pote-
runt eſſe tuti? ¶ Habeoq; regoq;: hoc eſt cōtineo & gu
berno. Græcū aūt uerbū expreſſit. Nā ἔχω & habeo &
contineo ſignificat. ¶ Notus: nobilis & famoſus ſua fe-
Lycaon ritate. Lycaon autē Pelaſgi filius Lycoſurā urbē in Ly
cæo mōte ędificauit, Iouēq; Lycęum appellauit, & Ly
cæa certamen in Iouis Lycæi honorē inſtituit: ut Pauſa
nias ſcribit: ac infantē in Iouis ara primus oium imola-
uit. Vñ locus fabulæ datus uideē. ¶ Cōfremuerē oēs: ſi
mul oēs fremuerē & murmurauerē facinoris immanita-
te cōmoti. ¶ Studiis ardētibus: inflāmatis uolūtatibus.
¶ Depoſcūt: ad pœnā ſubaudiēdū ē. ¶ Sic cū man⁹ im
pia ſæuit: in Auguſti grām hæc ab Ouidio referūt. Vt
inquit totū genus humanū Iulii Cæſaris indigna cæde
cōmotū eſt: qua in ſenatu ab ingratis ipſiſq; ciuib⁹ fuit
affect⁹. Sic Dii auditis Ioui ſtructis iſidiis iſlāmati ſūt.
Tametſi de cōiurationibus & inſidiis cōtra Auguſtū
Cæſarē ſtructis hæc mihi dicta potius eē uidenē. Sic. n.
& Ioui & Deorū indignationi pulcherrime accōmodaē
hæc ſilitudo. Nā ut Iuppiter a Lycaone: q̄uis inſidiātes:
nō fuit iterfectus: ita ne Auguſtus qdē a ꝯiuratorū quo

Et nymphæ: Satyriq; & monticolæ Siluani:
Quos quoniam cæli nondū dignamur honorē,
Quas dedimus: certe terras habitare ſinamus,
An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos,
Cum mihi, qui fulmen, qui uos habeoq;, regoq;,
Struxerit inſidias notus feritate Lycaonē
Confremuere omnes, ſtudiiſq; ardentibus auſū
Talia depoſcunt. Sic, cum manus impia ſæuit
Sanguine Cæſareo Romanū extinguere nomē,
Attonitum tanto ſubitæ terrore ruinæ
Humanum genus eſt, totuſq; perhorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas Auguſte tuorum,
Quam fuit illa Ioui, qui poſtq̄ uoce, manuq;
Murmura compreſſit, tenuere ſilētia cuncti.
Subſtitit ut clamor preſſus grauitate regentis,
Iuppiter hoc iterum ſermone ſilētia rupit:
Ille quidē pœnas (curā hāc dimittite) ſoluit.
Quod tñ admiſſum, quæ ſit uindicta docebo.
Contigerat noſtras infamia tēporis aures,

q̄ fuit oppreſſus. Cū alii āt multi uariis tp̄ib⁹ ut ſcribit
Suetonius in Auguſtū cōiurarūt. tū Teleph⁹ mulieris
ſeruus nomēclator. Is. n. quaſi debita ſibi fato dñatiōe
& ipm & ſenatū aggredi deſtinauerat. Quodā ēt iuxta
cubiculū eius lixa qdā ex illyrico exercitu ianitoribus
deceptis noctu dep̄hēſus eſt, cultro uenatorio cinctus.
inopis ne mētis an ſimu-
lata demētia incertū. Ni-
hil. n. exprimi q̄one po-
tuit. De iſidiis āt Augu.
ſtructis potius eē intelli-
gendū q̄ de Iulii Cęſaris
cęde facile ex ipſius Oui
dii uerbis percipi pōt, cū
inqt. ¶ Nec tibi grata mi
nus pietas Auguſte tuo
rum: Quā fuit illa Ioui.
Hoc uero ab iſtis ſcalfo-
riis ſi quo ingenio iudi-
cioue forēt notādū erat.
Mihi certe prior expoſi-
tio, ut de Iulii Cæſ. cęde
intelligamus, non ꝓbaē.
¶ Manus ipia: ipiorū cō-
iuratorū multitudo. Naꝫ
ſexaginta & amplius C. Manus
Caſſio. M. q; & dēcio bru
to principibus, ut refert
Sueto. in Iuliū Cęſarē cō
iurarunt: eūq; in ſenatu
tribus & uiginti uulne
bus trucidarunt. ¶ Sæ-
uit extinguere: ſæuit ut extingueret: poetica enim lo-
cutio eſt. ¶ Sanguine Cæſareo: Iulii Cæſaris cæde: ſi-
ue potius Auguſtus. qui Iulii Cæſaris filius fuit ado
ptiuus. ¶ Attonitum: ſtupefactum. ¶ Romanum no.
quod Iulius Cæ. Auguſtuſq; filius eius geſtis ſuis cla-
riſſimum reddiderat. ¶ Nec ti. gra. mi. pi. non minus
inquit pietas populi Ro. qui tuos inſidiatores ultus
eſt: tibi grata fuit: q̄ Ioui Deorū indignatio: quam con-
ceperūt, cū audiſſēt iſidias Ioui ipſi a Lycaōe fuiſſe ſtru
ctas. ¶ Qui poſtq̄ uoce mãuq;: geſtū exprimit eorū q ſi
lētiū idicunt. ¶ Cōpreſſit: cōpeſcuit. ¶ Subſtitit ut cla-
mor: poſtq̄ ceſſauit clamor Iouis auctoritate cohibitus.
¶ Silētia rupit: locutus ē. Sic Virg. Quid me alta ſilētia
cogis rūpere? ¶ Ille qdē: Lycaō igt ille feritate ꝯſpicu⁹. Silētiū rūpeſ
pœnas dedit. Nā ſoluerē pœnas ē pati pœnas & ſuſtine Solueſ
re. ¶ Curā hāc dimittite: ip̄m depoſcēdi ad pœnā. Eſt pœnas
āt parēthesis. ¶ Qđ tñ admiſſum: q̄uis igt dederit pœ
nas Lycaon: uolo uos tñ doceē & pctm̄ qđ admiſit: &
pœnā q̄ fuit affect⁹. ¶ Cōtigerat nfas. Narrat Iuppitē
quēadmodū igſitur⁹ hoium ſcelera e cælo deſcēdit in
terras. ſuſceptaq; hūana figura orbē terrarū peragrarit: ac
tādē ad Lycaonē Arcadiæ regē hoſpites crudeliſſime i
terficientē peruenerit: quē i lupū idcirco ſe āt cōmutaſſe
qđ ſe quoq; iterficeē conat⁹ ē. ¶ Infamia tp̄is: ignomi-
nia ſeculi: quo teterrima quæq; ſcelera cōmittebātur.
ET nymphæ Satyriq; &c. Deſcripta Iouis
optimi maximi ꝓ ptē familia. Oui. reliquā
deſcripturⁿ intulit. Et nymphæ Satyriq;. LAVI.
Rabanus Satyros homūciones uncis nari-
b⁹ eē & cornua i frōtib⁹ hr̄e: pedeſq; capraꝝ Rabanus
ſiles tradidit. Ex his diu⁹ Hiero. unū meminit a beato Satyri
antōio ꝑ ſolitudines heremi thebaidos ſāctiſſimū uirū Hiero.
Paulū heremiticā agētē uitā ex q̄rēte uiſuꝫ: atq; ab eodē
interrogatum, reſpondiſſe: ſe mortalem & ex accolis
heremi

Quam cupiens falſam:ſummo delabor olympo,
Et Deus humana luſtro ſub imagine terras
Longa mora eſt:quantum noxæ ſit ubiq; repertũ
Enumerare.minor fuit ipſa infamia uero.
Mænala tranſieram latebris horrenda ferarum:
Et cum Cyllene gelidi pineta lycæi:
Arcados hinc ſedes,& inhoſpita tecta tyranni
Ingredior:traherent cum ſera crepuſcula noctẽ.
Signa dedi ueniſſe Deum:uulguſq; precari

heremi unum ex his:quos cæca ſuperſtitione deluſa gẽtilitas Faunos:ſatyroſq; appellauit.Alii ſilueſtres homines putant.Nõnulli Dęmones icubos in hac homĩtio nõ ſpecie:aut ſatitate:aut ſub eadẽ in humani generis pernicẽ apparẽtes(ut i errorẽ hoies inducãt) arbitrãt. **De ſatyris opiniones** Satyros ſiquidẽ antiqui nemoꝝ uocauere Deos:& ut auctor eſt Rabanus:uoce nõ ſigno futura oſtendebãt.Ab his apud Romanos ſatyricũ carmen **Satyricum carmen** nomẽ accepit.Eſt aũt Satyra carmẽ maledicũ:& ad carpẽda hoiũ uitia cõpoſitũ.Olim uero carmen qd̃ uario poemate cõſtabat:Satyra uocabatur.Satyri igit quos Ioui tribuit Ouidius diuinæ legis doctores.acerrimis obiurgationibus in pręceptoꝝ Dei cõtẽptores:ac in neſandiſſima ſcelera:tũ recte uiuẽdi exẽplo:tũ diuini uerbi gladio;irruẽtes denotãt.Qui uariis ſacraꝝ lraꝝ auctoritatib⁹ ſuas ad uirtutẽ exhortatiões uallatas ac firmatas(ut decet Satyrã diuerſo poemate)oñdũt.Nymphas ãt ſacras uirgies:q̃rũ principalẽ Dei genitrix merito ſibi uẽdicat:eẽ nõ ambigimus.qbus & Nereides & Napeas(licet alia ſint ẽt nymphaꝝ noia)cõiungemus:ne reliq̃ ſexus muliebris turbã ſilẽtio pteriiſſe uideamur.Nereides mare icolentes.Mulieres uiris iũctas cõiugio(ob infimõrũ maris nomine deſignatas anguſtias)denotãt.Naiades(q̃s fontiũ ueteres dixer̃)puellas decor̃ iſignes uirgineo:q̃ grę fõtẽ ſiti ppetuo extinguẽtẽ carnis triũpho p fontẽ denotato acquirũt.cũ i fõte aqua clara & nõ turbida ſcaturiat:& uirginitas luteæ carnis labe(ſi pfecta ſit nõ polluat̃) ſignificãt.Napeis deniq; q̃ ſaltus & ſiluas icolũt:uiduas **Napeæ** hoium conſortio priuatas:oiq; maritoꝝ ſolatio deſtitutas:ſoli aũt Deo(ut eas decet)amore ihærẽtes:itelligeṙ poſſumus:q̃s Oui.Ioui eẽ curę ſubiũxit.Sũt mihi Semidei:ſũt ruſtica numia Fauni:Et nymphę.Deo ãt cipoſẽti eẽ gratiſſimas qs dubitet:cũ ſcriptũ ſit.Qui diligit cordis mũditiã diliget a domino.⁋ Quos qm̃ cæli nõdum dignamur honore.Patriarchæ.Prophetę:ac iuſt⁹ priſcoꝝ patrum & legis naturalis & ſcriptæ coetus.Et ſi Dei beniuolẽtiã & amicitiã bene beateq; uiuẽdo ſibi conciliaſſet(in grã ſiquidẽ decedebat) Nihilomin⁹ añ diuini uerbi incarnationẽ:&(quæ fuit redẽptiõis generis humani pretiũ)eius paſſionẽ:cælũ ſatiſfactionis põdere grauatus nequibat aſcẽdeṙ:ſed interea tartareoꝝ ergaſtuloꝝ ſuprema(cui nomẽ Lymbus eſt)clauſi a cęlo exules primi parẽtis lapſu detinebãt.Id Ouidius innuit.Quos qm̃ cæli nondũ dignamur honore:ac ſi omnium opifex Deus diceret.Primi parẽtis caſu humanũ **Paulus** genus Lymbo detentũ:ſelicitatis æternæ præmia cõſequi nõ poteſt:niſi æterni uerbi filii mei unigeniti paſſione:cuius nondũ tẽpus aduenit(Paulo ſiquidẽ teſte.Cũ uenit plenitudo tẽporis miſit Deus filiũ ſuũ)iterea Lymbũ carcerẽ terrenũ habitant.unũ ſubiũxit Ouidius:Quas dedim⁹:certe terras habitare ſinamus.

RAph. ¶ QVAM cupiens falſam:Deus.n.uult oẽs hoies bonos eẽ. **Luſtrare** ⁋ Luſtro:peragro:circueo.Alias luſtrare ẽ purgare & illuſtrare.⁋ Lõga mora ẽ Enumerare:lõga mora eſſet inquit ſi enumerare uellẽ q̃tũ ubiq; ſceleris inuenerim.⁋ Noxæ:Culpę:ſceleris.Noxa.n.& culpã & ſce **Noxa** lus & maleficiũ ſignificat.Vnde noxi⁹ declinari uṙ.Sane noxa interdũ ẽt pœnã ſignificat.Vñ apd iuriſcõſultos.Noxæ dedere.hoc eſt pœna tradere ob damnum **Noxæ dedere** illatũ.Vñ & noxales actiones ab iiſdẽ appellãt:q̃ ex noxa atq; maleficio ſuoꝝ aduerſus dños iſtituũt.⁋ Mi **Noxa** nor uero:eo qd̃ ueꝝ erat.Maiora nãq; ſcelera:& plura **leſ actione:** ab Ioue depꝛehẽſa ſuere q̃ ferebãt.⁋ Mænala trãſierã Deſcribit iter quo ad Lycaonẽ puẽit.Męnal⁹ ãt & urbs **Mænalus** & mõs ẽ arcadię celeberrim⁹ a Męnalo Arcadis **iuppiter in hoiem** filio denoiatus.⁋ Latebris:lanbulis.⁋ Et cum Cyllene.Cyllene mõs **Cyllene** Arcadiæ Mercurio dicatus.Vñ ẽt Cyllenius ap **Cylleius** pellat̃.⁋ Pineta:loca pinis conſita:ut oliueta. **Pineta** ⁋ Lycę:mõs ẽ Arcadię **Lycæ⁹** Lycæ⁹ Pani ſacer.⁋ Et inhoſpita:inhoſpitalia. ⁋ Arcados tyrãni:lycaonis Arcadiæ regis. **Tyrannus** Cũ ãt Lycaon multo ante Troica tpa fuerit:mirãdum ẽ cur poeta ſub perſona præſertim Iouis ipſum Tyrannum uocat:cum hoc nomẽ ne Homeri quidem aut Heſiodi tpibus(ut ſcri.Ariſtophanes grãmaticus)in uſu fuerit.Nuſq̃.n.in ipſoꝝ prioꝛũue ſcriptoꝝ opib⁹ inuenit tyrãnus.Reges nãq; appellabãt oẽs:q pe Archilochi iãborũ ſcriptoris(ut Hippias ſophiſta teſtat)Tyrãni occeperũt appellari.Homer⁹ qdẽ Echetũ crudeliſſimũ hoium interfectorẽ nuncupat regẽ.Tyrãnus uero dictus eſt:uel a Tyrrhenis(ut qdã putãt)qui olim prædones crudeliſſimi fuere.Vel ἀπὸ τοῦ τυρεῖν τοὺς λαούς:hoc eſt a domandis populis quibus inſidias ac dolos ſtruunt.Ariſtoteles uero in cumæorum rep.honeſto uocabulo **Aeſymnetes** Aeſymnetas prius fuiſſe uocatos:qui poſtea tyrãni appellari cœperunt.Nã Aeſymnetes dicit̃ honeſti laudator.Sed Oui.ex cõſuetudine ſuoꝝ tempoꝝ locut⁹ ẽ.Sane Tyrannus apud priſcos etiã pro bono principe accipiebat̃.Virgili.Pars mihi pacis erit dextrã tetigiſſe tyranni.Vſus deide obtinuit.ut pro eo demũ poneretur **Arcas arcadia** q dominatu crudeliter abuteret̃.Arcas ſane & propriũ filii Caliſtus nomen ẽ & gẽtile,Vnde Arcadi⁹ & Arcadicus deriuat̃.Arcadia uero ab Arcade Caliſt⁹ filio denoiata eſſe uidet̃.Nã antea tũ Parrhaſia:tũ Lycaõia:tũ Gigantis:tũ Azania:tũ Pania(ut inquit Stephan⁹:qui de urbibus & uicis diligentiſſime ſcripſit) uocabatur. **Crepuſculum** ⁋ Traherent cum ſera crepuſcula noctem:hoc eſt cum aduеſperaſceret.⁋ Traherent:adducerẽt.⁋ Sera cre **Creperus** puſcula:crepuſculum dicit̃ dubia lux.Nam creper⁹ dubium ſignificat.Vnde & decrepiti ſenes dicunt̃:quoꝝ **Decrepiti** uita in dubio eſt conſtituta.⁋ Signa dedi:hoc eſt ſignificaui me eẽ Deũ.⁋ Precari:colere ac uenerari.

LAVI. SVmmo delabor olympo:Et De⁹ hũana luſtro ſub imagine terras.Si iuxta Philonis ſniam,q̃ terrena ſunt cũ difficultate cognoſcim⁹:quo igenio,qua mẽte:qua dicẽdi copia:quo rõnis acumine apphẽdeṙ:qbuſue uerbis cõſeq diuinæ icarnatiõis eiuſq; & æternę & ex tpe natiuitatis:ab Oui.his uerſib⁹ cõcluſũ.Sũmo delabor olympo:Et Deus hũana luſtro ſub imagie terras:poterim⁹ myſteriũ.oẽm ſiqdẽ metã,oẽmq; terminũ hũanæ rõnis excedit diuini opis magnitudo.Aeterni ſiqdẽ uerbi natiuitas:nõ ſolũ ſm diuinitatẽ de prẽ:ſed ẽt ſm carnẽ de mrẽ:facultatẽ hũani trãſcẽdit eloqi.Nulla nẽpe hũani igenii acrimõia capit.Patrẽ ſibi coæq̃lẽ ac coęternũ eãdẽ nũero niſi cõicãdo filiũ gẽuiſſe.Cuinã obſecro pſuaſiũ pſuaderi pt:ſalua uirginitatis itegritate ũginẽ peṙ potuiſſe

Quis adeo lynceis oculis naturæ ſecreta penetrauit? ut duas diſparatas ſubſtantias remanentibus utriuſq; proprietatibus in unã cõueniſſe perſonã accipiat? niſi enim hæc fides credat, ſermo nõ explicat. Nec effectus diuini operis ratiocinatio humana diſcutiat. Rationibus ſiqdẽ naturalibus inueſtigãdis nõ inſultãdũ eſt. ex diui Pauli ſentẽtia ſic monẽtis. Videte ne quis uos decipiat p philoſophiã: & inanem fallaciã: ſecundum traditionem hominum: ſecundum elementa mundi. & nõ ſecũdũ Chriſtum. Omiſſis itaq; terrenis huius philoſophiæ auctoribus. Incarnationis uerbi myſteriũ (quod tetigit Ouidi') (ex apoſtolico præcepto in captiuitatẽ redigentes omnem intellectũ in obſequium Chriſti) prout ſacræ ſcripturæ: quibus falſum ſubeſſe nõ põt (cũ infalibili innitãtur ueritati) nos edocẽt: aggrediamur. Coæternum igitur patri uerbum: ut humanũ genus in tartarea uincula ob primi parentis flebilẽ caſum detruſum redimeret Deus: Dei filius de ſempiterno & ingenito patre: unigenitus ſempiternus: per modum intellectus pcedẽs manenſq; in natura Dei. & incõmutabiliter habẽs: nõ aliud eſſe q̃ pater ſerui naturam ſine ſuæ detrimẽto maieſtatis accepit. In utraq; ſiquidem natura idem ẽ Dei filius noſtra ſuſcipiẽs & propria nõ amittẽs in homine hominem renouans. in ſe immutabilis perſeuerans. Vtriq; ſiquidẽ naturæ ſuas proprietates retinent. tãta eſt unitatis facta cõmunio. ut quicqd ibi eſt Dei: nõ ſit ab humanitate diſiunctum: quicqd autẽ ẽ hominis: nõ ſit a Deitate diuiſum. Deitas quippe quę illi cum patre cõis eſt: nullum detrimentum omni potẽtiæ ſubiit: nec Dei formam ſerui forma uiolauit: q̃a ſũma & ſempiterna eſſẽtia quæ ſe ad humani generis inclinauit ſalutẽ: nos quidẽ in ſuam gloriã tranſtulit: ſed quod erat eſſe nõ deſtitit. Vnde cũ unigenitus Dei minorẽ ſe patre cõfiteatur cui ſe dicit æqualẽ, ueritatẽ in ſe naturę utriuſq; demõſtrat: ut humanã pbet imparilitas: & diuinã declaret ęqualitas. Maieſtati igitur filii Dei corporea natiuitas nihil abſtulit: nihil cõtulit. quia ſubſtãtia incõmutabilis: nec minui potuit: nec augeri. Ioãnis pri. ca. Quod enim ex euangelica hiſtoria Ioãnis legimus. Verbũ caro factũ eſt. Non hoc qdẽ ſignificat: q; in carnẽ ſit Dei natura mutata: ſed q; a uerbo in unitatem perſonæ ſit caro ſuſcepta: in cuius utiq; noĩe totus homo accipitur: cum quo intra uirginis uiſcera: ſancto ſpiritu fœcundata: & nunq̃ uirginitate caritura: tam inſeparabiliter Dei filius eſt unus: ut qui erat intẽporaliter de eſſentia patris genitus: ipſe ſit temporaliter de utero uirginis natus. Impletũ ẽ i fine ſeculorum: qd' fuerat añ tpa ab æterno p̃ſtitutũ. Patriarcharum etenim pmiſſiones: pphetarum oracula: ſanctorum patrũ: Sibyllarum quoq; ac poetarum uaticinia: q̃ Chriſtũ uẽturum cecinerãt: ſunt adimpleta. Anno ſiqdẽ imperii Cæſaris Aug. xlii. Orbe uniuerſo lõge lateq; pacato. Olympiadis uero cẽteſimæ nonageſimæ tertiæ ãno tertio: tẽpore a prima mũdi origine: quinq; miliũ ducẽtorũq; fere ãnorum curricula effluxiſſent: Noxq; mediũ i ſuo curſu iter teneret i Bethleẽ Iudææ: quo ples Dauidis Ioſeph: cũ Maria ſibi deſpõſata uxore p̃gnãte. cẽſũ nomẽq; terreno principi datur' uenerat. inuiolato hymine: Deũ & hoiẽ mater & uirgo enixa eſt. Nõ qdẽ i ædib' peregrinis marmoribus erectis. Nõ aurea uelabãt aulea domos: Nõ aureis laquearibus lichni pẽdebãt. Nõ lauro uirginea colũnæ ueſtiebant. Nõ cytharas: nõ g̃ialia naubulia: nõ tibias: nõ organa: illic reſonare audias. In ortu regis regũ: nõ cultũ regiũ regras. Nũ quiſpiã dixerit. Illud præſepe ſoliũ. Nũ diuerſoriũ aliqs aulã regiã uocauerit. Si rex: ubi miniſtrorum frequẽtia? ubi lõgus militũ ordo? ubi principũ aſſiſtẽtiũ corona? An ne Maria & Ioſeph? Vbi muſici modulatæ ſuauitatis cõcẽtus uerſãtes? An aſinũ rudẽtẽ: bouẽq; mugiẽtẽ: cytharœdos: & tibicines dixerim'? Elinguis fio cũ pfundã uerbi icarnati hũilitatẽ ĩtueor. O imẽſa diuinę charitatis amplitudo. O pfũda bõitas optimi maximiq; Dei. Sic. n. dilexit mũdũ: ut filiũ ſuum unigẽitũ daret. Peccauimus oẽs. cecidimuſq; in captiuitatẽ iſernæ uoraginis: ipſe uero piẽtiſſim' Deus. ut nos tartareis ergaſtulis liberaret: mortis uinculis abſolueret: nos pditos redimeret: nos p abrupta quęq; uitiorum collabẽtes: & p uitiorum deſerta errãtes: ad uirtutes & ouile dñicũ reuocaret: miſit nõ angelũ: nõ archãgelũ: non patriarchã. nõ pphetã: nõ deniq; q̃piã creaturã: ſed uerbũ qd æternaliter ſemel locutus eſt: ut caro factũ: carnales hoies: ab æternæ mortis uinculis eriperet. O ieffabile ſacramẽtũ. O inauditũ ſpectaculũ. O ſtupẽdũ & admirabile pdigiũ. O nullis ãtea ſeculis uiſa miſeratio. Nã etſi in orbis pductiõe: incõprehẽſibilis Dei potẽtia innotuerit i rerum ordinatiſſima gubernatione: inenarrabilis ſapiẽtia ſe mortalibus reuelauerit: i eius tpali natiuitate ineffabilis benignitas, hũanitaſq; (ut uult apl's) apparuit. O q̃ fœlix & beata dici põt hęc ętas nr̃a. O fortũata tpa Paulus O uere aureũ ſeculũ: i quo uerbi icarnati expimur dulcedinẽ. O cũctis gẽtibus deſyderatũ ſaluatorẽ. q ſeipſũ ueniſſe ſub humana carne miraculis teſtatus eſt. Q̃d Ouidi' nõ ſuo igenii acumine: ſed ſpirituſancto eũ (ut Cayphã) monẽte cecinit, Et Deus hũana luſtro ſub imagie terras. & poſt pauca ſubiunxit. Signa dedi ueniſſe Deũ. qd elegãti'? qd uerius? qd deniq; fidei nr̃æ magis cõſẽtaneũ dici poterat? uel deniq; ſalubri'? ſz qd i his moror.

℄ De icarnationis natiuitatiſq; dominicę myſteriis magiſtri Petri Lauinii philoſophi, poetæ, ac theologi epigramma:

Aetherea tandem Chriſtus demittitur arce:
  Virgineo uerbum fit quoq; uentre caro.
Claudere quem nequeunt cæli, nequit orbis: in aluo
  Exigua clauſit uirgo tenella Deum.
Annuit ut ſuperis: mox iunxit hypoſtaſis arcto
  Naturas utero cælitus una duas.
Filia, uirgo patrem genuit: factura manente
  Aedidit auctorem uirginitate ſuum.
O miranda Dei miſeratio: carcere uinctos
  Solueret ut tetro: natus in orbe gemit.
Paupere quiq; caſa tegitur: cui lactea præbet
  Pectora pauperior uirgo creata regit.
Horrida iacuit hyems: alternis anhelitus oris
  Brutorum pueri paruula membra fouet.
Carne ſub humana ſunt ſaſſa latere tonantem
  Bruta: pio (ſed non uocibus) officio.
Cynthia non roſeis abigebat crinibus umbras:
  Nox obſcura. Dei lumine clara fuit.
Concentus cecinit cæleſtis turba canoros:
  Laus ſuperis: homines fœdera pacis habent:
Vocibus æthereis accitus poplite flexo
  Paſtor adorauit numina tecta Dei,
Ore puer tenero uagitus nunc dat: & aſtrum
  Illius eoo ducit ab orbe magos.
Hic puer eſt Cæſar: cui templa relinquit & aras:
  Vt monuit Tybur docta Sibylla colens.
Fonte prius gelido lymphei fluxere liquores
  Nũc oleis: flores. balſama uitis olet
Numina falſa ruunt Memphis: colliſa Quirini
  Effigies: pacis corruit ædis opus.
Se redigi triplices Phœbi mirantur: in unum
  Factorem clamant cuncta creata ſuum.
Quanta ſeneſcenti renouat miracula mundo
  Conditor: hæc memori mente tenere decet.

℄ PIA uota

Cœperat: irrider primo pia uota Lycaon.
Mox ait: experiar Deus hic diſcrimine aperto,
An ſit mortalis, nec erit dubitabile uerum.
Nocte grauem ſomno, nec opina perdere morte
Me parat. hæc illi placet experientia ueri.
Nec contentus eo eſt: miſſi de gente moloſſa
Obſidis unius iugulum mucrone reſoluit:
Atq; ita ſemineces partim feruentibus artus
Mollit aquis partim ſubiecto torruit igni.
Quos ſimul impoſuit menſis, ego uindice flāma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit, nactuſq; ſilentia ruris
Exululat, fruſtraq; loqui conatur. ab ipſo
Colligit os rabiem: ſolitæq; cupidine cædis
Vtitur in pecudes: & nūc quoq; ſanguie gaudet.
In uillos abeunt ueſtes in crura lacerti.
Fit lupus: & ueteris ſeruat ueſtigia formæ.
Canicies eadem eſt: eadem uiolentia uultus.
Iidem oculi lucent; eadem feritatis imago eſt.

RAph. ¶ PIA uota: piorum preces. ¶ Mox ait experiar: prio inquit Lycaon piorum uota: qui me uenerabantur: irridere cœpit. deinde periculum facere de mea diuinitate cogitauit. ¶ Diſcrimine aperto: manifeſto periculo: hoc ē experientia. ¶ Nec erit dubitabile uerum: nemo inquit poterit dubitare an Deus ſit: an mortalis. Si eņ Deus erit: interfici non poterit: Sin homo fuerit facile perimetur. ¶ Nec opina: inopinata. ¶ Nec contentus eo: nec ſatis inquit ei uiſum eſt me uel le perdere. niſi etiam mihi in cœnam carnes humanas partim elixas: partim toſtas appoſuiſſet. ¶ De gēte moloſſa: Moloſſi populi ſūt Epyri: a quibus bello uictis Lycaon obſides acceperat: quorum unum iugulatum ipſum Ioui apponeret epulandū. ¶ Reſoluit: rapuit. ¶ Semineces artus: ſemimortua membra & adhuc palpitantia. ¶ Mollit aquis: coquit & mollia reddit. ¶ Quos ſimul impoſuit menſis: poſtq̃ ait humanæ illæ carnes mihi appoſitæ fuerunt: ego ſtatim ædes Lycaonis incēdio corripui dignas quę in tam crudelem dominum euerterentur. Cæterum ipſe territus in ſiluas aufugit: & in lupum feritati ſuæ maxime conueniens animal fuit commutatus. ¶ Vindice flamma: ultrice. ¶ Tecta: domum: a parte enim totum intelligimus. ¶ Dignos penates: qui incenderentur: cū tam ſceleratum dominum pati poſſent. ¶ Territus: incēdio ædiū perterritus. ¶ Exululat: ualde ululat. Iā. n. in lupum fuerat conuerſus. Nam ululare: quod factiuū eſt uerbum luporum eſt proprium: ¶ Ab ipſo Colligit os rabiem: quia inquit loqui non poterat in rabiē actus eſt: quā ab hoibus in pecudes trāſtulit: ¶ Et nūc quoq;. quēadmodū cum erat homo. ¶ In uillos abeūt ueſtes: in pilos inqt ueſtes mutatę fuerunt. Brachia autē in crura. Sicq; Lycaon in lupū fuit cōuerſus. Quod quidē ideirco fingitur: qa Lycaon auaritiæ deditus ex rapto tanq̃ lupus uiuebat. Auari tanq; lupi: qui nunq̃ ſatiātur pecudum cæde: quam ſimillimi eſſe uidentur. Homines autem in lupos conuerti: ruſuſq; reſtitui ſibi falſum eſſe contendit Plinius. Vnde tamen iſta uulgo infixa ſit fama: in tantum ut in maledictis uerſipelles habeātur: oſtendit cum inquit. Euantes inter auctores græciæ non ſpretus tradit Arcadas ſcribere ex gente Antei cuiuſdam ſorte familia electum ad ſtagnū quoddam regionis eius duci: ueſtituq; in quercu ſuſpenſo tranare, atq; abire in deſerta: transfigurariq; in lupum: & cū cæteris eiuſdem generis congregari per annos nouē. Quo tempore ſi homine ſe abſtinuerit: reuerti ad idem ſtagnum: & cum tranauerit: effigiem recipere: ac priſtinum habitum: addito nouem annorum ſenio. Addit quoq; Fabius eandem recipere ueſtem. Hæc uero Plinius fabuloſa eſſe putat. ¶ Et ueteris adhuc inquit ſignapriſtinæ formæ retinet. Nam eandem & caniciem & uultus uiolentiam habet. Oculi præterea ipſi ut priꝰ lucent: ac demum eandem feritatem quam etiam prius exercet.

Opina

Moloſſi

Exululare

Verſipellis

LAVI. Lycaōis fabula

T Rridet primo pia uota Lycaon. Lycaonem Archadiæ regem. Titanis & terræ fuiſſe filium dicunt poetæ: ſeu ob regium ſplendorem: ſeu ob inſigne aliquod facinus: ſeu (quod magis credendum eſt) quia ſceleratiſſimus homo extitit & Deorum ſpretor: atq; uilipenſor: ſicut plurimum Titanes fuiſſe legimus. cuiꝰ talis ab Ouidio refertur fabula. Cū aſcendiſſet in cælum clamor: quoniā omnia male agerētur in terris: uoluit Iuppiter experiri p̄ſentia: & forma hominis ſumpta: deuenit in regiam Lycaonis, ægitq; ut aduerterent populi quia Deꝰ eſſet in terris: qui cum ſacris operam darent a Lycaone ſunt omnes irriſi. Qui tamē ut experiret nunquid ut dicebat hoſpes ſuus Iuppiter eſſet: cōſpiraſſetq; in nocturnam eius necē, nec peregiſſe potuiſſet: ad aliud facinus repente intendit animum, & occiſo ex obſidibus moloſſorum uno: uidit partim: partimque prunis excoqui iuſſit: & illum comedendum Ioui appoſuit. Qui cum cognouiſſet ſcelus, ſpreuiſſetq; cibum ignem in regiā Lycaonis iniecit: & abiit. Lycaō autem territus abiit in ſiluas: & in lupum uerſus. morem rapinæ priſtinum ſeruare cœpit in greges ſęuiens ſanguinis auiditate. Hiſtoriæ ueritas fuit. Olim cū inter Epyros (ex qbus aliqui poſtea a Moloſſo Pyrrhi filio Moloſſi dicti ſunt) & pelaſgos (qui poſtea Archades) eſſet controuerſia: de qua cū in concordiam itum eſſet: petiit Lycaon qui tunc præerat Pelaſgis: ut ſibi in robur initæ concordiæ daretur ſaltem obſes unꝰ ab Epyris: eo ꝙ ab eis fuiſſet primitus exorta diſcordia. Cui a Moloſſis uſq; ad certum tempus iuuenis unus ex nobilioribus conceſſus eſt. Qui cum non remitteretur in termino a Lycaone: per legatos gentis ſuæ requiſitus eſt. Lycaon autem: ſeu quia ſuperbe requiſitus uideretur: ſeu ob aliam cauſam turbatus: eo ꝙ peſſimus eſſet homo: & elati animi, reſpondit legatis: ſe i ſequēti die obſidem redditurum: iuſſitq; in mane ſequenti ſecum in cōuiuio eſſent: & clam obſide occiſo: atq; decocto: legatis aliiſq; conuiuantibus iuſſit apponi. Erat forte inter eos epulans iuuenis Lyſania: is qui poſtea Iuppiter dictus eſt: homo ea tempeſtate apud Archades exiſtimatiōis permaximæ: qui cum membra humana nouiſſet: eiectis menſis turbatus atrocitate facinoris proſiliit in publicum: & in Lycaonē ſibi fauentibus popularibus omnibus: e ueſtigio conſpirauit: & cōgregatis uiribus eum traxit in pugnam: ſuperatumq; regno priuauit. Lycaō autem delectus a xuli: & inops cum paucis fugit in ſiluas

Senſus hiſtoricus Moloſſi

& cœpit itinerãtibus inſidiari & raptu uiueretq; ꝙ fabu
læ locum dedit: ꝙ in lupum uerſus ſit. Nam ſi recte uo
lumus inſpicere, nulli dubium eſſe deben quin quam
cito ad auariciam: & rapinam mentem apponimus: hu
manitate exuta: lupum e ueſtigio induamus: atq; tam
diu perſeueramus in lupum. quamdiu talis appetitus
perſeuerat in nobis: humana tantũ reſeruata effigie.
Senſus tropologicus Fabuloſo Lycaonis uelamento/ Variæ ſacrarum ſcri/
pturarum allegorico ſenſu teguntur hiſtoriæ. Scele/
ratiſſimus ſiquidem Lycaon: qui ioui hominem occi/
Senſus allegoricus ſum epulandum appoſuit. Nefandiſſimum illum fra
tricidam Cayn denotat Qui ſummi omnium rerum
opificis ante conſpectum (omnia ſiquidẽ & nuda ſunt
& aperta coram oculis eius) Abelem fratrem: uelut
Deum ad execrandas Lycaonis inuitaret epulas, in/
terfecit. Fuit autem hic Cayn omnium cupidiſſimꝰ in
primisq; ac inuidia plenus: necnon & alienæ felicitatis
impatientiſſimus: quamobrem fratrem ſuum unicum
Abelem peremit. Conuenerunt quippe ſimul Deo ſa
crificare. Cayn enim de agricultura ſua ſacrificiũ offe/
rebat. Abel uero lac & gregum ſuorum primogenita
ardentiſſime. Deus autem (ut Ioſephus in primo anti
Ioſephꝰ quitatum libro teſtatur) agnum eo in ſacrificio ſibi ob
latum fuiſſe: plurimum delectatus eſt: & maxime ꝙ
ſpontaneis & naturaliter ortis fructibus honoratus
eſſet: q̃ in ſacrificiis fratris ſui Cayn: cuius auaricia fru
ctꝰ quos offerebat, reperiſſet. Quapropter Cayn ipſe
non minime indignatus: eo ꝙ frater ſuus fuiſſet ei præ
poſitus: eum turpiter peremit: necatumq; protinus ab
ſcondit: ex hoc credẽs latere reatum: ſed Deus ipſe: qui
etiam abſcondita cordis noſtri apertiſſime nouit: ipſũ
fratricidam repente ad ſe uocatum acriter increpauit.
dicens eum eſſe fratris ſui interemptorem nequiſſi/
mum. quem e ueſtigio maledixit. At ipſe Cayn ex Dei
ſententia effectus profugus: & uagus in indiam a facie
Dei commigrauit. eoq; loci genere humano poſtmo/
dum multiplicato. pro mali ſui incremento ſuos ad la
trocinia inuitauit & docuit. Nam opes multas quoad
Ioſephꝰ uixit (ut ioſephus in primo antiquitatum auctor eſt)
ex latrociniis & rapinis ſemper aggregare ſtuduit: Ho
minum ſimplicitatem ex inuentione ponderum & mẽ
ſurarum (homines in calliditatem & corruptionem cõ
pellens) permutauit. Cumq; Cayn ſenio confectus fuiſ
ſet. & inter frutecta (tanquam alter Lycaon) aliquãdo
feſſus ſederet: a pronepote ſuo Lamech: qui & ipſe iã
ſenectutis uitio cæcus effectus fuerat: interfectus fuit.
Nam Lamech ipſe dum uenationi inſiſteret pueri du
ctoris ſuaſu credens Cayn eſſe feram eum ſagitta oc
cidit. Lamech uero cum ſe Cayn proauum interfe/
ciſſe deprehendiſſet. ira ſuccenſus: ipſum puerũ po
ſtea interfecit. Vnde ipſe apud Moſen ira ſuis uxoribꝰ
Geneſis quarto loquens introducitur. Audite uocem meam uxores
Lamech: auſcultate ſermonem meum: quoniam occi
di uirum in uulnus meum: & adoleſcentulum in liuo/
rem meum: ſeptuplum ultio dabitur de Cayn, De La
mech uero ſeptuagies ſepties. Cayn igitur Lycaone
non incongrue ſignificatum ſcripſit ſub uelamẽto Oui
dius. Moſes Cayn maledictum a Deo uoluit. Male/
dictus eris ſuper terram: & paucis interpoſitis ſubiun
xit. Vagus & profugus eris ſuper terram. hoc Ouidiꝰ
tetigit eo carmine. Territus ille fugit: nactusq; ſilen/
tia ruris Exululat. Lycaonis etiam fictione populi iu
daici in Chriſtum ſæuitiam accipere poſſumus. In ul/
tima ſiquidem ætate inclinata iã die: & appropinquã
te mundi termino ex populo iudaico ſecundum cor/
pulentam ſubſtantiam: & ſi non ſecundum rationem
ſeminalem: deſcendens in mundo homo factus appa
ruit. Ouidius Iouem regiam Lycaonis eadem tempe/
ſtate ingreſſum uoluit. Inhoſpita tecta tyranni ingre/
dior: traherent cum ſera crepuſcula noctem. Chriſtus
miracula fecit: quibus ſuam deitatem efficaciſſime pro
bauit. Nam plurima diuerſo miracula geſſit in orbe. Si
gnaq; ueniſſe teſtificata Deum. Miracula ſiquidẽ (quæ
facultatem cuiuſq; naturæ creatæ excedunt) ſolo eius
imperio, cui omnia obediunt (quod nullus eo excepto
facere potuit) operatus eſt. Vnde ad Lycaonios iudæ
os uerba faciens & eorum duritiam increpans, ait. Si
opera non feciſſet in eis quæ nemo alius fecit pecca/
tum non haberent. Ouidius eadem fere uerba refe/
rens dixit. Signa dedi ueniſſe Deum. Prophetæ ſiqui
dem teſtimonio. Deus in terris uiſus eſt. & cum homi/
nibus conuerſatus eſt. Iudæi Chriſti diuinitatem ſæ/
piſſime experimento cognoſcere (Licet eius opera ip/ Ioãnes
ſum uerum manifeſtiſſime probarent) Euangeliſta re
ferente noluerunt. Dic nobis in qua poteſtate hæc fa/
cis: & illud. Alii ſignum de cælo quærebant. Ouidius
fabuloſo uelamine populũ iudaicũ de Chriſto loquen
tẽ introducẽs ait. Mox ait experiar Deus hic diſcrimine
aperto An ſit mortalis. Aeternum uerbum carne ſub
humana latitans, & ſi iudæos præſens uerbo & exem
plo ad uirtutum excellentiam: & fidei ueritatem euo/
care uoluerit. nihilominus nec Scribæ: nec phariſæi:
nec iudæorum maiores (paucis exceptis) eius uerbis
aſſenſum præbentes. uitam in melius commutarunt.
De turba autem (ut Euangeliſta Ioannes auctor eſt)
multi crediderunt in eum. Ouidii carmine eadem ma
nifeſta ſunt. Vulguſque precari cœperat: irridet pri/
mo pia uota Lycaon. Mox ait experiar. Quid huic (de
quo nunc loquimur) fidei noſtræ myſterio magis con
ſentaneum referre poterat Ouidius? Quem enim fi/
delium latet (quæ ſcripturarum ſanctarum noticiam
habeat) iudæorum maiores de Chriſto dixiſſe? Quo
modo hic literas ſcit cum non didicerit. Et alibi legi/
mus. Nonne hic eſt filius fabri: & unde huic hæc omi/
na? recte igitur Ouidius ſcripſit. Irridet primo pia uota
Lycaon. Iudaicus ſcilicet populus & eorum præſertim
maiores per Lycaonem regia poteſtate inſignitum de
ſignati. Experiri etiam ſatagebãt manifeſte Chriſti dei
tatem iudæi (cum eum montis uertice præcipitem da
re & lapidibus opprimere) uoluerunt. Vnde ſubiun/
xit Ouidius. Mox ait experiar Deus hic diſcrimine ap
to An ſit mortalis. iudæi Chriſtum in horto orantẽ no
ctis tempeſtate ab eis captum: & uinculis irretitum:
ut eum morti traderent: ad uarios iudices deduxe/
runt. Ouidii uerba hæc innuere uidentur. Nocte gra/
uem ſomno: nec opina perdere morte Me parat. No/
cte grauem ſomno. Anima ſiquidem Chriſti inſtante
paſſionis tempore Euãgeliſtæ teſtimonio. Triſtis erat
uſq; ad mortem: ſomno (ſacro teſtante eloquio) deſi
gnatam. Aut etiam eos Apoſtolos intelligẽde quibus
ſcriptum eſt. Erant autem oculi eorum grauati. iudæi
Deum inter eos humana ſub carne conuerſante inui/
dia excæcati peremerũt. Vnde in hodiernum uſq; diẽ
effecti ſunt fugitiui: profugi: & per orbem uniuerſum
more luporum uagabundi. Prophetæ teſtimonio di/
centis. Diſperdam eos de gente in gẽtem. Ouidius po
puli iudaici diſperſionem deſcribens cecinit. Territꝰ il
le fugit: nactuſq; ſilẽtia ruris Exululat Lycaon: denîq;
Herodem innocentes (ut Chriſtum perimeret) interfi
cientem ſignificare poteſt.

Lactātius

Fabulæ ſeptimæ libri primi argumētum.

℃Occidit una &c. Iuppiter propter audaciam Lycaonis, cæterorumq; mortalium: qui ſceleribus ſuis etiam Deorum potentiam tentabant: itaq; orbem terrarum perfuſis imbribus inundauit. Et cum duo pietate cæteros mortales anteceſſiſſent, Deucalion Prometheī filiꝰ ac Pyrrha eadem ſoror atq; coniunx e Parnaſo monte proluuiē imbriū effugiſſent. forte moniti Them[illegible] eo tempore [illegible]ræ fuiſſe traditur: a Deis ueniā acceperūt per preces generandæ prolis: ita ut lapides poſt tergum iacerent: ex quibus homines naſcebantur: & a Deucalione miſſi in uiros uertebantur. A Pyrrha autem in fœminas.

Occidit una domus ſed non domus una perire
Digna fuit. qua terra patet: fera regnat erinnys,
In facinus iuraſſe putes. dent ocyus omnes
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) pœnas.
Dicta Iouis pars uoce probāt: ſtimuloſq; fremēti
Adiiciunt, alii partes aſſenſibus implent,
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: & quæ ſit terræ mortalibus orbæ
Forma futura rogant. quis ſit laturus in aras
Thura: fer iſne paret populandas tradere terras.
Talia quærentes (ſibi enim fore cætera curæ)
Rex ſuperum trepidare uetat: ſoboleq; priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.

RAph.

℃OCCIDIT una domus. Poſteaquam Iuppiter exemplo Lycaonis oſtenditq̄ tetris ſceleribus infecti ſint homines: concludit totum genus humanum penitus eſſe perdēdum. Sicque poeta fabulam cum fabula: ac mutationem cum mutatione cōnectit. Narraturus enim quemadmodum lapides a Deucalione & Pyrrha poſt terga iacti partim in mares: partim in fœminas fuere conuerſi: ante deſcribit diluuium: quo genus humanum fuit extinctum. ℉ Sed non domus una perire Digna fuit: omnes inquit hominum domus ſunt euertendæ, & exterminandæ non una ſola. Vbique enim neſāda ſcelera perpetrantur. ℉ Fera regnat Erinnys: Feritas, impietas, inhumanitas. Erinnys enim dicitur furia infernalis diſcordia, bello, contentioneq; gaudens. Sunt autem Erinnyes Deæ ultrices illorum: qui ſunt impii erga parentes: dictæ (ut Etymologici ſcribunt) παρὰ τὸ ἐν τῇ ἔρᾳ ἐρευνᾶν q; in terra habitent hominum facta ſpeculantes. ℉ In facinus iuraſſe putes: poſſes iquit putare omnes homines ſe mala omnia perpetraturos coniuraſſe. ℉ Facinus: ſcelus: quamuis in bonam quoq; accipiatur partem. ℉ Dent ocyus omnes Quas meruere pati pœnas: hoc eſt cito ac repente omnes puniantur. Dare & perſoluere pœnas dicuntur: qui puniuntur. ℉ Sic ſtat ſententia: talis eſt inquit ſentētia mea: ut omnes perdantur. ℉ Stat: fixa eſt & immota. Eſt autē parentheſis. ℉ Dicta Iouis pars uoce probant: omnes inquit Dii Iouis ſententiam partim uerbis: partim nutu approbauerunt. ℉ Aſſenſibus implent: nutibus & manibus ſe Ioui aſſentire ſignificant. ℉ Iactura dolori: perditio. ℉ Orbæ terræ: priuatæ. ℉ Rogant: interrogant Iouem. ℉ Quis ſit laturus in aras Thura: quis ſit Diis ſacrificaturus. ℉ Populādas terras: uaſtandas: ac depredandas. ℉ Sibi.n. fore cætera curæ: ſubaudiendum eſt ait uerbum: quod eleganter in huiuſmodi prætermittitur locutione. Eſt autem parentheſis: ℉ Rex ſuperum trepidare uetat Iuppiter. ℉ Origine mira: quia lapides: ut paulo poſt narrabit: in homines fuere conuerſi: quod quidem maxime mirandum eſt,

Erinnys

Facinus

Dare pœnas

Stare

Populari

LAVI.

OCcidit una domus: ſed non domus una perire Digna fuit. Diluuiū (quo paucis exceptis omnia ſuper terram uiuētia aquarum inundatione deleta ſunt) deſcripturus Ouidius tam ſeueri in peccatores iudicii cauſas præmittens cecinit. Qua terra patet: fera regnat Erinnys. In facinꝰ iuraſſe putes. Non ſolum enim Moſi: ſed & Ouidii ſententia: in peccatorum punitionem diluuium factum eſſe conſtat. Deus ſiquidem optimus maximus uniuerſali exterminio nunq̄ genus humanum punire uoluiſſet: niſi peccatorum non ferenda turpitudo: niſi hominum peccantium effrenata multitudo: niſi delictorum, quæ homines ad malignandum inuitat impunitas: niſi ad ſcelera uſq; quaq; perpetrāda: noi talium hominum inclinata eſſet: & dedita intentio. Niſi deniq; diuinam ultionem in ſe prouocaret hominū peccatis dediti ſſimorum obſtinatio. Quæ ſanctiſſimus legiſlator ille Moſes: luce clarius (cum diluuium diuino furore in libidinoſi incendii extinctionem: a ſummo omnium rerum opifice immiſſum deſcriberet) innuit. Vidēs autem Deus q; multa malitia hominum eſſet in terra: & cuncta cogitatio cordis intēta eſſet ad malum omni tempore pœnituit eum q; hominem feciſſet in terra. Ouidius paucis admodū uerbis id explicauit. Qua terra patet fera regnat Erinnys. In facinus iuraſſe putes. Quid Ouidius Moſi & ueriſſimæ & catholicæ ſententię magis conſentaneū ſcribere potuiſſet? Tāta ſiqmdē ea tempeſtate erat mortalium libido: ut ad iracundiā: & ad delēdum genus humanum prouocaretur Deus. Cū enim uideret orbem terrarum malitia & ſceleribus oppletum ſtatuit hominū genus: diluuio perdere: ad multitudinē nihilominus hominum reparandā: Noe patriarchā ſanctiſſimum unum delegit: qui corruptis omnibus ſingulare iuſtitię ſupererat exēplum. Hic cum quingentorū eſſet annorum archam ex præcepto diuino fabricauit: quā ipſe cum coniuge, tribuſq; filiis, ac totidē nuribus ingreſſus (cum aqua montes operuiſſet altiſſimos) ex tanta clade ſuperſtes fuit. Factum eſt ēt diluuium (ut auctor eſt Lactantius) ad perdēdā tollēdāq; ex orbe terrarum maliciam. Neſanda ſiquidē malignitas uniuerſum genus hominum tunc & Moſi: & Ouidii ſentētia occupauerat. Moſes ſiquidem ſcripſit Deū Noe ita allocutum fuiſſe. Finis uniuerſæ carnis (hominum ſcilicet ſecundum carnis petulantiam uiuentiumꝰ) uenit coram me. Ouidius eo tempore malitiam hominum fuiſſe permaximam non tacuit. In facinus iuraſſe putes. Filii ſiquidem Seth cum filiabus Cayn laſciuiæ dediti ſſimis: matrimonia, quod eis prohibitum fuerat, inierunt: quæ in eum libidinoſi pruritus furorem exarſerunt: ut uiris ſupergreſſæ prodigioſæ Veneris icēdio naturam mentirentur. Viri deniq; ad eam iſaniam deuenerunt ut in alterutrum turpitudinem operātes: naturalem uſum fœminæ reliquerint. Neſandiſſima igit carnis peccata in dies nouorū ſcelerum excogitata malitiis augebantur: totius humani generis fœdata multitudine: ſanctiſſimo duntaxat patriarcha Noe cum uxore & filiis eorūq; cōiugibꝰ excepto in horrēdas quaſq; cæcæ libidinis ſpurcitia collabente. Vt piētiſſimus Deꝰ tandem ad iracundiam: execrando carnis fœtore puo

Cauſa diluuii

Ge. vi. c.

Noe

Moſes

catus: inſlāmatiſſimum libidinis ardorem diluuio extinxerit. Priuſq̄ tamen id ageret innatæ clementiæ ſummus opifex non oblitus: longo annorum cētum ſpacio comminatorie intimandum diluuium: ut homines formidine pœnæ peccata deſerentes pœniterent: curauit: lento itaque gradu ad horrendorum criminum punitionem procedens, Noe qui in eius oculis (Moſe referente) gratiam inuenerat uitæ ſanctimonia: & doctrinæ ac uerborum elegantia admirandum: ad reuocandos a carnis laſciuia: & ad uirtutis excellentiam deducendos peccatores declamatorem elegit. Qui cum declamationis officium diligentiſſime exequeretur: comminareturq; Deum humanum genus diluuio: niſi pœniteret uelle delere. Et irriſus ē: & a ſceleratiſſimis peccatoribus eius uerba deliramenta uiſa ſunt: ei quoque ſe mortem illaturos comminati ſunt. Quapropter decreuit Deus tantam carnis ſpurcitiam inundationum uoragine perdere. Summi igitur omnium rerum opificis iuſſu Noe cum uxore ſua: tribuſque filiis Sem: Chā & Iaphet ac eorum uxoribus, cunque omnium animalium: quæ mouebantur ſuper terram maſculo & femella ſpecie archam Dei pręcepto fabricatam ingreſſus ē. De qua & Heroſus caldaicæ deflorator hiſtoriæ: & Ioſephus in antiquitatibus meminerunt. Itaq; ſecundū domini præceptum Noe in archam cum animalium & uolucrum indiuiduis ad procreādam diuerſarum ſpecierum prolem neceſſariis: quæ & diuina uoluntate & angelorum miniſterio ad archam adducta ſunt ingreſſus eſt. O horrendum poſt ingreſſum Noe in archam mundi huius ſpectaculum. O ineuitabilem omnipotētis Dei furorem. O tremēdam ſummi omnium opificis in peccatores iracundiam. O Dei ineuitabilem ſententiam. O formidandam iudiciorum diuinorum ſeueritatem. Factus eſt repente ſolito nebuloſior aer: uenti ſtridere cœperunt, & ignibus crebris Aether micās homines terrebat. Exaltatio in nube clauſa: & ad eius latera impulſa in uiolenta nubis fractione: ſono uehementi mortales perterrefaciens eos, qui pauloante declamanti: & eam uenturam calamitatem comminā̄ti Noe iuſtiſſimo inſultauerant: adeo attonitos reddebat: ut quid acturi eſſent ignorarent. Hymbribus ſiquidē largiſſimis profluentibus: mortis ineuitabilia ſibi imminere pericula uidebant. Vidiſſes terram aquis oppleri: ſua fluuios littora perdere. Vidiſſes homines eo tempore trementes palleſcere. Vidiſſes manducantes cibum dentibus contritum ruminare: nec poſſe cibum præ animi anguſtia deglutire. Vidiſſes eos qui pauloante & choreas ducebant: & ludentibus pedibus ad organorum ſonitum & mouebantur: & ſaltitabant: ingenti pauore adeo perterritos: ut exangues & ſemineces apparerent. O quantus luctus omnium mox inſonuit. O quot querelis aera replebant: quot lamenta: dum breui ſpacio excreſcentes aquæ rapere cœperunt corpora mergendorum. Videbat pater ſubmergi filiū: uidebat frater fratrem: & ipſe necandus clamabat ad ſydera. Heu heu ecce perimus in aquis. Filius patrem aut matrem forte precabatur. O genitor. O mater: miſero mihi fer opem: Adiuua me natum tuum pereuntem: At pater reſpondere poterat. O me miſerum, O me infelicem & ego tecum pereo. Vix (ut arbitrari poſſumus) dies pertrāſiit: quin hominū & animalium maior pars aquis diluuii perierit. Si qui autem in montibus erant ſuffocati tandem ſunt & ipſi: pluit ſiquidem quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & aquæ excreſcentes omnia montium cacumina ſuperarunt. Expergiſcimini ergo o peccatores polluti. O carnales. o laſciui. o ſacrilegi. o inceſtuoſi. o libidinibus ſpurciſſimis fœdati: & Deū diſcite & uereri: & timere. Libidinum prurigines deponite: abiicite uoluptates. Ad mētem hoc tremēdum diluuii iudicium reuocate: quo conſumpta eſt omnis caro: quæ mouebatur ſuper terram: non tantum hominū: ſed etiam (exceptis illis animalibus & uolucrib⁹ quæ introierunt in archam) omnium uolucrum animantium: beſtiarum. omniumque reptilium, quæ reptant ſuper terram: uniuerſi homines perierunt: & cuncta animantia in quibus ſpiraculum uitæ erat, Moſi teſtimonio, extincta ſunt. Piſces autem diluuio non perierunt ad hominum nefandiſſima ſcelera, quę & i aerē & in terra (non autem in aquis) perpetrata fuerant deteſtanda. Hoc tremendum in mundum laſciuientē Dei iudicium ingenioſiſſime deſcribit Ouidius, ut rem ipſam ante oculos admiranda uerborum ſerie ponat, Iouem etiam potius aqua q̄ igne ſceleratiſſimos peccatores, ipſumq; genus humanum laſciuiis deditum, delerē uoluiſſe: licet Iouem non lateret: igne tandem omnia corripi debere. Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus. Quo mare: quo tellus correptaq; regia cæli Ardeat. Vnde hic gentilis: aduueniente uniuerſalis iudicii tēpore mundi conflagrationem (ignis ſiquidem propheta regii teſtimonio ante ipſum præcedet) intelligere potuit: Ioſephus in antiquitatibus retulit Adam de duobus iudiciis prophetaſſe. Peccatores quoq; in priore aqua: in poſteriore igne puniendos: & eam ob rem tradit Ioſephus Tubal artem muſices inuentam ne periret in duabus columnis in qualibet totam ſcripſiſſe. Vna columnarum erat marmorea: ne dirueretur diluuio. Altera latericia ne ſolueretur incendio. Adam igitur diluuium prædixit: ſed quid ad Ouidiū: An Geneſeos hiſtoriam uidit: An Platonem: qui Aegyptum petierat: & Mercurii trimegiſti uolumina (non autem legem nondum in græcam linguam ſeptuaginta interpretum labore uerſam: cum hoc teſte Auguſtino temporum diſſonantia non patiatur) in quibus multa fidei noſtræ conſentanea habebantur: legerat de diluuio & extremo iudicio diſſerentem: perlegerit non temere diffinio: arbitror tamen Ouidium Sibyllarū uaticinia: quæ multa fidei noſtræ ſacramenta prædixerant: non latuiſſe. Quis etiam prohibet Romanos principes uniuerſo orbi imperantes: legem Iudæorum ut uictoriæ trophæa Romam detuliſſe, & eam Ouidium perlegiſſe potuiſſe: cum iam dudum Ptolomæi Philadelphi ſuaſu græca facta fuiſſet. Quonam pacto ſe rei ueritas habeat. me ignorare ingenue fateor: Vnum nihilominus exploratum habeo: Ouidium utrunque iudicium tetigiſſe: Diluuium ſiquidē quod pulcherrime deſcribit, innuit. Pœna placet diuerſa genus mortale ſub undis Perdere: extremum etiam iudicium eum nō prætermiſiſſe probauit. Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus, Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli Ardeat. Quare autem ſummus omnium opifex Deus: potius aquarum diluuio laſciuientem mundum q̄ igne punierit. Reſpondere poſſumus. Deū immiſiſſe diluuium, ut petulcæ carnis libidinoſum incendium aquarum frigiditate extinguens peccatores deleret. Mundum uero iudicaturus ignem in peccatorum punitionem inflammabit, ut auaritiæ deditiſſimos ea tempeſtate homines, & charitatis igne uacuos refrigeſceret, ſiquidem charitas multorum igne conflagrationis puniat: ut quos auaritia frigidos effecerat, ignis in pœnam ſuccendat.

Heroſ⁹ Ioſeph⁹ Pſal. Ioſeph⁹ Plato Sibyllę

℄ Iamq;

Iamq; erat in totas ſparſurus fulmina terras:
Sed timuit:ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Cōciperet flammas:totuſq; ardeſceret axis,
Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur affore tempus:
Quo mare:quo tellus,correptaq; regia cæli
Ardeat:& mūdi moles operoſa laboret.
Tela reponuntur manibus fabricata Cyclopū.
Pœna placet diuerſa:gen⁹ mortale ſub undis
perdere,& ex omni nimbos demittere cælo.
Protinus Aeoliis Aquilonem claudit in antris:
Et quæcunq; fugant inductas flamina nubes.
Emittitq; Notum.madidis Notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine uultum.
Barba grauis nimbis.canis fluit unda capillis.
Fronte ſedent nebulæ.rorant pennæq;,ſinuſq;:
Vtq; manu late pendentia nubila preſſit:
Fit fragor,& denſi funduntur ab æthere nimbi.
Nuntia Iunonis uários indúta colores
Concipit Iris aquas:alimentaq; nubibus affert.
Sternuntur ſegetes:& deplorata colonis
Vota iacent:longiq; perit labor irritus anni.
Nec cælo contenta ſuo eſt Iouis ira:ſed illum
Cæruleus frater iuuat auxiliaribus undis.
Conuocat hic amnes:qui poſtq̄ tecta tyránni
Intrauere ſui:non eſt hortamine longo
Nunc ait utendum:uires effundite ueſtras.
Sic opus eſt:aperite domos:ac mole remota
Fluminibus ueſtris totas immittite habenas.
Iuſſerat.Hi redeunt:ac fontibus ora relaxant:
Et defrenato uoluuntur in æquora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit:at illa
Intremuit:motuq; uias patefecit aquarum,

RAph. ¶ IAMq; erat:ſtatim inquit Iuppiter fulminib⁹ genus humanum perdidiſſet:niſi ueritus eſſet ne cæli quoq; terrarum incendio conflagraret:cum præſertim i fatis meminerit eſſe:ut aliquando totus mundus igne abſumatur.Quare non fulminibus ſed aquarum inundatione genus humanum perderē decreuit. ¶ Iamq;:ſtatimq;. ¶ Sacer æther:i ſacrum cælum ¶ Tot ab ignib⁹:quot opus eſſet ad totam terram comburendam. ¶ Conciperet:contraheret. ¶ Totus axis:totum cælum.Synegdoche eſt: axis enim quæ pars eſt cæli:pro toto ponitur cælo.Nam axis proprie illud eſt plauſtri lignū circa quod rotæ uertuntur: ad cuius ſimilitudinem axis in mundi ſphæra uocatur:circa cuius cacumina ſphæra ipſa rotatur quibus contigui ſunt duo poli:qui & uertices dicunt:qbus ueluti cardinibus (ut ſcribit Apuleius)maxime ſphæra nititur:arcticus & antarcticus:ſiue borealis & auſtralis. ¶ Eſſe quoq; i fatis:i diſpoſitione fatorū. Alia rō ē qua deterritus eſt ab incendio Iuppiter:ne id eueniret:quod i fatis eſſe ſciebat:ne ſcilicet tot⁹ mūd⁹ ɔflagraret. Eſt āt fatū(ut Stoici aiūt) ɔnexa rerū ſeries:p quam mūd⁹ adminiſtrat. ¶ Affore:aduēturū eſſe. ¶ Et mūdi moles:machina mūdi. ¶ Operoſa:multi operis. ¶ Laboret:in labore & periculo propter incēdium futura ſit.Hoc aūt maxime cum dogmate Chriſtiano ɔuenit.Nos.n.credim⁹ mūdū i nouiſſimo die cōflagraturum.

Axis
Diluuii deſcriptio
poli
Fatū
Operoſum

¶ Tela reponūtur:fulmina a Cyclopib⁹ cōfecta.Cyclopes.n.Ioui fulmina ɔfeciſſe dīr.Fuerūt āt populi Siciliç,unū i media fronte oculū habētes. ¶ Pœna diuerſa:ɔtraria.Diluuiū.n.icēdio ɔtrariū ē. ¶ Nimbos:pluuias. ¶ Demitterē:deorſū mitterē. ¶ Protin⁹ Aeoliis:ſtatī igr Iuppiť clauſis i ſpelūca iis uentis:q iducūt ſerenitatē Auſtꝝ pluuia gaudentē emiſit. ¶ In Aeoliis antris:in Aeoli ſpelūcis.Not⁹ ē āt Aeolū Iouis ex Aceſta filiū regē eē uentoꝝ:q̄ ut hoc loco ſit exponēdū.Quod quidem idcirco fictum eſt:q(ut Plinius ait)Aeolus uentorū rationem inuenit.Cum enim ſeptem inſularum iuxta fretum Siculum:quæ ab illo Aeoliæ fuerunt cognominatæ:princeps eſſet:ac ex nebulis & fumo Hieræ iſulç ante dentis uentos prædiceret futuros:creditus eſt illos in ſua habere poteſtate. ¶ Flamina:a flādo uenti flamina

Cyclopes
Diuerſum
Demittere
Aeolus
Aeoliæ inſulæ
Flamē

dicuntur. ¶ Madidis Not⁹ euolat alis:elegāter Auſtri uenti deſcribit effigiem:ſic enim apud priſcos pingebatur.Alæ autem uentus aſſignātur propter uelocitatem. Tectus uultum:hoc eſt tectum uultum habens.Eſt autem poetica ſynegdoche. ¶ Picea caligine:nigris nubibus.Nā Auſter nubiloſus eſt uentus. ¶ Barba grauis plena. ¶ Nimbis:pluuiiſ ¶ Vnda aqua. ¶ Rorāt: ſtillāt i roris ſimilitudinē. ¶ Vtq; manu late:poſtq̄ inquit Notus manibus nebulas cōpreſſit:maximç pluuiç eſſe cœperūt. ¶ Fit fragor:ſtrepitus proprie rerum fractarum. ¶ Dēſi nimbi:crebrç pluuiç. ¶ Concipit Iris aq̄s: Iris nūtia Iunonis a poetis fertur.Interdum autē etiam Iouis.Eſt etiā uerſicolor ille arcus:qui fit in aere(ut ſcribunt phyſici)ex reflexione radiorum Solis Lunçue in nubibus pluuiæ tempore. Dicta eſt autem Iris παρὰ τὸ εἴρω:quod eſt dico:q futura prçnunciet. Fluuius eſt etiā Iris:necnon herba quā Plinius optimam in Illyrico naſci ſcribit. ¶ Sternuntur ſegetes:Frumenta i agris exiſtentia in terram ab aquis deiiciuntur.Seges autem dicitur frumentū nondū demeſſum.Sternere uero interdū in terram deiicere:interdum ſignificat cooperire:ut cum dicimus ſternerē mēſam. ¶ Vota deplorata:Spes ualde ploratas.Vota autem uocat frumēta multis uotis & precibus expetita. ¶ Colonis:Agricolis. ¶ Irritus:uanus ac ſine ullo fructu. ¶ Cæruleus frater:Periphraſis Neptuni. ¶ Auxiliaribus undis:auxilium afferentibus ad perdendū genus humanū.Auxiliares āt milites pprie dīr:q a ſociis i auxiliū mittunt. ¶ Cōuocat hic amnes:Deos fluuioꝝ.Amnis.n.fluuius dī ab ambiendo:ut Varro ait:qđ omnia flumina circumeunt. Vñ ēt cornuta pinguntur. ¶ Tyranni ſui:Regis ſui. Tyrannus nanq; apud antiquos in bonam quoq; accipiebať partem:ut pauloante ſcripſimus. ¶ Hortamine:hortatu:exhortatione. ¶ Aperite domos:Fontes:qui fluuiorum domus eſſe uidētur. ¶ Mole:obſtaculo. ¶ Fluminibus:fluxibus. ¶ Totas habenas:tranſlatio ab equis ſumpta:qui habenis inhibentur. ¶ Defrenato:effrenato:ac ſine ullo retinaculo. ¶ Ipſe:Neptunus. ¶ Tridente ſuo:ut Ioui fulmen:ſic Neptuno tridens attribuitur:quo dum percutit terram:ſemper fit terræmotus.

Auſter
Rorare
Fragor
Iris
Seges
Votum
Auxiliaris
Amnis
Tyrannus
Tridēs

Expatiata ruunt per apertos flumina campus:
Cumq; satis arbuſta ſimul, pecudeſq;, uiroſq;,
Tectaq; :cumq; ſuis rapiunt penetralia ſacris.
Si qua domus manſit:potuitq; reſiſtere tanto
Indeiecta malo:culmen tamen altior huius
Vnda tegit:preſſæq; latent ſub gurgite turres.



Iamq; mare & tellus nullum diſcrimen habebât.
Omnia pontus erat:deerant quoq; littora pôtu.
Occupat hic collem:cymba ſedet alter adunca:
Et ducit remos illic:ubi nuper ararat.
Ille ſuper ſegetes:aut merſæ culmina uillæ
Nauigat,hic ſumma piſcem deprendit in ulmo.
Figitur in uiridi(ſic ſors tulit)anchora prato:
Aut ſubiecta tegunt curuę uineta carinæ:
Et modo qua graciles gramen carpſere capellæ:
Nunc ibi deformes ponunt ſua corpora phocæ.
Mirantur ſub aqua lucos,urbeſq;,domuſq;
Nereides,ſiluaſq; tenent delphines: & altis
Incurſant ramis:agitataq; robura pulſant.
Nat lupus inter oues: fuluos uehit unda leones,
Vnda uehit tigres:nec uires fulminis apro:
Crura nec ablato proſunt uelocia ceruo.
Quæſitiſq; diu terris ubi ſiſtere poſſit:
In mare laſſatis uolucris uaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti,
Pulſabantq; noui montana cacumina fluctus.
Maxima pars unda rapit.quibus unda pepercit:
Illos longa domant inopi ieiunia uictu.

RA pb / Penetralia / Culmē / Gurgeſ / Ingurgito / Diſcrimen / pontus / Occupare / Villa / Anchora

¶ EXpatiata:late ſparſa. ¶ Penetralia cũ ſuis ſacris: tũ eſt penetralia cum Dijs penatibus. Nam penetralia (ut Sex. Pompeius ſcribit) ſunt penatiũ Deorum ſacraria. ¶ Rapiunt:ui abſtrahunt. ¶ Si qua domus manſit:or/do eſt. Si qua domus remanſit indeiecta. ¶ Indeiecta: non deiecta in terram. ¶ Culmen tamen:culmen eſt tecti ſummitas a culmo dictum: quod culmo antiquitus domus tegerentur. ¶ Preſſæ.ſubmerſę. ¶ Sub gurgite:ſub mari: eſt autem tapinoſis. Naz gurgitem:qui proprie locus eſt in flumine profũdior p mari poſuit poeta. Sic Virgili. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Inde fit uerbũ ingurgito:quod & deuoro & repleo ſignificat. Vnde Macro. in Saturnalibus ſcribit Fabium ciuẽ Romanum uiruz triumphalem a deuorato patrimonio gurgitẽ fuiſſe cognominatum. ¶ Nullum diſcrimen:nullam diſcretionem ac differẽtiã. Alias diſcrimen periculum ſignificat. ¶ Omnia põtus erat:omnia mare occupauerat. Põtus autem proprie id mare ẽ quod Euxinum appellatur. Sed, pro quocunque mari frequenter ponitur. Pontus uero dictus eſt ἀπὸ τοῦ πόντου: in mari maxime laboratur. Põtus etiam prouincia eſt Aſiæ: Bithynię finitima: Euxinoq; adiacẽs, unde põticus deriuatur. ¶ Occupat hic collem: alius in quit ex hominibus i mõtem cõfugiebat: alius in cymbam. Proprie autem occupari dicuntur loca poſſeſſoribus uacua. ¶ Cymba adũca:peritę. Nã cymbę & proram & puppim aduncas habẽt. ¶ Et ducit remos: remigat. ¶ Villę: Villa pprie dicit domus i agro. ¶ Sũma i ulmo:ſic Hora. hoc idẽ diluuium deſcribẽs. Piſcium & ſumma genus hæſit in ulmo. ¶ Sic ſors tulit:ſic caſu euenit. eſt autem parẽtheſis. ¶ Anchora: anchora quidem a latinis aſpiratur:quamuis apud græcos aſpiratione careat: eſt autem anchora inſtrumentum ferreum: quod ad continendas naues in mare iaci conſueuit. Vnde anchorarii funes dicuntur:quibus anchoræ ligãtur. ¶ Vineta:loca dicuntur uitibus conſita. ¶ Et modo: paulo ante. ¶ Graciles capellæ:macræ & agiles caprę. ¶ Gramen:herbam. Speciem pro generẽ poſuit. ¶ Deformes phocæ:turpes & uaſtæ. Phocæ a latinis uituli marini appellantur. ¶ Nereides:Nymphæ ſunt marinæ a Nereo patre appellatæ. ¶ Delphines: Delphin & delphinus a genitiuo græco delphinos ſit nominatiuus latinus. ¶ Incurſant: frequẽter incurrunt. ¶ Agitata: impulſa. ¶ Robora: ligna ac truncos. ¶ Pulſant: percutiunt. ¶ Nat: natat. Eſt autem per quam laſciua & lepidiſſima deſcriptio. Quam quidem Seneca reprehendit, q in re triſti ludere poeta uidetur. ¶ Vnda uehit tigres: Tigris fera eſt truculenta mirandæ uelocitatis in Armenia, Indiaque naſcens. Tigris etiam eſt fluuius Armeniæ: a uelocitate qua decurrit ſic appellatus. Nam Tigris lingua perſica ſagittam ſignificat. ¶ Vbi ſiſtere poſſit: in quibus terris ſe firmare poſſit. Siſtere autem eſt ſtare facere. Idem uero cum ſto uerbo præteritum habet & ſupinum. ¶ Volucris uaga: hirundinis eſt periphraſis. Nã hirundines uagos maxime uolatus habẽt. ¶ Nec uires fulminis apro proſunt:tanto impetu apri uenatores aggrediũtur: ut uires fulmini ſimiles habere dicantur. ¶ Ablato ceruo:abrepto ab undis. ¶ Laſſatis alis: defatigatis ac feſſis. ¶ Obruerat tumulos: cooperuerat montes. Obruere nanque eſt aqua terrave operire: Tumuli uero montes dicuntur a tumore. ¶ Pulſabant: percutiebant. ¶ Noui fluctus: magnæ undæ & inuſitatæ. ¶ Montana cacumina: Montium ſummitates. ¶ Maxima pars hominum ſubaudiatur. ¶ Quibus unda pepercit: hoc eſt qui ſubmerſi non fuerunt fame periere.

Anchorarii funes / Vineta / phocæ / Nereides / Tigris / Siſtere / Obruere / Tumuli

¶ Separat

R Aph. ¶ Sepat Aonios: Topographia & loci deſcriptio. Mō
Topo tem enim Parnaſum deſcribiton cuius cacumen ſua al/
graphia titudine ab undis tutum Deucalion & Pyrra ſe rece/
Attica pertit. ¶ Phocis: regio eſt inter Bœotiā & Atticā: a pho
co denominata. in qua mons Parnaſus duobus collib⁹
eminēs cōſpicitur. ¶ Ab actęis aruis: ab Attica regiōe.
Nam Attica apte uel ab actæo rege: uel a littore quod ακτη dicit fuit appellata. Eſt enim maritima regio: ac fere littus eſſe uidetur. ¶ Terra ferax: fertilis. ¶ Mōs noie parnaſus: parnaſus mōs eſt phocidis: a parnaſo antiqſſimo uate cognominatus: unī parnaſius. parnaſiacus. parnaſias. parnaſis & parnaſe⁹ deriuantur. prius autē Larnaſos fuit appellatus: q illuc Deucalionis archa: q̄ grææce λαρναξ dicit fuerit appulſa. ¶ Petit aſtra: tendit in altū ſydera uerſus. ¶ Duobus uerticibus: duobus cacuminibus: quorum alterū Tithoreum: alterū Hymapeum appellat Herodotus: quamuis Seruius: mſi eſt deprauatus: Heliconem & Cytheronem putet quos Bœotiæ mōtes eſſe conſtat longe a parnaſo diſtantes. Parnaſus

phocis · parnaſ⁹ · Helicō · Cythe ron



Separat Aonios actęis phocis ab aruis
Terra ferax: dum terra fuit: ſed tempore in illo
Pars maris, & latus ſubitarum cāpus aquarum.
Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus
Nomine parnaſus: ſuperatq; cacumine nubes.
Hic ubi Deucalion (nam cætera texerat æquor)
Cum conſorte tori parua rate uectus adhæſit:
Corycidas nymphas: & numina montis adorat:
Fatidicamq; Themin: quæ tunc oracla tenebat.

autem totus & Apollini & Muſis & Baccho eſt conſecratus. ¶ Hic ubi Deucalion: Deucalion Promethei filius uir integer ac pius una cum pyrrha uxore diluuio inualeſcente ad cacumen parnaſi confugit: ubi poſt finitum diluuium Themidem conſuluerunt: quomodo genus humanum reparare poſſent: quib⁹ Themis reſpōdit. id poſſe reparari: ſi antiquæ matris oſſa poſt terga ieciſſent: q̄ Deucalion lapides eſſe coniectauit. Nam lapides oſſa terræ uidentur eſſe: q̄ antiquiſſima omnium eſt mater. Qui igitur lapides a Deucaliōe fuerunt poſt terga iacti in mares, Qui a pyrrha in fœminas fuere conuerſi. Hoc autem idcirco fictū eſt: q (ut ſcribit Euſebius in Chronicis) regnante athenis Cęcrope maxima aquarum illuuies maiorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit: paucis fuga in montes liberatis: maxime in monte parnaſo, in cuius circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad ſe ratibus confugientes, ut narrat Iuſtinus: ſuſcepit: ac per ſumma parnaſi iuga fouit: ac idcirco genus humanum ab illo fuiſſe reparatū aiunt. ¶ Hic ubi, eleganter hic & ubi ita iunguntur: ut id & quod: cum ubi & quod grāmaticæ locutioni ſatia
Hic ubi eſſe uideantur, ut cum dicimus. Tibi morem geſſi, id qđ
Id qđ fratri ſum pollicitus. nam quod ſum pollicitus ſatis eſſet. ¶ Nam cætera, parentheſis eſt. Reliqua inquit loca mare occupauerat. ¶ Cum conſorte tori. hoc eſt uxorē.
Corycī Nam uxor lecti mariti conſors eſt. ¶ Corycidas nym
Corycides nymphæ phas: Corycium antrum eſt parnaſi nymphis ſacrum. Vnde Corycides nimphæ dicuntur. Eſt autē forma patronymica pro poſſeſſiua. Eſt etiā Coryc⁹ Ciliciæ & urbs & mōs & antrum: ubi optimum naſcitur Crocum. Eſt

Coryc⁹ præterea Corycus (ut Stephanus ſcribit) mons Ioniæ altiſſimus & portus & inſula, eſt & promontoriū Cretæ & portus Aethiopię Corycia appellat⁹. ¶ Et numina montis: Apollini, Baccho, & muſis Parnaſus dicitur eſſe conſecratus. ¶ Fatidicamq; Themin: Themin
Themis archana fatorum prædicentem. Themis autem filia cęli & terræ fuiſſe ſcribit: quam Iuppiter nuptias ſuas fugientem in Macedonia aſſecutus compreſſit, Mineruamq; ſuſtulit. Dea uero fuit: quæ (ut inquit Sex. Pompe.) præcipiebat hoibus: ut a Dijs peterent id quod fas eēt: unde etiam nomen accepit. Nam θεμις apud græcos fas ac iuſtum ſignificat. Nam Themis απο του θεσμου: hī ēa lege dicta eſt. Habet autē apud græcos triplicē genitiuū Themidos. Themitos & Themiſtos.

LAVI. Deucalionis fabula
Hic ubi Deucaliō (nam cętera texerat æquor) Deucaliō Promethei fili⁹ fuit: cui adulto Epimethe⁹ patru⁹ pyrrhā filiā iūxit coniugio: cūq; ipſi duo tantōmodo (q optime reſtiuiſſent) uecti ſcilicet parua rate in Parnaſi montis phocidis cacumina (nā cætera diluuii tēpore texerat æquor) Themidis oraculo ducti: lapides poſt tergum iecerunt. Inq; breui ſpacio ſuperorum numine ſaxa: Miſſa uiri manibus faciem traxere uirorū, Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu. Veritas tamen alia eſt. Nam ut Iuſtin⁹ libro ſecūdo ſcribit. Amphiteonis athenarū regis temporibus. aquarum illuuies maiorem græciæ partē aſſumpſit: ſuperfuere quos refugia montiū cœperunt: aut qui ad regē Theſſaliæ Deucalionem ratibus euecti ſunt: a quo propterea humanū genus conditū dicit: Sunt qui dicant ob diluuiū Deucalionis tpe factū territos hoies: & ad ſuprema uſq; montium effugiſſe: atq; cauernas & antra una cū mulieribus ſuis expectaturos finē itraſſe: & ad hos Deucalionē & Pyrrā ceſſantibus aqs in mœſto atq; ſupplici habitu acceſſiſſe, & Deucalionē hoib⁹: & Pyrrhā mulierib⁹ nō abſq; labore maximo ſuaſiſſe: aquas ceſſaſſe: nec amplius fore timēdū. & ita eos e uerticib⁹ mōtiū: atq; ſaxeis antris (uti lapides facim⁹) educētes in habitationes & tecta reduxerūt. Hic Deucaliō optime patriarchā Noeū diluuii inūdatione archæ bñficio cū uxore filiiſq; ſuis ac eorū cōiugibus ſaluatū ſignat. Moſes Noe ſanctimoniā uirtuteſq; cōmēdās dixit. Noe uir iuſtus atq; pfectus fuit i generationib⁹ ſuis cū Deo ambulauit. Diuino ēt teſtimonio (Moſe referēte) laudat⁹ fuit. Te.n. uidi iuſtū corā me. Oui. Deucalionis (quē Noe intelligimus) uirtutū excellētiā uitæq; rectitudinē receſuit. Nō illo melior qſq̄ nec amātior ęq Vir fuit. Moſes ſolū ſuperſtitē fuiſſe Noe & eos q cū eo erant in archa (cæteris deletis) uoluit. Remanſit aūt ſolus Noe: & qui cū eo erāt in archa. Oui. eadē de Deucaliōe retulit.

Deucalion Pyrrha Oſſa terræ

Sēs⁹ hiſtoricus

Sēſus allegoric⁹

Gē. yi.

Non illo melior quiſquam.nec amantior æqui
Vir fuit,aut illa reuerentior ulla Deorum.
Iuppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbem:
Et ſupereſſe uirum de tot modo millibus unū:
Et ſupereſſe uidet de tot modo millibus unam:
Innocuos ambos:cultores numinis ambos
Nubila diſiecit.nimbiſq; Aquilone remotis:
Et cælo terras oſtendit,& æthera terris.
Nec maris ira manet:poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi,ſupraq; profundum
Extantem,atq; humeros innato murice tectum
Cæruleum Tritona uocat,conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet,fluctuſq;,& flumina ſigno
Iam reuocare dato caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum:quæ turbine creſcit ab imo
Buccina,quæ in medio concepit ubi aera pōto:
Littora uoce replet ſub utroq; iacentia phœbo.
Tum quoq; ut ora Dei madida rorantia barba

Iuppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbē: Et ſupereſſe uirū de tot modo milib⁹ unū: Et ſupereſſe uidet.
Ge.viii. Moſes Deum Noe ſanctiſſimi adhuc in archam moraꝫ trahentis recordatū ſcripſit.Recordatus eſt autē Deus Noe,cunctorumq; animātium & omnium iumentorū: quæ erant cum eo in archa:& adduxit ſpiritū ſuper terram:& imminutæ ſunt aquæ:& clauſi ſunt fontes abyſſi & catharactæ cęli:& ꝓhibitæ ſunt pluuiæ de cælo.Quę omnia Ouidiū minime latuerūt Iuppiter ut liquidis ſtagnare paludibus orbē:& poſt pauca ſubiūxit. Nubila diſiecit:nimbiſq; aquilone remotis.Et cælo terras oſtēdit:& æthera terris.De aquarum autem imminutione cecinit.Iaꝫ mare littus habet : plenos capit alueus amnes Flumina ſubſidunt &c. Moſes dicit. Apparuerūt cacumina montiū. Ouid. idē ſcripſit.Colleſq; exire uidentur:Surgit humus, creſcunt loca decreſcentibus undis. Moſes areſactā terram & munduꝫ ſibi redditū teſtat⁹ ē. Aperiēs Noe tectum archæ inſpexit:uiditq; ꝙ exſiccata eēt ſuperficies terræ. Ouidius nec id tacuit.poſtque diem longam nudata cacumina ſiluæ Oſtenduntːlimumque tenent in fronde relictum.Redditus orbis erat. Moſes
Ge.viii. Noe egreſſuꝫ de archa:Deo holocauſta altari extructo obtuliſſe dixit.Aedificauit autem Noe altare domino:& tollens de cunctis pecoribus & uolucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare.Ouidius Deucalionem pyrrhæ uxori dixiſſe fertur. Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus, Sic uiſum eſt ſuperis : hominumq; exempla manemus.Dixerat:& flebant:placuit cæleſte precari Numen:& auxiliū per ſacras quærere ſortes:& cætera in eandem ſententiam : adorationis modum ritu gentili pulchre deſcribens carmina. Ouidius deniq; ex lapidibus poſt tergum a Deucalione piectis:duriſſimos homines ortos uoluit.Ex Noe Chā fili⁹ poſt tergū patris maledictione ꝓiectus ortus eſt:& ab eodē ſuiſq; fratribus duriſſime ceruicis hoīes:obſtinatiſſimiq; animi exorti ſunt ut documēta darētq; qua eſſent origine nati.Sēſu tropologico Deucaliō quēlibet declamatorē ſaxeos & cordis obſtinatiſſimi hoīes peccatores
Sēſus tropologicus multiplex ſua & uitæ ſanctimonia & eloquētia ad pœnitētiā inducentē ſignificat.Hoīes etiam ex lapidibus ortos pauperes & ignobiles:qui de ruſtica,agreſtiq; gēte & plebeia: ad honores & dignitates euocanī:& de ignobilibus nobiles nō uirtute:ſed pecunia a principibus nobiles reddunē,intelligere poſſumus.Quos Deucalion(Deus ſcilicet)poſt tergū proiicit:cū de eoꝝ ſalute ſit timendum. Nā ut plurimū ad quæq; facinora:& ꝑſertim ad ſuperbiā & auaritiā(quoſq; deſpiciētes)ꝓni ſunt. Deucaliōe etiā prudētē,religioſumq; uirū ſignificare poteſt. naꝫ talem uolēiē diluuiū uitioꝝ euadere,neceſſe eſt mōtē cōtemplationis & doctrinæ cōſcendere:ut diuinæ maieſtatis immēſitate cognita:Deū timeat:& ſua dep̄henſa fragilitate humiliet,nec ſuperbiat,Hic Themidis templum,ut quæ contēplādo didicerit populis ꝓponat: debet ingredi,& lapides(carnales ſcilicet motus)deponere:q̄ui in homines ū motus ſcilicet rationales:& recto rationis dictamine regulatos ſūt conuertendi.

RAph. ¶Non illo melior quiſquam,hæc eo pertinent ut oſtēdat poeta Deucalionē & pyrrham ob pietatē in Deos, merito fuiſſe incolumes conſeruatos.‖ Iuppiter ut liqdis ſtagnare,poſteaq̄ ſquit Iuppiter uidit totum orbē terraꝝ ſic agi eſſe obrutum, ut ſtagnū eē uideret : ac ex hominibus ſolos deucalioneꝫ & Pyrrhaꝫ ſupereſſe, reducta ſerenitate diluuium ita decreſcere cœpit , ut terræ cœperint apparere.‖ Stagnare, Stagnuꝫ & lacum eē effectū. Stagnare.n.proprie dicunē terræ aquis non defluentibus coopertæ. Stagna ſiquidem paludes lacunæq; ac lamæ uocantur. Stagnare
‖ Supeſſe,ſuperuiuere. ‖ Innocuos,iſontes.innocētes.‖ Nubila diſiecit, nubes diſſipauit.‖ Nimbis aquilone remotis,ab Aquilone depulſis . Eſt enim Aquilo uentus nubila expellens : ac ſerenitatem inducens.‖ Et cælo terras oſtendit,eleganter.nam ita aquis tegebantur,ut aeri occultæ eſſent terræ.‖ Cælo,aeri.‖ Ira maris, tempeſtas.‖ Manet: permanet, perſtat,perſeuerat.‖ Tricuſpide telo , periphraſis eſt tridentis,tres enim cuſpides habet. unde & tridens dictus eſt.‖ Mulcet aquas ,mitigat mare tumidum atq; iratum.‖ Rector pelagi,Neptunus maris deus . Pelagus autem eſt mare profundum dictum :ꝙ prope terram ſit.κατ αντιφρασιν.Nam ex πελας : quod eſt prope,& γη terra compoſitū eſſe uidetur. Longe ſiquidē a terra receſſit.‖ Innato murice,ingenitis muricibus.ſingularis.n.pro plurali frequenter ponitur & ecōtra. Eſt autē murex concha:ex cuius ſanguine purpureus conficiī color.‖ Tectū humeros,ſynecdoche poetica . Tectos.n.& coopertos humeros habentem intelligimus.
‖ Cæruleum Tritona, Cęruleum mare proprie dicit, & quicquid colorem habet maris. Tritō aūt fertur eſſe tubicē neptuni cui mādat ut receptui canat,fluuioſq; in ſuos fontes reuocet.‖ Cōchaq; ſonāti, ſonāti dixit ad differētiā conchaꝝ nō ſonātiū q̄uis quidā ſonaci putēt eſſe legendū,qđ in exēplaribus nō habetur. Triton aūt pro tuba cōcha longiore utitur.Re uera autē inueniūē Tritones cōchis canentes,ut Plini.refert.‖ Signo dato facto ſigno.ut redeāt.‖ Caua buccina. deſcribit cōchā qua pro tuba uti ſolet Tritō.‖ Tortilis in latū:retorta in latitudinē.‖ Quæ turbine creſcit ab imo:q̄ ab ore anguſto incipit & in amplū deſinit ad turbinis ſimilitudineꝫ.‖ Buccina quæ in medio:elegās anadiploſis.q̄ buccinæ la⁹ exprimiē. Cū.n.iſlaē.oia littora reſonāt.‖ Cōcepit ubi aera:poſtq̄ inflari cœpit.‖ Sub utroq; phœbo:Sole & oriēte & occidēte.Eſt aūt hyꝑbole poetica. ab oriēte.n.ad occidētē tubę illi⁹ ſonitū audiri affirmat qđ omnē excedit ueritatē.‖ Tū quoq; ut ora dei hoc ē poſtq̄ ori Tritonis fuit admota.‖ Rorantia:ſtillantia,

Cæruleum Tritona
Triton
Hiperbole
Aquilo
Tridēs
Pelagus
Murex

¶Iuſſos

KAph. ¶ Iuſſos receſſus: regreſſus fluuiorum a Neptuno im Coerce re peratos. ¶ Coercuit: inhibuit: & continuit. ¶ Iam mare littus habet: quo pauloante carebat. ¶ Subſidunt: diminuuntur & minus profunda fiunt. ¶ Poſtque diē longam: poſt longum tempus. ¶ Nudata cacumina: folijs priuata atq; ſpoliata. ¶ Redditus orbis erat: hoc ē ſibiipſi orbis reſtitutus eē uidebatur. ¶ Deſolatas terras: hoc eſt deſtitutas ab hominibus: & ab animantibus. ¶ Lachrymis obortis: repente natis. ¶ O ſoror o coniunx: o fœmia ſolā ſuperſtes: pathetica eſt oratio: & affectus plena: qua Deucaliō maximopere ſibi Pyrrham deuincit. ¶ Et patruelis origo: Deucalion & Pyrrha patrueles fuerunt: nam Iapetus duos ſuſtuliſſe filios dicit, Prometheum: qui Deucalionem: & Epimetheū qui Pyrrhā genuit. ¶ Deinde torus: lectus & nuptiæ. ¶ Erepta: liberata ab hoc diluuio. ¶ Miſerāda: miſericordia digna. ¶ Paternis artibus: nam Prometheus: ut ſuperius iam diximus: terrā in imaginem hominis figurauit: eiq; animam ex igne eductam immiſit. ¶ Infundere: immittere. ¶ Genus mortale: genus humanum. ¶ Sic uiſum eſt ſuperis: parentheſis eſt: qua uti ſolem⁹ cum cauſam alicuius rei aſſignare neſcimus. ¶ Hominumq; exēpla manemus: exempla pro Exēplū exēplaribus poſuit. Exēplum eſt enim quod aut ſequamur aut uitemus. Exēplar Exemplar autem eſt ex quo aliud ſimile faciamus. ¶ Per ſacras ſortes: per ſacra oracula & Deorū reſponſa. ¶ Ce Cephiſus phiſidas undas: Cephiſus fluuius eſt ad parnaſi radices: unde patronymicum finxit poeta. Eſt Cephiſis etiam Cephiſis palus in quam Cephiſus ipſe ingreditur. ¶ Et nondum liquidas: nondum puras ac limpidas: ſed limo turbidas. ¶ Sed iam uada nota ſecantes: ſed iam alueos ſuos tenentes: neque enim ripis egrediebantur. Secare namque interdum incidere: interdum tenere ſignificat. Vnde ſectas philoſophorum dictas eſſe Seruius ait: quod propoſitum teneant. Virgilius. Ille uiam ſecat ad naues. ¶ Inde ubi libatos irrorauere liquores: antiqui templa ingreſſuri: Deoſque precaturi: id quod nos quoque facimus: prius ſe aqua aſpergebant & lauabant: quam conſuetudinē Deucaliō & pyrrha Diis ſupplicaturi ſeruarunt. ¶ Irrorauere: inſperſere. ¶ Libatos liquores: hauſtas aquas. ¶ Ad delubra: ad templa. Nam delubrum modo ſimulacrum Dei: modo templum ſignificat. Delubrum quidem (ut ait Feſtus) proprie eſt lignum delibratum: quo antiqui pro ſimulacro utebantur. ¶ Sacræ Deæ: Themidis. ¶ Quorū faſtigia: ſummitates. nam faſtigium eſt altitudo ac ſummitas cuiuſcunque operis. ¶ Turpi muſco: muſcus herbula eſt minutiſſima in locis humidis naſcens. ¶ Sq̄llebant: ſquallida & deturpata erant. ¶ Stabantq; ſine ignibus aræ: altaria ſine ſacrificiis erāt. ¶ Vt templi tetigere gradus: modum adorandi pulchre deſcribit. ¶ Procumbit: procidit. ¶ Pron⁹: ſupplex. ¶ Remolleſcunt: mollia & mitia fiunt. ¶ Precibus iuſtis: precibus iuſtorum hominum. ¶ Dic Themi: Themis cæli & terræ filia fuiſſe ab Heſiodo fingitur: quæ ante Apollinem (ut Strabo ait) in parnaſo oracula reddebat. Hanc fuiſſe Deam: quæ iuberet homines id petere quod fas eſſet: ac potius eādem eſſe quod fas Pōpeius ſcribit. Themis etiā mater fuit Euandri, quæ Carmentis quoque uocata eſt, ut legitur apud Plutarchum. Eſt autem uocatiuus græcus Themi. ¶ Merſis rebus: deletis & oppreſſis ac obrutis. ¶ Sortemq; dedit: oraculum & reſponſum quod ſubiicitur. ¶ Et uelate caput: operite ac tegite. ¶ Cinctaſque reſoluite ueſtes: hoc eſt diſcingite ueſtes ueſtras, quæ ſunt cinctæ.

Delubrum · Faſtigiū · Muſcus · Remoleſcere · Themis · Oraculum Themidis · Secare

Contigit: & cecinit iuſſus inflata receſſus:
Omnibus audita eſt telluris, & æquoris undis,
Et quibus eſt undis audita coercuit omnes.
Iam mare littus habet. plenus capit alueus ānes.
Flumina ſubſidunt, colleſq; exire uidentur.
Surgit humus. creſcunt loca decreſcentib⁹ ūdis.
Poſtq; diem longam nudata cacumina ſiluæ
Oſtendunt: limumq; tenent in fronde relictum.
Redditus orbis erat: quem poſtq̄ uidit apertum,
Et deſolatas agere alta ſilentia terras,
Deucaliō lachrymis ita Pyrrhā affatur obortis:
O ſoror, o coniunx, o fœmina ſola ſuperſtes:
Quam commune mihi genus & patruelis origo,
Deinde torus iunxit: nunc ipſa pericula iungunt
Terrarum: quaſcunq; uident occaſus, & ortus,
Nos duo turba ſumus. poſſedit cætera pontus.
Hæc quoq; adhuc uitæ non eſt fiducia noſtræ
Certa ſatis: terrent etiam nunc nubila mentem.
Quis tibi, ſi ſine me fatis erepta fuiſſes:
Nunc animus miſeranda foret? quo ſola timorē
Ferre modo poſſes? quo conſolante dolores?
Namq; ego (crede mihi) ſi te quoq; pōt⁹ haberet:
Te ſequerer coniunx, & me quoq; pōt⁹ haberet.
O utinam poſſem populos reparare paternis
Artibus, atq; animas formatæ fundere terræ.
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus.
Sic uiſū eſt ſuperis. hominūq; exempla manem⁹.
Dixerat: & flebant. placuit cæleſte precari
Numen: & auxilium per ſacras quærere ſortes.
Nulla mora eſt: adeūt pariter Cephiſidas undas,
Et nondum liquidas: ſed iam uada nota ſecātes.
Inde ubi libatos irrorauere liquores
Veſtibus: & capiti: flectunt ueſtigia ſacræ
Ad delubra Deæ: quorum faſtigia turpi
Squallebant muſco: ſtabantq; ſine ignibus aræ.
Vt templi tetigere gradus: procumbit uterq;
Pronus humi: gelidoq; pauens dedit oſcula ſaxo.
Atq; ita: ſi precibus, dixerunt, numina iuſtis
Victa remolleſcunt: ſi flectitur ira Deorum:
Dic Themi: qua generis damnum reparabile noſtri
Arte ſit: & merſis fer opem mitiſſima rebus.
Mota Dea eſt: ſortemq; dedit: diſcedite templo:
Et uelate caput: cinctaſq; reſoluite ueſtes:
Oſſaq; poſt tergum magnæ iactate parentis,

Obſtupuere diu:rupitq́ꝫ ſilentia uoce
Pyrrha prior:iuſſiſq́ꝫ Deæ parere recuſat
Detq́ꝫ ſibi ueniam pauido rogat ore pauetq́ꝫ
Lædere iactatis maternas oſſibus umbras.
Interea repetunt cæcis obſcura latebris
Verba datæ ſortis ſecum:inter ſeq́ꝫ uolutant,
Inde promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet:& aut fallax ait,eſt ſollertia nobis:
Aut pia ſunt,nullumq́ꝫ nefas oracula ſuadent:
Magna parẽs terra eſt:lapides in corpore terræ,
Oſſa reor dici:iacere hos poſt terga iubemur
Coniugis augurio q̃q̃ Titania mota eſt,
Spes tamen in dubio eſt:& adhuc cæleſtibus ãbo
Diffidunt monitis.ſed quid tentare nocebit?
Diſcedunt,uelantq́ꝫ caput:tunicaſq́ꝫ recingunt:
Et iuſſos lapides ſua poſt ueſtigia mittunt.
Saxa (quis hoc credat,niſi ſit pro teſte uetuſtas?)
Ponere duriciem cœpere:ſuumq́ꝫ rigorem,
Molliriq́ꝫ mora,mollitaq́ꝫ ducere formam,
Mox ubi creuerunt:naturaq́ꝫ mitior illis
Contigit,ut quædam,ſic non manifeſta uideri
Forma poteſt hoīs,ſed uti de marmore cœpta,
Non exacta ſatis,rudibuſq́ꝫ ſimillima ſignis.
Quæ tamen ex illis aliquo pars humida ſucco,
Et terrena fuit,uerſa eſt in corporis uſum:
Quod ſolidum eſt,flectiq́ꝫ nequit:mutat̃ i oſſa,
Quæ modo uena fuit:ſub eodem nomine mãſit:
Inq́ꝫ breui ſpatio ſuperorum numine ſaxa
Miſſa uiri manibus faciem traxere uirorum:
Et de fœmineo reparata eſt fœmina iactu.
Inde genus durum ſumus, experienſq́ꝫ laborum:
Et documenta damus,qua ſimus origine nati,

RAph. ¶ Obſtupuere diu:per longum tempus ſtupẽtes fuerẽ admirati quid nam ſibi uellet tale reſpõſum. ¶ Rupit ſilentia uoce:locuta eſt. ¶ Pauido ore:pro ipſa pauida. Eſt enim hypallage. ¶ Pauetq́ꝫ:quia timet. Cauſa ẽ nã que qua pyrrha merito uult uideri ueniã rogarẽ. ¶ Maternas umbras:matris animam. ¶ Repetunt:mente re uoluunt. ¶ Cæcis latebris: obſcuris uelaminibus. ¶ Volutant: cogitant. ¶ Inde Promethides: Deucalion Promethei filius.

Prometheus Prometheus autem dictus eſt quod præuideat conſilia:quaſi προμηθεύς mutatione A in ι. μηδεα nanque conſilia dicuntur. Vnde etiã pro prudente accipitur

Epimetheus Epimetheus pro imprudente: qui poſteaquam aliquid mali paſſus ẽ cõſilium capit. ¶ Epimethida Pyrrhã:Epymethei filiam. ¶ Mulcet:mitigat ac ſolatur. ¶ Sollertia: ingenium:prudentia.

Sollertia Proprie autem acumen ingenii ac uelocitas ſollertia dicitur. ¶ Nullum nefas: nullã impietatẽ. ¶ Suadent:mandant:iubent.tamet ſi ſuadere ꝓprie hortari ſignificat.

Suadere ¶ Magna parens terra eſt : recte oraculum interpretatus eſt deucalion. Nam terra merito magna parens dicitur:cum animata omnia atq́ꝫ inanimata ex ea naſcantur.

Oſſa terræ ¶ Coniugis augurio : mariti uaticinio. ¶ Titania:pyrrha Iapeti Titanis neptis. ¶ Diffidunt:nõ credũt. ¶ Sed quid temptarẽ nocebit:aiunt ſubaudiatur. ¶ Velant q́ꝫ caput:tegũt: cooperiunt. ¶ Sua poſt ueſtigia:poſt ſua terga.

Veſtigia Veſtigia autem pedũ ſigna dicuntur:ſed frequẽter pro ipſius pedib⁹ ponuntur. ¶ Mittũt:iaciũt. ¶ Quis hoc credat:Parẽtheſis cum interrogatione admirationis plena : qua id qđ incredibile eſt uerisimile fieri uidetur. Cum enim id priſci teſtẽtur: nobis quoq́ꝫ eſt credendum. ¶ Vetuſtas:antiquitas.quę maxime eſt auctoritatis. Hoc autem idcirco fingitur:ꝙ Deucaliõ rex Theſſaliæ poſt diluuium:quo tota Græcia fuit inundata: rudes homines ac feros moribus ac legibus inſtruxit:quibus duritiem omnem ac feritatem depoſuere.

Mollirĩ ¶ Molliriq́ꝫ:mollia fieri. ¶ Ducere formam:accipere formam & figuram humanã. ¶ Mitior: mollior. ¶ Vt quædam,quandam quidem inquit formam habere uidebantur ſaxa illa:ſed non humanã apte præſe ferebant figuram. Talem autem habebant:qualem ſtatuę marmoreæ inchoatæ. ¶ Sed uti:ſed tanquam. ¶ Non exacta:exculta:perfecta. ¶ Rudibus ſignis: impolitis inelaboratiſq́ꝫ ſtatuis.

Signum Signa enim etiam ſtatuas ſignificãt. ¶ Quę tamen ex illis:terrenę inquit partes lapidũ molles & humidæ in corpus fuere conuerſæ. Solidæ uero & duræ in oſſa. Venæ autem in uenas:nam & lapides uenas ſuas habẽt. ¶ Corporis:carnis.

Corpus Caro Corpus enim proprie uiuentium dicitur. Caro mortuorum. ¶ Superorum numine : deorum uoluntate. ¶ Traxere: concepere. ¶ Faciem traxere uirorum : figuram marium accepere. ¶ Experienſque laborum:patiens laborum ac pœnarum:Sic Virgilius. deucalion uacuum lapides iactauit in orbem. Vnde homines nati durum genus &c. ¶ Et documenta damus:experimẽta.

Documentum Alias documenta ſũt exempla (ut inquit Varro) quæ docendi cauſa dicuntur. ¶ Qua ſimus origine nati:quam originem ſimus ſortiti. Cum enim tam patientes laborum ſimus:facile oſtendimus nos de lapidibus eſſe generatos.



Fabulæ octauę primi libri argumẽtum.

LActãtius ¶ Cætera diuerſis tell⁹ animalia formis &c. poſt Cathaclyſmũ factum edidit terra Pythonem ſerpẽtem ſpecie ignota mortalibus. Hunc Apollo ſagittis interemit : & ne eius aboleret nomen inſtituit ludos & certamina: quæ iam in his ludis oſtendit. Vnde etiã Apollo pythius eſt appellatus: ludique pythii ſunt nominati.

¶ Cætera

Cætera diuerſis tellus animalia formis
Sponte ſua peperit:poſtq̄ uetos humor ab igne
Percaluit Solis,cœnumq; udæq; paludes
Intumuere æſto:fœcundaq; ſemina rerum
Viuaci notrita ſolo:ceu matris in aluo
Creuerunt,faciemq; aliquam cœpere morando.
Sic ubi deſeruit madidos ſeptemfluus agros
Nilos,& antiquo ſua flumina reddidir alueo:
Aethereo recens exarſit ſydere limus,
Plurima cultores uerſis animalia glebis
Inueniũt,& in his quædam modo cœpta p ipſũ
Naſcendi ſpatium,quædam imperfecta,ſuiſq;
Trunca uident humeris,& eodem corpore ſæpe
Altera pars uiuit:rudis eſt pars altera tellus.
Quippe ubi temperiẽ ſũpſere humorq;:calorq;:
Concipiunt,& ab his oriuntur cuncta duobus.
Cũq; ſit ignis aquæ pugnax,uapor humid⁹ oẽs
Res creat:& diſcors concordia fœtibus apta eſt:
Ergo ubi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus æthereis,altoq; recanduit æſtu:
Edidit innumeras ſpecies,partimq; figuras
Reddidit antiquas:partim noua mõſtra creauit,
Illa quidem nollet,ſed te quoq; maxime Python
Tum genuit,populiſq; nouis incognite ſerpens
Terror eras,tantum ſpatii de monte tenebas.
Hunc Deus arcitenens,& nunq̄ talibus armis
Ante,niſi in damis capreiſq; fugacibus uſus,
Mille grauem telis exhauſta pene pharetra
Perdidit effuſo per uulnera nigra ueneno.
Neue operis famam poſſet delere uetuſtas
Inſtituit ſacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ ſerpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicũq; manu,pedibuſue,rotaue
Vicerat:æſculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum Laurus erat,longoq; decentia crine
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

RApſo. ¶ Cætera diuerſis:reliqua inquit animalia ex terra humida & Sole calefacta orta ſunt:id quod fieri poſſe facile Aegyptus eſt documento.Naq; poſt Nili inũdationem glebæ in uarias animalium figuras cõmutantur. Haec autem idcirco a poeta interferuntur:ut commodius Daphnes in laurus metamorphoſin cum ſuperiore connectat. ¶ Vdæ paludes:humidę. ¶ Aeſtu feruore. ¶ Viuaci ſolo: terra uitam ſubminiſtrãti. ¶ Ceu matris in aluo: tanquam in utero matris. ¶ Cœpere:concepere,contraxere. ¶ Faciem aliquam:formam & figuram. ¶ Septemfluus Nilus:exemplo declarat reliqua animalia ex terra ſponte fuiſſe orta. Nilus autem fluuius ſingulis quibuſque annis Aegyptum inundans,fœcundam non ſolum frumentorum,ſed uariorũ quoque animalium eam reddit. Septemfluus idcirco dicitur q; ſeptem hoſtiis in mare erumpit: quorum nomina hæc a Diodoro memorantur. Peluſiacum quod ad orientem uergit. Paniticum. Mẽdeſium.Phaniticum. Sebenticũ Bolbiticum. Canopicum.Nili autem ortus adeo eſt incertus: ut ipſum aſtopon,ideſt ortam e tenebris aquam uocent. Sane Nilus uariis nominibus fuit appellatus. Nam primum a curſus uelocitate profunditateq; aquarum Aquila fuit uocatus. Deinde ab Aegypto rege Aegyptus, tum a Nilo rege Nilus. Tametſi quidam aſſerit Nilum quaſi neclum dictum eſſe παρα τον νεος quod eſt iuuenis & nouus: quia ſingulis quibuſque annis renouari uidetur, cum totam Aegyptum inũdat. ¶ Alueo:ſynereſis eſt duarum uocalium in unam. ¶ Aethereo ſydere:igneo Sole. ¶ Modo cœptæ:tantummodo inchoata. Sed in uetuſtis exemplaribus legitur modo nata,& recte quidem ut intelligamus nuper & paulo ante nata.Ibi autem eſt diſtinguendum,ut inde ſequẽs incipiat ſenſus. ¶ Per ipſum naſcendi ſpacium, quædã imperfecta,hoc eſt propter breue naſcendi tempus imperfecta uidẽtur quædã. Eſt autẽ Dyaliton. ¶ Quippe ubi temperiem,ex humore & calore ſecundum phyſicos ait omnia generari. ¶ Cumque ſit ignis aquæ pugnax,quamuis inquit ignis aquæ ſit contrarius: calor tamen cum humore commixtus omnia generat. ¶ Et diſcors concordia:acute dictum quamuis ſatue uideatur. Nam calor & humor ſeparati pugnant & diſcordes ſunt. Iuncti atque mixti concordes ad agendum atque generandum uidentur. ¶ Fœtibus:partubus. ¶ Lutulenta.lutoſa. ¶ Recãduit:calefacta fuit. ¶ Reddidit:repreſentauit ac reſtituit. ¶ Illa quidem nollet: genuiſſe ſubaudiendum. ¶ Sed te quoque maxime Python Tum genuit, Pythonem maximum ſerpentem ex terra ortum eſſe: ab Apollineque fuiſſe interfectũ narratur: a quo & Pythius Apollo fuit cognominatus, & Pythii ludi ad perpetuam rei memoriam fuere inſtituti. In quibus qui uiciſſet eſculea corpora (antequam laurus eſſet) coronabatur. Eſt autem apoſtrophe ad ſerpentem. Python autem non ſolum in maſculino,ſed etiam fœminino genere uſurpatur. Hic uero ſerpens Latonam inſtinctu Iunonis ſtimulaſſe ac fere per totum orbem terrarum perſecutus fuiſſe anteq̃ Apollinem & Dianam pareret, in dyalogo Iridis & Neptuni a Luciano memoratur. Pytho uero eſt urbs Phocidis: quę alio nomine Delphi uocatur. παρα το πυθεσθαι hoc eſt a corrumpendo: quod illic Python ſerpens fuerit corruptus & in ſaniem reſolutus. Python quoq; eſt (ut Solinus ſcribit) in Aſia campus patentiſſimus: quo primo quoque aduentus ſui tempore ciconiæ aduolant. Porro Pythopolis duarum eſt urbium nomen: quarum altera Miſiæ: altera Cariæ eſt. ¶ Tantum ſpatii de monte tenebras: acclamatio eſt, qua magnitudo ſerpentis declaratur. ¶ Tenebas:occupabas. ¶ Hunc Deus arcitenens: Apollo qui cum arcu & pharetra pingebatur. Capreiſque fugacibus uſus: Capreæ capræ ſunt ſilueſtres uelociſſimæ. ¶ Exhauſta pharetra:euacuata. Pharetra autem ſagittarum eſt repoſitorium: dicta παρα το φερειν τα τιτρωσκοντα, hoc eſt a ferendis iis quæ uulnerant. ¶ Per uulnera nigra ueneno: Hyppallage eſt: Nigrum enim uenenum per uulnera effuſum intelligimus. ¶ Hic iuuenum quicunque manu pedibuſue: quiſquis inquit Pythia ui-

Animaliũ. origo.

Nilus

Nili hoſtia.

Nili nomina.

Python

Pythii ludi.

Recandere.

Pythius

Pythii: ludi.

Python

pytho

pythopolis.

caprea

pharetra.

eiſſet aut pugniſtaut curſu: aut curru Eſculea corona
donabatur. ¶ Ro: aue: uel curru. Vt a parte totum in/
Eſculuſ telligamus. ¶ Eſculeæ frondis honorem: coronam ex
frondibus eſculi cōfectam. Nam eſculus arbor eſt glan
difera dicta: q̄ priſci ex illius fructu eſcam ſumerent.
¶ Nondum laurus erat: concinne mutationem ſequē/
tem cum ſuperioribus connectit. Aſſignans enim cau/
ſam cur pythiorum uictores Eſculeam coronam accipe
rent: laurum (qua poſtea q̄ uiciſſent fuere coronati) nō
dum fuiſſe atq̄ ſic q̄ deſcribit quemadmodum daphne
Penei fluuii filia ab apolline fuit amata: qua cū nec pre
ce: nec pretio potiri poſſet ad uim ſeſe cōuertit. Ipſa ue
ro fuga ſibi conſulens, cum in eo eſſet ut caperetur, pa
trem rogauit, ut ſibi auxilium ferret. Ille uero precibus
filiæ motus eam in arborem ſui nominis commutauit.
Daphne enim laur⁹ interpretatur, dicta quaſi δαφω
Daph νη: quod cum uritur quaſi uocem emittat. Strepit enim
ne cum ardet, ut etiam Theocritus teſtatur. Eſt etiā daph
in lauro ne ut Str. ait Antiochiæ uicinum & amœnitate incly/
tum nemus octoginta ſtadiorum ambitu: quo in loco
Antiochēſium conuentus agitabatur. Appellatum eſt
autem a daphne Ladonis filia: ut Arrian⁹ ſcribit. Dio/
nyſius uero ſacrum templo locum eum uocauit. ¶ De
centia tempora: pulchrum caput, ut a parte totum per
ſynegdochē intelligamus. ¶ Longo crine: longis capil/
Phœb⁹ lis. Ita nanq̄ Apollo pingebatur. ¶ Phœbus: phœbus
autem epitheton eſt Apollini: Soliq̄ue proprium ſigni/
ficat enim purum.

LAVI. Apollo Rgo ubi diluuio tellus lutulēta recēti. Apol
linem Iouis & Latonæ filium ueteres diui
nitatis & ſapientiæ deum dixere: & medi/
cinæ artis repertorē. Hūc uolūt Cyclopes
interemiſſe: & eā ob rē aliquādiu priuatū di
uinitate armenta Admeti regis Theſſaliæ pauiſſe. py
thonem etiam ſerpētem: tria capita Leoninum: lupinū
& caninum habentem: occidiſſe uoluere. Inſuper cū il
li Mercurius cytharā dono dediſſet: cū heliconiſis mu
ſis præeſſe: ut eo ſcilicet tangente: muſę canerent: eum
imberbem: nunc iuuenem: nunc ſenem: tripode aurea
capræ tectum habentem: ac una manu arcum & ſagit
tas: altera citharam tenente finxere: laurum etiam ar
borem muſis choream ducentibus umbram faciēte: &
coruum ei ſacrauere: huius deſcriptionis poeticæ ſi ſen
ſum excerpere uoluerimus: nō ſolū q̄ hominē ut fuit: ali
q̄ñ Solē intelligamus neceſſe eſt. Fuit ergo hic Apollo
Sēſus litteralis Iouis ſecundi ex Latona filius: quē uolunt apud archa
des regnaſſe: eis quoq̄ nouas leges adinueniſſe: & ob
ſeueritatē nimiam legum: a ſubditis regno pulſū fuiſ
ſe: & ad Admetum regem Theſſaliæ confugiſſe: atq̄
ex cōceſſione Admeti: quibuſdā ſecus Amphryſū flu
men populis imperaſſe: quæ locum fabulæ dederunt:
q̄ ob occiſos Cyclopas diuinitate priuat⁹: Admeti pa
Qui primus herbarū uires cognouerit uerit armenta. Hic primus fuit qui uires herbarum no
uerit: & ad morbos hominum curandos earum uirtu/
tes adaptauerit: & ob eam rem nō ſolum medic⁹ habi
tus eſt: ſed Deus: cum ægrotātiū plurimi ex ſuis reme
diis ſanitatem conſequerentur. Et quoniam pulſuū ho
minum concordiam reperiſſet: illi a Mercurio numero
rum atq̄ menſurarum principe citharam conceſſā di
cunt: uolentes intelligere uti per diuerſas uoces ex fidi
bus tactis ſurgentes (ſi a perito cytharœdo ſecūdū ar
tis regulas tangantur) una efficitur ſuauiſſima uocū cō
cordia: ſic ex diuerſis pulſuum motibus: ſi rite ordinati
ſunt: deprehendit in corpore eucratico humorū concor
dia. Quādo etiā uiſis ægritudinū ſignis multis mortē:
multis ſanitatē prædiceret: illi diuinationis deitas ē at
tributa. Illi inſuper eadē ratione laurus & coru⁹ dicati
ſunt. Cū ſi lauri frondes dormiētis capiti alligētur ſom
nia eorū uiſuū uera prædicēt. Sic & coruus habet ſexa
ginta quatuor uocū mutationes dicitur: ex quibus opti
mi augures futura ſe deprehendere aſſerebāt: q̄ Apolli
ni ad diuinationem deſignandā tribuitur. Sapientię ēt
Deus eſt habitus ꝓpter cōſilia ſalubria: quæ circa mor
bos dabat poſcētibus. Muſis āt Apollinē pręeſſe Stra.
li. x. enucleat. Nā apollinem muſarū ducē appellat: qui
muſas uirgines ſecū duxiſſe tradit apprime eruditas: q̄
bus tum propter cantus ſuauitatē: q̄ bonis artib⁹ eru
ditæ erant: oblectabatur: ut ſcribit Diod. li. y. Inter eas
Sēſus phyſic⁹ autē nouē fuiſſe uirgines, cū canere ſolitas: tū in aliis eru
ditas: quas deinde gręci appellauerūt muſas: Has apol
linem docuiſſe dicūt: ex qua re muſicus eſt nominatus.
Solē etiā Apollo denotat: quem imberbē dixerūt: quia
ſemp iuuenis quaſi omni die nouus exoriat. Nihilomi/
nus uariarum ætatū nunq̄ induit hominē. Oriēs ſiqui/
dem (quod iuuenū eſt) rubet. Mediū autē ut cęli axē cō
ſcēdit, calorē intenſum generat, & ſplēdorē perſpicuū
exhibet: eſt etiā tūc in luminis uigore quemadmodum
homines pfectæ ætatis tēpore in fortitudine. Veſpere
aūt ſenis ꝑſonam ſuſcipere uidetur: quia pallidus ob
inter uiſum noſtrū & ipſum interpoſitos uapores appa
rere ut plurimū ſolet: & ad occaſū (ut ſenes ad mortē)
tendit. Arcū & ſagittas tenere dicitur: cauſat ſiquidē ab
eius in nube rorida: ſuo aſpectui aduerſa radiorū ſplē/
doribus in modū arcus Iridē: Lyra canere & muſis prę
eſſe etiā uoluere. Si quidē eum cæleſtis armoniæ prīci
pē: & inter nouē ſperarū circuitiones uarias tanq̄ inter
nouē muſas noticia & demonſtrati eorundem modu/
los exigente dixere. Tripodē in modum coronæ: ut ſo
lis calorē: ſplēdorē: ac uigorem deſignare capite inſigni
tum ſcripſere. Hunc pythonis ſerpentis interemptorem
uolunt. Quia python fidem auferens interpretat: quę
ablatio fidei tūc de medio tollitur: cū ueritatis claritas
reſeratur: quod per Solis lumē efficit. Sapiētiæ deniq̄
Sol dictus eſt De⁹: quia lumine ſuo uitāda demōſtrat
Sēſus allegoric⁹ ac etiam ſapientis eſt imitāda. Senſu allegorico. Apollo
Chriſtum Solem iuſtitiæ ſignificat. Apollo iuuenis de
ſcribit. Chriſtum iuuenem & ob deitatis æternitatē:
& in perfectiſſima diſpoſitione pmanētiā: ob quoq̄ pu
ritatis & ſanctitatis decorē dicere poſſum⁹. Apollo ha
bet tripodē. Chriſtus animam: corpus, & deitatē. Apol
lini cytharam ueteres præbuere. Chriſto crucis uenera
bile lignum: in quo eius corpus ſanctiſſimū (ut nerui in
cithara) clauis extenſum fuit tribuimus: quo & a miſe
riis peccati releuamur: ac tribulationibus agitati (ut ci/
thara triſtes) hylares efficimur. Nihil ſiquidē adeo acer
bum eſt: adeo moleſtum, adeo itollerabile, quod ęquo
animo non tolleretur, ſi ad memoriā Chriſti paſſio re
uocetur. Arcu & ſagittis Apollinem armatum uolunt.
Chriſtus iuſtitiæ ſeueritatem in reprobis & obſtinatis
ſagitta damnationis transfixis oſtendit. Apollo pytho
nem ſerpentem ſagitta interfecit. Chriſtus ſerpentē il
lum antiquum Luciferum crucis ſagitta deuicit: qui tor
tuoſus ſerpens tria capita ſuperbiam leoninum: auari/
tiam lupinum: inuidiam caninum deſignātia, habebat,
quibus adam aggreſſus ipſum ab innocentiæ ſtatu de
iecerat. Tria etiam capita Luciferi malos angelos, qui
ex triplici hierarchia ſecum corruerunt intelligere poſ
ſumus. Apollini nouem muſæ aſſiſtunt. Chriſto nouē
ordines angelorum. Apollo ſapientiæ dictus eſt deus.
Chriſtus eſt æterna & uera patris ſapientia: de q̄ ſcri/
ptum eſt. Ego ſapiētia ex ore altiſſimi prodii primoge/
nita ante omnem creaturam.

Fabulæ

LActi.

Fabulæ nonæ primi libri argumentum.

¶ Primus amor &c. Daphne Penei fluminis filia: cum omnium uirginũ: q̃ in Theſſalia eſſent ſpecioſiſſima habe retur: adeo quidem ut eos pulchritudine ſua caperet. Apollo cũ eã cõſpexiſſet forma eius expalluit. Quam cũ neque pollicitis: neque p̃cibus adire potuiſſet: uim ut inferret inſtituit: & illa curſu conſpectum eius effugere cupiens: patrem inuocauit: ut uirginitati ſuæ: quã ſibi promiſerat: ferret auxilium. quam ille auditis precibus filiæ Deorum ut uim effugeret: in laurũ cõuertit.

RAph. ¶ Peneia: penei fluuii filia: poſſeſſiua. n. frequẽter pro patronymicis: & contra pro poſſeſſiuis patronymica ponunt. Aphthonius uero Daphnẽ Ladonis filiam fuiſſe ait.

¶ Sors ignara: Fortuna imperitaque nullum rerũ habet delectũ. ¶ Sed ſæua cupidinis ira: ſed magna dei amoris indignatio: cupido namque maſculini generis Deum ſignificat Amoris. Fœminini uero cupiditatem. duos uero cupidines eſſe Plato in Sympoſio ſcribit. alterum cœleſtem & diuinum: alterum uulgarem atque plebeium. Id quod Oui. in Faſtis ſecutus eſt uidetur: cum inquit. Alma faue dixi geminorum mater amorum. Græci cupidinem Erota uocant. Vnde heroes denominatos eſſe Plato ait in Cratylo. Deus autem qui amori contrarius eſt, amoremque diſſoluit: Anteros uocatus qui (ut Cice. in iii. de natura Deorum ſcribit) ex Venere natus eſt & Marte. De cupidinis autẽ

Cupidinis parẽtes.

parentibus uariæ ſunt antiquorum opiniones. Alii namque ipſum Iouis & Veneris filium eſſe aiunt. Sapho autem cœli & terræ. Simonides Martis & Veneris. Ibycus & Heſiodus ex chao cupidinem natum eſſe ſcribunt. Orpheus ex Saturno ait eſſe natum. ¶ Delius hũc nup: quomodo in amorẽ Daphnes Apollo inciderit: poeta deſcribit ita perſpicue: ut nulla fere opus ſit expoſitiõe.

Delius. ¶ Deli⁹: Apollo a Delo inſula cognominatur: in qua una cũ Diana natus eſſe perhibetur. ¶ Adducto neruo: geſtum exprimit ſagittariorũ. ¶ Tot iugera: iugerũ tantũ terræ dicit.

Sternere. quãtum par boum in die uno exarare poteſt. ¶ Strauimus: proſtrauimus: interfecimus. Sterni. n. ſtãtia dicuntur: cum in terram deiiciunt. ¶ Tumidum: inflatũ: ſuperbia elatum: ¶ Neſcio quos amores: cum quodã contemptu hæc dicũtur: ac ſi diceret leues: molles: atque uiris negligendos. ¶ Iritare: prouocare: ſtimulare. p ſimplex r autẽ ſcribit. Nam irritare per duplex r ſignificat uanum & irritum facere. ¶ Tua ſagitta: tibi cõuenientẽ. Fas autẽ cupidini attribuit: qua iuuenum animi amore inflãmantur.

Iritare.

Primus amor Phœbi Daphne Peneia, quem nõ
Sors ignara dedit: ſed ſæua cupidinis ira.
Delius hunc nuper uicto ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectẽtem cornua neruo:
Quidque tibi laſciue puer cum fortibus armis?
Dixerat: iſta decẽt humeros geſtamina noſtros,
Qui dare certa feræ: darẽ uulnera poſſum⁹ hoſti:
Qui modo peſtifero tot iugera uentre prementẽ:
Strauimus innumeris tumidũ Pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Iritare tua: nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic Veneris: figat tuus omnia Phœbe:
Te meus arcus: ait: quantoque animalia cedunt
Cuncta Deo: tanto minor eſt tua gloria noſtra.
Dixit: & eliſo percuſſis aere pẽnis
Impiger umbroſa parnaſi conſtitit arce:
Deque ſagittifera prompſit duo tela pharetra
Diuerſorũ operũ: fugat hoc: facit illud amorẽ:
Quod facit: auratum eſt: & cuſpide fulget acuta:
Quod fugat: obtuſũ ẽ: & habet ſub arũdine plũbũ.
Hoc Deus in nympha Peneide fixit: at illo
Læſit Apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protinus alter amat: fugit altera nomen amãtis,
Siluarum latebris, captiuarumque ferarum
Exuuiis gaudiens, innuptæque æmula Phœbes:
Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.
Multi illam petiere: illa auerſata petentes,
Impatiens, expersque uiri nemora auia luſtrat:
Nec quid hymen, quid amor, quæ ſint cõnubia curat.
Sæpe pater dixit: generum mihi filia debes:
Sæpe pater dixit: debes mihi nata nepotes.
Illa uelut crimen tædas exoſa iugales,
Pulchra uerecundo ſuffundens ora rubore:
Inque patris blandis hærens ceruice lacertis,
Da mihi perpetua genitor cariſſime dixit

¶ Nec aſſere: arrogare: uendica. ¶ Filius hu. Ve. cupido. ¶ Figat tuus: licet coniunctio ſubintelligenda uidetur. Licet inquit tuus arcus omnia animalia figat: meum tamen tu effugere non poteris. Sicque gloria tua tanto minor eſt q̃ noſtra: quãto animalia: quæ tu feris Deo ſunt inferiora. ¶ Eliſo aere: impulſo. ¶ Percuſſis pennis: alis. Nam alatus cupido pingitur. ¶ Arce: cacumine: uertice. ¶ Prompſit: deprõpſit excepit. ¶ Diuerſorum operum: contrariorum effectuum. ¶ Fugat: fugere facit & depellit.

Fugare

¶ Obtuſũ: ſine cuſpide. ¶ Hoc obtuſo: ad propinquius enim hoc pronomen refertur, Illud ad longinquius.

Hoc Illud

¶ Traiecta per oſſa: transfixa per oſſa tranſeũte ſagitta. ¶ Exuuiis. pellibus. Exuuiæ dicuntur ſpolia non ſolum quæ hominibus detrahuntur ſed etiam quæ aliis animalibus. Exuuiæ autem ferarum pelles dicuntur.

Exuuiæ

Cupidinis ſagittas

¶ Captiuarum: captarum. ¶ Innuptæque æmula Phœbes: imitatrix dianæ: quæ perpetua gaudet uirginitate. ¶ Vitta coerce: quomodo Daphne Dianæ eſſet imitatrix exponit: nam neque ornatu capitis gaudebat: & uiros omnes aſpernabatur. Vitta tegmen eſt capitis muliebre. ¶ Sine lege: ſine ordine. ¶ Auerſata: aſpernata. ¶ Luſtrat: peragrat: circumit. ¶ Nec quid Hymen: Hymen pprie eſt cartilago quædam in uulua uirginis: quæ in primo coitu frangi dicitur. Pro deo quoque nuptiarum: qui & hymenæus: ac pro nuptiis ipſis ponitur.

Hymẽ.

¶ Tedas iugales: nuptias: a parte enim totum intelligimus. Nouis. n. nuptiis quinque faces accenſæ præferebantur ut ſcribit Plutarchus in problematis. Tæda autem arbor eſt: ex qua optimæ cõficiunt faces. ¶ Verecũdo rubore: pudico & a uerecundia proueniẽte. ¶ Blãdis lacertis: p ipſa blanda. ſic Vir. Sceleratam intorſerit haſtã: pro ipſe ſceleratus. Eſt enim hyppallage: qua frequẽter poetæ utunt.

Virginitate frui:dedit hoc pater ante Dianæ,
Ille quidẽ obſequitur:ſed te decor iſte,qđ optas
Eſſe uetat:uotoq; tuo tua forma repugnat.
Phœbus amat,uiſæq; cupit connubia Daphnes.
Quodq; cupit,ſperat:ſuaq; illum oracula fallũt.
Vtq; leues ſtipulæ demptis adolentur ariſtis:
Vt facibus ſepes ardent,quas forte uiator
Vel nimis admouit,uel tam ſub luce reliquit:
Sic Deus in flammas abiit:ſic pectore toto
Vritur,& ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos:
Ecquid ſi comantur:ait? uidet igne micantes
Syderibus ſimiles oculos:uidet oſcula:quæ non
Eſt uidiſſe ſatis:laudat,digitoſq;,manuſq;,
Brachiaq;:& nudos media plus parte lacertos.
Siqua latent:meliora putat.fugit ocyor aura
Illa leui:neq; ad hæc reuocantis uerba reſiſtit:
Nympha precor Peneia mane.nõ inſequor hoſtis.
Nympha mane.ſic agna lupum,ſic cerua leonẽ,
Sic aquilam penna fugiunt trepidãte columbæ:
Hoſtes quæq; ſuos.amor eſt mihi cauſa ſequẽdi.
Me miſerum ne prona cadas,indignaue lædi
Crura notent ſentes:& ſim tibi cauſa doloris.
Aſpera qua properas loca ſunt,mõderãtius, oro:
Curre,fugãq; inhibe:moderantius inſequar ipſe.
Cui placeas:inquire tamen.non incola montis,
Non ego ſum paſtor,non hic armenta, gregeſq;
Horridus obſeruo.neſcis temeraria neſcis
Quem fugias,ideoq; fugis.mihi Delphica tellus

RAph. ¶ Dedit hoc pater ante Dianæ:exemplo perſuadere nitit patri Daphne:ut ſe uirginẽ uiuere permittat.Nam & Iuppiter conceſſit Dianæ filię:ut perpetua frueretur uirginitate. ¶ Pater:Iuppiter. ¶ Ille qdem obſequitur: peneus pater morem gerit tibi:inquit Ouidius. Eſt aũt apoſtrophe & cõuerſio ſermonis ad puellam. ¶ Decor iſte: pulchritudo iſta tua excellens. ¶ Tuo uoto: tuæ cupiditati. ¶ Fallũt: decipiunt. Id enim ſperabat:quod minime eſt aſſecutus. ¶ Vtq; leues ſtipulæ: duplici ſimilitudine & ſtipularum & ſepium ardentium oſtendit poeta:q̃ uehementi amore Daphnem proſequeretur Apollo. Adoleſ ¶ Adolentur: ardent: comburũtur. ¶ Dẽptis ariſtis: ablatis ſpicis. Partem enim pro toto poſuit. Ariſtæ, Ariſtæ nanq; partes ſunt ſpicæ acutiſſimæ: ſic dictæ: q̃ primum areſcant. ¶ Vt facibus ſepes ardent: ſepes ex arbuſtis conſtant: quibus ab ingreſſu agrorum uiatores arcentur. Viator, ¶ Quas forte uiator: uiator a uia: ſiue potius a uio, quod niſi in compoſitione in uſu eſt, ut obuio, deuio deriuatur: atq; is proprie dicitur qui iter aliquod ſuſcipit peragendum. Tametſi apud Romanos ii uiatores dicebantur: qui magiſtratus ex agris in urbem euocabant: ut Plinius ſcribit. ¶ Vel nimis adm. uel nimis prope ſepes poſuit. ¶ Sub luce: circa lucem diei aduenientem. Solent enim uiatores noctu faces ſecum ferre: quas adueniente luce iuxta ſepes relinquunt. ¶ In flãmas abiit: accenſus & inflãmatus eſt amore Daphnes. ¶ Sterilẽ amorem: uanum: ex quo nullam uoluptatem eſt habiturus. Ecquid ¶ Ecquid ſi comantur ait? Ecquid dictio eſt interrogantis: per. c. ſcribitur. Comaſ ¶ Comantur: ornẽtur, ac ſi diceret. Si ornarẽtur capilli: multo decentiores eſſent. Oſculũ, ¶ Micantes: fulgentes. ¶ Videt oſcula: parua ora: non baſia. Eſt enim ab ore diminutiuum. Os autem paruũ maxime uirginem commendat. ¶ Quę non eſt uidiſſe ſatis: illam enim etiã oſculari cupiebat. ¶ Laudãt, digitoſque: morem exprimit elegantum amatorum: qui omnia amicarum ſuarum membra laudare ſolẽt. ¶ Et nudos lacertos: mulierum Romanarum habitum deſcribit: qui nunc quoque multis eſt in uſu. ¶ Si qua latent meliora putat: non de pudendis (ut inquit Fabi⁹) eſt intelligendum: ſed de iis omnibus corporis partibus quæ ueſte occultantur. ¶ Neq; reſiſtit: neq; conſiſtit: neq; remoratur curſum. Alias reſiſtere repugnare eſt & aduerſari. Reſiſtere. ¶ Reuocantis: Apollinis. ¶ Nympha precor:

hac oratione Apollo conat Daphnem pſuadere ne ſe fugiat: ſed in ſuos deueniat amplexus. ¶ Nympha mane: elegans repetitio amatoriæ orationi maxime conuenit. ¶ Sic agna lupũ: his ſimilitudinibus oſtẽdit Apollo ſe ut hoſtẽ a Daphne uitari: cũ ipſam amore capt⁹ ſequatur. Eſt aũt hyppozeugma. Fugit. n. uerbũ ẽ ſubaudiendum. Lupũ uero ut hoſtes oues natura: & ceruæ leones: ac denique oĩa animalia bruta ſuos quoq; fugiunt hoſtes. ¶ Penna trepidante: cũ quodam timore pperantibus alis. Aquila. Aquila uero ab aquilo: hoc eſt fuſco & ſubnigro colore ẽ dicta: quãuis quidem ab acute uidendo illam denominatam uelint: ut ſcribit Pompeius. ¶ Me miſerũ ne prona cadas: ex arte ſe ſollicitum eſſe ſignificat de ſalute puellæ: qua potiri cupiebat. ¶ Notẽt ſentes: pungant ac lacerent ſpinæ. Sentes Sentes enim numero plurali ſpinæ dicuntur. ¶ Moderantius curre: modeſtius: lentius. ¶ Fugamq; inhibe: continc fugam: noli fugere. ¶ Horridus obſeruo: incultus cuſtodio. Armentum. ¶ Armẽta gregeſq;, Armentum id genus pecoris appellatur (ut ait Sex. Põpeius) qđ eſt idoneum ad opus armorum. Grex. Grex uero ſit ex capris, porcis, ouibuſue: & ſimilibus etiam ex bobus: ut grex ſit generalius nomen, Armentum ſpecialius. Cicero in philippicis. Cecidit greges armẽtorum. ¶ Mihi Delphica tellus: artificioſe & potentiam & genus & præclara inuẽta cõmemorat Apollo: ut ad ſe amãdũ Daphnem alliciat. Hoꝝ nãq; ſingulis muliebres animi maxime capiunt. Delphi ¶ Delphica tellus: Delphi urbs ẽ phocidis ad parnaſum, ubi tẽplũ Apollinis & opibus & certis oraculis clariſſimũ fuit, unde oracula Delphica ſunt dicta. Delphi aũt fuere cognominati: q̃ Apollo Delphini ſimilis illuc nauigauit. Delphis autem eſt adytum ex quadratis lapidib⁹ extructũ opus Agamedis & Trophonii. ¶ Et Claros: Claros urbs eſt Lydiæ Colophoni propinqua Apollini dicata. Vnde & Clarius cognominatur. Illic nãq; eſt Apollinis oraculũ a Manto Tireſiæ filia cõſtitutũ, uel a Claro quodã Heroe, a quo ẽt fuit appellata: ut Theopõpus ait. Nearchus aũt ſcribit Claro ſorte Apollini cõtigiſſe, atq; a ſorte. hoc eſt απο του κληρου denominatã fuiſſe: alii uero aiũt Clarõ fuiſſe appellatã: q̃ illic neptunus & Mars fuerũt ſortiti. Alii a lachrymis Mãtus quã pœnitebat patriã reliquiſſe dictũ eſſe Claron putãt p mutationẽ λ. in. ρ. Nã κλαιειν lachrymã ſignificat. Fons certe apud Clarõ ex Mãtus lachrymis fert ſcaturiſſe.

¶ Et Tenedos

Er Cláros,& Tenedos,Pataræq; regia ſeroit.
Ioppiter eſt genitor,per me qood eritq;,fuitq;,
Eſtq; patet,per me concordant carmina nerois,
Certa quidem noſtra eſt:nr̃a tamé una ſagitta
Certior:in uacoo quæ uulnera pectore fecit.
Inoentum medicina meum eſt,opiferq; per orbé
Dicor:& herbarom ſobiecta potentia nobis.
Hei mihi,q nollis amor eſt medicabilis herbis:
Nec proſunt domino,qoæ proſont oib⁹ artes.
Plura locuturom timido Peneia curſo
Fugit:cumq; ipſo oerba imperfecta reliquit.
Tunc quoq; uiſa decens:nudabant corpora uéti:
Oboiaq; aduerſas oibrabant flamina ueſtes:
Er leuis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt:ſed enim nõ ſoſtinet oltra
Perdere blanditias iooenis Deos:otq; monebat
Ipſe amor,admiſſo ſequitur ueſtigia paſſu.
Vt canis in oacuo leporem com gallicus aroo
Vidit:& hic prædam pedibos petit:ille ſalutem:
Alter inhæſoro ſimilis,iamiamq; tenere
Sperat,& extenſo ſtringit ueſtigia roſtro:
Alter in ambigoo eſt,an ſit comprenſos:& ipſis
Morſibus eripitur,tangentiaq; ora relinquit:
Sic Deos,& uirgo eſt:hic ſpe celer,illa timore.
Qui tamen inſequitor pennis adiutos amoris,
Ocyor eſt,requiemq; negat,tergoq; fugacis
Imminet,& crinem ſparſom ceruicibos afflat.
Viribos abſumptis expalloit illa,citæq;
Victa labore fugæ,ſpectans Peneidas undas,
Fer pater inqoit opem:ſi flumina numé habetis.
Qua nimiom placoi:tellus ait hiſce,oel iſtam.
Quæ facit ot lædar,mutando perde figuram.
Vix prece finita torpor grauis occupat artus:
Mollia cingontur tenui præcordia libro:
In frondes crines:in ramos brachia creſcunt.
Pes modo tam uelox pigris radicibos hæret.
Ora cacomé habent:remanet nitor unus in illa,
Hác qooq; Phœb⁹ amat,poſitaq; i ſtipite dextra

R Aph. Tenedos
¶Et Tenedos: Tenedos inſula eſt ad Helleſpõtum una ex ſporadibus. quæ prius Leucophrys fuit appellata. A Tene autem Tenedos eſt dicta: quaſi Τενου ἕδος hoc eſt Tene ſolũ. unde Tenedius deriuatur. Eſt & Tenedos urbs Lyciæ uel (ut alii aſſerunt) Pamphiliæ quam ſub tutela ſua eẽ Apollo ait. ¶ Patarça regia, Patara. Patara urbs eſt Lyciæ a pataro Apollinis & Lyciæ filio appellata, i qua Apollo maxime colebatur. Vnde & Patareus fuit cognominatus. Alexander autem ſcribitur Stephanus refert: Salaciam puellam ex Ophionide ſacra Apollini afferentem in Pataris: in uia depoſito uaſe quieuiſſe. Illa uero erant pemmata, lyræ arcus, & ſagittæ: quibus infantes ludunt: Vento autem flante Pataram: hoc eſt ciſtã: in mare fuiſſe delatam. puellam aſſtẽtem domum rediiſſe: ac Pataram ad Licoirum Cheroneſum aduectam fuiſſe. Quendam autem ex profugis a Salacia in Pataram incidiſſe: & quę in illa erant pemmata cõbuſſiſſe: ac Cheroneſum Apollini conſecraſſe: totamq; illam regionem a Patara uaſe: Patara denominaſſe. Patara autem græce interpretatur ciſta. Vnde patareus & patareius declinantur. ¶ Iuppiter eſt genitor: Apollo nanq; Iouis ex Latona filius fuiſſe phibetur. ¶ Per me quod eritq;: Apollo ſe Deum eſſe uaticinationis ſignificat. ¶ Per me concordant carmina neruis: hoc eſt muſices, & harmoniæ ego ſum inuẽtor. ¶ Carmina, cãtilenę. ¶ Neruis: chordis. ¶ Certa qdẽ noſtra ẽ: ſe pertium quidem eſſe ſagittarium pfitetur. Sed cupidinem a quo eſt percuſſus: peritiorem eſſe ait. ¶ In uacuo pectore, libero amoris affectu. ¶ Opiferq; opem ferens & auxiliũ. Opifex uero opus faciens. Nam Apollo a græcis tũ ἀκέσιος: tum ἀλεξίκακος uocatur. q & morbis medicina & in malis opem ferat. Vnde a latinis opifer fuit cognominatus. ¶ Hei mihi: dolet Apollo q nullam inueniat medicinam: quę amorem leuet. Hei autem dolentis eſt interiectio: quæ cum datiuo copulatur. ¶ Timido curſu: Hypallage eſt: ipſa enim timida intelligitur. ¶ Tunc quoq; uiſa decens:

Opifer
Opifex
Hei

cum inquit curreret Daphne uiſa eſt decora & pulchra. ¶ Corpora: corporis membra & carnes. Corpus enim uiuentium, Caro dicitur mortuorum. ¶ Vibrabant, uentilabant: agitabant. ¶ Retro dabat: retro uertebat. ¶ Iuuenis Deus: cauſa eſt cur non ſuſtineret ultra blandiri, Idcirco enim diutius ſuſtinere non poterat: quia iuuenis erat. ¶ Perdere blãditias, pſiſcere blãda uerba. ¶ Admiſſo paſſu: uelocibus paſſibus. ¶ Vt canis in uacuo: pulchra ſimilitudine declarat & Daphnes fugiẽtis & apollinis inſequentis uelocitatem. ¶ Canis gallicus: q nunc leporarius uulgo appellatur. ¶ In uacuo aruo: in aruo demeſſo. ¶ Pedibus: pedum uelocitate. ¶ Stringit ueſtigia: radit pedes leporis. ſic Virgilius. Stringentem ripas & amœna loca ſecantem. ¶ Extenſo roſtro: porrecto ore. ¶ Fugacis: fugientis puellæ. ¶ Crinem ſparſum ceruicibus: capillos per collum ſparſos. ¶ Afflat: flatu & ſpiritu attingit. ¶ Citæ fugæ: uelocis curſus. ¶ Si flumina numen habetis: diuinitatem ac ſuccurrendi facultatem. ¶ Qua nimium placui: telus hiſce: tellurem rogat ut ſe uel abſorbeat: uel in aliam tranſmutet figuram. ¶ Qua: in qua. ¶ Hiſce aperire: ut me accipias. Alias hiſcere ſignificat loqui. ¶ Perde: deſtrue. ¶ Torpor grauis: magnus ſtupor. ¶ Mollia præcordia: præcordia: ut ait Plinius: membra quæ ſunt exta ſeparantes ab interiore uiſcerũ parte: ſic dicta q cordi prætendantur. ¶ Tenui libro: tenui cortice & ſubtili. ¶ Modo, paulo ante: ¶ Pigris radicibus: lentis: immobilibus. ſignificat autem pedes in radices fuiſſe conuerſos. ¶ Ora cacumen habent: hoc eſt os & facies Daphnes in cacumen & ſummitatem lauri fuere conuerſa. ¶ Nitor unus: ſolus ſplendor: ſola pulchritudo. ¶ Hanc quoq; phœbus amat: arborem ſubaudiamus: Nam laurus Apollini dicata eẽ perhibetur. Phœbus autem epitheton eſt Apollinis: purumq; ſignificat. Sol enim ab omni fece eſt alienus. ¶ In ſtipite: in trunco.

Corp⁹
Caro
perdeẽ
Strigeẽ
Hiſcere
Præcordia.
Liber
Daphne in laurũ.
Laurus
Phebus

Sentit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectus:
Complexuſq; ſuis ramos ut membra lacertis:
Oſcula dat ligno: refugit tamen oſcula lignum.
Cui Deus, at quoniã coniunx mea non potes eẽ,
Arbor eris certe dixit mea. ſemper habebunt
Te coma: te citharæ: te noſtræ Laure pharetræ.
Tu ducibus lætis aderis: cum læta triumphum
Vox canet, & longas uiſent Capitolia pompas.
Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis, mediamq; tuebere quercum.
Vtq; meum intonſis caput eſt iuuenile capillis,
Tu quoq; perpetuos ſemper gere frõdis honores
Finierat Pæan: factis modo laurea ramis
Annuit, utq; caput uiſa eſt agitaſſe cacumen.
Eſt nemus Aemoniæ: ꝑrupta qđ undiq; claudet
ſilua, uocant Tempe, per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis uoluitur undis,

R.Aph. ℭ Trepidare: palpitare. ꝩ Cui deus: ordo eſt. Cui deus dixit. ꝩ Semper habebunt Te coma: eleganter ea enumerat quæ lauro ornantur. Nam & comæ & citharæ & pharetræ lauro cingebanť. Cithara autem dicta eſt παρὰ τὸ κινεῖν: hoc eſt a mouendo: q; ſe audientes in amorem moueat. ꝩ Tu ducibus lætis: Imperatores triumphantes lauream geſtabant coronã. ꝩ Læta uox: militum: qui canentes Io triumphe Imperatorem ſequebantur triumphantem. ꝩ Longas pompas: captiuorũ ac rerum omnium pretioſarum in bello captarum: ſimulacrorum prætera urbium expugnatarum. Hæc enim omnia in triumpho geſtabãtur. ꝩ Viſent: uidebũt. ꝩ Capitolia: ſcite. Nam triumphantes in Capitolium uſq; aſcendebant Capitolino Ioui ſacrificaturi. Nã laurus (ut ſcribit Plinius) triumphis proprie dicať: uel gratiſſima domibus: ianitrix Cæſarũ pontificumq;: quæ ſola & domos exornat & ante limina excubat. Eadẽ pacifera eſt: ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium, Romanis præcipue lætitiæ uictoriarumq; nuntia. Additur litteris & militum lãceis piliſq;. Faſces imperatorum decorat: ex iis in gremio Iouis optimi maximi deponitur: quotiens lætitiam uictoria nouam attulit. Quæ non quia perpetuo uiret: nec quia pacifera eſt præferenda utiq; myrto & oleæ eſt: ſed quia ſpectatiſſima in mõte Parnaſſo: ideoq; etiam grata. Apollini aſſuetis ea dona mittere iam & regibus: teſte L. Bruto. Fortaſſis etiam in argumentum: quoniam ibi libertatem publicam is meruiſſet lauriferam tellurẽ illam oſculatus ex reſponſo. Et quia manu ſatarum receptarumq; in domos fulmine ſola non icitur. Ob has cauſas equidem crediderim honorem eis habitũ in triumphis: potius q̃ quia ſuffimentum ſit cædis & purgatio: ut tradit Maſſurius. Vnius autem arborum latina lingua nomen imponitur uiris. ꝩ Ante fores ſtabis: ante ianuas pendebis. Nam in ueſtibulo ædium Imperatoris coronæ ex lauro & quercu ita ſuſpendebantur: ut querna in medio foret ueſtibulo ſuſpenſa: ideoq; ſubiũgit. ꝩ Mediamq; tuebere quercum: ideſt Quernam coronam: quæ ob ſeruatos ciues & ciuica dicebať & Cæſari in ueſtibulo dicabatur. Quercus autem eſt arbor glandifera dicta: q; id genus arboris graue ſit ac durũ: tum etiam in ingentẽ euadat amplitudinem: ut tradit Sex. Pompeius. Querqueram enim grauem & magnã quidam dici putant. Querquera item frigida interpretatur & cum tremore febris. ꝩ Vtq; meum intonſis: Apollo & comatus & imberbis pingitur, quo ſignificať Sol & radios habere & nunquam ſeneſcere. ꝩ Perpetuos honores frondis: Periphraſis eſt foliorum. Laurus enim nunquam folia abiicit. ꝩ Finierat Pæan. Apollo Pæan dicitur ἀπὸ τοῦ παίειν: hoc eſt a feriendo. Nam indignatus ſagittis ferit. Iuuenalis. Parce precor Pæan & tu depone ſagittas. Nil pueri faciunt, ipſam configite

Ciuica corona

Quercus.

Querquera

Cur Apollo comatꝰ

Pæan.

matrem Amphion clamat. Pæan quoq; hymnus dicit in Apollinem compoſitus. Virg. Lætum pæana canentes. ꝩ Laurea: lauru: laurea quoq; dicť corona ex lauro confecta. ꝩ Cacumen: ſummitatem. Caput enim uiſa eſt commouere: quod erat cacumen. Laurea

Fabulæ decimæ primi libri argumentum.

ℭ Eſt nemus &c. Io Inachi amnis filia cũ æquales ſua ſpecie præcederet ab Ioue adamata ẽ: quæ admotis precibus deſyderiũ expleuit: & ne puella Iunonis irã incideret: a cõpreſſore in uaccam ẽ transfigurata: cuius fallaciam Iuno cum intellexiſſet: petiit eã a Ioue: uelut munus ſibi daret uaccã: q; ſpecioſiſſima erat cæteris armentis: quæ in Peloponeſo erãt. Iuppiter uero ne ſi negaſſet ꝓderet: puellam tribuit confeſti. Iuno autẽ ne amplius eius pellex cũ Ioue cõcũberet Argum Areſtoris filiũ centũ oculos habentem ei ꝓpoſuit. Quẽ Mercurius p̃ris iuſſu interemit: & a caſu eius Argiphonos eſt cognominatus. Iuno Argum quem ob cuſtodiam ille occiderat in uolucrẽ pauonẽ transformauit, & receptũ i ſuã tutelã pẽnis inſignibus (qbus amiſſa lumina idicaret) ornauit. LActãtius.

ℭ Eſt nemus Aemoniæ: Tempe amœniſſimã Aemoniæ uallem deſcribit poeta: quo cõmodius ἰοῦς Inachi amnis filiæ metamorphoſin in iuuencam cum ſuperiore cõnectat. Nam iuxta Tempe eſt ſpelũca Penei fluuii Daphnes patris: ad quem conſolãdũ omnes uicini amnes conuenerunt: præter Inachum: qui amiſſam filiam lugebat, Io nãq; Inachi amnis filia ab Ioue primũ compreſſa: deinde Iunone ſuperueniente in iuuencam fuit conuerſa. Verum Iuno id quod erat ſuſpicata, Iouem rogauit, ut ſibi tam pulchram donaret iuuencã. Ei uero tandem dono acceptæ, Argum centum oculis præditum cuſtodem appoſuit. Sed Iuppiter amicæ miſericordia motus Mercurio mandauit: ut Argum interficeret: quem Iuno cũ uidiſſet occiſum in pauonem conuertit: centũq; ipſius oculos caudæ appoſuit. ꝩ Eſt nemus Aemoniæ: Topographia eſt. Tẽpe nanq; deſcribit uallem Theſſaliç amœniſſimã. ꝩ Aemoniæ: Theſſaliæ. Aemonia cum Theſſalia dicit ab Aemone Chlori Pelaſgi filio, Theſſali autem patre. ꝩ Vocãt Tempe: Tẽpe (ut dixi) nemus eſt Theſſaliæ quinq; milibus paſſuũ in longitudinem tendens adeo amœnum: ut amœniſſima quæq; loca tempe uocentur: ut Seruius ſcribit. ꝩ Prærupta ſilua: alta. ꝩ Per quæ Peneus: per media Tempe labitur Peneus fluuius: qui claritate cunctos Theſſaliæ fluuios antecedẽs: iuxta Gomphos naſcit in radicibus Pindi montis, interq; Oſſam & Olympum nemoroſa cõualle defluit quingẽtis ſtadiis dimidio eius ſpatio nauigabilis. In eo curſu uocant tẽpe: ut Pli. tradit quinq; milliũ lõgitudie & ferme ſex latitudie ultra uiſuꝫ hoĩs attollẽtibus ſe dextra leuaq; leuiter cõnexis iugis: intus ſua luce uiridãte. Allabitur Peneus calculo amœnꝰ uiridi circa ripas gramine, Canorꝰ auiũ cõcẽtu.

R.Aph. Tẽpe Peneus

Aemonia.

ℭ Delectuq;

Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit, ſummiſq; aſpergine ſiluis
Influit, & ſonitu plus q̃ uicina fatigat.
Hæc dom⁹, hæc ſedes, hæc ſũt penetralia magni
Amnis: in his reſidens facto de cautib⁹ antro
Vndis iura dabat: nymphiſq; colentibus undas.
Conueniunt illuc popularia flumina primũ
Neſcia gratentur, conſolentur ne parẽtẽ.
Populifer Sperchius: & irrequietus Enipeus,
Apidanuſq; ſenex, leniſq; Amphryſus, & Acas:
Moxq; amnes alii, qui, qua tulit impetus illos:
In mare deducunt feſſas erroribus undas.
Inachus unus abeſt: immoq; reconditus antro
Fletibus auget aquas, natãq; miſerrimus Io
Luget ut amiſſam, neſcit uita ne fruatur,
An ſit apud manes: ſed quã nõ inuenit uſq̃:
Eſſe putat nuſq̃, atq; animo peiora ueretur.
Viderat a patrio redeuntem Iuppiter illam
Flumine: & o uirgo Ioue digna, tuoq; beatum
Neſcio quem factura toro, pete dixerat umbras:
Aut horũ nemorũ: aut horũ, & mõſtrauerat am- (bas,
Dũ calet, & medio Sol ẽ altiſſimus orbe,
Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum,
Præſide tuta Deo nemorum ſecreta ſubibis,
Nec de plebe Deo, ſed qui cæleſtia magna
Sceptra manu teneo, ſed qui uaga fulmia mitto.
Nẽ fuge me (fugiebat enim) iam paſcua lernæ:

Raph. ¶ DEIECTVq; graui. uehementi curſu. ¶ Summiſq;
aſpergine ſiluis Influit: hoc eſt influere uidetur p altas
ſiluas aſpergine humidarum nebularum: quæ ex illius
undis excitantur. ¶ Et ſonitu pluſquam uicina fatigat:
non ſolum inquit uicini ſed longe quoq; ſtantes ſtrepi
Pene tum illius ſentiunt. ¶ Hæc ſunt penetralia: loca domus
tralia ſecretiora: i quibus Diis
penatibus ſacrificabatur
penetralia dicebantur.
Antr ¶ Antro: ſpelunca. Di
ctum eſt autem antrum
παρὰ τὸ ἀντᾶν: quod eſt
ſupplico: q in antris pri
mi homines Diis ſuppli
cabant: putantes in illis
ſacra eẽ. ¶ De cautibus:
Cautes de lapidibus. Cautes ãt
& cotes dicuntur. ¶ Da
bat: reddebat: Ius enim
pprie reddi dicit. ¶ Gra
tentur: gratulentur Pe
neo. q Daphne filia i lau
rum fuit conuerſa: an cõ
ſolentur q filiam amiſ
Popula ſit. ¶ Popularia flumina
ria uicina ac ex eodem po
pulo. Alibi popularis gra
tus populo dicitur. ¶ Po
Sperchi pulifer Sperchius: popu
us los arbores ferens. Sper
chius autem fluuius eſt
Theſſaliæ: qui ex Pelio
monte ortus in Maliacũ
labitur ſinum. Sic dictus
q ſit uelociſſimi curſus.
Nam παρὰ τὸ σπέρ
χειν deducitur: q feſti
Enipe⁹ nare ſignificat. ¶ Eni
peus: Enipeus fluui⁹ eſt
Theſſaliæ ex Othrymõ
te in Apidanum deflu
ens: ἀπὸ τῆς ἐνιπῆς & a
minis denominatus. Nã
Erida per loca agreſtia & inculta labitur: quæ ſemper ma
nus la minari uidetur. ¶ Eridanuſq; ſenex: ſic quidem legi
tur: ſed corrupte (ut mihi quidem uidetur) Cum enim
propoſuerit fluuios populares Theſſalicoſq; conueniſſe
ad Peneum: cuius filia Daphne in laurum fuerat cõuer
ſa: non uideo qua ratione Eridanum Galliæ Ciſalpiæ
fluuiũ: qui alio nomine dicitur Padus: ad miſceat. Tã
etſi Eridanus (ut Pauſanias ait) Atticę quoq; ſit fluui⁹:
qui in Iliſſum emittit: apud quem Orithya rapta fuiſſe
fertur: ſed cum is quoq; Peneo non ſit popularis, poetę
Apida propoſito minus conuenire uidetur. Quare Apidanus
nus legatur: ne ineptus eẽ Ouidi. coarguatur. Eſt enim Api
danus Theſſaliæ fluuius: quem idcirco poeta ſenẽ ap
Am pellat: quod tarde admodum fluit: donec Enipeum ad
phriſus mittat. ¶ Leniſq; Amphryſus: hic quoq; fluui⁹ ẽ Theſ
ſaliæ leniter fluens: iuxta quem Admeti regis armenta
pauit Apollo. Vñ Lucanus libro ſexto. Et flumine pu
ro Irrigat Amphryſus famulantis paſcua Phœbi. ¶ Et
Acas Acas fluuius eſt Epyri iuxta muros Dyrachii labens.
Inach⁹ ¶ Inachus unus abeſt: Inachus fluui⁹ ẽ Achaię ab Ina
cho rege dictus. Eius filiam Io cum deprehendiſſet Iup
piter ſpatiantem cõpreſſit: ac ne id a Iunone agnoſceretur:

tur: ipſam mutauit in iuuencam. Mœrens itaq; Inach⁹
propter amiſſam filiam ſe domi continebat. ¶ Natã q;
miſerrimus Io Luget ut amiſſam: Io accuſatiuus ẽ græ
cus. Nam Io Ius græce declinatur Calypſo Calypſus:
quamuis Ionis & Calypſonis quidam latine malint de
clinare. Quam quidem declinationem Fabius non a d
mittit. ¶ An ſit apud ma
nes: an ſit mortua: illi enim
apud manes eſſe. dicun
tur: qui obiere. Manes
Manes autem animæ ſunt mor
tuorum: quibus hono
ris grana Deorum uo
cabulum additũ eſt. Dii
namq; manes dicuntur:
ut ſcribit Apuleius de
Dęmonio Socratis. Mar
tianus uero Capella in
nuptiis philologię tradit
manes tam bonos eſſe: q̃
truces: atq; eos cum po
teſtatem habeat Plu
to: merito Summanus
uocatur: quaſi Manium
ſummus. Manes autem
dicti ſunt uel a mano:
quod bonum apud pri
ſcos ſignificabat. Vnde
immanis malus: crude
liſq; dicitur: uel a manan
do (ut ait Pompeius) q
eos per omnia manare
putabant. ¶ Sed quam
nõ inuenit uſquam: hoc
eſt quam nullo in loco
inuenire poteſt: eam in
rerum natura non eſſe
putat. Vſquam autem
& nuſquam aduerbia tã Vſq̃
in loco q̃ ad locum ſigni Nuſq̃
ficant. Vſquam autem
in aliquo loco ita ſignifi
cat: ut fere ſemper cum
negatione ponatur in oratione. ¶ Atque animo pe
iora uerentur: mortuam enim eam eſſe putabat. ¶ Vi
derat a patrio: hic incipit deſcribere quemadmodũ Iup
piter in Ius amorẽ inciderit. ¶ A patrio flumine: ab Ina
cho Achaiæ fluuio. ¶ Tuo toro: tuo lecto: ac tuis nu
ptiis. Torus autem & pro lecto & pro ſede ponitur: a Torus
tortis herbis dictus. Vnde citra aſpirationem ſcribi de
bet: quamuis fere in exemplaribus cum aſpiratiõe ſcri
ptum legatur. Torus etiã eminentiorem ſignificat pul
pam. Vnde Toroſa iuuentus a Perſio uocatur. Virgil.
tertio Georgico. Luxuriatq; toris animoſum pectus.
¶ Ambas umbras: & dextras & ſiniſtras. Hoc autẽ ex
poetę perſona dicit. Exponit enim poeta quas umbras
dixerit Iuppit. Inachi filiæ petẽdas. ¶ Dũ calet: donec
calor eſt. Hortatur aũt puellã Iuppiter: ut meridiei æſtũ
fugiat. ¶ Latebras ferarũ: ſiluas in qbus occultant ferę.
¶ Sed qui cæleſtia magna, ſed qui cęli imperiũ habeo.
Significat aũt ſe eſſe Iouẽ maximũ Deorũ: quo facili⁹ il
li perſuadeat, ut ſibi morẽ gerere uelit. ¶ Vaga fulmina:
hoc ẽ nõ in rectũ, ſed i obliquũ euntia. Fulmina, n. i ob
liquũ feruntur. ¶ Iã paſcua Lernę: Lerna palus ẽ Argiuo
rũ: i qua habitauit Hydra ſerpẽs ab Hercule interfecta Lerna

Conſiraq; arboribus Lycæa reliquerat arua,
Cum Deus inducta latas caligine terras
Occuluit:tenuitq; fugam:rapuitq; pudorem,
Interea medios Iuno deſpexit in agros,
Et noctis faciem nebulas feciſſe uolucres
Sub nitido mirata die,non fluminis illas
Eſſe:nec humēti ſenſit tellure remitti:
Atq; ſuus coniunx ubi ſit,circumſpicit:ut quæ
Deprenſi totiens bene noſſet furta mariti.
Quem poſtq̄ cælo non repperit:aut ego fallor:
Aut ego lædor ait,delapſaq; ab æthere ſummo
Conſtitit in terris:nebulaſq; recedere iuſſit.
Coniugis aduentum præſenſerat:inq; nitentem
Inachidos uultus mutauerat ille iuuencam.
Bos quoq; formoſa eſt,ſpeciem Saturnia uaccæ
Quāq̄ inuita probat:necnon & cuius:& unde:
Quoue ſit armento,ueri quaſi neſcia quærit,
Iuppiter e terra genitam mentitur ut auctor
Deſinat inquiri:petit hanc Saturnia munus.
Quid faciat?crudele ſuos abdicere amores:
Non dare,ſuſpectum.pudor eſt qui ſuadeat illı̄c:
Hinc diſſuadet amor.uictus pudor eſſet amore,
Sed leue ſi munus ſociæ generiſq;,toriq;
Vacca negaretur,poterat non uacca uideri.
Pellice donata non protinus exuit omnem
Diua metum:timuitq; Iouē,& fuit anxia furti,
Donec Areſtoridæ ſeruandam tradidit Argo.
Centum luminibus cinctū caput Arg9 habebat:
Inde ſuis uicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſeruabant,atq; in ſtatione manebant,
Conſtiterat quocūq; loco ſpectabat ad Io,
Ante oculos Io,quamuis auerſus,habebat.
Luce ſinit paſci,cum Sol tellure ſub alta eſt:
Claudit,& indigno circundat uincula collo.
Frondibus arboreis:& amara paſcitur herba,
Proq; toro terræ,non ſemper gramen habenti
Incubat infelix:limoſaq; flumina potat.
Illa etiam ſupplex Argo cum brachia uellet
Tendere:nō habuit quæ brachia tēderet Argo.
Et conata queri mugitus edidit ore:
Pertimuitq; ſonos,propriaq; exterrita uoce eſt,
Venit & ad patrias,ubi ludere ſæpe ſolebat.

RAph. LYCæa arua:Lycæa quidem fere in exemplarib9 legitur:præterq̄ in uetuſtis quibuſdā.In illis nanq; Lyncea recte ſcriptum eſt.Nam Lynceus Aegypti filius ac (ut in tēporibus Euſebius narrat)Hypermeſtræ maritus,interſecto Danao patruo & ſocero Argis regnauit.

Lyncea arua

Vnde Lyncea arua denominata pro argiuis ſunt accipienda:hic autem legendu3 eſſe & Geographię ratio & hiſtorię fides (ut taceam quod in Lycæo prima ſyllaba corripit) apertiſſime declarāt.Tāetſi hactenus Lycæa lectū ſit a Lycæo Arcadię mōte Pani dicato. Huic aute3 lectioni Pauſanias quoq; i Argolidis deſcriptione aſtipulatur : qui ait eam regionem ,unde Lynceus facula ſignificauit Hypermeſtræ, ſe in locum tutum ueniſſe:primum Lynceam ,deinde Lyrceam a Lyrco notho Abantis filio,qui illā habitauit fuiſſe denominatam. ¶ Occuluit: occultauit. ¶ Tenuit fugā : cohibuit fugam:illāq; fugiente retinuit. ¶ Rapuitque pudorem:hoc eſt illā ſtuprauit:erubeſcēdiq; cauſam eripuit. In tenebris nanq; minus unū quēq; pudet Veneri indulgerē. ¶ Deſpexit:deorſū aſpexit.

Deſpicere

Alibi deſpicere contēnere eſt. ¶ Nebulas uolucres:quæ ut aues uolare uidentur. ¶ Sub nitido die:ſereno. ¶ Nō fluminis illas eſſe : Phyſici aiunt nebulas aut a fluuiis:aut a uaporibus terræ generari. ¶ Vt quæ: utpote quæ.

Furtū

¶ Furta:ſtupra. ¶ Bos quoq; formoſa eſt Io inquit :ut uirgo erat formoſa:ſic in iuuen

Io in iuuenca

cā quoq; uerſa pulchra uidebatur. ¶ Speciē.pulchritudinē. ¶ Probat:laudat. ¶ Cui9:ſit uerbum ſubaudiat. ¶ Et unde uenerit. ¶ Quoue ſit armēto:armētū id genus peco

Armētū

ris dicit (ut tradit Sext9 Pompeius)quod eſt idoneum ad opus armorū. Quāq̄ Varro ab arando deriuare uideatur:quaſi aramentum tertia litera detracta. ¶ Vt auctor deſinat inquiri : ut dominus uaccæ a Iunone non inueſtigetur . ¶ Abducere:abdicare:alienare & ab ſe amouere. ¶ Non dare ſuſpectum:non tradere inquit petitam uaccam Iunoni ſuſpecta res eſſet cogeretq; Iunonem aliquid mali ſuſpicari. ¶ Qui ſuadeat illud:date. ¶ Hinc:ab illa Iunoni tradēda. ¶ Sociæ generiſq; toriq;. Nam Iuno & ſoror eſſe & uxor Iouis fingitur: quod pro aere ponitur:qui leuitate ætheri:quidem eſt cū Ioue:ſimilis eſſe, ſubiicq; uidetur.Nam æther aere ſuperior eſt. ¶ Pellice:concubina . Nam pellex dicitur quæ cū eo uiro cui uxor eſt,ſe miſcet. Gręci illā παλλακα uocant. ¶ Et fuit anxia furti:hoc ē fuit ſollicita ne ſibi furto auferret. ¶ Areſtoridæ Argo:Arg9 Areſtoris filius , Argus nauis fabricator,centu3 habuiſſe oculos fingitur : quorum ſemper octo & nonaginta uigilabant.bini uero ſolum dormiebant. ¶ Capiebant quietem:dormiebant. ¶ Seruabant:cuſtodiebant. ¶ Atque in ſtatione manebant , hoc eſt uigilabant. Tranſlatio ē a militibus ſumpta , qui in ſtatione tunc manere dicuntur:cum diligēter excubias agunt. ¶ Spectabat ad Io:accuſatiuus eſt græcus.Nō enim permittit ſe declinare Io Ionis: ut Dido Didōs. ¶ Quāuis auerſus : q̄uis in aliā partem uultū auerſum haberet. ¶ Luce ſinit paſci:tēpore inquit diei eā paſcer:permittit Argus. Nocte uero ad præſepe eā ligans in ſtabulis claudit. ¶ Indigno collo:certe ui uincula nō merenti. ꝓpter mollitiē: atq; pulchritudinem. ¶ Amara herba : ipſi filiæ Inachi amara:nō uaccis quibus eſt ſuauis. ¶ Incubat terræ:cubat in terra & iacet. ¶ Gramen:herbam & ſtramen . ¶ Limoſa : lutoſa ac cœno infecta. ¶ Tendere : porrigere. ¶ Brachia , manus iunctas.ut illum ad miſericordiam commoueret. ¶ Et conata queri , conqueri,lamentari. ¶ Mugitus edidit ore:mugire

Mugi

uerbum eſt factitium a ſono uocis boum deductum. Mugire nanque proprie boues dicuntur. ¶ Edidit,emiſit.

Aph. ¶ Inachidas ripas: Inachias patronymicū, pro poſſeſ ſiuo poſitum. ¶ Noua cornua: ſibi nouiter nata. ¶ Fugit: fugere conata eſt. Neq; enim ſe ipſam fugere poterat. Naiades ¶ Naiades ignorant: non agnoſcunt ſororem. Naiades autē proprie ſūt fontiū, & fluuiorū nymphæ: dictæ ἀπὸ τοῦ νάω & fluo: quia circa fluēta uerſant. ¶ Admirantibus: pſi & nymphis.

imponere finem: cum Deus ſim immortal's. ¶ Sed nocet eſſe deum: deo quoq; eleganter dicitur. Dii autem ita ſunt immortales: ut ne ſibi quidem mortem conſciſcere poſſint. ¶ Præcluſaq; ianua leti: mortis. Quoniā inquit ſum deus: tantos dolores morte finire non poſſum. Verum ſemper me in luctu eſſe oportet. Dii enim ἀθάνατοι ſunt atque immortales.

Inachidas ripas, nouaq; ut conſpexit in unda
Cornua: pertimuit, ſeſeque exterrita fugit.
Naiades ignorant: ignorat & Inachus ipſe:
Quæ ſit: at illa patrē ſequitur: ſequiturq; ſorores
Et patitur tangi: ſeque admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat Inachus herbas,
Illa manus lambit: patriiſq; dat oſcula palmis.
Nec retinet lachrymas: & ſi mō uerba ſupſint:
Oret opem, nomenq; ſuum, caſuſq; loquatur.
Littera pro uerbis, quam pes in puluere duxit:
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſerū, exclamat pater Inach⁹: inq; gemētis
Cornibus, & niueæ pendens ceruice iuuencæ
Me miſerū, ingeminat, tu ne es quæſita per oēs
Nata mihi terras: tu non inuenta: reperta es.
Luctus erat leuior: retices, nec mutua noſtris
Dicta refers: alto tantum ſuſpiria ducis
Pectore: qđq; unū potes: ad mea uerba remugis.
At tibi ego ignarus thalamos, tædaſq; parabā:
Speſq; fuit generi mihi prima: ſecunda nepotū,
De grege nūc tibi uir: & de grege nat⁹ habēdus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores:
Sed nocet eſſe Deum: præcluſaq; ianua leti
Aeternum noſtros luctus extendit in æuum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus,
Ereptamq; patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit: ipſe procul montis ſublime cacumē
Occupat: unde ſedens partes ſpeculatur in oēs.
Nec ſuperum rector mala tāta phoronidos ultra
Ferre poteſt: natumq; uocat: quē lucida partu
Pleias enixa eſt: letoq; det, imperat, Argum.
Parua mora eſt alas pedibus: uirgāque potentē
Somniferam ſumpſiſſe manu: tegimenq; capillis
Hæc ubi diſpoſuit patria Ioue natus ab arce:
Deſilit in terras: illic tegimenq; remouit:
Et poſuit pennas: tantummodo uirga retēta eſt:
Hac agit: ut paſtor per deuia rura capellas

¶ Lābit: lingit. ¶ Oret: orare uellet. ¶ Caſus: in fortunia. ¶ Littera pro uerbis: loco uerborum. inquit litteras quam pedibus in puluere uacca effecit: indicauit patri filiā. Bouis enim pes I & O litteras exprimere uidetur quas cum uidiſſet Inachus: eam eſſe filiam cognouit. ¶ Duxit: effecit. Duci autem proprie dicuntur litteræ cum fiunt. Vnde etiam litterarū ductus a Fabio appellant. ¶ Indicium triſte: ſignificationem mœſtam ab effectu: quod mœror affecit patrē. Grauius nāq; pater dolebat filiam in iuuencam fuiſſe trāſmutatam: q̄ ſi mortua eſſet. ¶ Peregit: effecit. ¶ Me miſerum: O ſubintelligatur: quod frequenter in exclamationibus omittitur leuioribus. ¶ Pendens in cornibus & ceruice: hoc eſt cornua & ceruicem amplectēs. Iuuencæ autē magnitudo ſignificatur: a cuius cornibus & ceruice Inachus illa amplectēs pēdere uidebat. ¶ Ingeminat: exclamationem illam o me miſerū duplicat. ¶ Tu ne es quæſita per omnes. Ordo eſt. Tu ne es nata & filia mihi per omnes terras quæſita? ¶ Tu nō inuenta reperta es: ſignat differentiam inter inuenire & reperire poeta. Inuenimus enim quærentes: reperimus caſu. ¶ Luctus erat leuior: ſi non reperta eſſes. Grauius enim fert pater: q̄ in uaccam filia ſit conuerſa: q̄ ſi mortua eſſet. ¶ Nec mutua noſtris dicta refers: hoc eſt nec uiciſſim mihi reſpōdes: ¶ Quod unum: quod ſolum facere potes. ¶ Thalamos, tædaſq;: hoc eſt nuptias. Nam & thalamus ſponſi: ſponſæq; ꝓprie ſignificat, cum cæteri & quinq; faces nouæ nuptæ præferebant. ¶ De grege nūc tibi uir: nūc a ritus inquit de armēto tibi eſt habēdus: unde filios uitulos tollas. Iuuencarum nāq; mariti iuuenci ſunt. ¶ Nec finire licet: nec poſſum inquit morte tantis doloribus

Argus · Inuenire · Repire · Thalamus

¶ Extēdit: producit, prolongat. ¶ Stellatus Argus: quod eius oculi ad ſimilitudinē ſtellarū micarēt. ¶ Abſtrahit: uiolenter abducit. ¶ Ipſe procul: ipſe īquit Argus in propinquum montem aſcendit: unde ſedens in omnes partes ſpectabat. ¶ Procul: prope. ¶ Occupat: celeriter aſcendit. ¶ Cacumen: uerticem & ſummitatem.

Fabulæ .x. primi libri argumētum.

¶ Nec ſuperum &c. Iuppiter mittit Mercurium in habitu paſtoris ad Argum ſupradictum interficiendum. LActātius

¶ Phoronidos: phoronei neptis. Phoroneus nanq; Inachi pater fuit. Narrat autem quēadmodum Argus a Mercurio fuit interfectus: eiuſque oculi caudæ pauonis fuerunt a Iunone appoſiti. ¶ Natumq; uocat: Mercurium. Nam Mercurius Iouis fuit filius ex Maia una ex pleiadibus: quæ ſeptem Athlātis filiæ fuere: nō ex Electra: ſed ex Pleione nympha ſuſceptæ: unde & Pleiades ſunt nominatæ: in ſydera tranſlatæ, ac in humero tauri collocatæ. Vergiliæ a latinis uocantur: q̄ ueris tempore oriāt. ¶ Lucida pleias: Maia pleiadū ſplēdidiſſima. ¶ Leto det: interficiat. ¶ Parua mora eſt ſumpſiſſe: figura eſt poetica. ¶ Alas pedibus: hoc eſt talaria alata: quæ idcirco Mercurio attribuitur: quod planetarum omnium ſit uelociſſimus. ¶ Virgaꝫ ſomniferam, Caduceum dicit: de quo & Virg. Tum uirgam capit: hac animas ille euocat orco pallentes: alias ſub triſtia tartara mittit. Dat ſomnos adimitq; & lumina morte reſignat. ¶ Tegimenque capillis: petaſum & pileuꝫ. ¶ Ioue natus. Mercurius Iouis filius ex Maia. Obiter autem Mercurii quoq; metamorphoſin in paſtorē poeta deſcribit. ¶ Et poſuit pennas: hoc ē depoſuit talaria alata. ¶ Per deuia rura: per inuias ſiluas.

RAph. phoroneus · Mercurius · Mercurius in paſtorē

RAph. ℭ Dum uehit adductas:dū inquit ducit capellas ↄgregatas. Tameſi uehi proprie dicantur:quæ geruntur. ¶ Structis auenis:tibia quam ex auenis conſtruxerat: Auena eſt autem auena genus frumenti notius q̄ ut ſit exponē dum:ex cuius calamis tibiæ etiamnum a ruſticis conſi dunt. ¶ Voce:ſono. ¶ Nouæ ar. Tibię nouiter a Mercurio iuētę. ¶ Cuſtos Iu. Argꝰ a Iunoe cuſtos Io i uaccā cōuerſæ appoſitꝰ. Saxum Mōs ¶ Hoc ſaxo:hoc monte. Vtrūq;.n.frequēter p altero poni a poetis. ¶ Fœcundior: uberior. ¶ Paſtoribus:otio & geti paſtorū. ¶ Atlātiades:Mercurius nepos Atlantis ex Maia. ¶ Iūctis arundinibus:ſono tibiæ. ¶ Vincere:ſuparē.in ſomnū inducere. ¶ Tēptat:conatur. ¶ Seruātia lumia:oculos obſeruātes atq; cuſtodiētes uaccā. ¶ Ille tn̄:inquit ſuaues ſomnos a Mercurio imiſſos repellere conat. ¶ Nāq; repta fiſtula nup erat: Parētheſis eſt: cām cōtinens inqſitionis argi. Tā concinne aūt fabulā fabulę cōnectit poeta: ut cum multas ſimul deſcribat trāſfiguratiōes: minime tn̄ a ꝓpoſito diſcedat. Expōit.n.quēadmodū Syrinx nympha Ladonis fluuii filia ardēter a pane deo amata:ne uirginitatē amitteret: in arundinē apud Ladonē fluuiū fuit cōmutata, ex qua pan ad mitigandos amoris ardores ſibi fiſtulā cōpoſuit. Vn̄ Vir. Pan primus calamos cæra cōiungere plures Inſtituit. (Syrinx in arūdinem)

Dum uehit adductas,& ſtructis cantat auenis,
Voce nouæ captus cuſtos Iunonius artis,
Quiſquis es,hoc poteris mecum conſidere ſaxo
Argus ait:neq; enim pecori fœcundior ullo
Herba loco eſt aptamq; uides paſtoribus ūbrā,
Sedit Atlantiades:& euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diem:iunctiſq; canendo
Vincere arundinibus ſeruantia lumina temptat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos:
Et quis ſopor eſt oculorum parte receptus:
Parte tamen uigilat:quærit quoq;(nāq; reperta
Fiſtula nuper erat)qua ſit ratione reperta,
Tum Deus Arcadiæ gelidis in montibus inquit
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias una fuit:nymphæ Syringa uocabāt,
Non ſemel & ſatyros eluſerat illa ſequentes:
Et quoſcunq; Deos:umbroſaq; ſilua,feraxq;
Rus habet,Ortygiam ſtudiis,ipſamq; colebat
Virginitate Deam:ritu quoq; cincta Dianæ
Falleret,& poſſet credi Latonia:ſi non
Corneus huic arcus,ſi non foret aureus illi,
Sic quoq; fallebat:redeuntem colle Lycæo
Pan uidet hanc:p̄nuq; caput præcinctus acuta
Talia uerba refert,tibi nubere nympha uolētis
Votis cede Dei.reſtabat plura referre,
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nympham:
Donec harenoſi placidum Ladonis ad amnem
Veneat:hic illam curſum impedientibꝰ undis:

natur. ¶ Naias una fuit. Naiades fluminū ac fontiū ſunt nymphæ:απο του ναειν:hi ē a fluendo dictę. Nympharum.n.aliæ ſunt fluminū:quæ naiades(ut dixi)uocāt. Aliæ Nemorū & ſiluarūq;:quæ Dryades. Napeæ. Hamadryades. Aliæ mōtium quæ Oreades απο του ορους: hoc ē a mōte cognominant. (Nymphaꝶ noia) ¶ Nymphę Syrin.uo.ab illius noie tibia a grecis ſyrinx appellat. Tameſi Herodianus nomē eē fictitiū ait.a ſono ipſius fictū. ¶ Nō ſe.& Sa.ſępiꝰ inquit & Satyros & reliquos ſiluarum Deos eluſit. Dianā.n. imitabatur. uirginitatēq; ſeruare decreuerat. Satyri autē Dii eē ſiluestres crediti ſunt: quod huiuſmodi animalia in deſertis ſolum præſertim Aethiopię inueniūtur. ¶ Et quoſcūq; Deos Siluanos Faunos ac panes ait. Hos nāq; ſiluarū ac nemorū Deos antiquitas putabat. ¶ Ortygiā Deam:hoc eſt Dianam. Ortygia nanq; inſula eſt: quæ alio noie Delos frequentius uocatur ſic dicta(ut ait Solinus)q; i ea primū ſunt uiſæ coturnices,q̄s græci ortygias uocant. Phanodicus uero i Deliacis & Nicāder i Aetolicis narrat quēadmodū ex Ortygia:quæ ē in Aetolia & Delos Ortygia fuit appellata:& urbs apud Epheſum:& iſula Sicilię adiacēs. Oēs nāq; hæ uocant Ortygiæ ab Aetolię Ortygia. Vn̄ i uaria loca coloniæ deductę fuerunt. Nequaq̄ aūt delos ex eo Ortygia dicta eſt:q̄ Aſteria Latonæ ſoror in ortygiā:hoc eſt coturnicē fuit transmutata. (ortygia) ¶ Ritu Dianæ:more Dianæ. ¶ Latonia. Diana Latonæ filia. ¶ Sic quoq; fallebat:quāuis inquit Syrinx corneum habebat arcum:Diana tamē eē uidebatur:adeo illi ſimilis erat. ¶ Pā uidet hāc:pā Deꝰ eſt paſtorū & nemorū. (Pan) ¶ Pinu acuta:corona ex pinu cōfecta. Pinꝰ.n.Pani Deo dicata ferit:unde ēt ea coronat. ¶ Votis cede:cupiditati obſequere. ¶ Tibi nubeſ uolētis:te uxorē ducē cupiētis. Eſt.n.ακυρολογια poetis cōceſſa. Vir. Hūc ego ſi potui tm̄ ſpare dolorē. Nā uiris ꝓprie nubeſ mulieres dicūr. Facile tn̄ adducor ut putē illū totū ſenſū ſubditiciū eē,cū & i qbuſdā uetuſtis exēplaribus nō inueniat:& i aliis uarie legat. Nā i qbuſdā uerba: in aliis plura ſūt deſcripta. Sic igit mihi placet eē legēdū: ut totus ille ſenſus expungat:ac uerba nō plura ſcribāt. hoc mō. Talia uerba refert:reſtabat uerba referre. Vt intelligamus uerba panos ad Syringa a Mer.nō fuiſſe relata:q cū uidiſſet Argū ſomno oppreſſū:ſtati uocē cohibuit:ipſumq; interfecit. ¶ Et pcibꝰ:deſcribit ea q̄ Mer. narranda de Syrige reſtabant. ¶ Per auia:p loca inuia. ¶ Ladōis ad amnē. Ladō fluuiꝰ ē Arcadię lenīſimꝰ. Ladon

Fabulæ.xii.primi libri argumētum.

LActātius ℭ Tū Deꝰ &c. Syrinx nympharū Nayadū:q̄ circa mōtes Arcadiæ uagabāt:ſpecioſiſſima pdit fuiſſe. Quā cū pan Mercurii filꝰ adamaſſet:& eā pſequeret:eiq; ad amnē Ladona Archadiæ cōpuliſſet:ne ui caſtitatē deponere cogeretur:ſororum auxilio in arundinem conuerſa eſt:ex qua fiſtula eſt compoſita:quæ nomine eius ſyrinx nuncupatur,cuius cantu Argꝰ i ſomnos cōpulſus ē quo facilꝰ cū Mercurius interficere poſſet.

RAph: Arcadia ℭ Tum Deus inquit:tunc Mercurius narrare cœpit. ¶ Arcadiæ gelidis in montibus: Arcadia regio ē Achaiæ cōterminata:ab Arcade Iouis & Caliſ̄ꝰ filio denominata. Variis.n.nominibꝰ antea fuit appellata:Nā & pelaſgia & parrhaſia fuit uocata. Sunt qui illā & Gigantida & Azaniā & paniā appellarit. ¶ Int Ha.No.nymphas arcadicas. Nōacris nāq; urbs fuit Arcadię dicta a Nonacri Lycaonis uxore:ut pauſanias ait. Vn̄ Nonacrinæ nymphę ſūt appellatæ. Hamadryades āt nymphæ dr̄:q̄ ę una cū arboribus & oriunt & occidūt:ūn ēt hamadryades ſunt dictæ αμα:.n.ſimul. Δρυς Δρυος arbor apud ueteres græcos dicebat:quāuis nūc p quercu po

ℭ Liquidas

RAph. ¶ Liqdas ſorores: Naiadas. ⸿ Calamos paluſtres: ca nas in paludibus naſcẽtes. ⸿ Dũq; ibi ſuſpirat: ibi i cala mo ſuſpirat Syrinx. ⸿ Hoc mihi conſilium: uolo inquit Pan hoc conſilium mihi tecum eſſe cõmune. Vt.n. tu in arundine quereris: ita ego hac eadem arũdine meos ſo labor ardores. ⸿ Diſparibus: inæqualibus. ⸿ Cõpagi ne: coniunctione. Com

fa eſt, Iſidis Deæ nomẽ accepit: uigilanſq; ẽ appellata. ¶ Protinus exarſit: inflãmata eſt ira .n. in Io uaccã in dignata ẽ Iuno: cuius cauſam Argus fuerat interfectus. Quare illi furorẽ immiſit. quo p totũ terraq; orbẽ acta eſt. Cũ aũt ad Nilum perueniſſet: miſeratione Iouis pri ſtinã recuperauit figurã, Deaq; effecta Iſis fuit appella RAph.

Cõpa go Cõpa ges Cyllẽ⁹ pago autem & cõpages in eadem dicit ſignifica tione. ⸿ Nomen puellæ: Græci nãq; fiſtulã Syrin ga uocant. ⸿ Cyllenius: Mercurius a Cyllene ar cadiæ mõte in quo natus fuiſſe memoratur. ⸿ Suc cubuiſſe: uictos fuiſſe. ⸿ Languida lumina: ocu los ſomno occupatos. ⸿ Medicata uirga: i cadu cei eſt periphraſis. ⸿ Fal cato enſe: in falcis modũ recuruo gladio: ꝗ a græcis harpe uocatur. ⸿ Nutan tem: i caput concutiẽtem: ut dormitantes faciunt. ⸿ Qua collo eſt confine caput: qua caput coniun gitur cum collo. ⸿ In tot lumina: in centum ocu lis. Lumen nanq; & ocu

Lumen lum & lucem ſignificat.

Argi oculi in caudã pauonis Eſt aũt ἀρχαισμός. Nunc enim in tot luminibus di cimus. ⸿ Occupat: oppri mit. ⸿ Vna nox: una ob ſcuritas & mors: una enĩ oẽs extincti ſunt. ⸿ Exci

Excipe pit: ex capite Argi capit. Excipere autẽ modo ſu ſcipere cadẽtia ſignificat: & uerba dictata cum ſcri buntur: modo excludere & ab aliis ſeparare. Vnde exceptiones apud iuriſ conſultos & oratores di cuntur excluſiones: qbus id excluditur quod in in tentionem ab actore eſt deductũ. Interdum exci pere eſt inſidiis aliquẽ ca

Excipu læ pere. Virg. Excipit incau tũ. Vnde excipulæ deri uantur: quibus piſces ca piuntur. ⸿ Saturnia: i Iu no Saturni filia. eſt enim antonomaſia: Appellatio nanq; pro nomine poſita eſt. ⸿ Collocat: apponit.

Vt ſe mutarent: liquidas oraſſe ſorores:
Panaq; cum prenſam ſibi iam ſyringa putaret:
Corpore pro nymphæ calamos tẽuiſſe paluſtres:
Dumq; ibi ſuſpirat: motos in arundine uentos
Effeciſſe ſonum tenuem, ſimilemq; querenti,
Arte noua, uociſq; Deum dulcedine captum:
Hoc mihi conſilium tecum dixiſſe manebit,
Atq; ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.
Talia dicturus uidit cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertaq; lumina ſomno:
Supprimit extemplo uocem, firmatq; ſoporem
Languida permulcens medicata lumina uirga.
Nec mora, falcato nutantem uulnerat enſe,
Qua collo eſt confine caput, ſaxoq; cruentum
Deiicit: & maculat præruptam ſanguine rupem.
Arge iaces: quodq; in tot lumina lumẽ habebas,
Extinctum eſt, centũq; oculos nox occupat una.
Excipit hos: uolucriſq; ſuæ ſaturnia pennis
Collocat, & gemmis caudam ſtellantibus īplet.
Protinus exarſit: nec tempora diſtulit iræ,
Horriferamq; oculis: animoq; obiecit erinnyn,
Pellicis argolicæ: ſtimuloſq; in pectore cæcos
Condidit: & profugam per totum terruit orbẽ.
Vltimus immenſo reſtabas Nile labori,
Quem ſimulac tetigit: poſitiſq; in margine ripæ
Procubuit genibus: reſupinoq; ardua collo,
Quos potuit ſolos tendens ad ſydera uultus,
Et gemitu, & lachrymis, & luctiſono mugitu
Cum Ioue uiſa queri eſt, finemq; orare malorũ.
Coniugis ille ſuæ complexus colla lacertis,
Finiat ut pœnas tandem: rogat: inque futurum
Pone metus, inquit, nunquã tibi cauſa doloris
Hæc erit: & ſtygias iubet hoc audire paludes.
Vt lenita Dea eſt: uultus capit illa priores:
Fitq; quod ante fuit: fugiunt de corpore ſetæ.
Cornua decreſcunt: fit luminis arctior orbis:
Contrahitur rictus: redeunt humeriq; manuſq;
Vngulaq; in quinos dilapſa aſſumitur ungues.

ta. ⸿ Nec tẽpora diſtulit iræ: hoc eſt nec uindictã i aliud diſtulit tp̃s. ⸿ Hor riferã Erinnyn: horrẽdã furiã. Erinyes.n. furiæ di cuntur infernales. ⸿ Pel licis argolicæ: Ious Inachi argiuorũ fluuii filiæ. Ab argis nanq; clariſſima ur be peloponneſi: cuius Rex fuit Inachus: argoli cus declinatur. ⸿ Stimu los cæ. furores occultos. ⸿ Condidit: abſcõdidit. ⸿ Profugam: porro fuga tam. ⸿ Reſtabas Ni. apo ſtrophe ad Nilũ, q fluui⁹ eſt aegypti, a Nilo Rege nominatus: ut Diodorus ait. Nam antea Triton uocabatur: ut ſcribit Her mippus. ⸿ Quem ſimul ac tetigit: ad quem poſtq̃ peruenit. ⸿ Tendẽs ad ſydera uult⁹: tendẽs qui dem in nouis perperam legitur exemplarib⁹: ſed in uetuſtis recte ſcriptũ eſt tollens. ⸿ Luctiſono mugitu: luctum ſonante & referẽte. ⸿ Et ſtygias iubet hoc audire palu des: hoc eſt per paludes ſtygem iurauit: cuius no men Dii fallere non au debantur Virgilius ſcri bit. ⸿ Vt lenita Dea eſt: poſtq̃ Iuno fuit mitigata. ⸿ Fitq; quod ante fuit: hoc eſt humanæ reſtitui tur figuræ. ⸿ Fugiunt: celeriter cadunt. ⸿ Setæ: pili duriores. ⸿ Decre ſcunt: diminuunt. ⸿ Fit luminis arctior orbis: hoc eſt oculorum orbes ſtrictiores fiunt. ⸿ Con trahitur rictus: os dimi nuitur. ⸿ Redeunt hu meriq; manuſq;: hoc eſt armi i humeros: pedeſq; anteriores in manus con

Arge

Setæ

Io i pr. ſtinam figurã

Pauo ⸿ Suæ uo. pen. Periphraſis eſt pauonis. Nam pa uones ſub tutela Iunonis eſſe dicuntur. ⸿ Stellantib⁹: More ſtellarum fulgentibus.

Fabulæ xiii. primi libri argumẽtum.

LActã tius ¶ PROtin⁹ exarſit &c. Io ſupradicta cũ furiis exagi tata orbem terraq; percurriſſet, nouiſſime in Aegyptũ delata: ac placata Iunõe a Ioue in priſtinã figurã reuer

uerſi fuerunt. Qui nanq; in aliis animalibus armi: in homine humeri uocantur: ut Plini⁹ ait. ⸿ Vngula di lapſa: diuiſa. ⸿ In quinos ungues: inter unguem & un gulam differentia ſignatur. Vngula nãq; eſt aut ſolida ut equorũ: aut bifida: ut boum. Vngues uero ſunt multi fidi: ut hominũ & leonum. Neq;.n. ungues hominũ ſunt tantũ (ut imperiti putant) ſed aliorum quoq; animaliũ.

Arma Humeri

Vnguis Vngula

De boue nil ſupereſt:formæ niſi candor in illa,
Officioq; pedum nymphe contenta doorum
Erigitur:metuitq; loqui:ne more iuuencæ
Mugiat:& timide uerba intermiſſa retemptat.
Nunc Dea linigera colitur celeberrima turba.
Hinc Epaphos magni genitos de ſemine tandē
Creditur eſſe Iouis:perq; urbes iuncta parenti
Templa tenet,fuit huic animis æqualis,& annis
Sole ſatos Phaethō,quē quōdā magna loquētē,
Nec ſibi cedentem, phœboq; parente ſuperbū
Non tulit Inachides:matriq; ait omnia demens
Credis:& es tumidus genitoris imagine falſi.
Erubuit phaethon:iramq; pudore repreſſit:
Et tulit ad Clymenen epaphi conuicia matrem.
Quoq; magis doleas genitrix ait,en ego liber
Ille ferox,tacui,pudet hæc opprobria nobis
Et dici potuiſſe,& non potuiſſe refelli.
At tu,ſi modo ſum cæleſti ſtirpe creatus:
Ede notam tanti generis:meq; aſſere cælo,
Dixit & implicuit materno brachia collo.
Perq; ſuum:Meropiſque caput:tædaſque ſororū
Traderet:orauit ueri ſibi ſigna parentis.
Ambiguū ē Clymene precib⁹ phaethōtis, an ira
Mora magis dicti ſibi criminis,utraque cælo
Brachia porrexit,ſpectanſque ad lūina Solis
Per iubar hoc inquit radiis inſigne coruſcis

RAph. ¶ De boue nil ſupeſt:ſ. figura bouis nō reſtat. ¶ Nymphe:Io nympha Inachi filia. Eſt enim nominatiui caſus nymphe:eoq; ſine diphthōgo ē ſcribēdū. ¶ Et timide uerba intermiſſa retemptat:hoc eſt cum timore iterum loqui cōatur. ¶ Verba itermiſſa:uerba diu omiſſa. Nā intermittere eſt ad tēpus omittere atq; deponere. ¶ Retemptat:iterum temptat,

Inter mittere

experiturq; an loqui poſſit. ¶ Nunc dea:nunc enim quit Io pro Dea Iſide colitur ab Aegyptiis lineas ueſtes geſtantibus. Iſidis nāq; ſacerdotes lineis ueſtibus utebantur. Iſidem

Iſidis ſacerdotes

uero Aegyptii (ut tradit Diodorus) Lunā eſſe putātur Oſiridem Solem:interpretariq; antiq̄:ſum pro nomine ab æterno & antiquo illius ortu. Addunt illi cornua propter aſpectum:ſic enim uidetur:quo tempore primis diebus apparent:ſ. quia bos illi ab Aegyptiis ſacrificatur. Quidam autē Iſidem Iouis Aegypti regis filiaſ fuiſſe:eandemq; cum Cerere eſſe:quæ ab Oſiride fratre uxor accepta:multa contulerit ad uſum uitæ humanæ. Prima enim triticum & hordeum:quæ prius incognita hominibus caſo inter cæteras herbas oriebantur:inueniſſe fertur. Leges quoq; Iſidem ſtatuiſſe ferunt:quibus Iuſtitia æq; omnibus ſeruaretur ui atq; iniuria timore pœnæ ſublatis. Hac de cauſa priſci græci Iſidem legiferam appellarunt:tanq̄ primam legum inuētricē. Oſiride autem marito interfecto iuraſſe dicitur Iſis ſe nulli alii nupturam:ac iuſto deinceps imperio regnaſſe:beneficiiſq; in populos oēs alios reges ſuperaſſe. ac poſt obitū:Deorū honores conſecutā:& in Vulcani tēplo apud Memphim ſepultam fuiſſe. Aſſerunt autem Aegyptii:id qd̄ fere poetæ omnes teſtantur. Iſidem plurima inueniſſe ad morbos medicamenta:medicæq; arti multū contuliſſe:ac in Deorum quoq; numerum relatam gaudere hominum cultu:itq; eorum ualitudine præcipue uerſari:quinetiam in ſomnis palam iis opitulari:quos cenſuerit dignos. Et qui illius monitis obtemperēt:p̄ter opinionem curari:etiam quorum medici ſalutē deſperarint. Viſu quoq; aut alia quapiā corporis parte debiles illius Deæ numen implorantes in priſtinam reſtitui ualitudinem. Signa uero horum eſſe dicunt:nō græcas fabellas:ſed opera. Per totum nanq; terrarū orbē Iſidem coli propter manifeſtas illius morborum curationes. Hæc & multo plura de Iſide Diodor⁹. Cæterū Ouidius græcorum figmēta ſectatur. ¶ Hinc Epaph⁹:t Epaphi ac phaethontis iurgia iddrco deſcribit poeta: ut commodius & librum ſecundum cum primo:& mutationem ſororum phaethontis ipſius in populos cum

Phaetōtis epaphique certamē

ſuperiore transformatione connectat. Epaphus enim Iouis & Ius filius in altercatione phaethontem non eē Apollinis filium dixit:qua contumelia phaethō idignatus Clymenen matrem rogauit:ut ſibi uerum oſtenderet genitorem. Illa Apollinem eē aſſeuerauit:utq; ſe ad Apollinis regiam conferret.ac ab ipſo ſciſcitaretur:exhortata eſt. Eo cum ueniſſet phaethō:accepit ſe Apollinis filium eſſe:ta quo hortatus:ut quicquid uellet peteret:ſe enim nihil negaturum:impetrauit a patre:ut Solis currum unum diem regeret. Cū uero non terras mō:ſed cælum quoq; impetitus equos Solis gubernandi cōbureret:Iouis fulmine in padum fluuium præcipitatus eſt. Huius uero ſorores cum finē lachrymis non imponerēt:deorum miſeratione in populos arbores:earūq; lachrymæ in electrū uerſæ feruntur. ¶ Hinc epaphus:ex hoc inquit Epaphus Iouis filius eſſe creditur:quod Io mater eius ab Aegyptiis tāq̄ Dea colebat. ¶ Phaethon:Apollinis & Clymenes nymphæ fuiſſe filius dicitur. Vnde & ſplendens interpretatur φαέθων. Eſt etiā Solis epithetō apud Homerū in.y. Iliados ηλιος φαέθων. Eſt autem nomē triſyllabum:non biſyllabum(ut quidam putāt) præcipientes cū æ diphthongo eſſe ſcribendum. ¶ Non tulit Inachides:Epaphus Inachi nepos. ¶ Et tulit ad Clymenen matrem:Clymene nympha fuiſſe fert Oceani & Tethyos filia ex qua apollo ſuſtulit phaethontem. ¶ En ego liber ille ferox:indignatur phaethon:q cum alias & liber & ferox in reſpondendo eſſe conſueuerit:nihil tunc Epaphi conuitiis reſponderit. Et particula eſt indignātium propria. ¶ Refelli:confutari. ¶ Ede notā:oſtēde ſignū. ¶ Meq; aſſere cęlo:hoc eſt me tua defenſiōe cælo aſcribe:me defende ac præſta Deū eē. ¶ Et implicuit:intecit. ¶ Meropiſq; caput,per uitam Meropis uiri:nā clymene poſt phaethontem ex apolline ſuſceptum Meropi nupſit:Meropes ſane homines ab Homero dicuntur a uocis diuerſitate:μερίζω nāq; diuido.ὄψ uox:dicitur:ſiue quo diſtinctam habeant uocem a uocibus brutorū animalium:Meropes etiam ſunt aues apibus infeſtæ:unde etiam Apiaſtræ uocantur:q apes comedant. Vii.in Geor. Meropes:aliæq; uolucres. ¶ Tędaſq; ſororū:nuptias ſuarum ſororū:quas matri curæ eſſe ſciebat. ¶ Dicti criminis:obiecti criminis. ¶ Per iubar hoc:per hunc Solis ſplendorem. Nam Iubar proprie ſignificat luciferum ſtellam:q iubas lucis effundat. Virg. Iā pariis iubare exorto delecta iuuentus. A lucifero autē omnis ſplēdor iubar appellatur. Sol autem dictus eſt(ut Ciceroni placet)q

Phaethō
Clymene
Merops Meropes
Iubar Sol

placet) q̄ unus ſit & non plures: quodq; tantam clarita
tem ſolus obtineat. ⁋ Inſigne: ornatũ: clarum. Vnde inſi
Inſigne gnia dicuntur ſigna & ornamẽta uirtute adepta. ⁋ Ra
Inſignia diis coruſcis: fulgentibus: micantibus. Radius autem
Radius non ſolum fulgor micans dicitur: ſed uirga quoq; qua
Geometræ lineas deſignant. Virgilius. Deſcripſit ra
dio totũq; gẽtibus orbẽ.

Eſt etiã inſtrumentũ tex
torũ. Virgi. Excuſſi mani
bus radii. eſt & inſtrumẽ
tũ: quo mẽſuræ æquant:
quod etiã boſtoriũ dicit.
Plau. Dii deæq; oẽs tãtã
uobis lætiaã: tot gaudia
ſine radio cumuletis. Eſt
etiã radius oliuæ genus
oblongæ: de qua Virgil.
Nec pingues unam in fa
ciem naſcuntur oliuę, Or
caeſes & radii & amara
pãſia bacca. Rotæ quoq;
radios habere dicuntur.

Nate tibi ioro, quod nos audiſq;: uideſq;,
Hoc te, quem ſpectas: hoc te, qui temperat orbẽ:
Sole ſatum, ſi ficta loquor: neget ipſe uidendum
Se mihi: ſitq; oculis lux iſta nouiſſima noſtris.
Nec longus patrios labor eſt tibi noſſe penates:
Vnde oritur terræ domus ẽ contermina noſtræ:
Si modo fert anim⁹, gradere: & ſcitabere ab ipſo.
Emicat extemplo lætus poſt talia matris
Dicta ſuę phaethon: & concipit æthera mente.
Aethiopaſq; ſuos, poſitoſq; ſub ignibus Indos,
Sydereis tranſit: patrioſq; adit impiger ortus.

RAph. ⁋ Quod nos auditque uidetq;: hoc ex ſnia Homeri di
ctũ eſſe uidetur. Nã ut ſcribit Plinius. Sol fert medius
planetarũ ampliſſima magnitudine: ac poteſtate: nec tẽ
porũ mõ terrarũq;: ſed ſyderũ etiam ipſorum cœliq; re
ctor. Hunc mundi eſſe totius animum ac planius men
tem. Hunc principale naturæ regimen: ac numẽ credere
re decet opera eius æſtimantes. Hic lucem rebus mini
ſtrat: auferq; tenebras. Hic reliqua ſydera occultat. hic
uices tempoꝝ: annumq; ſemper renaſcẽtẽ ex uſu natu
ræ temperat. Hic cœli triſticiam diſcutit: atq; etiã nubi
la humani animi ſerenat. Hic ſuum lumẽ cæteris quoq;
ſyderibus fœnerat. præclarus. eximius. omnia intuẽs.
omnia etiam exaudiens: ut principi literarum Homero
placuiſſe in uno eo uideo. ⁋ Temperat: regit ac guber
Tẽpe nat: nam Solis calore omnia temperãtur. ⁋ Si ficta lo
rare quor: hoc eſt ſi mentior: & falſa dico. Omne enim fictũ
Falſum falſum eſt. Fictum eſt enim quod nõ eſt factum: ſed fie
Fictum ri potuit: falſum autem uanum & fictum differunt: ut
Vanũ ſcribit Donatus. Nam falſum eſt fictum mendacium ſi
mile ueritati. Vanum nec poſſibile: nec uériſimile. Fictũ
totum ſine uero: ſed ueriſimile. Falſum loqui mẽdacis
eſt. Fictum callidi. Vanum ſtulti. Falſuz loqui culpæ ẽ.
Fictum uirtutis. Vanuz uecordiæ. Falſis decipimur. Fi
ctis delectamur. Vana contemnimus. ⁋ Neget ipſe ui
dendum Se mihi: aſpiciendum. Optat autem clymene
ut moriatur: ſi mentitur phaethonti. ⁋ Sitq; lux iſta no
uiſſima: hoc lumen Solis ultimum ſit mihi. ⁋ Nec lõgus
patrios. nec longo inquit tibi labore opus eſt: ut cogno
ſcas: & uideas patris tui domum. ⁋ Noſſe: cognoſcendi.
Eſt enim conſtructio græca: nam græci infinitis pro ge
rũdiis utũtur. ⁋ Patrios penates: patris tui ædes. ⁋ Cõ
termina: cõfinis. ⁋ Noſtræ terræ: Aethiopię. Aethiopia
nãq; Indiæ: unde Sol oriri uidetur: finitima ẽ. ⁋ Si mo
do fert animus: hoc eſt ſi modo ad hoc te inclinat ani
mus, ut eas ad patris ædes uidendas. ⁋ Et ſcitaberẽ: in
Scitari ueſtigabis. Scitari nanq; eſt rogare ut ſciamus. ⁋ Emi

catexit. ⁋ Et cõcipit æthera mente: hoc eſt omnia ma
gna ſibi promittit. Nam ætherem quoq; ſe pertranſire
poſſe ſperabat. ⁋ Aethiopaſq; ſuos: e quibus phaethõ
erat unus. Aethiopes autem ab Aethiope Vulcani filio Aethio
qui Aethiopiã a nomine ſuo appellauit: ut in. vi. narrat pes
Plinius, fuere cognominati: quãuis alii qđ uſtam habeãt
faciẽ putẽt dictos [illegible]
[illegible]: quod eſt uro &
[illegible] facies. ⁋ Sub
ignibus ſydereis: ſub fer
uoribus Solis. Indi uero
populi ſunt orientis ab In Indi
do fluuio cognominati.

P. Ouidii Naſonis liber
primus explicit.

⁋ Magiſter Petr⁹ Lau
rinus lectori Salutem.

HActenus (ad dilu
uium uſque) in
Oui. Methamorphoſin & declamando & ea quæ de LAVI.
clamatorem decent: hoc quadragenarii ieiunii tempore
apud Viennam exercendo: enarratiunculas noſtras cõ
tinuare potui. Nunc inſtantibus paſchalibus ſolemnis
tantis undiq; agitatus ſum occupationibus: ut uix mihi
ſuperſit reſpirandi tempus. Feſtinantibus autem ad li
bri complementum impreſſoribus: cum eorum itentio
nem cognouiſſem, ſiquidem potius ſuæ q̄ reipublicæ
utilitati cõſulere uolentes. nõnullos codices meos quos
eis legẽdos, ea lege ut ad me redirẽt priuſq̄ imprimerẽ
tur, publicarunt: eos igitur emendandi fuit mihi dene
gata facultas Inter enim declamandum quæ tumultu
arie nocturnis uigiliis excerpſeram, imprimer curaui ſit.
Si tamen unquam ad man⁹ noſtras Methamorphoſis
Ouidii redierit: de integro opus renouantes ad finem
uſque Deo uolente deducemus.

Vale.

Fabulæ primæ ſecundi libri argumentum.

⁋ Regia Solis erat &c. Clymene Oceani & Tethyos
filia: cum phaethontem ex Sole conceptum genuiſſet: LAct
& in adultam perduxiſſet ætatem: monuit patrem ut tius
cognoſceret. Qui infeliciter progreſſus ad orientez So
lem peruenit, agnituſque eſt ab eo connubii indicio, ac
cenſuſq; agitandi currus amore, quem quatuor equi,
pyrous: Eous, Aethon, ac phlegon per orbem aſſueue
rant trahere, diu uero petitum currum accepit, & a mi
niſtris horis iunctum conſcendit. Monitis itaq; inſtru
ctus patris per iter ignotum cum equis obniti nequiſ
ſet, equi ignoto agitatore, conterriti mundi pronam
partem petierunt. Quamobrem cum cuncta morta
lium ardore ſubito proflagrantia incenderentur, a Ioue
que opẽ implorantes peterent, ne orbis terrarum cõfla
graret, phaethon fulmine ictus, & in terram præcipita
tus eſt, atq; ita liberati equi uinculis, agnito iuncẽ ad ſu
am ſtationem reuerſi ſunt.

RAHAELIS Regii in ſecundum Methamorphoſeos Ouidii librum enarrationes,



P. Ouidii Naſo, Methamorpho. Liber ſecūd⁹.

Regia Solis erat ſublimibus alta columnis:
Clara micante auro: flāmaſq; imitāte Pyropo:
Cuius ebur nitidum faſtigia ſumma tegebat:
Argenti bifores radiebāt lumine ualuæ:
Materiā ſuperabat opus nam Mulciber illic
Aequora cælarat medias cingentia terras:
Terrarumq; orbem: cælumq; quod īminet orbi.
Cæruleos habet unda Deos: Tritona canorum,
Protheaque ambiguū: balenarumque premētē
Aegæona ſuis immania terga lacertis:
Doridaq;: & natas: quarum pars nare uidetur.
Pars in mole ſedens uirides ſiccare capillos:
Piſce uehi quædam: facies nō omnibus una:
Non diuerſa tamen: qualem decet eē ſororũ.
Terra uiros. urbeſque gerit: ſiluaſque, feraſque,
Fluminaq;, & nymphas, & cætera numina ruris.
Hæc ſuper impoſita eſt cæli fulgentis imago,
Signaque ſex forib⁹ dextris, totidēque ſiniſtris.
Quo ſimul accliuo Clymeneia limite proles
Venit: & intrauit dubitati tecta parentis:
Protinus ad patrios ſua fert ueſtigia uultus:
Conſiſtitque pcul (neque enī propiora ferebat

[RAph.] Regia ſolis erat. Secūdū librũ auſpicatur Ouidi⁹ a deſcriptiōe ędiū Solis: ad q̄s peruenerat phaethō a Clymene mr̄e exhortatus: ut ipſum rogaret apollinē: an ſibi pater eſſet. Cōcinne igit̄ huius libri initium cum prioris fine cōnectit. Videtur autem Ouid. regiam Solis deſcribere ad imitationem palatii Romani uel capitolii. Nā magnificentiſſimũ quodq; in hac deſcriptione ædificium mēte cōcepit. [Regia] ¶ Regia: domus regis quę baſilica cœpta eſt dici. ¶ Clara: lucida: illuſtris. ¶ Micante: ſplendēte. ¶ Pyropo: [Pyrop⁹] pyropus uſ is eſſe lapillus: quē nos carbunculum appellamus. Pyropus nanq; dr̄ q̄ ignis habeat aſpectũ: πυρ nanq; ignē: ωψ aſpectũ græci dicũt. ¶ Cuius ebur nitidū: ſplēdidum. Tecta āt regiæ Solis eburnea fuiſſe ait: & fores argenteas. [Regiæ Solis deſcriptio] ¶ Bifores ualuæ: duplices. Valuæ aũt dictæ ſũt [Valuæ] qd in ſe uoluant. ¶ Materiā ſupabat opus: p̄cioſiſſimæ materię p̄cioſior ars fuit adhibita. In ualuis nanq; argenteis quatuor elemēta cũ aīalibus ſuis a Vulcāo fuerāt ſculpta. Vr̄ āt Oui. Homerũ imitari in achillis clypei a Vulcano fabricati deſcriptione. ¶ Mulciber: [Mulciber] Vulcanus a molliēdo ferro dictus eſt Mulciber. Nam mulcere eſt mollire ut pōpe. ſcribit. ¶ Cælarat: ſculpſerat. ¶ Aequora cingētia terra: amphitriſis eſt Oceani. [Cęlare] ¶ Cęliq; aerē q terrarũ orbē cōplectit. ¶ Tritona canorũ: [Triton] Tritō (ut iā diximus) tubicē eſt Neptuni: cuius & Salaciæ nymphæ filius eſſe fert: ſic dictus: q primũ i Tritōide Libyæ palude uiſus eē dicatur. Triton ēt fluuius eſt Libyæ maximus: ut ſcribit Herodo. Tritonidē paludē efficiēs. ¶ Protheaq; [Prothe⁹] ambiguũ: protheus Deꝰ eſt marinus: paſtor pecorũ Neptuni: q ideirco ambiguus dr̄: q in uarias figuras ſe commutare ſingat: ut difficile uideat qd ſit agnoſcere. Mō nāq; fit urſus: modo Leo, mō aqua, mō ignis. Vñ Hora. Quo teneā uultus mutātē prothea nodo. ¶ Immania terga balenarũ: maxima. Balenæ āt belluæ: ſunt marinæ maximæq; & cetæ dn̄r & piſtrices [Balena] ut Sextus ait. ¶ Suis lacertis: brachiis. Nā Aegeō centũ brachia fingit̄ habuiſſe. ¶ Aegæōa: Aegæō gigas fuit: [Aegæō] ut fert. Hæſio. Cæli & Terræ filius. Eumelus āt in Titanomachia ait Aegæonē Terrę & pōti filiũ fuiſſe: in mariq; hitaſſe, ac inde Titanibus opem tuliſſe. Quā opinionē hoc loco Ouidi. ſequit̄. Alii putāt aegæonē belluā eſſe marinā. Tarræus autē inquit illũ fuiſſe gigantē: fugiſſeq; ex Euboea: ac in phrygiā peruenīſſe: ibiq; mortuũ eſſe. Conō uero in Heraculea fert. Aegæonem a Neptūo fuiſſe deuictũ, in mariq; ſubmerſum. Briareus āt & Aegęon & Gigen idē eſſe fert. Homerus ſaue eūdē eē Briareũ & Aegæona in p̄rio Iliados ait, ſed Briareũ a Diis, Aegæona ab hoibus dici: centimanũq; eſſe ſcribit. Ab Aegæone do mar̄ Aegæũ qdā aiũt fuiſſe cognomiatũ. ¶ Doridaq; & na. [Doris] Doris nympha fuit Oceāi & Tethyos filia, ac nerei uxor, ex q̄ maxia nympharũ multitudo ē nata. Doris iterdū p̄ ip̄o ponit̄ mari. Vir. Doris amara ſuā nō intermiſceat undā. ¶ Pars in mole: i magno aliquo ſcopulo. ¶ Terra uiros, ita inquit terra erat ſculpta: ut & urbes & flumina & ſiluæ & nymphæ & feræ et ineſſe uiderent̄. ¶ Signaq; ſex, zodiac⁹ quoq; circulus ita erat ſculptus: ut ſex ſigna in dextris: totidēq; in ſiniſtris conſpicerent̄. ¶ Quo ſimul acclituo Venit, ad quā regiā inquit cum per arduum limitē phaethon aſcendiſſet, ꝓprimũ ſe contulit ad patrē. ¶ Simul, poſtquā. ¶ Dubitati parentis, de quo dubitabat. ¶ Protinus ad pr̄ios, ꝓprimũ in cōſpectũ pr̄is fuit. ¶ Accliuo limite: arduo. Regiā. n. Solis in editiore loco eē ueriſimile uſ. ¶ Neque. n. ꝓpiora ferebat lumina, rō eſt cām cōtinēs cur ꝓpius nō accederet. Neq;. n. inquit ferre poterat ſplēdorē Solis ꝓpingorē

¶ Purpurea

Lumina) purpurea uelatos ueſte ſedebat
In ſolio phœbus claris lucente ſmaragdis.
A dextra, leuaq; dies, & menſis, & annus,
Seculaq;: & poſitæ ſpatiis æqualibus horæ.
Verq; nouum ſtabat cinctum florente corona.
Stabat nuda Aeſtas: & ſpicea ſerta gerebat,
Stabat & autumnus calcatis ſordidus uuis,
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos:
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenem, quibus aſpicit omnia, uidit,
Quæq; uiæ tibi cauſa? quid hac ait arce petiſti
Progenies phaethon haud inficianda parenti?
Ille refert. o lux immenſi publica mundi
Phœbe pater, ſi das uſum mihi nominis huius,
Nec falſa Clymene culpam ſub imagine celat:
Pignora da genitor, per quæ tua uera propago
Credar, & hunc animis errorem detrahe noſtris,
Dixerat, at genitor circum caput omne micātes
Depoſuit radios, propiuſq; accedere iuſſit.
Amplexuq; dato: nec tu meus eſſe negari
Dignus es: & Clymene ueros ait edidit ortus.
Quoq; minus dubites: qd' uis, pete mun⁹: & illd'
Me tribuente feres: promiſſi teſtis adeſto
Diis iuranda palus oculis incognita noſtris,
Vix bene deſierat, currus petit ille paternos,
Inq; diem alipedum ius: & moderamen equorū.
Pœnituit iuraſſe patrem, qui terq;: quaterq;
Concutiens illuſtre caput, temeraria dixit
Vox mea facta tua eſt, utinam promiſſa liceret
Non dare: confiteor: ſolum hoc tibi nate negarē.
Diſſuadere licet. non eſt tua tuta uoluntas.
Magna petis phaethon, & quæ non uiribus iſtis
Munera conueniunt: nec tam puerilibus annis.
Sors tua mortalis, non eſt mortale, quod optas,
Plus etiam? q̄ quod ſuperis contingere fas eſt:
Neſcius affectas, placeat ſibi quiſq; licebit:
Non tamen ignifero quiſq̄ cōſiſtere i axe
Me ualet excepto: uaſti quoq; rector olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra,

RAph. ❡ Purpurea uelatus: & habitū apollinis & ſoliū deſcri
bit ita pſpicue: ut nulla expoſitio ſit adhibēda: cū ſplen
dore Solis oia lucida ſint & apta: neq; ullo alio lumine
Solium indigere uideanť. ❡ In ſolio: ſoliu3 dicitur quaſi ſolidū
Smarag q ex uno ligno cōficeret. Eſt autem Solium proprie re
dus gum ſedes. ❡ Claris ſmaragdis, ſmaragd⁹ gēma ē uiri
dis clare ſplendens. ❡ A
dextra, leuaq; dies: comi
tes, aſſeſſoreſq; Solis de
ſcribit: qui ipſum nūquã
relinquūt r. Sol. n. & diei
& menſis & anni & om
nium tēporū eſt auctor.
Seculū ❡ Seculaq;: ſeculum ſpa
ciū dr̄ annoꝝ cētū. ❡ Et
poſitæ ſpatiis æqualibus
horæ: hora interdū q̄rtā
Hora partē anni ſignificat: quo
qdē mō quatuor ſunt an
ni horæ: quas etiā poeta
deſcribit. Interdum diei
partē duodecimā. Sunt
enim duodecim diei ho
ræ æqualiter a ſe inuicem
diſtantes. Dicta eſt autē
hora: uel παρα το ωρας
quod eſt cuſtodio: q pro
priū tēpus diligēter cuſto
diat: uel παρα το οριζειν
ſpatia ipſa diffiniat: uel
ab Horo (ut ait Macro
bius) q lingua Aegyptio
rum Sol dr̄. Hora quoq;
apud græcos pulchritu
dinem ſignificat. Vnde
ωραιος dr̄ pulcher: Horę
et ſunt deæ cœli ianuam
cuſtodientes: ut Home
rus canit. Hora quoq; eſt
dea Quirini coniunx: q̄
(ut i quartodecimo poe
ta canit) una cum illo co
lit. ❡ Verq; nouū ſtabat:
Quatu quatuor anni partes ita
or anni deſcribit: ut ſingulis ſuã
partes attribuat pprietatē. Ve
re nanq; oriunť flores. ex
quibus coronæ confici
untur. aeſtas nuda pingi
tur propter eſtū: quo fru
menta matureſcunt. Au
tumno uidemia aſſigna
tur. Hyems frigoribus
glacieq; infeſtatur. ❡ Spi
cea ſerta: coronas ſpice
Sertum as. Sertum. n. corona dr̄
a ſerendis floribus appel
latum. ❡ Haud inficia n
da: neganda. Nam infi
Inficiari ciari & inficias ire negare eſt. Vnde coniecturalis ſta
tus a quibuſdā inficialis dicť: q in eo factū negatur. ❡ Il
le refert: rñdet. ❡ Vſū huius nois: ut tua pgenies dicar.
❡ Pignora da: ſigna & documēta pſta. ❡ Detrahe: de
me: eripe. ❡ Hūc errorē, hāc dubitationē. ❡ Edidit: di
xit. aſſeruit, uulgauit. ❡ Veros ort⁹: uerā originē: ex me
nanq; uere es ortus. ❡ Quoq; minus dubites: ac ut mi
nus inqt de hac re dubites: pete quicqd uis & habebis.
Diis iurāda palus: Styx palus ē iferorū p quã Dii iura
Styx re timēt, ut Vir. inqt: απο του στυγους: hoc eſt a mœrore
dicta. Fuiſſe āt filia Oceāi & Tethyos ab Heſiodo ſcri
bit: quę a palläte Gigante cōpreſſa Victoriā peperit: q̄
ga in bello Gigāteo a Io
ue ſtetit: illi gr̄am referēs
cōceſſit: ne cui Deoꝝ per
matrē ipſius peierare li
ceret: ac ſiqs peieraſſet: p
cētū annos diuinitate pri
uaret. ❡ Oculis icognita
nr̄is: ſorte hoc a naturali
ſumpſit rōne. Nã ſtyx tri
ſtitia eſt: q̄ lętitiæ: q̄ ſp dii
fruunť: contraria eſt: Fie
ri autem non poteſt: ut
qui ſemper læti ſunt ac
propterea imortales: tri
ſtitiam ſentiāt. ❡ Vix be
ne finierat: temerarium
ac ferocē, nimiumq; in cu
piditatibus ardentem in
nuit fuiſſe phaethōtem.
❡ Inq; diem: per unū
diem. ❡ Ius & modera
men: poteſtatem & regi
Aliſpe men. ❡ Alipedum: alas i
des pedibus hñtiū: hoc eſt ue
lociſſimoꝝ. ❡ Terq; q̄
terq; Cōcutiens: ſæpius.
Cōcuſſio aūt capitis hic
pœnitētiam: alibi ſignifi
cat indignationē. ❡ Te
meraria dixit: mea inquit
pmiſſa temeraria incon
ſultaq; ſunt facta pp tuã
petitionē: nūq̄. n. tibi me
oia conceſſuꝝ: q̄ petiiſſes
pollicitus eſſem: ſi putaſ
ſem te talia petiturum.
❡ Tua uoce: eſt ablatiui
caſus: hoc eſt pp tuam po
ſtulationē. ❡ Vtinā pro
miſſa liceret: utinā inquit
poſſem tibi pmiſſa nega
re. ❡ Viribus iſtis: exigu
is & mortalibus. ❡ Sors
tua: conditio tua. ❡ Non
eſt mortale: currus nanq;
Solis eſt incorruptibilis.
Ab impoſſibili aūt & dif
ficili diſſuadet phœbus.
❡ Plus etiā q̄ qd ſuperis
hoc ē plus ē cupis q̄ diis
ipſis adipiſci cōcedatur.
❡ Affectas: cum affectu Affe
quodā uehementi appe ctas
tis. ❡ Placeat ſibi quiſque licebit: quãuis inqt unuſqſq;
Deorum multū ſibi arroget: me tñ excepto: nullus eoꝝ
in Solis curru cōmode poterit cōſiſtere: ne ipſe qdē iup
piter: quo nihil maius: nihilq; potentius habeť. ❡ Igni
fero in axe: in curru ignē & Solē ferente. Axis autem li Axis
gnum eſt illud circa quod rotæ currus uertuntur.

Non aget hos currus,& quid Ioue maius habet?
Ardua prima uia eſt:& qua uix mane recentes
Enituntur equi :medio eſt altiſſima cælo:
Vnde mare & terras ipſi mihi ſæpe uidere
Fit timor,& pauida trepidat formidine pectus.
Vltima prona uia eſt:& eget moderamine certo.
Tunc etiam quæ me ſubiectis excipit undis:
Ne ferar in præceps:Tethys ſolet ipſa uereri.
Adde quod aſſidua rapitur uertigine cælum:
Syderaq̃ alta trahit:celeriq̃ uolumine torquet:
Nitor in aduerſum:nec me:qui cætera:uincit
Impetus:& rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currus:quid ages?poteris ne rotatis
Obuius ire polis:ne te citus auferat axis?
Forſitan & lucos illic,urbeſq̃ Deorum
Concipias animo:delubraq̃ ditia donis
Eſſe:per inſidias iter eſt,formaſq̃ ferarum.
Vtq̃ uiam teneas,nulloq̃ errore traharis:
Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri:
Aemonioſq̃ arcus,uiolentiq̃ ora leonis,
Sæuaq̃ circuitu curuantem brachia longo
Scorpion,atq̃ aliter curuantem brachia cancrũ.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,
Quos in pectore habẽt:quos ore:& naribus efflãt:

R Aph. ❧ Et quid Ioue maius habet?ac ſi dicat nihil. ❡ Ardua prima uia eſt:cauſas enumerat. quibus oſtendit difficillimã eſſe currus Solis gubernationẽ. ❡ Recẽtes:inſtau/
Recens rati:integri uiribus:ut qui per noctem quieuerunt.ſecũdum uulgi aũt loquit opinioneꝫ:qui putat Solis equos ipſumq̃ ſolẽ noctu quieſcere. ❡ Pauida formidine:ab effectu ꝙ pauidos timidoſq̃ reddat. ❡ Moderamine:regimine ac tẽperamento. ❡ Tunc etiã quæ me:hoc quoque loco uulgi ſequitur opinionẽ.Longe nãq̃ ab Oceano ſemper eſt ſol:nec nunquam mergitur: quãuis uulgo uideatur. Tethys
Tethys autem Oceani eſt uxor: quæ Solem occidentem excipere uidetur . Dicta eſt autem Tethys:quod ſit τιθὴ & nutrix cũ aliorum:tum Deorum. Eſt enim domina humiditatis qua omnia aluntur.
❡ Aſſidua uertigine:re/
Vertigo uolutione & cõuerſione. ❡ Torquet : conuertit. Sydera nãq̃ fixa una cũ cœlo uertuntur .Planetæ uero contra cœli motum nituntur.Vnde infert. ❡ Nitor in aduerſum:cœlum nanq̃ ab oriente in occidentem uoluitur : ſecumq̃ trahit & Solem & reliquos planetas.Sol uero una cum aliis planetis ſuo ac naturali motu contra cœli conuerſionem nititur:Hoc eſt cum quodam niſu & conatu mouetur. ❡ Nec me qui cætera uincit Impetus:nec impetus inquit & rapidiſſima cæli rotatio:quæ omnia ſecum alta trahit:me poteſt inhibere:quo minus meum naturalem motum perficiaꝫ.Sed hoc minus uerum eſſe uidet̃.Nã alii planetæ contra mũdi rotationem nituntur:ut diximus.Cur ergo Apollo ſe ſolũ ait ab impetu cœli non ſuperari.An & ad deterrẽdum a propoſito ſuo phaethontem:& quia alii planetæ cum retrogradi ſunt nihil contra mundum nituntur. Quamuis autem Luna nũquam retrocedere cogatur: interdum tamen citius:interdum tardius mouetur.Sol uero ſemper æquali motu ferri uidetur : eoq̃ ſe ſolũ a cæli rotatione non ſuperari gloriat̃. ❡ Rapido orbi:cæ lo ueloci.Signa nanq̃ zodiaci Sol pertranſit mũdo cõtrarius. ❡ Poteris ne rotatis Obuius ire polis:hoc ẽ poteris ne ſic reſiſtere rotationi ac celerrimæ conuerſioni:quæ fit circa polos:ne ab ipſa ſecum traharis:ſed ut ei contrarius pergas? Sunt autem duo poli in cœlo:circa quos mundus uertitur.Vnde & poli dicti ſunt παρὰ τὸ πολεῖν & a uertẽdo:q̃ circum illos uertitur cœlũ. ❡ Ne te citus auferat axis:ne uertice & polo rapidiſſimo impar ſic ab ipſo auferaris ſecum:ut ne tui quidem cõpos ſis futurus. ❡ Forſitan & lucos illic:fortaſſis inquit tibi perſuades illic eſſe & urbes & Deoruꝫ templa:ſed horum nihil eſt:iter q̃ tibi eſt faciendũ per inſidias,ac ferarum figuras. ❡ Vtq̃ uiam teneas:hoc eſt ut concedam te uiã tenere ac ſcire:nullumq̃ in errorem caſuruꝫ:te tamẽ per tauri cornua ire oportebit. ❡ Per cornua aduerſi tauri:oppoſiti.nam uerſus orientem ſpectat. Taurus Taurus
autẽ inter aſtra dicitur conſtitutus:ꝙ Europam incolumẽ ex phœnicia tranſuexit in Cretaꝫ:ut Euripides ait.
❡ Aemonioſq̃ arcus:ſagittarium.Chiron.n.Saturni in Chiron
equum mutati ex Phylira filius Theſſalus Hippocentaurus:qui Aeſculapium Achillẽq̃ educauit in ſydera fuit tranſlatus:Quidam tamen (ut inquit Iginus)hac de cauſa Chironem eẽ negauerunt:ꝙ nemo Centaurus ſagittis ſit uſus. Eſt autẽ equinis cruribus deformatus,caudamq̃ Satyri habet,ſcribunt uero quidam hunc eſſe crotum nomine Euphemes muſarum nutricis filium,eũque in monte Helicone habitaſſe una cum muſis ſtudioq̃ uenatiõis ſuiſſe delectatum.Muſas autẽ ab Ioue petiiſſe,ut in cœlum referretur.Iouem ei crura equina feciſſe :ꝙ equo multum uſus fore:t ſagittas pro ingenio adiunxiſſe:Caudam Satyri in corpore fixiſſe:ꝙ non minus hoc muſæ: ꝗ Liber pater Satyris ſit delectatus. Cæterum Cui.eorum ſequitur opinionemq̃ Chironẽ fuiſſe centaurum aiunt.Enumerat autem ſigna Zodiaci terribiliora aſpectu phœbus:quo facilius ab improba cupiditate regẽdi curruꝫ Solis filium deterreat.
❡ Longo circuitu,multũ enim ſpatii Scorpius ſuis brachiis comprehendit.Nã(ut ſcribit iginus)Scorpius pro Scorpius
pter magnitudinem membrorum in duo ſigna diuiditur:quorum unius effigiem noſtri librã dixerant.Scorpius autem idcirco in cœlum tranſlatus eſſe fingitur:ꝙ Orion:cum uenaretur:iactare auſus eſt ſe omnia quæcunq̃ ex terra orirentur:interficere ualere. Quare terram idignatam Scorpium maximum emiſiſſe:q illum interficere conaretur. iouem autem utriuſq̃ animũ admiratum Scorpium inter aſtra collocaſſe:ut ſpecies eius hominibus documento eſſet:ne quis eorũ aliqua re ſibi confideret:Dianã autem propter ſtudium Orionis,petiiſſe a Ioue:ut idẽ ſibi beneficiũ daret petẽti: quod terræ ultro tribuiſſet:orionẽq̃ i cœlũ acciperet.Ita igit̃ fuit conſtitutũ:ut cũ Scorpius orit̃:Oriõ occidat. Sane Scorpius animal eſt & terreſtre & marinum & celeſte ſignũ dictus παρὰ τὸ σκορπίζειν τὸν ἰὸν:a ſpargẽdo ueneno.
❡ Atq̃ aliter brachia:nãq̃ Scorpii a pricipio ſtatim recuruantur,Cancri uero iuxta ſummitatem flectuntur. eoq̃ minus ſpatii complectunt̃.Cãcer autem Iunonis Cãcer
beneficio inter aſtra collocatus fertur:q̃ cum Hercules contra Hydram lerneam conſtitiſſet:ex palude pedem eius mordicus arripuit:quare Herculem permotũ eum interfeciſſe, Iunonem uero inter ſydera collocaſſe.

❧ In promptu

In prõptu regere eſt:uix me patiuntur,ubi acres
Incaluere animi,ceruixq; repugnat habenis.
At tu funeſti ne ſim tibi muneris auctor:
Nate caue:dum reſq; ſinit:tua corrige uota,
Scilicet ut noſtro genitum te ſanguine credas:
Pignora certa petis:do pignora certa timendo,
Et patrio pater eſſe metu probor:aſpice uultus
Ecce meos,utinamq; oculos in pectore poſſes
Inſerere,& patrias intus deprendere curas.
Deniq; quicqd habet diues:circũſpice:mũdus:
Deq; tot,ac tantis cæli,terræq; mariſq;,
Poſce bonis aliquid:nullam patiere repulſam.
Deprecor hoc unum,quod uero nomine pœna:
Non honor eſt,pœnã phaethõ ꝓ munere poſcis.
Quid mea colla tenes blandis ignare lacertis?
Ne dubita:dabitur,ſtygias iurauimus undas,
Quodcunq; optaris:ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitus:dictis tamen ille repugnat,
Propoſitumq; premit,flagratq; cupidine currus.
Ergo qua licuit genitor cunctatus ad altos
Deducit iuuenem,Vulcania munera,currus,
Aureus axis erat,temo aureus,aurea ſummæ
Curuatura rotæ:radiorum argenteus ordo.
Per iuga chryſolithi:poſitæq; ex ordine gemmæ
Clara repercuſſo reddebant lumina phœbo,
Dũq; ea magnanimus phaethõ miratur,opuſq;
Perſpicit,ecce uigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas Aurora fores:& plena roſarum
Atria.diffugiunt ſtellæ,quarum agmina cogit
Lucifer,& cæli ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pater ut terras,mũdumq; rubeſcere uidit,
Cornuaq; extremæ uelut euaneſcere Lunæ,
Iungere equos Titan uelocibus imperat horis.
Iuſſa deæ celeres peragunt,ignemq; uomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſepibus altis
Quadrupedes ducunt,adduntq; ſonantia frena.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit,& rapidæ fecit patientia flammæ,
Impoſuitq; comæ radios:pręſagaq; luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria,dixit:
Si potes his ſaltem monitis parere parentis,
Parce puer ſtimulis,& fortius utere loris.
Sponte ſua properãt:labor eſt inhibere uolãtes.
Nec tibi directos placeat uia quinq; per arcus.
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarumq; trium contentus fine polumq;
Effugit auſtralem,iũctamq; Aquilonib⁹ Arctõ:
Hac ſit iter.manifeſta rotæ ueſtigia cernes.

RAph. ¶ In promptu eſt:facile eſt. ¶ Vix me patiuntur: me qui ſum & Deus & peritus & ipſis equis notus. (funeſt⁹) ¶ Funeſti:pernitioſi: mortiferi. ¶ Dumq; res ſinit:permittit,hoc eſt dũ potes. ¶ Tua uota: tuos appetitus. ¶ Inſerere: immittere. (Depre cari) ¶ Deprendere, comprehendere. ¶ Deprecor hoc unum: precibus hoc unum ne faciam recuſo. Interdũ deprecari ẽ ualde precari. ¶ Stygias iuraui.un. cũ eſt cur ſit daturus. ¶ Propoſitũq; pre. retinet ꝓpoſitũ ¶ Flagratq; cupidi. cur. ardet cupiditate regendi currus paterni. ¶ Ergo qua licuit: quatenus & quouſq; potuit. ¶ Aureus axis erat: currum Solis elegãter deſcribit poeta. (Curr⁹ Solis) ¶ Chryſolithi: lapides pretioſi aureũ habentes colorẽ. (Chryſolith⁹.) Vñ ẽt nomen ſortiti ſunt χρυσὸς.n. aurum: λίθος lapis dr̃. ¶ Patefecit. apuit. Aurora aũt ante Solis ortũ aerẽ illuſtrare: ſicq; fores ædium ſuaq; aperire uidet. ¶ Et ple.ro. Atria.ad id alludit.quod Homerus auroram rhododactylon uocat: hoc eſt digitos roſis ornatos habentem. (Roſæ) Auroræ nanq; roſas antiqtas dicauit. ¶ Diffugiũt ſtel. hoc quoq; ex ſentẽtia uulgari dr̃. Neq;.n.ſtellæ diffugere pñt cum ſint fixę: ſed aduenięte Aurora fulgere deſinunt. ¶ Cogit: congregat & ante ſe agit. (Lucifer) Lucifer enim: qui græce φωσφόρος dicit, ultimus eſt qui deſinat fulgere Sole oriente: priuſq; incipit lucere illo occidente:et tunc q; heſperus uocat: Veneri aũt hæc ſtella dicata eẽ perhibet. ¶ Mundũq; rubeſcere: aduẽtu.n. Auroræ cœlũ rubeſcere uidet. Vnde ẽt Aurora ab auro dicta perhibet. ¶ Euaneſcere: diſſolui ac perire. (Aurora Euaneſcere) Luna.n.aduenięte Sole deſinit ſplendere. ¶ Velocibus horis: agilibus ac cito prætereuntibus. Horæ autem iđcirco Solis equorum curam habere finguntur:q; ex curſu Solis oriant.

¶ Ambroſiæ ſucco: am broſia herba eſt ſuauiſſima:qua Dii ueſcunt:qua q; immortales efficiuntur (Ambro ſia) Ambroſia nãq; immortalitas interpt. tur. ¶ Contigit. punxit ut feruori reſiſtere poſſent. ¶ Sacro medicamine: diuino: hominibus ignoto & occulto. ¶ Radios: coronam radios emittentem: quã ipſe gr ſtare conſueuit. ¶ Præſaga: prænuncia. ¶ Parce ſti.noli uti calcarib⁹ & flagellis ad impellendos equos: uerum ſtude ipſos fortius loris & frenis cohibere: atq; retinere uolantes potius q̃ currẽtes. ¶ Nec ti.di. qua iter Phaethonti ſit tenendum Phœbus oſtendit: Non enim inquit tibi per quinq; circulos recte eſt eundum: ſed per Zodiacum:qui & obliquus & fines triũ zonarum non egreditur,neutrum enim poloꝝ attingit. ¶ Quinq; par. quinque circulos (Circuli cæli) qui & zonæ dicitur. Cęlum enim in quinq; circulos æqualiter a ſe diſtantes diuiſum eſt, arcticum antarcticũ, tropicum cancri, tropicum capricorni, æquinoctialẽ quoq; æquinoctialis eſt medius. Zodiacus autẽ obliquus eſt (Zodiacus.) circulus q; ęquinoctialem ſecat:ad tropicumq; cancri ac capricorni uſque ꝑuenit. Nec ad circulos arcticum antarcticũq; procedit. ¶ Sectus in obliquum: Periphrafis eſt zodiaci:qui eſt obliquus circulus(ut diximus) & omniũ latiſſimus:ut qui ad tropicum uſque cancri & capricorni ꝑuenіat. ¶ Auſtralem polum: qui etiam antarcticus dicitur: q; arctico opponit. ¶ Iũctãq; Aqlonibus Arctõ:hoc eſt polũ arcticũ,unde ſiant Aqlones uẽti. Arctos aũt urſa dr̃ a q̃ i ea pte cæli exiſtens polo nomen dedit. (Arctos) Nã Iuppiter Caliſto Lycaonis filiam a Iunone in urſa commutatã:una cũ Arcade filio in ſydera retulit.ad polumq; collocauit, qui ab arcto arcticus fuit denominatus.

Vtq; ferant æquos & cælum,&terra calores.
Nec preme:nec ſummũ molire p æthera currũ
Altius egreſſus cæleſtia ſigna cremabis:
Inferius terras:medio tutiſſimus ibis.
Neu te dexterior tortum declinet ad anguem:
Neue ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram:
Inter utrunq; tene Fortunæ cætera mando:
Quæ iuuet:& melius,q̃ tu tibi conſulat,opto.
Dum loquor:heſperio poſitas in littore metas
Humida nox tetigit,non eſt mora libera nobis.
Poſcimur:& fulget tenebris Aurora fugatis.
Corripe lora manu,uel ſi mutabile pectus
Eſt tibi:conſiliis,non curribus utere noſtris,
Dum potes:& ſolidis etiam nunc ſedibus aſtas,
Dumq; male optatos nõdum premis inſci⁹ axes.
Quæ tutus ſpectes:ſine me date lumina terris.
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum,
Statq; ſuper:manibuſq; datas cõtigere habenas
Gaudet,& inuito grates agit ille parenti.
Interea uolucres Pyroeis,Eous& Aethon
Solis equi,quartuſq; phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent:pedibuſq; repagula pulſãt,
Quæ poſtq̃ Tethys fatorum ignara nepotis,
Reppulit:& facta eſt immenſi copia cæli:
Corripuere uiam,pedibuſq; per aera motis
Obſtantes ſcindunt nebulas,penniſq; leuati
Prætereunt ortos iiſdem de partibus Euros.
Sed leue pondus erat, nec qđ cognoſcere poſſet
Solis equi,ſolitaq; iugum grauitate carebat.
Vtq; labant curuæ iuſto ſine pondere naues,
Perq; mare inſtabiles nimia leuitate feruntur,
Sic onere inſueto uacuos dat in aere ſaltus:
Succutiturq; alte,ſimiliſq; eſt currus inani,
Quod ſimulac ſenſere:ruunt,tritumq; relinquũt
Quadriiuges ſpatiũ:nec quo pri⁹,ordie currũt.
Ipſe pauet:nec qua cõmiſſas flectat habenas:
Nec ſcit:qua ſit iter:nec,ſi ſciat:imperet illis.
Tum primum radiis gelidi caluere triones:
Et uetito fruſtra temptarunt æquore tingi.

RAph. ¶ Vtq; ferant:admonet itẽ phœbus phaethontẽ ne de
preſſius,altiuſue currũ agat:ne aut terras aut cœlũ com
burat:medium autem ipſi eſſe tenendũ. ¶ Nec premet
deprime in partem inferiorẽ. ¶ Molliř:impelle. ¶ Neu
te dex.caue inquit ne aut nimium ad ſeptentrionẽ uer
ſus ubi eſt anguis,rapiaris:aut ad meridiẽ,ubi ẽ Deoꝝ
ara. Inter hæc aũt tibi eſt
iter tenendũ: ¶ Declinet
inclinet:deuehat. ¶ Ad
an.tor.ad ſerpẽtem q ad
polum arcticũ tortuoſus
iacet. Hic ãt ſerpẽs dr̃ au
rea heſpidũ mala cuſto/
diſſe, ¶ ab hercule inter
fectus a Iunõe iter ſyde
ra collocatus fuiſſe. Non
nulli tñ dicũt hũc draco
nẽ a gigantibus Miner/
uæ obiectum eſſe cũ eos
oppugnaret, Mineruam
uero arreptum draconẽ
contortum ad ſydera ie/
ciſſe:& ad ipſuʒ cœli axẽ
fixiſſe. Itaq; adhuc ipſuʒ
implicato corpore uide/
ri:ut nuper ad ſydera
perlatum. ¶ Ad araʒ:ad
polũ antarcticũ. Ara.n.ẽ
Ara qua primũ Dii exiſtimã/
tur ſacra & coniuratio/
nẽ feciſſe cõtra Titanas
in cœlũ dicitur tranſlata:
ac iuxta polum antarcti/
cum collocata. Confecta
autẽ a Cyclopibus fuiſſe
fingit. Inde hoĩes dicunt
inſtituiſſerunt cum aliquã
rem efficere cogitarent
prius ſacrificare debeãt.
¶ Inter utrumq; te. inter
utrumq; ſpacium inquit
currum contine atq; coer
ce. ¶ Heſperio lit: Atlan
tico:quo cum nox perue/
nerit relinquat terras ne
ceſſe eſt. ¶ Non eſt mora
libera nobis:non eſt inte
grũ nobis morari. ¶ Po/
ſcimur: ad illuſtrandum
mundũ. ¶ Et ſolidis etiã
nunc ſed:bus aſtas: i. hoc
eſt dũ in terra adhuc mo
raris. ¶ Dumq; ma.op.
dũ inquit currus:quos in
tuum malũ optaſti igna/
rus nõ aſcẽdiſti. ¶ Sine
me: i. permitte me terras
Solis eq luce illuſtrare. ¶ Occu
pat:celeriter: agiliterque
aſcendit. ¶ Interea uolu. currus Solis a quatuor
Pyrois trahitur alatis equis: quibus nomina ab effectu fuere
impoſita. Pyrois enim (qui corrupte pyrous fere legi
tur) dicitur quaſi igneus. Nam πῦρ :eſt ignis. pyrois au
tem legendum eſſe penultima breui:& antiqua exem/
plaria:& qui hoc opus e latino in græcum uertit: nobis

ſunt documento. Declinatur enim pyrois pyroentis:ut
Simois ſimoentis. Valeri. Flaccus. Et formidantem pa
trios pyroenta dolores. pyroeis aũt ẽt Martis ſtella ab
aſtrologis uocat. Eous ab Aurora dicitur. ἠὼς.n.eſt auro
ra. Aethon urens interpretatur:atq; phlegon:eo φ ore Eous
& naribus ignẽ emittere fingant. Aethõ qdẽ etiam for/ Aethon
tis & bellicoſus dr̃:& co/ Phlegõ
lor igneus.qui in eqs ma
xime pbat. ¶ Hinnitib⁹
flã.ex or.n.flãmas efflat
dicitur. ¶ Repagula:ob Repa/
ſtacula. Repagula nanq; gula
ſunt(ut ſcri.Põ.)quæ pa
tefaciendi gratia ita figũ
tur:ut cõtrario oppagan
tur:hæc & repages dicũ
tur. ¶ Tethys:Oceani
uxor & Clymenes ma/
ter:apud quã Sol perno
ctare creditur. ¶ Fatorũ
ne.eoꝝ quæ fato euentu
ra erãt phaethonti nepo/
ti. ¶ Copia:ptãs. ¶ Im/
mẽſi cæ.infiniti:q̃uis peri
pateticis finitũ eſſe uidea
tur. ¶ Corripuere ui. ue
lociter currere cœperũt.
¶ Pennis:alis. ¶ Leuati
ſublati. ¶ Iiſdẽ de parti/
bus:de oriẽte. ¶ Vtq; la/
bant cur. hac ſimilitudi/
ne a nauibus ſumpta oſtẽ
dit poeta currũ Solis in/
cõpoſite:ac ſine ullo ordi
ne tractuʒ fuiſſe:cum ua/
cuus eſſe eqs uideretur.
¶ Succutiturq; al.ſurſuʒ
ualde quatit. ¶ Inani,ua Succu
cuo. ¶ Simulac,poſtquã. tere
¶ Ruunt,cũ impetu cur
runt. ¶ Quadriiuges:q̃/
tuor eq uni iugo alligati Quadri
quadriiuges dñr. ¶ Tri iuges
tũ ſpa.tritã uiam. ¶ Nec
quo pri.currebãt uerbuʒ
ſubaudiat. ¶ Nec q̃ cõ.
ſcit uerbũ ſubitelligam⁹.
¶ Cõmiſſas habe.tradi
ta ab apolline lora. ¶ Im/
peti:perare poſſet. ¶ Ge
lidi triones: i. ſeptentriões
frigidi, utpote ad quos
Sol ppius alias nunq̃ ac
ceſſit. Tunc aũt primũ ca
leſcere cœpuunt:q2 Solis
currus illuc:uſq; ab eq⁹.
quos cohibere phaethon
nõ poterat.fuit ptract⁹.
Triones ãt priſca lingua
boues dicebantur. Sunt autẽ ſeptem ſtellæ ad poluʒ ar Triõẽl
cticum ita diſpoſitæ:ut plauſtrum efficere uideantur.
¶ Et ue.æq. Septẽtriones.n.nũq̃ occidũt:ideoq; ſe ma
defacere non pñt. Iuno.n. (ut ipſe narrat Ouidius) ſia
Thety Oceani uxore ipetrauit:ne duas urſas:quæ ſunt
ad polum arcticum in mare deſcendere permitteret.

¶ Quæq;

Quæq; polo poſita eſt glaciali proxima ſerpens
Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli
Incaluit, ſumpſitq; nouas feruoribus iras.
Te quoq; turbatum memorant fugiſſe Boote,
Quamuis tardus eras, & te tua plauſtra tenebãt.
Vt uero terras deſpexit ab æthere ſummo
Infelix phaethon: penitus, penituſq; iacentes:
Palluit: & ſubito genua intremuere timore
Suntq; oculis tenebræ per tantũ lumen obortæ,
Et iam mallet equos nunq̃ tetigiſſe paternos.
Iam cognoſſe genus piget, & ualuiſſe rogando:
Iam Meropis dici cupiens, ita fertur: ut acta
Præcipiti pinus Borea, cui cuncta remiſit
Frena ſuus rector, quam Diis, uotiſq; reliquit.
Quid faciat? multum cœli poſt terga relictum:
Ante oculos plus eſt: animo metitur utrumq;,
Et modo, quos illi fas tum contingere non eſt:
Proſpicit occaſus, interdum reſpicit ortus,
Quidq; agat ignar⁹ ſtupet, & nec frena remittit:
Nec retinere ualet, nec nomina nouit equorum.
Sparſa quoque in uario paſſim miracula cœlo,
Vaſtarumq; uidet trepidus ſimulacra ferarum,
Eſt locus in geminos ubi brachia concauat arc⁹
Scorpius, & cauda, flexiſq; utrinque lacertis
Porrigit in ſpacium ſignorum membra duorum.
Hunc puer ut nigri madidum ſudore ueneni
Vulnera curuata minitantem cuſpide uidit:
Mentis inops: galida formidine lora remiſit.
Quæ poſtq̃ ſummo tetigere iacentia tergo:
Expatiantur equi, nulloq; inhibente per auras
Ignotæ regionis eunt: quaque impetus egit:
Hac ſine lege ruunt, altoq; ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis, rapiũtq; per auia currum.
Et modo ſumma petunt, modo p decliua, uiaſq;
Præcipites ſpatio terræ propiore feruntur.
Inferiuſq; ſuis fraternos currere Luna
Admiratur equos: combuſtaq; nubila fumant,
Corripitur flãmis ut quæque altiſſima tellus:
Fiſſaq; agit rimas, & ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt, cum frondibus uritur arbor:
Materiamq; ſuo præbet ſeges arida damno.
Parua queror: magnæ pereunt cũ mœnib⁹ urbes
Cumque ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem uertunt, ſiluæ cum montibus ardent.
Ardet Athos: Tauruſq; cilix, & Tmolus, & Oete:

RAph. ¶ Quæq; polo: iuxta polum arcticum ſerpens eſt maxima: quæ duas complectitur urſas, unde Vergilius. Circum perq; duas in morem fluminis arctos: Arctos Oceani metuentes æquore tingi. ¶ Boote: Apoſtrophe & conuerſio ſermonis ad Bootem qui plauſtrum agere uidetur. Bootes enim latine dicitur bubulcus, idem eſt autem: q arctophylax: q urſæ cuſtos adhibitus eſſe uidetur. ¶ Et te tua plauſtra tenebant: retinebãt. retardabant: remorabantur. Plauſtrum autem (quod & ploſtrum dicitur) ſydus eſt cæleſte: quod idem cum maiore urſa eſſe putatur. Septẽ nanque ſunt ſtellæ ita diſpoſitæ: ut duæ quæ pariles & maximę uno in loco uidentur pro bobus haberentur. Reliquæ uero quinque figuram plauſtri ſimularent. Vnde etiam a græcis ἄμαξα dicitur. ¶ Terras penitus: penituſque iacentes: hoc eſt ualde depreſſas: ac lõge a ſe remotas. ¶ Per tantum lumen: in tanto lumine. ¶ Iam Meropis dici cupiens: ſi ius ſubintelligatur. Merops enim Clymenes fuit maritus: quanquam Meropes homines dicãtur apud Homerum. q diuiſas habeant uoces: qua in ſignificatione hic quoque accipi poteſt: ac ſi diceret cupiens iam hominis filius magis q̃ Dei appellari. Merops autem παρὰ τὸ μείρειν τὴν ὄπα: q homo uocem habeat diuiſam & articulatam: & quæ in ſyllabas diſſolui poſſit. ¶ Vt acta: q̃ præceps Phaethon traheretur pulchra ſimilitudine oſtendit. ¶ Pinus: nauis ex pino cõfecta. Eſt enim metonymia. ¶ Cuncta frena: omnia retinacula. ¶ Præcipiti Borea: rapido & impetuoſo. ¶ Fas non eſt: non poteſt. ¶ Proſpicit: porro & longe aſpicit. ¶ Miracula: monſtra. ¶ Vario cœlo: uariis ſignis diſtincto. ¶ Paſſim: ubiq;. ¶ Trepidus: perturbatus. Is .n. trepidus dicitur (ut Pompeius ait) cui perturbatio ꝓ terrore mentem uertit. ¶ Vaſtarum ferarum, maximarum, ut leonis. ¶ Eſt locus: Scorpium deſcribit ad quem cum perueniſſet Phaethon: adeo territus eſt: ut frena e manibus ceciderint: quod quidem cum equi ſenſiſſent, per totum fere cœlum diſcurrerunt. ¶ Concauat: flectit. ¶ In geminos arcus: in duos ſimiles arcus. ¶ Duorum ſignorum, alterum nanque brachiis: alterum cauda facit. Nam Scorpii chelæ libram conſtituere uidentur: ſcorpium uero ipſum cauda recurua deſignat. ¶ Hunc puer ut nigri: poſtquam inquit phaethon puer uidit ſcorpium ſudantem: atque cauda ictus minitantem: tanto timore affectus eſt: ut frena remiſerit. ¶ Curuata cuſpide: cauda reflexa. ¶ Gelida formidine: frigido timore: ab effectu: q homines frigidos reddat: ut Pallida mors. ¶ Lora: habenas frenorum. ¶ Expatiantur equi: late & extra ſpacia excurrunt. ¶ Sine lege: ſine ordine. ¶ Alto ſub æthere, ſub alto cœlo. ¶ Incurſant: currendo appropinquãt. ¶ Inferiuſque ſuis: merito Luna admiratur Solis equos infra ſuos currere: cum Sol multo quã Luna ſit altior. Poetæ autem quadrigas quidem Soli attribuunt. Lunæ uero bigas. Lucifero & Auroræ ſingulos equos. ¶ Succis ademptis: humorib⁹ exſiccatis. ¶ Caneſcunt: cana & arida fiunt. ¶ Ardet Athos: altiſſimos quoſque montes enumerat: qui primi conflagrare cœperunt. Athos mons eſt Thraciæ altiſſimus: quẽ nunc montem ſanctum uocant: ab Atho gigante: cui iniectus fuiſſe dicitur: appellatus. ¶ Tauruſque Cilix, Taurus Ciliciæ mõs eſt, ut ipſe quoque poeta inquit. ¶ Et Tmolus: Tmolus qui & Tymolus a Stephano ſcribitur, & fluuius & mons eſt Ciliciæ. melle, uino, & croceo abundãs: unde Virgilius libro Georgico primo. Nonne uides croceos ut Tmolus odores. ¶ Oete: mõs eſt theſſaliæ Oete: Herculis morte rogo & ſepulchro nobilis.

Booles
plauſtrum.
Meropſ
Proſpicet
trepid⁹
ſcorpi⁹.
Expatiati.
Athos.
taurus: tmolus
Oetes

Et tum ſicca prius celeberrima fontibus Ida:
Virgineuſq; Helicon,& nōdum Oeagrius Aem⁹
Arder in immenſum geminatis ignibus ætna,
Parnaſuſq; biceps:& Eryx:& Cynthus:& Orrys,
Et tandem niuibus Rhodope caritura,Mimaſq;,
Dindymaq;:& Mycale,natuſq; ad ſacra Cithærō,
Nec proſunt Scythiæ ſua frigora:Caucaſus ardet
Oſſaq; cum Pindo:maiorq; ambobus Olympus:
Aeriæq; alpes,& nubifer Appēninus.
Tum uero Phaethon cunctis e partibus orbem
Aſpicit accēſum:nec tantos ſuſtinet æſtus,
Feruenteſq; auras uelut e fornace profunda
Ore trahit.curruſq; ſuos candeſcere ſentit:
Et neq; iam cineres,eiectamq; fauillam
Ferre poteſt,calidoq; inuoluitur undiq; fumo,
Quoq; eat:aut ubi ſit:picea caligine tectus
Neſcit:& arbitrio uolucrum raptatur equorum.
Sanguine tum credūt in corpora ſumma uocato
Aethiopum populos nigrum traxiſſe colorem.
Tum facta eſt Libye raptis humoribus æſtu
Arida.tum nymphæ paſſis:fonteſq;,lacuſq;
Defleuere comis,quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen:Ephyre Pyrenidas undas.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent:mediis Tanais fumauit in undis,
Peneuſq; ſenex:Teuthranthæuſq; Caycus,
Et celer Iſmenos cum phocaico Erymantho,

Ida ¶ Ida:mons Phrygiæ celeberrimus:quem ad imitationem Homeri πολυπίδακα eam uocantis a fontiū frequentia:fontibus celeberrimā uocat:qui tamen omnes tūc erāt exſiccati.Dicta eſt Ida uel ab Ida regionis regina,ut ex ſola Characis Stephanus aſſ:uel ab Ida Cretēſi:ut canit Vir.Vnde pfectus Teucer Scamandri & Ideæ nymphæ filius regionem in Phrygia occupatam a ſe Teucriā uocauit.Duas aūt eſſe Idas alterā in phrygia t alterā in Creta notiſſimum eſt.

Helicō. ¶ Virgineuſq; Helicon:Mons eſt Bœotiæ Helicon.quem idcirco uirgineum Ouid.appellat:quia muſis eſt conſecratus.

Aemus ¶ Et nondum Oeagrius Aemus:Aem⁹ mōs thraciæ altiſſimus:in quo Orpheus Oeagri fluuii fili⁹ dicitur a menadibus fuiſſe diſcerptus:a quo etiā Oeagrius fuit appellatus

Aetna ¶ Aetna:mons Siciliæ Aetna:ſemper ardēs.Vnde & nomen(ut quidam putant) ἀπὸ τοῦ αἴθειν hoc eſt ab ardendo:mutatione θ in τ ut alii ſcribūt. Dicta eſt autē ætna Briarei Cyclopis filia:Sicaniaq; ſorore:q a Vulcano & Cerere arbitra de finib⁹ electa ſecundum Cererē ſententiam tuliſſe fertur. Eſt & Siciliæ urbs ætna:quę etiam Adranium uocat:quam fluuius eiuſdē nomine pterlabi ſcit Mela ſcribit.

Parnaſus ¶ Parnaſuſq; biceps:Mons phocidis in duos uertices diuiſus:ut in primo ipſe Ouid.ſcripſit.

Eryx ¶ Et Eryx:mons eſt Siciliæ Veneri Erycinę ſacer.

cynth⁹ ¶ Et Cynthus:mōs eſt Deli,unde Cynthius Apollo uocat.

Othrys ¶ Et Othrys:mōs ē Theſſaliæ.

Mimas ¶ Mimaſq;,mōs eſt minoris Aſiæ Mimas haud longe diſtans a Colophone:ppetuis niuibus obrutus:a Mimante gigante denominatus.

Rhodope ¶ Rhodope mons Thraciæ niuoſus:a Rhodope puella in quē commutata fuit dictus:ut ipſe ſcribit Ouid.ut alii a Rhodope Strymonis filiæ ex qua Neptunus Atho gigantem ſuſcepiſſe fertq; & ipſe monti nomen dedit. Eſt & Ioniæ urbs Rhodope:ut Stephanus Byzantius de urbibus & uicis ait.

Dindyma. Dyndimene. ¶ Dindyma. mons eſt Phrygiæ matri Deorū ſacer.Vn ipſa mater Deorū Dindymene fuit appellata.

mycale ¶ Et Mycale:mons ē & urbs Cariæ Mycale:unde Mycaleſius gentile nomen deriuat:ut Herodot⁹ & Dydimus ſcribunt.

Cythæron. ¶ Natuſq; ad ſacra Cithæron: mōs eſt Bœotiæ Baccho dicatus:ad cui⁹ orgia celebrāda natus eſſe uſ.

Scythia ¶ Nec pſunt Scythiæ:Scythia regio ad ſeptētrionē frigidiſſima:a Scytha Herculis filio cognominata.

Caucaſus. ¶ Caucaſus ar.mōs ē Scythię Promethei relegatiōe notiſſimus.

Oſſa Pindus ¶ Oſſaq; cū Pindo & Olymp⁹:montes Theſſalię altiſſimi.¶ Maior ambob⁹:altior,Nebulas.n.& uētos excedere putatur:unde Lucan⁹.Nubes exceſſit Olympus Lege deū.Verticē illius accolæ cælū uocant.Vnde factum eſt:ut poetæ Olympū p cælo ponant.

Olympus. Olympus autem multorum montiū nomen eſt, Nā & Arcadiæ & Elidis & Ciliciæ & Myſiæ & Macedonię & Theſſaliæ mōs ē Olympus:in quo ludi Olympici Eleis ſimiles celebrari ſolebant.

Alpes ¶ Aeriæq; alpes,mōtes ſunt altiſſimi Italiam a Gallia, Germaniaq; defendētes.

Apēninus. ¶ Appenninus:mōs eſt lōgiſſim⁹ Italiā diuidēs.

¶ Curruſq; ſuos:ſibi tantū pe expertos.

Cādeſ ¶ Candeſcere:igneſcere & inflammari. Nam candere ꝑprie dicit ferrum ignitum.

¶ Inuoluit:amplicat.

¶ Caligine picea:tam craſſa ut ſi picea eſſet.

æthiopes. ¶ Sanguine tū credunt:in tranſcurſu trāſformationem æthiopum expōit poeta. Aethiopes nanq; cū antea candidi eſſent:tunc nigri fuerunt effecti:uidetur autē Ouidius innuere æthiopas fuiſſe dictos:q ſint facie combuſta.Nam αἴθω uro ὤψ ὠπὸς facies dicitq;. Pli. Aethiopas ab Aethiope Vulcani filio dictos narrat.

Libye. ¶ Tum facta eſt Libye.Regio eſt Africæ ariddiſſima:ſic dicta:q λείπει ὄμβρος hoc eſt q deficit pluuia:ut Seruius ſcribit,ut uero Diodorus a Libya nympha epaphi uxore.

¶ Raptis:ereptis:exſiccatis.

¶ Tum nymphæ:quemadmodū montes conflagrarunt:ita & fontes,lacuſq; eo incendio exſiccati fuerunt.

¶ Paſſis comis:ſparſis:id quod in mœrore fieri conſueuit.

Dirce ¶ Quærit Bœo.Dir.Bœotiæ fons eſt Dirce notiſſimus.

Amymone ¶ Argos Amy.Amymone fons eſt apud Argos:ab Amymone Danai Argiuorum regis filia in quem conuerſa fuiſſe dicitur appellatus.

Pyrene ¶ Ephyre Pyrenidas undas:Pyrene fons eſt Acrocorynthi:quæ urbs prius Ephyre fuit appellata. Dictus eſt autem a Pyrene muliere:in quē ob fletum:quo filiorum morte affecta eſt:fingit fuiſſe conuerſa.

¶ Nec ſortita:non ſolum fontes exaruere:ſed & amnes latiſſimi ſunt exſiccati.

Tanais ¶ Tanais:fluuius eſt Scythiæ maxim⁹ Europam ab Aſia diuidens.

Peneus ¶ Peneuſq; ſenex,fluuius eſt theſſaliæ,ut in primo uidimus.

Caycus Teuthrania ¶ Teuthrāthęuſq; Caycus:Caycus fluuius eſt Myſiæ Teuthrantiā irrigās regionem.Vnde & Teuthrāthęus cognominat. Teuthrania autem urbs Myſię a Teuthrante rege:ex Auge Telephum ſuſcepit appellata. Vnde nomen gētile teuthranius & teuthrantius declinat.

Iſmen⁹ ¶ Et celer Iſmenos:fluuius eſt Bœotiæ ab Iſmeno pelagi filio denominatus.

Erymāthus ¶ Cum Phocaico Erymātho.Erymāthus Phocidis eſt fluuius & Arcadiæ mons.

¶ Arſuruſq;

Arſuruſq; iterum Xanthos, flauuſq; Lycornas:
Quiq; recuruatis ludit Mæander in undis,
Mygdoniuſq; Melas, & tænateus Eurotas.
Arſit & Euphrates Babylonius, arſit Orõtes:
Thermodoonq; citus: Gāgeſq;: & phaſis: & Hiſter.
Aeſtuat Alpheus. ripæ Sperchiades ardent.
Quodq; ſuo Tagus amne uehit: fluit ignib⁹ auꝝ
Et quæ Mæonias celebrarāt carmine ripas
Flumineæ uolucres medio caluere Cayſtro,
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
Occuluitq; caput: quod adhuc latet. hoſtia ſeptē
Puluerulenta uacant. ſeptem ſine flumine ualles.
Sors eadē Iſmarios Hebrū cū ſtrymone ſiccat,
Heſperioſq; amnes Rhenū, Rhodanūq; padūq;:
Cuiq; fuit rerum permiſſa potentia Tybrim.
Diſſilit omne ſolum. penetratq; in tartara rimis
Lumen, & infernum terret cum coniuge regem.
Et mare contrahitur, ſiccæq; eſt campus harenæ.
Quod mō põtus erat: quoſq; altū texerat æquor
Exiſtunt montes: & ſparſas cycladas augent.
Ima petunt piſces, nec ſe ſuper æthera curui
Tollere conſueras audent delphines in auras.
Corpora phocarum ſummo reſupina profundo
Exanimata iacent. ipſum quoq; Nerea fama eſt,
Doridaq;, & natas tepidis latuiſſe ſub undis
Ter Neptunus aquis cum torno brachia uultu
Exerere auſus erat: ter non tulit aeris ignes.
Alma tamen tellus, ut erat circundata ponto
Inter aquas pelagi, contractoſq; undiq; fontes,
Qui ſe condiderant in opacæ uiſcera matris:

Raphi ¶ Arſuruſq; iteꝝ Xanthus: fluuius eſt Troiæ: q olim
tpe belli Troiani iteꝝ inflāmatus eſt precibus Vene
Xāthus ris in achillē, ut in Iliade narrat Homerus. ¶ Flauuſq;
Lycor Lycornas: fluui⁹ eſt Aetoliæ flauas uoluās harenas, de
nas quo & Seneca. Flauus rapido fonte Lycornas, hic Eue
nus poſtea: ab Eueno q ſe in eū ꝑcipitauit: fuit appella
tus. ¶ Quiq; rec. Mean
Mean der fluuius eſt phrygię, q
der. adeo ſinuoſis labitur flu
xibus, ut īterdū ī frōtē re
uerti uelle uideaꝰ. ¶ My
Melas gdoniuſq; Melas: fluuius
eſt Mygdoniæ: qui oues
nigras efficere dr. Vñ &
nomen accipit: μέλας .n.
dr̃ niger. ¶ Et tænarieus
Eurotas Eurotas, iſ fluuius eſt La
coniæ iuxta Tenarum p
montorū in mare exiens
Tænarieus aūt eſt legen
dum: ut quatuor ſyllaba
rum ſit: & i diphthōgum
deſinat: ne iambus (quē
non admittit uerſus he
roicus) in quarta ſede po
Tæna ſitus eſſe uideatur. eſt ue
rus. ro Tænarus & promon
torium & urbs & por
tus Laconiæ a Tænaro
Icari filio dictus. Siue a
Tænaro Geræſti fratre
ac Iouis filio, qui una cū
Calabro fratre templum
Neptuno apud Tænarū
ipſum ædificauit: quod
Tænarū uocaꝰ. ¶ Arſit
Euphra & Euphrates Babyloni
tes. us, Euphrates fluuius eſt
maioris Armeniæ maxi
mus: qui Babylonem in
duas diuidens partes in
mare Rubrum deſcēdit.
Orōtes ¶ Arſit Orontes: fluuius
eſt Syrię ex Lybano mō
te decurrens: qui Typhō
prius dictus eſt a Typho
ne gigante illic fulmina
Ther to, ut Strab. narrat. Orontis autem nomē ab eo accepit:
modoō qui omnium primus illum ponte iunxit. ¶ Thermodoonq;
Gāges citus: fluuius eſt Scythiæ, iuxta quem Amazones olim
Phaſis habitauere. Is (ut Metrodor. ait) Araxes quoq; uocaꝰ.
Hiſter ¶ Ganges: fluuius eſt Indiæ notiſſimus. ¶ Et phaſis:
Alphe⁹ fluui⁹ eſt Colchoꝝ, unde Phaſiani ſunt dicti. ¶ Et Hiſter
Spch⁹ fluuius ē Pānoniæ: q & Danubi⁹ dr̃. ¶ Alpheus: fluui⁹
Elidis iuxta Piſaꝝ urbē decurrēs, q abſorpt⁹ a terra ſub
ter mare in fontē Arethuſā apud Syracuſas influit. Vñ
Vir. iii. Æneidos ſic ſcri. Alpheū ut fama eſt huc Elidis
amnē Occultas egiſſe uias ſubter mare, q nūc ore Are
thuſa tuo Siculis cōfundit undis. ¶ Ripæ Sper. Spchii
fluuii theſſalię uelociſſimi, q i. meliacū exit ſinū. ¶ Qd
Tagus q; ſuo Tagus, fluuius Hiſpaniæ aureas uehēs arenas,
q tūc incēdio liqſcebāt. Tres aūt ſunt fluuii aureas ducē
tes harenas. Pactolus. Herm⁹. Tagus. ¶ Et q̄ Mæo. ri
Mæon pas, Lydiæ fluuioꝝ. Nā Lydia a Mæone fluuio Mæo
Cayſter nia fuit appellata. ¶ Medio Cay. Cayſter fluui⁹ ē aſię
ꝑter aſiā paludē labēs. unde Vir. Geor. primo ſcribit. Iā ua
rias pelagi uolucres, & q̄ Aſia circū Ducibus ī pratis ri
manť ſtagna Cayſtri. Cayſter aūt dictus putaꝰ ἀπὸ τοῦ
καίεσθαι: hoc eſt amburi: qm̄ p piqu⁹ ſit κατακεκαυμένῃ
q̄ p̄s eſt Aſiæ ꝑ orrida & deuſtæ ſimilis: nulla ꝑter uitē
arbore: ſꝫ uino ꝑſtātiſſimo: qd̄ Pli. Catacecaumenitē ex
hac origīe denoīauit. ¶ Flumineę uo. Cygni flumina in
colētes: ¶ Nilus: fluui⁹ eſt
Nilus Aegypti, cui⁹ origo igno
raꝰ. Idcircoq; & tūc caput
occuluiſſe: & nūcquoq; la
tere ait. ¶ Vacant, uacua
ſunt aq̄. ¶ Septē ſi. flum.
ua. i. ſeptē ingr̃ Nili hoſtia
ualles ſine aq̄ ſūt effectę.
¶ Sors ea. Iſma. eadē igr̃
Hebrus ſorte Hebrus ac Strymō
ſtrymō Thraciæ fluuii ſiccātur.
¶ Heſpioſq; amnes: occi
dētales. Nam Rhenus flu
Rhen⁹ uius ē Galliā a germania
Rhoda diuidēs: Rhodanus uero
nus. Gallię fluuius Padus Ita
Padus. liæ, q & Eridanus uocaꝰ.
Thy Virg. Fluuioꝝ rex Erida
bris. nus. ¶ Thybri: Thybris
fluuius eſt Thuſciæ p me
diā Romā labēs. Tybris
aūt dictus ē a fluuio Sici
lię: q ꝑterlabiť Syracuſas:
qa Theocrito Thybris
uocaꝰ. Tametſi qdā Hy
brym illū appellet. Vñ p
fecti Siculi ripis Albulæ
occupatis in p̄ſtæ memo
riā p Albula Thybri no
minarūt. Vir. uero a Thu
ſcoꝝ rege Thybri fluuiū
fuiſſe denoiatū canit. Aſ
perq; imani corpe Thy
bris: a quo poſt Itali flu
uiorum cognomine Thy
brim diximus: Amiſit ite
rum uetus Albula nomē.
¶ Infernū re. Plutonē cū
Proſerpina uxore. ¶ Exi
exiſtere ſtūt mō: exiſtūt apparēt: ac
extra aq̄s ſtāt. ¶ Et ſpar.
cycla. au. Cyclades inſulæ ſunt Ægei in orbē diſpoſitę.
Cycla unde ei Cyclades ſunt dictę κύκλος nāq; circulus dr̃. Sco
des puli ergo q tūc e mari extabant, cycladum numerū auge
bant. ¶ Nec ſe ſup æthera curui, tūc inqt Delphines nō
audebāt in aerē ſe iactare ꝑp nimiū ardorē, qd̄ natura
facere conſueuerūt. ¶ Corpora Pho. Phocæ uituli dn̄r
phocæ. marini, qd̄ boū imitanť mugitū. ¶ Exanimata: pturba
Nereus tarauit certe exanima & mortua. ¶ Ipſuꝫ quoq; Nerea:
Nereus Deus marin⁹ Dorida uxorē habēs: ex qua ma
gnam nympharū multitudinē ſuſtulit. ¶ Exerere aqs:
Alma emittere: extollere ex aqs. ¶ Ignes aeris: feruores aeris
Tellus & æſtus. ¶ Alma tñ tel. Alma ab alēdo dr̃: ppriū q; eſt
Terra terræ epitheton. Nā oīa alit ac nutrit animātia. Tellus
Tellu Dea ipſius eſſe dr̃ terræ, nā terra ipm̄ eſt elementum.
ris quæ ¶ Vt erat circūdata põto, Oceano. Põtus: n. interdum
relæ. ſpāle nomē eſt & ſignificat Euxinū. Interdū gn̄ale, cum
p mari accipiť. ¶ Cõtractoſq; undiq; fontes: ex oī lo
co cōgregatos atq; coactos: ob nimiū. n. æſtum fontes
Pontus oēs in ima terræ refugerant: ne penitus exiccarentur.

Suſtulit omniferos collo tenus arida uultus
Oppoſuitq; manum fronti, magnoq; tremore
Omnia concutiens paulum ſubſedit, & infra
Quam ſolet eſſe: fuit, ſacraq; ita uoce locuta eſt.
Si placet hoc, meruiq; qd o tua fulmina ceſſant
Summe Deum? liceat perituræ uiribus ignis,
Igne perire tuo: clademq; auctore leuare:
Vix equidem fauces hæc ipſa in uerba reſoluo.
(Preſſerat ora uapor) toſtos en aſpice crines:
Inq; oculis fumum. uolitant ſuper ora fauillæ.
Hos ne mihi fructus? hunc fertilitatis honorem,
Officiiq; refers, q adunci uulnera aratri,
Raſtrorumq; fero, totoq; exerceor anno?
Quod pecori frondes, alimentaq; mitia fruges
Humano generi, uobis quoq; thura miniſtro?
Sed tamen exitium fac me meruiſſe: quid undæ?
Quid meruit frater? cur illi tradita ſorte
Aequora decreſcunt, & ab æthere longius abſũt?
Quid ſi nec fratris, nec te mea gratia tangit
At cæli miſerere tui, circunſpice: utrinq;
Fumat uterq; polus, quos ſi uiolauerit ignis:
Atria ueſtra ruent, Atlas en ipſe laborat,
Vixq; ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Si freta, ſi terræ pereunt, ſi regia cæli
In chaos antiquum cõfundimur. eripe flammis:
Si quid adhuc ſupereſt: & rerum conſule ſummæ
Dixerat hæc tellus: neq; enim tolerare uaporẽ
Vlterius potuit, nec dicere plura: ſuumq;
Rettulit os in ſe propioraq; manibus antra.
At pater omnipotens ſuperos teſtatus, & ipſum
Quid dederat currus, niſi opem ferat, oĩa fato
Interitura graui, ſummam petit arduus arcem:
Vnde ſolet nubes latis inducere terris:
Vnde mouet tonitrus, uibrataq; fulmina iactat.
Sed neq; quas poſſet terris inducere nubes
Tunc habuit: nec quos cælo demitteret imbres.
Intonat & dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam: pariterq;, animaq; rotiſq;
Expulit, & ſæuis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternuntur equi, & ſaltu in contraria facto
Colla iugo eripiunt, abruptaq; lora relinquunt.
Illic frena iacent: illic temone reuulſus
Axis: in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſaq; ſunt late laceri ueſtigia currus.
At Phaethon rutilos flamma populãte capillos,
Voluitur in præceps, longoq; per aera tractu
Fertur, ut interdum de cælo ſtella ſereno,
Et ſi non cecidit, potuit cecidiſſe uideri.

Raph. ¶ Suſtulit omniferos: elegans proſopopœia qua terræ inanimatæ rei & perſonam & ſermonem attribuit poeta. ¶ Omniferos. omnia ferẽtes & producentes. ¶ Collo tenus: uſq; ad collum. ¶ Paulum ſubſedit: paulum terræmotu depreſſa eſſe uidetur. quod fieri nequit: cum mundi ſit centrum: & undiq; æqualiter cœlo diſtet. ¶ Si placet hoc meruiq;: Telluris cõqueſtio eſt ad Iouẽ. ſic aperta & clara: ut nullam fere admittat expoſitionẽ. ¶ Tuo igne: tuo fulmine. ¶ Clademq; auctore leuare: leuem facere: pro quo uerbo imperiti alleuiare utuntur. Illæ uero calamitates minus ægre ac leuius feruntur: quarũ auctores magni ſunt atq; potẽtes. ¶ Vix equidem: ui difficultate inqt hæc paucula eloqui poſſum. ¶ Preſſerat ora uapor: parentheſis poetica, quam terræ querelis inſerit.

Raſtra. ¶ Raſtrorũq; fero: raſtra inſtrumẽta ſunt ruſtica: quibus agri coluntur. ¶ Exerceor: defatigor. ¶ Vobis quoq; thura miniſtro: thure in ſacrificiis non modo nos ſed priſci quoque utebantur.

Thus Thus autem ἀπὸ τοῦ θύειν: hoc eſt a ſacrificãdo deriuatur. Eſt enim uocabulum græcum: nõ latinum (ut quidam ſcribunt) qui a tundendo putant deduci: cũ a græcis θύος dicatur. ¶ Quid meruit frater: Neptunus cui ſorte in mundi diuiſione maria obtigerunt. ¶ Fumat uterq; polus: duobus polis: qui & uertices dicuntur: cœlum ſuſtinetur: qui ſi fuerint combuſti, caſurũ eſt cœlũ. ¶ Atlas en ipſe laborat,

Atlas Atlas mõs eſt Mauritaniæ: qui cœlum ideo ſuſtinere fingitur: quod Atlas qui in illum montem fertur trãſmutatus: primus omniũ aſtrologica ſcrutari cœ-

pit. ¶ Candentem axem: ardentem polum. ¶ Et rerum conſule ſummæ: hoc eſt uide ne rerum ſumma pereat: ac genera rerum perdantur. ¶ Propioraq; manibus antra,

Manes hoc eſt ſpeluncas inferis propiores. Sunt enĩ manes animæ mortuorum a mano: quod bonum antiqui dicebant κατάχθονι φρασιν appellari. ¶ At pater oĩpotens ſuperos teſtatus. Iuppiter inquit cum in teſtimonium & alios Deos & ipſm Apollinem adduxiſſet totum mundum incendio periturum niſi auxilium ferat, Phaethontẽ fulmine percuſſit, ac incendiũ fulmine cõpeſcuit. ¶ Et ipſum Qui dederat curr9: Apollinem. ¶ Vnde rex qua arce. ¶ Inducere nubes: immittere nebulas. ¶ Latis terris: late patentibus terris. ¶ Miſit in aurigam. Phaethõntem currus Solis aurigam & rectorem. ¶ Conſternunt equi: terrentur. ¶ Illic temone reuulſus. Axis:

Axis. axis lignũ illud eſt, circa quod rotæ currus uertũtur. ¶ Veſtigia: ſigna & partes. ¶ Laceri currus: lacerati atque diſſipati. ¶ Flamma populante: igne comburente. Tunc enim ignis populari aliquid dicit quãdo comburit. ¶ Voluitur in pceps, hoc eſt in caput cadit. ¶ Vt interdum de cœlo, pulchra ſimilitudine caſũ Phaethõtis demonſtrat, ſcite autem ſcribit. Nam quamuis ſtellę interdum cadere uideantur: tamẽ nunquam cadunt.

¶ Quem

RAph. Eridanus ℭQuem procul a patria: longe enim Italia, paduſque ab Aethiopia diſtat. ⸿ Eridanus: Eridanus fluuius eſt Italiæ: qui alio nomine dicitur Padus.

Fabulæ ſecundæ ſecundi libri argumentum.

LAct. ℭNaiades heſperiæ &c. Sorores Phaethōtis phaethuſa: Lampetie: Phœbe caſum fratris deflent, Deorū miſericordia in arbores populeas mutatæ ſunt.

bores: uel (ut alii uolunt: & in primis Apollonius) in Alpes. Lachrymæ uero ipſarum in electra & ſuccina conuerſæ fuerunt. ⸿ Et cæſæ pectora palmis: cędentes & percutientes pectora. Eſt.n. ſynecdoche poetica. ⸿ Alternanturque ſepulchro: hoc eſt ſtratæ ſuper ſepulchro iacent. ⸿ Luna quater iunctis: hoc eſt quatuor mēſes trāſierāt. Nam ſingulis quibuſque menſibus Luna repletur.

Quem procul a patria diuerſo maximus orbe
Excipit Eridanus, fumantiaque abluit ora.
Naiades Heſperiæ trifida fumantia flamma
Corpora dāt tumulo, ſignāt quoque carmīe ſaxū.
Hic ſitus eſt phaeton currus auriga paterni,
Quem ſi non tenuit, magnis tamen excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis ægro
Condiderat uultus, & ſi modo credimus, unum
Iſſe diem ſine Sole ferunt. incendia lumen
Præbebant, aliquiſque malo fuit uſus in illo.
At Clymene poſtquā dixit, quæcunque fuerunt
In tantis dicenda malis: lugubris, & amens,
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem.
Exanimes artus primo: mox oſſa requirens.
Reperit oſſa tamen peregrina condita terra:
Incubuitque loco: nomenque in marmore lectum
Perfudit lachrymis, & aperto pectore fouit.
Nec minus Heliades lugent, & inania morti
Munera dant lachrymas, & cæſæ pectora palmis
Non auditurum miſeras phaethonta querelas
Nocte, dieque uocant: aſternunturque ſepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbem:
Ille more ſuo (nam morem fecerat uſus)
Plangorem dederant, e quis phaethuſa ſororum
Maxima cum uellet terræ procumbere, queſta ē
Diriguiſſe pedes: ad quam conata uenire
Candida Lampetie, ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet:
Auellit frondes. hæc ſtipite crura teneri:
Illa dolet fieri longos ſua brachia ramos,
Dumque ea mirātur, complectitur iguina cortex,
Perque gradus uterū, pectuſque humeroſque manuſque
Ambit: & extabant tantum ora uocantia matrē.
Quid faciat matre? niſi quo trahit impetus illā
Huc eat, atque illuc, & dum licet oſcula iungat?
Non ſatis eſt: truncis auellere corpora temptat:
Et teneros manibus ramos abrumpit: at inde
Sanguineæ manant tanquā de uulnere guttæ.
Parce precor mater, quæcunque eſt ſaucia: clamat.
Parce precor. noſtrum laceratur ī arbore corpus.
Iamque uale. cortex in uerba nouiſſima uenit,
Inde fluunt lachrymæ: ſtillataque ſole rigeſcunt

RAph. Naiades ℭNaiades Heſp. nymphæ Italicæ ac occidētales: Naiades autem dicūtur ἀπὸ τοῦ νάειν: quod eſt fluere: quod in fluentis habitent. ⸿ Trifida flamma: fulminis: quod ita pingebatur: ut trifidum & in tres partes fiſſum uideretur. Vt enim tridens Neptuno: ſic trifidum fulmen attribuitur Ioui. ⸿ Signant quoque carmine ſaxum, Cippo & ſepulchri ſaxo epithaphiū inſcribunt. ⸿ Hic ſitus eſt: poſitus & ſepultus. Eſt autem epithaphium in phaethontem. ⸿ Non tenuit: tenere non potuit. ⸿ Magnis tamen excidit auſis: hoc eſt magna tamen aggredi auſus eſt: quod quidē abunde pulchrum atque magnificum eſt: ut Plinius ait. ⸿ At pater: Apollo. ⸿ Miſerabilis: miſerandus. ⸿ Aegro luctu: ab effectu luctus dicit ęgrum: quod ægros & mœſtos reddat. ⸿ Obductos: uelatos: coopertos. ⸿ Aliquis uſus: aliqua utilitas. ⸿ Lugubris: pullis ueſtibus: quæ luctui conueniunt induta. ⸿ Et amens: examinata: perturbata. ⸿ Totum: percenſuit orbem: peragrauit totum terrarum orbem. ⸿ Exanimes artus primo: cadauer filii & membra mortua primū quærēs. ⸿ Mox: deinde. ⸿ Cōdita: ſepulta. ⸿ Incubuitque loco: ſepulchro ſe proſtrauit. ⸿ Aperto pectore: nudo. ⸿ Nec minus Heliades. Solis filię Heliades dicuntur ἀπὸ τοῦ ἡλίου: hoc eſt a Sole (Heliades) quæ etiam a fratre Phaethontiades fuerunt appellatæ. Earum nomina ſunt Phaethuſa. Lampetia: Phœbe: quæ cum fratrem per quatuor menſes aſſidue fleuiſſent tandem Iouis miſericordia ī populos ac

⸿ Nam morē fecerat uſus: Parentheſis eſt: qua ſignificatur ex aſſiduo uſu conſuetudinē plangendi Phaethōtis ſororibus fuiſſe factam. (Heliades i arbores) ⸿ E quis Phaethuſa ſororum: Phaethuſa filia fuit Solis ex Neęra nympha. (Phaethuſa) Eſt autē quadriſyllabū nomen: non triſyllabum ut quidam putant. Interpretatur Phaethuſa ſplēdens. ⸿ Terræ procumbere: ſe in terram proſternere. ⸿ Diriguiſſe pedes rigidos & duros eē factos. ⸿ Cādida Lampetie: Phaethuſæ ſoror: quæ fulgens interpretari poteſt: λάμπω enim fulgeo dicitur. (Lampetie) ⸿ Subita radice: ſubito nata. ⸿ Laniare: lacerare. ⸿ Inguina: pudenda. ⸿ Ambit: circundat. ⸿ Extabant: extra corticem ſtabant. ⸿ Manant: defluunt. ⸿ Saucia: uulnerata. ⸿ Iamque uale: uerbum eſt uale quo recedentes ſalutamus. (Valere) ⸿ Cortex in uerba nouiſſima uenit: hoc eſt cortex os obducens uerba Heliadum ultima occupauit.

Fabulæ tertiæ ſecūdi libri argumentum.

ℭInde fluūt &c. Lachrymę earum: ut Hæſiodus & Euripides indicant: in electrum conuerſæ ſunt: ac fuiſſe dicunt. (LActātius)

ℭInde fluunt ab illis arboribus. Hoc quidē Ouidius: ſed ut Apollonius in argonauticon. iiii. narrat: Galli iactent non ex Heliadum: ſed ex Apollinis lachrymis electrum eſſe natum: quando propter Aeſculapii necem dolore affectus ad Hyperboreos abiit patris increpationem non ferens: aut quando propter Cyclopes iterfectos admeto regi ſeruire coactus eſt. ⸿ Rigeſcunt: rigida ac dura ſunt. (RAph.)

RAph. Electræ ¶ Electra: quæ latine ſuccina dicuntur: quamuis nuſq̄ circa Padum inueniãtur. Electrum eſt etiam genus metalli ex auro ac quinta argenti portione conſtans: ut ſcribit Pli. in. xxxiii. naturalis hiſtoriæ lib. cuius natura eſt ad lucernarum lumina clarius argento lucere. ¶ Nuribus latinis: Italis mulieribus.

co fingitur: quia cygni nunq̄ altius uolant. ¶ Miſſi ig. iacti fulminis. ¶ Ignemq; pe. odio ignem habens.

Fabulæ quintæ ſecundi libri argumentum.

LActius ¶ Squallidus &c. Iuppiter cum reliquis terrenis ignis perſequeretur: ut laborantibus opem ferret mortalibus: cum circa montes Archadiæ, ubi genitus exiſtimatur, uagaretur: in Caliſtos Lycaonis filiæ incidit amorem. Cui cũ preces de explemento deſyderii ſui admouiſſet, fruſtrataſq; uoces ſuas intellexiſſet: aſtu eã ſubiit: Dianæ nãq; ſexũ ſe referens ac ſagittæ ornatus pharetra: ſagitiſque uelut Diana occurrit: ac ueſte pariter poſita uirgo Iouẽ experta ẽ. Neq; ideo a Iunõe immerẽti delictũ remiſſum ẽ. Nam cõfeſtim pellicatu eius incenſa, ne amplius pulchritudie cõiugẽ caperet: in urſam eã transfigurauit: quæ a Ioue cũ Arcade filio: quem erat enixa inter ſydera collocata: a græcis aũt helice a noſtris ſeptẽtrio nuncupatur, & a Thety & Oceano ob Iunonis irã inter cætera ſydera liquore non tingitur: ut auctor Heſio. indicat uel alii. Sed lucet in auſtris caliſtos renouatq; ſuos ſine fluctib' ignes.

Fabulæ quartę ſecũdi libri argumẽtum.

LActius ¶ Affuit &cæt. Cyg' Stheneli filius materno genere phaetonti proximus: cum Liguriã incoleret: & in ripa Eridani amnis: quam quidã Padum uocant, cum uidiſſet corpus phaetontis a ſororibus eius ablui: pari calamitate eſt cõcuſſus: plus enim iuſto deflendo propinqui interitum. Deorum uoluntate in uolucrẽ Cygnum abiit: qui peroſus celeſtẽ ignem: paludes ac flumina quibus iſeneſceret eſt ſecutus. Hæc phanodes in cupidibus auctor.

RAph. Cygnus ¶ Affuit huic monſtro: Cygnus Stheneli filius: rex Liguriæ phaetonti: & ſanguine materno: & ſumma beniuolentia deuinctus: cum relicta Liguria ad padi ripas ueniſſet: multumq; amici caſum defleſſet: in auem ſui nominis fuit commutatus: quæ ignes peroſas aquas ſibi elegit incolendas. ¶ Affuit: interfuit. ¶ Huic mõſtro: quo Heliades in populos arbores: ipſarũ autem lachrymæ in electra fuere conuerſæ. Mõſtrum autem Mõſtrum a monſtrando dicitur: ſiue a monendo (ut Aelio placet) quaſi moneſtrum quod nos futurorũ moneat. Sed aliquãdo p miraculo ponitur hoc loco ¶ Proles Stheneleia: progenies. Stheneli. ¶ Nam

De ramis electra nouis: quæ lucidus amnis
Excipit, & nuribus mittit geſtanda latinis,
Affuit huic monſtro proles Stheneleia Cygnus,
Qui tibi materno quamuis a ſanguine iunctus,
Mente tamen Phaeton propior fuit. ille relicto,
(Nã Ligurũ populos. & magnas rexerat urbes)
Imperio ripas uirides, amnemq; querelis
Eridanum impleuerat, ſiluamq; ſororibus auctam,
Cum uox eſt tenuata uiro, canæq; capillos
Diſſimulant plumæ, collumq; a pectore longe
Porrigitur, digitoſq; ligat iunctura rubentes.
Penna latus uelat, tenet os ſine acumine roſtrum
Fit noua Cygnus auis, nec ſe cæloq; Iouiq;
Credit, ut iniuſte miſſi memor ignis ab illo.
Stagna petit: patuloſq; lacus, ignemq; peroſus,
Quæ colat, elegit, contraria flumina flammis.
Squallidus interea genitor Phaethontis, & exps
Ipſe ſui decoris, qualis cum deficit orbi,
Eſſe ſolet: lucemq; odit: ſeque ipſe, diemq;.
Datq; animum in luctus, & luctibus adiicit irã:
Officiumq; negat mundo. ſatis inquit ab æui
Sors meá principiis fuit irrequieta, pigetq;
Actorum ſine ſine mihi, ſine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currus,
Si nemo eſt, omneſq; dii non poſſe fatentur,
Ipſe agat, ut ſaltem dum noſtras tentat habenas:
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tunc ſciet ignipedum uires expertus equorum
Non meruiſſe necem, qui non bene rexerit illos
Talia dicentem circunſtant omnia Solem
Numina: neu uelit tenebras inducere rebus.
Supplice uoce rogãt. miſſos quoq; Iuppiter ignes
Excuſat precibuſque minas regaliter addit.
Colligit amentes: & adhuc terrore pauentes
Phœbus equos, ſtimuloq; dolẽs, & uerbere ſęuit.

RAph. ¶ Squallid' interea genitor: mœrorẽ deſcribit phœbiquẽ ex phaethõtis filii morte cõceperat: quo cõcinnius transfigurationem Caliſtus & Arcadis in urſas exponat. ¶ Et expers ſui decoris: ſine parte ſui ſplẽdoris & ornatus. ¶ Qualis eſt deficit orbis &c. n. obſcurus eſſe uidetur: cum illius lumẽ terris auferi. ¶ Datq; animum in luctus: luctib' indulget. ¶ Officiũq; negat mundo: ait ſe nolle mũdo beneficiũ pręſtare ipſum illuſtrãdo. ¶ Sa

Liguria Li. po. Liguria Italiæ regio eſt inter amnes Varum & Macram ſita, Thuſcię contermina: cuius caput Genua eſt: unde Liguſticora fuit cognominata. Liguria autem a Liguſtro phaethontis filio fertur cognominata. Illius incolæ Ligures appellãtur. ¶ Cũ uox eſt te. tenuis ac gracilis facta. ¶ Canæq; capillos Diſſimulant plumæ: capilli inquit cani in plumas itidem canas fuere conuerſi. ¶ Porrigitur. prolongatur. Cygnus in olorẽ ¶ Iunctura: copulatio: nam cygnorum digiti & rubent, & quadam cartilagine iunguntur. ¶ Tenet os ſi. acu. ro. Os inquit in roſtrum obtuſum ac ſine ullo acumine fuit cõuerſum. ¶ Nec ſe cæloq;, Iouiq; Credit hoc eſt nec ſe aeri: ætherique committit. Hoc autem idcir

tis inqt ab æui: ita conqueritur phœbus ut Iouem in inuidiã odiũq; trahat. ¶ Ipſe agat: inuidioſe ac ſi diceret: qui iã potẽs: terribiliſq; eſt. ¶ Tẽtat: tenet, retinet. Eſt. Tẽtam u. a teneo deriuatũ: eo q p n ſcribit. Nã tempto: qđ experiri ſignificat a tenẽdo deduci uidet. Tẽpto ¶ Orbatura: filiis priuatura. Orbat nãq; eſt aliq̃ re chara (ut ſũt filii atq; oculi) priuare. Vñ orbi oculis, filiiſue, aut parẽtib' priuati dñr. Orbatura Orbi ¶ Tũc ſciet igni pedũ: ordo eſt & ſenſus. Tũc Iuppiter expert' uires ignipedũ & ueločiũ equorũ ſciet eũq; illos bene nõ rexerit mortẽ nõ meruiſſe. Apollinis querela ¶ Miſſos ignes: miſſa fulmia i phaethontẽ. ¶ Regaliter: imperioſe ac eo iureq đ habẽt reges. ¶ Verbere. flagello & ſcutica

¶ Sæuit: furit:

Sæuit enim,natumq́ obiectat:& imputat illis,
At pater omnipotens ingentia mœnia cœli
Circuit,& nequid labefactum uiribus ignis
Corruat.explorat:quæ poſtq̄ firma,ſuiq́
Roboris eſſe uidet.terras,hominumq́ labores
Perſpicit.Arcadiæ tamen eſt ipenſior illi
Cura ſuæ:fonteſq́:& nondum audentia labi
Flumina reſtituit.dat terræ gramina:frondes
Arboribus:læſaſq́ iubet reuireſcere ſiluas.
Dum redit;itq́ frequens:in uirgine Nonacrina
Hæſit.& accepti caluere ſub oſſibus ignes,
Non erat huius opus lanam mollire trahendo:
Nec poſitas uariare comas,ſed fibula ueſtem:
Vitta coercebat neglectos alba capillos:
Et modo leue manu iaculū:mō ſumpſerat arcū.
Miles erat phœbes:nec Mænalon attigit ulla
Gratior hac triuiæ.ſed nulla potentia longa eſt.
Vlterius ſpatium modo ſol altus habebat:
Cum ſubit illa nem⁹,quod nulla ceciderat ætas:
Exuit hic humero pharetram, lentoſq́ retendit
Arcus,inq́ ſolo quod texerat herba:iacebat:
Et pictam poſita pharetram ceruice premebat.
Iuppiter ut uidit feſſam.& cuſtode uacantem:
Hoc certe furtum coniunx mea neſciet:inquit,
Aut ſi reſcierit:ſunt oh ſunt iurgia tanti?
Protinus induitur faciem,cultumq́ Dianæ:
Atq́ ait,o comitum uirgo pars una mearum:
In quibus es uenata iugis?de ceſpite uirgo
Se leuat,& ſalue numen me iudice dixit,
Audiat ipſe licet,maius Ioue:ridet:& audit,
Et ſibi præferri ſe gaudet,& oſcula iungit
Nec moderata ſatis:nec ſic a uirgine danda.
Qua uenata foret ſilua narrare parantem
Impedit amplexu:nec ſe ſine crimine prodit:
Illa quidem contra:quantum mō fœmia poſſet,
Aſpiceres utinam ſaturnia:mitior eſſes.
Illa quidem pugnat,ſed quæ ſuperare puella?

R Aph. ¶ Sæuit:furit,ac ſæuitiam in equos nihil mali meritos Sæuire exercet. ☞ At pr̄ omnipotens,hæc ideirco a poeta narrantur quo cōmodius Caliſtus & arcadis mutatione in ſydera cum ſuperiore metamorphoſi connectat. ☞ Ex Explorare plorandiligēter īquirit.Vnde exploratores qui hoſtiū conſilia ſcrutātur. ☞ Impēſior:maior. ☞ Suæ Arcadię a ſe amatæ.Siue propter Maiamq́ ę i Cyllene ipſius Arcadiæ mōte Mercurium peperit:ſiue ad illud poeta alludit:quod Arcades nō minus q̄ cretēſes apud ſe natum eſſe Iouem contenduntut & in Hymno Callimach⁹ in Iouem:& pauſanias in Arcadicis ſcribūt. Vnde Luſius & Luſi⁹ Arcadiæ fluui⁹ dictus eſt:q in eo Iuppiter infans lotus eſt. ☞ In uirgine Nonacrina:Virginem Nonacrinam appellat Caliſtonem Lycaōis filiam:quam cum uidiſſet Iuppiter:ita excellenti eius pulchritudine captus eſt:ut cum blāditiis ea potiri nō poſſet:ſe finxerit eſſe Dianam:cuius Caliſto fidiſſima comes erat.Hac igitur arte compreſſa ab Ioue cum Arcadē peperiſſet :in urſam ab Iunone:ne iterum Ioui placeret,conuerſa eſt, Eam uero cum filius Arcas iam adultus in uenatione ferire uellet : miſeratione Iouis ambo in ſydera fuerunt tranſlati:ac iuxta polum : qui ab ipſis arcticus fuit cognominat⁹,collocati. Quod quidem cum Iuno animaduertiſſet: Tethym nutricem rogauit:ne unquam permitteret eas in mare deſcendeř.Ideoq́ ſeptentriones nunquam occidere dicuntur. Sane Hyginus uarias priſcorū de Caliſtus mutatione refert opiniōes : quas ſiquis ad huius fabulæ expoſitionem aliquid cōferre putabit:illinc ſumat licebit. ☞ In uirgine Nonacrina:Nonacris & urbs & mons eſt Arcadiæ : unde Nonacris Nonacrinus declinat. ☞ Hæſit:fix⁹ ē. ☞ Accepti ignes: Ignis amores concepti.Ignis enim frequenter pro amore ponitur a poetis:ut nanq́ ligna comburūtur igne:ſic iuuenum corda amore dicuntur ardere. ☞ Caluer :inflammati fueř. ☞ Lanam mollire:filare:ac ſubigere lanam. ☞ Variare:uariis coloribus ornare.Id quod laſciuę uirgines maxime faceř ſolent. ☞ Sed fibula:cingulum. A Vitta parte nanq́ intelligimus totum. ☞ Vitta alba : tegmen eſt capitis uitta:qua mulieres otinent capillos. ☞ Alba: non uarioq́ colorum : qualibus laſciuæ uirgines delectanř. ☞ Neglectos capillos.ipexos:iornatos. ☞ Coercebat:conſtringebat. ☞ Miles erat phœbes: Dianæ : q̄ eadem cum Luna eſſe putatur. ☞ Nec Mænalon attigit Menal⁹ ulla:Mænalus mons Arcadiæ celeberrim⁹ & urbs clariſſima a Mēnalo Lycaonis filio cōdita. ☞ Triuię Dianæ:q in triuiis coli conſueuerit. ☞ Sed nul. po.lon.eſt: ſentēna generalis,quæ in dies uerior eſſe probatur. ☞ Vlteri⁹ ſpa .meridiem iā pertrāſiſſe ſignificat. Sol. n.ulterius medium ſpatiū cœli tunc tenere dicitur :cum maior pars diei præteriuit. ☞ Quod nul.ce.ętas: innuit nemus illud umbroſiſſimū,opaciſſimūq́ fuiſſe: ut cuius arbores nullo unq̄ tēpore fuerāt ceſæ. ☞ Nulla æt.nullius ætatis homines. Cōtinēs enim pro contento p metonymiā frequenter ponič a poetis. ☞ Exuit hic: depoſuit illic & in illo nemore pharetrā. Eſt.n.aduerbiū pro aduerbio poſitum. ☞ Lentoſq́ reten. ar.flexibiles arcus remiſit.Arcus enim niſi retendantur molles efficiūtur: ut ipſe in Epiſtolis iquit. Si nūq̄ ceſſes tendeř mollis erit. Re autē p̄poſitio Re ſæpenumero mutat uerba cū qbus cōponič in cōtrariam ſignificationē :ut tego retego , ſigno reſigno.tendo retēdo. ☞ Feſſam:laſſam & defatigatam. ☞ Hoc fur.hoc ſtuprū.Furta nāq́ ēt ſtupra dr̄r:qd̄ furtim cōmittan Furtum tur. ☞ Sunt oh ſunt iurgia tanti:ac ſi diceret iurgia nequaq̄ tāti ſunt æſtimanda:ut me uoluptate huius potiendæ uirginis priuēt:Oh autē hoc loco cōtēnētis eſt interiectio. ☞ Protinus ind.faciē : Iouis tranſmutationem in Dianā obiter exponit poeta. ☞ Cultū:habitū:ornatū. ☞ In qbus iu.in qbus mōtib⁹. ☞ De ceſ.uir.ſe le.de terra īqt Caliſto ſurgit.Ceſpes autē terra ēcū ꝓpria herba auulſa. ☞ Nec ſic a uir . dā. Ceſpes laſciuiora nāq́ erant:q̄ ut uirgini cōueniret. ☞ Impedit am.implicat amplectendo. ☞ Nec ſe ſine cri. ꝓdit.hoc eſt nec ſe manifeſtat ſine ui puellæ illata. ☞ Illa quidē cōtra:pugnat ſubaudiatur:id eſt repugnat. ☞ Aſpiceres utinam Saturnia:hæc per parētheſin Iunōi a poeta dicuntur in Caliſtus defenſionem.

Quiſue Ioué poterat?ſuperũ petit æthera uictor
Iuppiter:huic odio nemus eſt,& conſcia ſylua.
Vnde pedem referens,pene eſt,oblita pharetram
Tollere:cum telis,& quem ſuſpẽderat arcum.
Ecce ſuo comitata choro Dictynna per altum
Mænalon ingrediens,& cæde ſuperba ferarum
Aſpicit hanc,uiſamq; uocat clamata refugit
Et timuit primo,ne Iuppiter eſſet in illa.
Sed poſtq̃ pariter nymphas incedere uidit,
Senſit abeſſe dolos,numerumq; acceſſit ad harũ
Heu q̃ difficile eſt crimen non prodere uultu
Vix oculos attollit humo,nec,ut ante ſolebat:
Iuncta Deæ lateri:nec toto eſt agmine prima.
Sed ſilet,& læſi dat ſigna rubore pudoris.
Et,niſi quod uirgo eſt:poterat ſentire Diana
Mille notis culpam:nymphæ ſenſiſſe feruntur:
Orbe reſurgebant Lunaria cornua nono:
Cum Dea uenatu fraternis languida flammis
Nacta nemus gelidũ:de quo cum murmure labẽs



Ibat:& attritas uerſabat riuus harenas.
Vt loca laudauit,ſumm. as pede contigit undas
His quoq; laudaris,procul eſt,ait,arbiter omnis.
Nuda ſuperfuſis tingamus corpora lymphis.
Parrhaſis erubuit:cunctæ uelamina ponunt.
Vna moras quærit:dubitanti ueſtis adempta eſt
Qua poſita nudo patuit cum corpore crimen
Attonitæ.manibuſq; uterum celare uolenti
I procul hinc dixit:nec ſacros pollue fontes
Cynthia:deq; ſuo iuſſit ſecedere cœtu.
Senſerat hoc olim magni matrona Tonantis:
Diſtuleratq; graues in idonea tempora pœnas,
Cauſa moræ nulla eſt:& iam puer Arcas(id ipſũ
Indoluit Iuno)fuerat de pellice natus.
Quo ſimul obuertit ſæuã cũ lumine mentem:
Scilicet hoc etiam reſtabat adultera,dixit,
Vt fœcũda fores,fieretq; iniuria partu
Nota,Iouiſq; mei teſtatum dedecus eſſet,

R Aph. ¶ Victor: uoti compos
Victor effectus. ¶ Et conſcia ſyl-
ua:ſtupri ab Ioue illati.
¶ Vnde pedem referẽs.
Ecce ex q̃ ſilua recedens. ¶ Ec
ce ſubitum aliquid, repẽ
tinumq; malum apud Ci
ceronem,Virgiliumq; ſi-
gnificat:apud alios etiã
bonum aliquando deſi-
Dictynna gnat. ¶ Dictynna:diana
dicitur ἀπὸ τοῦ δικτύων hoc eſt a retibus. Cu-
ius nominis a Solino ta-
lis cauſa aſſignatur. Bri
tomarte nympha cum uir
ginitatem ſuam Dianæ
uouiſſet:ſe in mare preci
pitauit:ne a Minoe Cre-
tæ rege uiolaretur:Cum
uero ab hoc ſæua peſtis
Cretam inuaſiſſet:reſpõ
ſo accepto, uirginis cada
uer retibus e mari extra
xerunt:eamq; Dyctinnã
appellauerunt:ac Dianæ
ædem extruxerunt:quæ
a nomine uirginis Di-
ctynna fuit appellata.
¶ Heu q̃ difficile eſt.ſen
tentia loco accommoda-
ta. ¶ Prodere:detegere,
Proderẽ manifeſtare. ¶ Prodi au
tem proprie arcana di-
cuntur. ¶ Vix oculos:ele
ganter mores pudicæ uir
ginis uiolatæ effingit poe
ta. ¶ Mille notis:ſignis.
Numerus enim finitus
pro infinito fere a poetis
uſurpatur. ¶ Orbe no
no:menſe nono. Luna
enim ſingulis quibuſque
menſibus ſuum reparat
orbem. ¶ Cum Dea ue-
natu:ſic quidem fere le-
gitur:ſed in uetuſto exẽ-
plari uenatrix rectius mi
hi ſcriptum eſſe uidetur:
ut ſit Dianæ periphraſis.
¶ Fraternis languida flã
mis: defeſſa feruoribus
Solis ſui fratris. Nã Dia
na(ut diximus)eadem ẽ
cum Luna:quæ Solis per
hibetur ſoror eſſe. ¶ Ver
ſabat:uoluebat. ¶ Attri
tas:ob continuum fluxũ.
¶ Vt loca laudauit: poſt
q̃ loca laudauit diana:q;
pulchra eſſent & amœ-
na: aquas pedibus teti-
git. ¶ Tingamus:made-
faciamus.lauemus. ¶ Ar
biter omnis: teſtis nemo

adeſt. ¶ Parrhaſis: Cali
ſto a Parrhaſia urbe Ar-
cadiæ:quæ a Parrhaſo Parr: a
uno ex Lycaonis filiis co
gnominata fuit. Parrha-
ſis uocatur. ¶ Velamina
ponunt:ueſte deponũt.
¶ Vna moras quærit:ſo
la caliſto ueſtẽ deponerẽ
non curat. ¶ Adempta ẽ
ui detracta ab aliis Dia-
næ comitibus. ¶ Vterũ:
uteri tumorem. Grauida
enim erat ac partui pro-
pinq̃. ¶ Cynthia:Diana
a Cynthio Deli monte. Cyn thia
¶ Secedere:abire & rece
dere. ¶ Id ipſũ Indoluit
Iuno:hæc parentheſis Iu
nonis indignationis cau-
ſam oſtendit. Non enim
tam doluit Iuno:q̃ a Io-
ue ſtuprata foret: q̃ q̃
puerum pepeniſſet. ¶ De
pellice:Caliſtone:ut lati
ne nomen græcum dedi
nemus. ¶ Quo ſimul ob
uertit & oculos & ani-
mum in Arcadem e cali
ſtone natum:excandeſce
re uerbis cœpit. ¶ Quo
in quem puerum. ¶ Si
mul:poſtq̃. ¶ Scilicet hoc
Scilicet etiam.affectui ſeruit & indignationi hoc aduer
bium ſcilicet. Fere autem
Iuno indignata loqui ſi
gitur a poetis. ¶ Vt fœ
cunda fores:conciperes.
Fœcundæ enim dicun-
tur:q̃ cõcipiũt. ¶ Teſtatũ
:aliquam teſtimonio ap-
probatum.
¶ Haud

Haud impune feres, adimam tibi nãq; figuram:
Qua tibi, quaq; places noſtro importúa marito.
Dixit, & arreptam prenſis a fronte capillis
Strauit humi pronam tenebat brachia ſupplex.
Brachia cœperunt nigris horreſcere uillis:
Curuariq; manus: & aduncos creſcere i ungues:
Officioq; pedũ fũgi, laudataq; quondam
Ora Ioui lato fieri deformia ricto,
Ne ue preces aios, & uerba precantia flectãt:
Poſſe loqui eripitur. uox iracunda: minaxq;,
Plenaq; terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiqua manet. facta quoq; mãſit in urſa.
Aſſiduoq; ſuos gemitu teſtata dolores,
Qualeſcũq; manus ad cœlũ, & ſydera tollit:
Ingratũq; Ioué nequeat cũ dicere: ſentit.
Ah quotiens ſola nõ auſa quieſcere ſilua,
Ante domum: quõdamque ſuis errauit ĩ agris,
Ah quotiens per ſaxa canum latratibus acta eſt:
Venatrixq; metu uenantũ territa fugit.
Sæpe feris latuit uiſis: oblita quid eſſet:
Vrſaque cõſpectus ĩ mõtibus horruit urſus:
Pertimuitq; lupus, quamuis pr̃ eſſet in illis.
Ecce Lycaoniæ proles ignara parentis
Arcas adeſt ter quinq; ferẽs natalibus annus.
Dũq; feras ſequitur: dũ ſaltus eligit aptos,
Nexilibuſq; plagis ſiluas Erymanthidos ambit:
Incidit in matrem: quæ reſtitit arcade uiſo:
Et cognoſcenti ſimilis fuit, ille refugit,
Immotoſq; oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit, propiuſq; accedere fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo:
Arguit omnipotens, pariterq;, ipſuſq;, nefaſque
Suſtulit, & celeri raptus per inania uento
Impoſuit cœlo, uicinaq; ſydera fecit.
Intumuit iuno, poſtq̃ inter ſydera pellex
Fulſit, & ad canam deſcendit ĩ æquore Tethym.

RAph. ℭ Haud impũe feres: nõ abibis impunita. ⸿ Strauit: proſtrauit, proiecit i terram. ⸿ Horreſcere: horrida & aſpera fieri. ⸿ Deformia: turpia. ⸿ Lato rictu: ãplo oris foramine & ſpatio. ⸿ Poſſe loqui facultas loquendi. ⸿ Mens antiqua: priſtinus anim⁹. ⸿ Mãet, in uetuſtis exemplaribus non manet: ſed tamen recte ſcriptum eẽ uidetur. ⸿ Qualeſcunq; manus: nam urſi prioribus pedibus manuuȝ uice funguntur eoſque erigunt. ⸿ Ah quo. ſo. priſtinam mẽtem Caliſtõ retinuiſſe multis colligit argumentis: neque enim

Caliſto in urſã

ſe urſam eẽ putabat. Miſeretur autẽ calamitatis illi⁹ poeta. ⸿ Sola ſil. deſerta & ab hominibus nõ habitata. ⸿ Oblita quid eſſet: oblita ſe eſſe urſaȝ. ⸿ Horruit, cum quodam horrore timuit. ⸿ Quamuis pater eſſet in illis. Lycaonem enim Caliſtonis patrem in lupũ fuiſſe cõuerſum in primo narrauit poeta. ⸿ Ecce Lycaoniæ proles: Arcas Iouis filius ex Caliſtõe: cũ quindecim annoruȝ eſſet: matri in urſam conuerſæ interuenandum obuiauit: quam quidem cum ferire uellet matrẽ eſſe ignorans, Iouis miſeratione ad ſydera una cũ matre ſublat⁹ Arctophylax (ut ſcribit Hyginus) fuit appellatus. Inde autem polus arcticus nomen accepit. Nam ἄρκτος urſa interpretatur. Id uero cum Iuno aiaduertiſſet: Te-

Arctic⁹ polus

thym Oceani uxorem rogauit, ne unquam eas in mare deſcendere permitteret: ac ea de cauſa ſeptẽtriones nunquam occidere poſſunt. Eleganter autem Ouidius filii mutationem cum matris transfiguratione cõnectit. Ab hoc aũt Arcade qui poſt Nyctimum fratrem regnauit : regio pro pelaſgia Arcadia : & Arcades pro pelaſgis appellati fuerunt ut pauſanias ait. ⸿ Ter quinq; ferens natalibus annos: hoc eſt annos quindecĩ

Arcadia

natus. Natale autem qui & natalis dicitur, dies eſt quo

Natalis

quiſq; naſcitur. Virgilius, Meus ẽ natalis Iola. Ab Ouidio autem diſcrepat pauſanias, qui Arcadem & nympham uxorem duxiſſe nomĩe Erato: & ex ea tres filios ſuſtuliſſe ſcribit. Azana. Aphidãta. & Elatuȝ, ante quos

Saltus

Autolaus nothus ipſi natus fertur. ⸿ Saltus ap. ſiluas uenationi accommodatas, Saltus nanq; a ſaliẽdo dedu ctunq; feræ in illo ſaltus edant. Vnde ſaltuarii ſaltuuȝ & agrorum cuſtodes uocantur. ⸿ Nexilibuſq; p la. retibus conuexis. Multis enim nodis retia nectũtur. plaga

Pl. ga

autem prima breui rete ſignificat. Longa uero uulnus deſignat. ⸿ Erymanthidos: mõns Erymanthi: qui eſt ĩ Arcadia. ⸿ Ambit: circundat. circuit. ⸿ Et cog. ſi. fuit: ita inquit reſtitit Caliſto, ut Arcadẽ filium cognoſcere uideretur. ⸿ Neſcius: ignarus eſſe matrem. ⸿ Quæ reſtitit ipſum expectaret. ⸿ Propiuſq; ac. fu. noluit, recuſauit.

Fabulç ſextæ ſecundi libri argumẽtum.

LActãtius

ℭ Vulnifico &c. Caliſto ſupradicta cum filio Arcade in ſyderibus a Ioue tranſlati ſunt.

RAph.

ℭ Vulnifico telo: uulnꝰ inferẽti iaculo. ⸿ Arguit omnipotens: arguit quidem legitur: ſed arcuit, hoc eſt uetuit & prohibuit ſenſui magis conuenire uidetur: uetuit nãq; Iuppiter ne Arcas telum dirigeret in matrẽ. Pauſanias autem ſcribit Caliſto in urſam mutatam in gratiam Iunonis a Diana ſagittis fuiſſe confixã, ac Mercurium ab Ioue miſſum, qui puerum quẽ Caliſto in utero gerebat, ſeruaret. ipſamq; caliſto factam eſſe ſtellam, quç maior urſa & ἅμαξα uocatur. ⸿ Nefaſque: hoc

Tollerẽ

eſt parricidium: quod arcas ignarus perpetraturus erat, abſtulit: pleriq; autem poetæ duo diuerſa uno uerbo ſignificant. Nam ſuſtulit ſignificat & in altum tulit, qua in ſignificatione ad ipſos refertur, & abſtulit & remouit, quæ ſignificatio nefas reſpicit. ⸿ Per inania, per aerem qui inane quoq; dicitur, q uacuus eſſe uideatur. ⸿ Viciaq; ſydera fecit: maior nãq; urſa & arctophylax uicina ſunt, ac propinqua ſydera, quæ eadem eſſe cum plauſtro & ſeptentrionibus perhibentur. Nam arctophylax idem eſt cum Boote,

Arctophylax

qui & urſam ſequi ac cuſtodire: & plauſtrum agerẽ uidetur. ⸿ Intumuit, indignata eſt. ⸿ Ad canam Thetym

Tethys

Thetys cæli & Veſtæ filia fuiſſe dicitur, uxor Oceãi, ac Iunonis nutrix: multorumque Deorum mater. Pro mari autem quemadmodum & Oceanus accipitur. Tethys uero Tethyos declinari notum eſt. Cum Thetis pro Achillis matre aliter & ſcribatur & declinetur. Naȝ prima aſpiratur: & ſecunda i latinum habet: & Thetidis in genitiuo facit.

R Aph. ¶ Quorum reuerentia mouit: Ocean⁹ & Tethys magno in honore ſunt apud omnes Deos: quia antiquiſſimi ſunt. ¶ Pro me: loco mei. ¶ Mentiar: mentiri dicar. ¶ Mea uulnera: meos dolores & cruciatus. ¶ Illic ubi circulus axem: hoc eſt ad polum ſeptentrionalem, ubi eſt ultimus ac breuiſſimus circulus. Arcticus enim & antarcticus circuli & ultimi ſunt: & aliorum breuiſſimi. ¶ Eſt uero cur quis: Ironia indignationis plena. ¶ Offenſamq; tremat: timeat me læſam. ¶ O ego quantum egi: Ironicos hæc a Iunõe dicuntur: ac ſi diceret: parum ac potius nihil egi. ¶ Eſſe hominem uetui: oſtendit Iuno ſe nocendo prodeſſe. ¶ Sontib⁹: nocentibus: pellicibusq; meis. ¶ Vindicet antiquam faciem: Iuppiter quem Iuno irata nõ nominat: ſubaudiat. Optat autẽ Iuno ut Caliſto in humanam faciem potius uindicetur: & reuocetur: q̃ inter ſydera conſtituatur. Vidicaṙ Vindicare autem aſſerere eſt & reuocare. In antiquã uero faciem in ſoluta diceremus oratione. ¶ Quod in ante phoronide fecit: ordo eſt. Quod ante in phoronide fecit. ¶ Phoronide: in Io phoronei neptem quæ cum in uaccam (ut uidemus) Iunonis metu fuiſſet conuerſa: humanæ formæ tandem a Ioue fuit reſtituta. ¶ Cur non expulſa ducit Iunone: pulchra ironia: qua id concedere uidemur: q̃d maxime nolumus. Sic Dido apud Virgilium libro. iiii. I ſequere Italiã uẽtis: pete regna per undas. ¶ Duxit uxorẽ ſubaudiamus. ¶ Tangit: commouet. ¶ Alumnæ: nam Iuno a Tethy fuit educata. ¶ Gurgite cæruleo: a mari nigro & profundo. Eſt enim tapinoſis & magnæ rei humilis expoſitio, nam gurgitem qui fluuiorum eſt: pro Oceano poſuit poeta. ¶ Prohibete: arcete. ¶ Septentriones: maiorem urſam cum Arctophylace. ¶ Ne puro tingatur in æquore pellex: ne caliſto pellex & concubina Iouis in purum mare deſcendens illud inquinet & fœdet. ¶ Dii maris annuerant: Oceanus & Tethys nutu promiſerant ſe prohibituros ne ſeptentriones in mare deſcendãt. ¶ Ingreditur: intrat. ¶ Liquidũ aera: tenuem ac purum. ¶ Pauonibus pictis: uariis colorib⁹ diſtinctis. Currus autem Iunonis a pauonibus trahi putatur.

Oceanũq; ſenẽ, quoꝝ reuerentia mouit
Sæpe Deos: cauſamq; uiæ ſcitantibus inquit.
Quæritis æthereis quare regina Deorum
Sedibus hic adſim. pro me tener altera cælum.
Mentiar: obſcurũ niſi nox cum fecerit orbem,
Nuper honoratas ſũmo mea uulnera cælo
Videritis ſtellas illic: ubi circulus axem
Vltimus extremũ, ſpacioq; breuiſſimus ambit.
Eſt uero cur quis Iunonẽ lædere nolit?
Offenſamq; tremat, quæ proſum ſola nocendo?
O ego quantũ egi. q̃ uaſta porentia noſtra eſt.
Eſſe hominem uetui: facta ẽ Dea. ſic ego pœnas
Sontibus impono: ſic eſt mea magna poreſtas.
Vindicet antiquã faciẽ: uultuſq; ferinos
Detrahit, argolica qđ in ante phoronide fecit,
Cur non expulſa ducit Iunone, meoq;
Collocat ĩ thalamo, ſocerũq; Lycaonia ſumat.
At uos ſi læſæ tangit contemptus alumnæ:
Gurgite cæruleo ſeptem prohibete triones:
Syderaq; in cælum ſtupri mercede recepta
Pellite: ne puto tingatur in æquore pellex.
Dii maris annuerant. habili ſaturnia curru
Ingredit liquidũ pauonibus aera pictis:
Tam nuper pictis cæſo pauonibus argo:
Quam tu nuper eras: cum cãdidus ante fuiſſes:
Corue loquax ſubito nigrantes uerſus in alas.
Nam fuit hæc quondam niueis argẽtea pennis
Ales; ut æquaret totus ſine labe columbas:
Nec ſeruaturis uigili capitolia uoce
Cederet anſeribus, nec amanti flumina cygno.
Lingua fuit damno lingua faciente loquaci,
Qui color albus erat, nunc eſt contrarius albo.

Fabulæ ſeptimæ ſecundi libri argumẽtum.

¶ Tam nuper pictis cæſo &c. Coruus uolucris initio naturæ candidis pennis plumatus fuit: ſed quia Coronidam Coronei filiã indicauerat Apollini in adulterio moratam. Ita propter acerbiſſimum iudiciũ flagrãtis Dei ſagittis confixa eſt. Ex eo ille niger ex candido factus. LActã tius Ex hac & Apolline naſcitur Aeſculapius: quem pater exciſo utero matris cum ea rogo eſſet impoſita: abſtulit: is ad Chironem a patre in Pelion delatus eſt montem: ut ab eo incrementum ſimulque ſcientiam acciperet medendi.

R Aph. ¶ Tam nuper pictis: hæc ad connexionem mutationis ſequentis apte ſatis quidam infertur. ¶ Cæſo Argo: interfecto argo cuius oculi caudæ pauonis a Iunone fuerunt appoſiti, ut in primo narrauit poeta. Coru⁹ ex albo niger ¶ Quam tu nuper eras: Coruus initio quidem fuit candidus: ſed cum eius indicio Apollo cognouiſſet Coronida amicam cum alio quodam iuuene rem habere, eamque ſagittis interfeciſſet, puerumq; Aeſculapiũ exciſo utero extraxiſſet: pœnitentia ductus coruum indicem ſibi aliquid præmii ſperantem ex albo nigrum effecit. ¶ Corue loq̃x: Apoſtrophe ad coruum: qua ſignificat poeta illũ ſuæ loquacitatis merito pœnas dediſſe. ¶ Argẽteа: alba, ut eſt argentum. ¶ Sine labe: ſine macula. ¶ Nec ſeruaturis: alludit ad id qđ Liuius ĩ prima decade narrat. Cũ enim Galli ſenões olim obſediſſent capitolium: noctuque aſcendiſſent: clangore anſerum (cum canes minimã ſentirent) excitati cuſtodes eos deturbauerunt. Quare & anſeres in magno honore habiti: & canes fuere crucifixi. ¶ Nunc eſt contrarius albo: niger: qui color albo eſt oppoſitus.

Fabulæ octauæ ſecundi libri argumẽtum.

¶ Pulchrior in tota q̃ Lariſſea coronis &c. Coronis coronei filia refert coruo: ne indicium Apollini faceret: cũ igitur Minerua Ericthonium Vulcani filium: quod ex complexu in terram ceciderat, ſuſtuliſſet: & comitibus ſuis pandroſo, Herſe, Aglauroque filiis ciſtula incluſũ cuſtodiendum tradidiſſet, monuiſſetq; ne quis omninõ id conſpiceret. Coronis ſupradicta nobiliſſima uirginũ LActã tius

cuſtodibus

cuſtodibus ciſtulam laxatam & inſpectam draconem
reperiſſet, diuulgauit. Quamobrẽ Dea a ſe alienauit:
quæ cum ſolitudine in littore oblectaretur, Neptunus
procul cõſpecta Vener̃ eius incaluit: cum uim afferret:
ab eadem Dea propter uirginitatem tenaciter cuſtoditã
in auem cornicẽ cõuerſa eſt. ita ut tẽplo dei admõeret.

Pulchrior in tota, q̃ Lariſſæa Coronis
Nõ fuit Aemonia. placuit tibi Delphice certe
Vel dum caſta fuit: uel inobſeruata: ſed ales
Senſit adulterium phœbeius: utq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index
Ad dominum tendebat iter: quẽ garrula motis
Conſequitur pennis: ſcitetur ut omnia cornix:
Auditaq; uiæ cauſa, non utile carpis
Inquit iter: ne ſperne meæ præſagia linguæ.
Quid fuerim: quid ſimq;, uide: meritũq; require:
Inuenies nocuiſſe fidem. nam tempore quodam
Pallas Erichthonium prolẽ ſine matre creatam
Clauſerat Actæo texta de uimine ciſta.
Virginibuſq; tribus gemino de Cæcrope natis
Seruandam dederat, ſed inconfeſſa quid eſſet:
Et legem dederat: ſua ne ſecreta uiderent.
Abdita fronde leui denſa ſpeculabar ab ulmo:
Quid facerent, commiſſa duæ ſine fraude tuent̃
Pãdroſos, atq; Herſe. timidas uocat una ſorores
Aglauros: nodoſq; manu deducit: & intus
Infantemq; uident: apporrectumq; draconem.
Acta Deæ refero: pro quo mihi gratia talis
Redditur: ut dicar, tutela pulſa Mineruæ.

RAph. ❡ Quã Lariſſæa Coro
Coroni nis: duæ fuerunt Coroni
des duę des: quarũ altera ab apol
line: altera a Neptuno
fuit adamata. ☞ Lariſſęa
ex Lariſſa Theſſaliæ ur
be. ☞ In tota Aemonia:
Theſſalia. ☞ Inobſerua
ta: incuſtodita. ☞ Ales
phœbei⁹: coru⁹ ab Apol
line Coronodi cuſtos ad
hibit⁹. ☞ Non exorabilis
index: qui nullis preci
bus potuit flecti tne id
quod uiderat indicaret.
☞ Tendebat iter: ibat.
☞ Garrula cornix: narra
turus poeta quemadmo
dum Coronis phocaica
in cornicem fuit mutata
eleganter (ut ſolet) fabu
lam fabulę cõnectit. Cor
nicem autem ipſam indu
cit coruum admonẽtem:
ut taceat. ac quid ſibi eue
nerit: quia linguam co'hi
bere neſciuit: narrãtem.
Corõis Coronis enim filia fuit
Coronei phocidos regis:
quæ a Neptuno adama
ta: ne uiolaretur ope pal
ladis in cornicem fuit cõ
uerſa: ac palladis ipſius
comes effecta. Cæterum cum Palladi nũciaſſet: Cęcro
pis filias ciſtam: in qua Erichthonium ex ſemine Vulca
ni natum ipſa Pallas clauſerat, contra deæ mandatum
Scitari aperuiſſe: a comitatu Mineruę fuit repulſa. ☞ Scitetur:
roget ut ſciat. ☞ Præſagia: ꝑdictiones. ☞ Quid fuerim:
comes nãq; fui Mineruæ. ☞ Quid ſim: nũc a comitatu
Mineruæ repulſa contemnor. Nam tempore quodam
Vulcanus (ut narrat Lactantius) cũ Diis arma fecisset
eiq; Iuppiter optionem dediſſet ꝑmii: quod uellet po
ſtulãdi, Iuraſſetq; per ſtygem paludem ſe nihil negatu
rum: Mineruæ nuptias poſtulauit. Quod quidez Iuppi
ter aſtrictus religione cũ negar̃ non poſſet, Palladẽ ad
monuit: ut claudo fabro repugnaret, ac pudicitiã defẽ
deret. Vulcãus igitur cum Palladi tanq̃ uxori ſibi a Io
ue traditę: quã blãditiis potiri nõ poterat: uim inferret:
eaq; reluctaretur, forte ſemen ipſius in terrã cecidit: ex
quo quidem & terra natus eſt Erichthonius Vulcani fi
Erich ne matre filius: pedes habẽs anguinos: quos ut tegeret
thonius prius currum excogitaſſe dicitur. Erichthonius autem,
lis terræ interpretatur: ἔρις nãq; lis ſiue contentio: χθὼν
terra appellat̃. ☞ Sine matre: nam ex ſolo Vulcãi ſemi
ne: qd' i terram cecidit natus ẽ. ☞ Actęo: Attico. Nã At
tica (ut ſcribit Pauſanias) prius Actęa ab Actęo: qui pri
Actæa m⁹ Athenis regnaſſe fert̃. Deide Attica ab Attide Cra
nai regis filia fuit cognominata. ☞ Gemino de Cęcro
pe: Cęcrops idcirco gemin⁹ ac biformis dr̃: q' ex pte ho
cecrops mo: ex parte ſerpens fuiſſe uulgatus eſt. Quod quidem

idcirco fictum fuiſſe Demoſtenes ait: q' & prudẽtia in
conſiliis ſumma eſſet: & in rebus agendis uiribus & au
dacia uteretur. Vt autẽ refert Iuſtinus: matrimoniuz ac
nuptias (hoc eſt maris & fœminæ coniunctionẽ) prim⁹
inſtituit. Is autem ex Sai urbe Aegypti Athenas profe
ctus: Actæonis qui primus in Attica regnauit filiã du
xit uxorem: eiq; in regno
ſucceſſit. Vnde Atheniẽ
ſes Cęcropidę uocãtur.
Et tres filiæ fuerunt Pan Pãdro
droſos. Herſe. Aglauros ſos
quib⁹ nomina indidit ab Herſe
iis: quibus fruges maxi Aglau
mæ aluntur. Pandroſos ros
.n. & Herſe a roſ. Aglau
r os uero α[illegible] τ[illegible] αυλ
ξ[illegible] τ[illegible]: hoc eſt a ſta
bulando in agris uidetur
appellata. Nec ignoro
me, ut eſt in exemplari
bus deprauatum: Aglau
ron legiſſe & expoſuiſſe.
Nuper uero animaduer
ti Agraulon ea de cauſa
quam ſcripſi, fuiſſe nomi
natam. Quare Agraulos
ubicũq; Aglauros hacte
nus lectus eſt: mihi uide
tur eſſe reponẽdum: ne
a græcis ſcriptoribus tan
de ſum admonitus diſſẽ
tire coarguamur: tametſi
pauſanias in Atticæ de
ſcriptione illam Aglaurõ
mendoſe (ut puto) uo
cat. ☞ Sed icõfeſſa quid
eſſet: ſic quidẽ in impreſ
ſis legitur exemplarib⁹:
ſed corrupte: cũ una car
mini ſyllaba deſit. Quare hæc particula enim ẽ aſcribẽ
da: ut legatur. Sed enim inconfeſſa: ut eſt in libris anti
quis ſcriptum. ☞ Inconfeſſa: nõ confeſſa: non elocuta.
☞ Et legem dederat: mandauerat. ☞ Ablata: abſcondi
ta. ☞ Speculabar: obſeruabam. Proprie autez dixit: nã Specu
ſpeculari eſt ex edito & alto loco obſeruare. ☞ Tuen lari
tur: defendunt: cuſtodiunt: ac ſeruant. ☞ Pãdroſos atq;
Herſe: a rore hæc nomina ſumpta fuiſſe uidentur. Naz
Pandroſos a πᾶν: quod totum ſignificat: & δρόσος qui
eſt ros: componi uidetur. Herſe autẽ ros interpretatur.
Cæcropis autem filiæ fuerunt: ut pauſanias quoq; nar
rat: nõ ſolum Ouidius: quarum fratrez fuiſſe Erichtho
nium ait: qui uiuo adhuc patre uita exceſſit. Tametſi ip
ſum ex mortali genitum negant: cui Vulcanũ terramq;
parentes aſſignant. Ab Ouidio autẽ nõ nihil diſſentit
Pauſanias. Narrat. n. Aglauri lucum eſſe Athenis: cui q
dem & Herſe & Pandroſo ſororibus Mineruam Erich
thonium in ciſto depoſitũ dediſſe: uetuiſſeq; ne depoſi
tum uiderent: Pandroſonq; in officio fuiſſe: idcircoq; ei
contiguam templo Mineruæ ædem fuiſſe. Reliquas
uero duas (quoniam ciſtam reſignaſſent) uiſo Erichtho
nio furere cœpiſſe: & ex arce qua maxime pręceps loc⁹
erat ſe deieciſſe. ☞ Vna Aglauros: ſola Aglauros. ☞ Di
ducit: diſſoluit ac ſeparat. ☞ Apporrectũq; draconem:
appoſituz draconem ſibi uidere uiſæ ſunt: q' Erichtho
nius ſerpentinos habebat pedes. ☞ Acta Deæ refero:
geſta a Cęcropis filiabus M[illegible]ruæ nuncio.

Et ponar poſt noctis auem,mea pœna uolucres
Admonuiſſe poteſt;ne uoce pericula quærant.
At puto non ultro,nec quicꝗ tale rogantem
Me petiit:licet hoc ex ipſa Pallade quæras.
Quamuis irata eſt:non hoc irata negabit.
Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus
(Nota loquor)genuit,fueramꝗ ego regia uirgo:
Diuitibuſꝗ procis(ne me contemne)petebar.
Forma mihi nocuit.nam cum per littora lentis
Paſſibus,ut ſoleo:ſumma ſpatiarer harena:
Vidit:& incaluit pelagi Deus:utꝗ precando
Tempora cum blandis abſumpſit inania uerbis:
Vim parat:& ſequitur:fugio:denſumꝗ relinquo
Littus:& in molli nequicꝗ laſſor harena.
Inde Deos,hominesꝗ uoco:nec contigit ullum
Vox mea mortalem.mota eſt pro uirgine uirgo:
Auxiliumꝗ tulit,tendebam brachia cælo:
Brachia cœperunt leuibus nigreſcere pennis.
Reiicere ex humeris ueſtem molibar:at illa
Pluma erat:inꝗ cutem radices fixerat imas.
Plangere nuda meis conabar pectora palmis:
Sed neꝗ iam palmas,nec pectora nuda gerebã.
Currebam:nec,ut ante pedes retinebat harena:
Sed ſumma tollebat humo.mox acta per auras
Euehor:& data ſum comes inculpata Mineruæ,
Quid tamen hoc prodeſt:ſi diro facta uolucris
Crimine Nyctimene noſtro ſucceſſit honori?
An,quæ per totam res eſt notiſſima Leſbon:
Non audita tibi eſt:patriam temeraſſe cubile
Nyctimenẽ?auis illa quidem:ſed conſcia culpæ
Conſpectum,lucemꝗ fugit:tenebriſꝗ pudorem
Cælat:& a cunctis expellitur æthere toto?
Talia dicenti tibi,ait,reuocamina coruus
Sint precor iſta malo:nos uanũ ſpernimus omẽ.
Nec cœptum dimittit iter:dominoꝗ iacentem
Cum iuuene Aemonio uidiſſe Coronida narrat.
Laurea delapſa eſt audito crimine amantis:
Et pariter,uultuſꝗ Deo,plectrumꝗ,colorꝗ
Excidit.utꝗ animus tumida feruebat ab ira
Arma aſſueta capit:flexumꝗ a cornibus arcum
Tendit:& illa ſuo toties cum pectore iuncta
Indeuitato traiecit pectora telo.
Icta dedit gemitum,tractoꝗ a uulnere ferro
Candida puniceo perfudit membra cruore:
Et dixit:potui pœnas tibi Phœbe dediſſe:
Sed peperiſſe prius,duo nunc moriemur in una.

R Aph. Noctua ¶ Et ponar poſt noctis auem:noctuam quæ ſolum noctu uolat. ¶ Voce:lingua:loquacitate. ¶ At puto non ultro:occurrit tacitæ obiectioni Cornix.Poſſet enim quis dicere idcirco fuiſti repulſa:quia Mineruæ nunquam fuiſti grata. Se igitur ita Mineruæ placuiſſe aiunt ſponte fuerit ab ipſa comes petita. ¶ At puto non ultro:interrogatiue cum quadã obiectione legatur:quam ita ſoluit ut dicat id ex ipſa Minerua quæri poſſe.

Phocis ¶ Nã me phocaica:phocis regio eſt Græciæ finitima Atticæ:unde Phocaicus declinatur. ¶ Vt ſoleo:nũc Cornix facta:nam cornices lentis paſſibus gradiuntur. ¶ Spatiarer:ambularem.Nam ſpatiari eſt uoluptatis cauſa ambulare. ¶ Denſum littus:durum & ſolidum.

Corõis i cornicẽ. Spatiũ. ¶ Nequicquam laſſor:fruſtra defatigor:neque enim effugere poteram. ¶ Nec contigit ullum:tetigit:commouit. ¶ Mota eſt pro uirgine uirgo:Pallas perpetua gaudens uirginitate. ¶ Tollebar:extollebar:leuabat. ¶ Comes inculpata:omni culpa & crimine uacans.

Nyctimene i noctuã. ¶ Quid tamen hoc prodeſt:hæc ad commodam ſequentis fabulæ connexionem referuntur.Quid inquit prodeſt inculpatam ac ſine ullo crimine Mineruæ comitem fuiſſe:cum Nyctimene ob inceſtum cum patre admiſſum in auem noctuam conuerſa mihi præferatur.Nyctimene enim Nyctei regis Lesbi filia patris amore capta:clam ſe ei pro uxore ſubiecit:propter quod in noctuam conuerſa:ſibi nefandi ſacrilegii conſcia reliquarum auium conſpectum fugit.

Fabulæ nonæ ſecundi libri argumentum.

LActĩ ꝗus ¶ An ꝗ per totã res ẽ notiſſima Leſbõ &c.Nyctimene Nyctei filia uirgo Lesbia nimia libidie effrenata in pr̃is cubile ſe implicuit:lõgꝗ aduerſãtib⁹ diis ob admiſſũ ſcelꝰ in noctuã.Quod ſcelꝰ ipſa nocturno tempore occultat:& in luce uiſa ab omnibus uolucribus petitur obnoxia.

R Aph. Lesbos ¶ Per totã Lesbõ:Lesbos inſula eſt Aegei a cõditore denominata:unde Lesbius Lesbouſque declinantur. ¶ Temeraſſe:uiolaſſe. ¶ Patrium cubile:patris lectum. ¶ A cunctis auibus ſubaudiatur.Omnes namque aues noctuam perſequuntur. ¶ Reuocamina:reuocationes. ¶ Spernimus:cõtemnimus:non accipimus. ¶ Vanum:nihil nociturum. ¶ Domino:Apollini.

Aemonia ¶ Cum iuuene Aemonio:Theſſalo:Aemõia namque Theſſalia dicta ẽ ab Aemone Chlori filio,Theſſali autem patre,a quo Theſſalia fuit appellata. Aemonia quoque urbs eſt Arcadiæ ab Aemone Lycaonis filio denominata:ut Pauſanias ſcribit. ¶ Vidiſſe narrat:ſe ut ſubintelligamus ſenſus expoſcit.

Laurea ¶ Laurea:corona ex lauro confecta. ¶ Audito crimine amantis:amicæ a qua ſe amari putabat.

Vultus ¶ Vultuſque:hylaritas ac lætitia uultus. Nam uultus pro animi affectu mutatur:ut modo lætitiam:modo mœſtitiam præ ſe ferat.

Plectrũ ¶ Plectrumque:plectrum inſtrumentum eſt quo Cithara percutitur ἀπὸ τοῦ πλήττειν hoc eſt a percutiendo declinatum. ¶ Colorque:nam ex rubicundo pallidus eſt effectus:id quod indignantibus euenire ſolet. ¶ Tumida ab ira:ab effectu quod hominem tumeſcere cogat. ¶ Arma aſſueta:arcum & ſagittas. ¶ Tendit:intendit. ¶ Indeuitato:quod nullo pacto poteſt euitari. ¶ Icta dedit gemitum:percuſſa Coronis ingemuit. ¶ Puniceo cruore:rubro ſanguine. ¶ Potui pœnas tibi phœbe dediſſe:hoc eſt potui abs te puniri. ¶ Duo nunc moriemur:& ego & infans in utero conceptus.

¶ Hactenus

Hactenus,& pariter uitam cum ſanguine fudit,
Corpus inane animæ frigus letale ſecutum eſt,
Pœnitet heu,ſero pœnæ crudelis amantem:
Seq; ꝙ audierit: ꝙ ſic exarſerit:odit.
Odit auem:per quam crimen, cauſamq; dolendi
Scire coactus erat:necnon arcumq;: manumq;
Odit:cumq; manu temeraria tela,ſagittas.
Collapſamq; fouet:ſeraq; ope uincere fata
Nititur:& medicas exercet inaniter artes.
Quæ poſtq̃ fruſtra tentata,rogumq; parari
Vidit;& arſuros ſupremis ignibus artus:
Tum uero gemitus(neq; enim cæleſtia tingi
Ora licet lachrymis)alto de corde petitos
Edidit:haud aliter,q̃ cum ſpectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora diſcuſſit claro caua malleus ictu.
Vttamen ingratos in pectora fudit odores:
Et dedit amplexus:iniuſtaq; buſta peregit:
Non tulit in cineres labi ſua Phœbus eoſdem
Semina:ſed natum flammis,uteroq; parentis
Eripuit:geminiq; tulit Chironis in antrum,
Sperantemq; ſibi non falſæ præmia linguæ,
Inter aues albas uetuit conſiſtere coruum.



Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno
Lætus erat:mixtoq; oneri gaudebat honore.
Ecce uenit rutilis humeros protecta capillis
Filia Centauri:quam quondam nympha Caici
Fluminis in rapidi ripis enixa uocauit
Ocyroen.non hæc artes contenta paternas
Edidiciſſe fuit:fatorum arcana canebat.
Ergo ubi naticinos concepit mente furores:
Incaluitq; Deo:quem clauſum pectore habebat:
Aſpicit infantem:totiq; ſalutifer orbi
Creſce puer dixit.tibi ſe mortalia ſæpe
Corpora debebũt.animas tibi reddere adẽptas
Fas erit:idq; ſemel Diis indignantibus auſus

RAph. ¶ Hactenus :locuta eſt Corōis ſuppleat.⸿ Corpus inane animæ:uacuũ anima & mortuũ.
Sero ⸿ Sero: poſteaquam nullum remedium poterat adhiberi.⸿ Exarſerit:ira exarſerit:ira exarſerit. ⸿ Odit auem: coruum.⸿ Crimen:Coronidis concubitum cum Aemonio iuuene.⸿ Inaniter:uane.fruſtra.⸿ Neque enim cæleſtia tingi Ora licet lachrymis:Parentheſis qua ſignificatur:cur lachrymas quoq; Apollo non emiſerit. Neque enim inquit Dii poſſunt flere.⸿ Hac aliter: hac ſimilitudine oſtendit quam grauiter gemuerit
Aeſculapii ortus Apollo.Libratus ab aure percutientis.Geſtum enim exprimit lanii uitulos interficientis. Maleum enim auriculæ dextræ admouentes ictum uitulo infligunt.⸿ Ingratos:puellæ mortuę nihil placẽtes.⸿ Iniuſtaq; buſta peregit:iniquas perfecit exequias.Nam iniuſte illam peremiſſe ſibi apollo uidebatur.
Buſtũ Buſtum autem proprie dicitur locus in quo cadauer eſt & cõbuſtum: & ſepultũ:quaſi bene uſtum.Buſta quoque pro ſepulchris
Buſtuarii ponuntur.A buſto buſtuarii gladiatores dicuntur: qui in honorem defunctũ ante buſtum & ſepulchrum decertant.⸿ Non tulit:nõ ẽ paſſus.⸿ Sed natum:Aeſculapium.
Chiron ⸿ Gemini Chirõis:Chiron filius fuit Saturni ex Phyllira Oceani filia:cũ qua in equum conuerſus concubuit, Chironemq; centaurum ſuſtulit:propter quod geminus dicitur.Nam ex parte anteriori homo:ex poſteriori equus uidebatur.Quã ẽ Suidas in Theſſalicis narrat Chironẽ:ut alios Centauros:Ixionis filiũ fuiſſe.Iuſtiſſimus autem Centaurorum fuit,uxoremque habuit nomine Charicio.⸿ Non falſę linguæ:ueri indicii.⸿ Inter aues albas uetuit:hoc eſt coruum ex albo ni-

grum effecit.

Fabulæ decimæ ſecundi libri argumẽtum.

¶ Semifer interea &cæ. Ocyroe Chirõis & Chariclæ filia:cõtẽptis patris artibus ueſania futura pręcinuit. Infanti Aeſculapio prædixit:ꝙ medicina mortuos ad ſuperos educturus eſſet:ab auo fulminis ictum experturũ: patrẽ quoq; Chirona ſagittis cruciãdũ:cupidũq; mortis ex Deo mortaliũ numerum inuenturum. Quæ cum eſſet elocuta in equæ ceſſit figurã: ne aduerſantibus fatis plura ederet:quã prædicta Apollinis finerent. LActãtius.

¶ Semifer interea. Chirõ ſemiferus.⸿ Diuinæ ſtirpis alũno:Aeſculapio Apollinis filio.⸿ Ecce uenit rutilis:Ocyroe Chironis ex nympha quadam Caici fluuii filia:cũ fato rum arcana reſeraret,Iouis ira in equam fuit cõuerſa.⸿ Humeros protecta:humeros habẽs protectos & coopertos: eſt enim poetica ſynegdoche.⸿ Caici:fluuius eſt Myſiæ Caicus per Phrygiam labens.⸿ Ocyroe: uelox flux⁹ Ocyroe dicitur:ωκυς nãq; uelox:ῥος fluxus.Sic autem fuit appellata:ꝙ in ripis Caici fluminis rapaciſſimi fuit nata.Fuit etiam Ocyroe nympha Oceani & Tethyos filia:ut ſcribit Heſiodus in Theogonia.⸿ Canebat:prædicebat.⸿ Vaticinos furores:uaticinandi, ac futura prædicẽdi ipetus.⸿ Incaluitq; deo:ſpiritu diuio.⸿ Totiq; ſalutifer orbi:Aeſculapius nanq; adeo pſtãs medicina fuit: ut etiam Hippolytum ab inferis reuocarit: propter quod ab Ioue fulmine fuit extinctus: ac poſtea Deus eſt effectus.

RAph.

Ocyroe
Coru⁹ ex albo niger

Caicus

Aeſculapius

Poſſe dare hoc iterum flamma prohiberis auita.
Eq; Deo corpus fies exangue:Deuſq;,
Qui mō corpus eras,& bis tua fata nouabis,
Tu quoq; chare pater non iam mortalis : & æuis
Omnibus ut maneas naſcendi lege creatus,
Poſſe mori cupies tum:cum cruciabere diræ
Sanguine ſerpentis per ſaucia membra recepto.
Teq; ex æterno patientem numina mortis
Efficient:tripliceſq; Deæ tua fila reſoluent.
Reſtabat fatis aliquid:ſuſpirat ab imis
Pectoribus:lachrymæq; genis labūtur obortæ:
Atq; ita,præuertūt me,inquit,mea fata : uetorq;
Plura loqui,uociſq; meæ præcluditur uſus.
Non fuerant artes tanti:quæ numinis iram
Contraxere mihi.mallem neſciſſe futura,
Iam mihi ſubduci facies humana uidetur:
Iam cibus herba placet:iam latis currere campis
Impetus eſt,in equam,cognataq; pectora uertor.
Tota tamē quare?pater ē mihi nempe biformis.
Talia dicenti pars eſt extrema querelæ
Intellecta parum:confuſaq; uerba fuerunt.
Mox nec uerba quidē:nec equæ ſonus ille uidet,
Sed ſimulantis equam:paruoq; in tēpore certos
Edidit hinnitus:& brachia mouit in herbas.
Tum digiti coeunt:& quinos alligat ungues
Perpetuo cornu leuis ungula.creſcit & oris,
Et colli ſpatium longe pars maxima pallæ
Cauda fit:utq; uagi crines per colla iacebant:
In dextras abiere iubas:pariterq; nouata eſt
Et uox,& facies.nomen quoq; monſtra dederūt,
Flebat:opemq; tuam fruſtra Phillyrius heros
Delphice,poſcebat.nam nec reſcindere magni
Iuſſa Iouis poteras:nec,ſi reſcindere poſſes:
Tunc aderas:Elim,Meſſeniaq; arua colebas.

RAph. ¶ Flamma auita:fulmine aui Iouis. ⸿ Corpus exā.ſi/ne ſanguine:mortuum. ⸿ Et bis tua fa.noua.niam ui/ta; bis renouabis. ⸿ Tu quoq; chare pater:patri quoq; Chironi Ocyroe exitium prædicit. Nam Chiron qui nō modo centauros:ſed cæteros quoq; hoies iuſtitia dici/tur ſuperaſſe.cum Herculem hoſpitio ſuſcepiſſet:ſagit/taſq; hydræ ſanguine tinctas manibus tractaret: una earum e manibus lapſa pedem ipſius percuſſit,ipſumq; tantis doloribus affecit: ut noua die miſeratione Deorum in aſtra fuerit ſublatus : ut Oui.I Faſtis refert. Nona dies aderat cum tu iuſtiſſime Chirō,Bis ſeptem ſtellis corpe cinct⁹ eras. ⸿ Diræ ſerpentis:hydræ: quæ cum centum capita haberet.ab Hercule fuit interfecta:eius ſanguine Herculis ſagittæ tinctæ inſanabilia uulnera inſerebant. ⸿ Teq; ex æterno:ex immortali te mortalem Dii efficiēt. ⸿ Triplices Deæ: Parcæ quæ tres dicunt eſſe, Clotho, Lacheſis,& Attropos. in quarum filis uniculque uita eſſe dicitur: donec fila frangantur. ⸿ Reſtabat fa.ali.hoc eſt de fatorum arcanis: quæ referē inſtituerat Ocyroe: aliquid reſtabat dicēdum. ⸿ Præuertunt me: occupant & impediunt. Nam in fatis erat ut uerteretur in equam. ⸿ Nō fue.ar.tan. artes inquit diuinandi & futura prædicendi mihi tanti faciendę non fuerunt:ut ita Deorum humanam amitterem figurā. ⸿ Subduci: auferri. ⸿ Impetus ē currere : cupiditas mihi eſt currēdi. Eſt enim figura loquendi græca. ⸿ Latis campis:per ſpatioſos cāpos. ⸿ Cognata pectora:propter patrem qui centaurus erat. ⸿ Tota tñ quare:miratur Ocyroe ſe totam in equam conuerti:cum pater chiron utranque gerat formam:& hominis & equi. ⸿ Et bra.mo.in her.inuit brachia in pedes anteriores fuiſſe cōmutata. ⸿ Coeunt:cōiungūtur. ⸿ Perpetuo:continuo. ⸿ Nomen quoq; mōſtra dederunt:uā mi ῾ιππω:hoc eſt equa fuit appellata.

Exāgue Chiron

Ocyroe i equā

Parcæ

Fabulæ undecimæ ſecūdi libri argumētum.

LAcAi/ſius ¶ Flebat:opemq; tuam &c. Apollo Iouis & Lathōę filius cum pecus Admeti Pheritis filii paſceret:fiſtulæ cā/tu ſolitudinem protegens:boues eius in agro pyliæ re/gionis progreſſæ ſūt:quas Mercurius auertit:& in ſil/ua occuluit. Quod cum Battus Nelei filius equas paſcens uidiſſet, Mercurius uero ne īdicium proderet ex armentis formoſiſſimā uaccam ei concesſit. At ille diſcedēti affirmauit:lapidem proximum quem uidiſſet celerius q̄ ſe quicq̄ indicaturum. Deus uero ut mortalis fidem experiretur:paulopoſt mutata figura ad eundem reuerſus eſt:ſimulauitq; ſe amiſſas boues quęrere: & p̄mīum promiſit: ſi demōſtraſſet:at ille cū ſub quo monte paſcerentur oſtendiſſet, Mercuri⁹ perfidia eius offenſus in lapidem eum mutauit : qui ab euētu index circa Pylium uocatur.

¶ Flebat:opemq; tuam: mutationem Batti in lapidem indicem ſuperiori fabulæ poeta annectit. Nam Apollo cum ob fulſatos, interfectoſq; Cyclopas diuinitate priuat⁹ Admeti regis Theſſaliæ armenta in paſtorali habitu paſceret, Mercu. boues quæ longius forte proceſſerant, furto abactas in ſilua occultauit, Battoq; cuidam equarū cuſtodi, a quo uno uiſus fuerat: mādauit, ne cuiq̄ illud furtū indicaret. Q quidem ut libentius faceret:uaccam ei pulcherrimam dono dedit. Battus uero ei pollicitus eſt ſe nēmini uaccas illas indicaturum. Mercu. ut hominis experiret fidem: ſuſcepta alia figura ad eū paulopoſt rediit: rogans an uaccas quaſdam illac tranſeuntes uidiſſet: pollicenſq; ſi idicaret ſe uaccam cum tauro daturum. Quod cū accepiſſet Battus:ſub quo mōte boues paſcerent, indicauit: quā ob perfidiam eum Mer. in lapidē:qui index dicitur, cōmutauit. ⸿ Phillyrius heros: Chirō Saturni & Phillyrę nymphæ filius: a qua Phillyres gens Scythica denominati fuerūt. ⸿ Reſcindere:mutare,rūpere. Reſcindi uero p̄prie teſtamēta dicunt:cū rūpūt,atq; irrita fiūt. ⸿ Iuſſa Iouis: q Ocyroē in equā cōuertit. ⸿ Elim:urbs ē peloponneſi Elis,ab Eleo Tātali filio appellata:ut qdā uolūt:ut alii ab Eleo Neptuni filio. Sūt et q κατα του ηλιου dictā Eli uolunt. Nam ſub tutela Solis fuit. Vñ & Augeas ipſi⁹ filı⁹ illic regnauit. Altera ē Arcadiæ. Tertia Hiſpātę. Ab Elide uero Eleus poſſeſſiuum deriuat. Vir.iii.Georg. Hic uel ad Elei metas & maxīa campi Sudabit ſpacia. ⸿ Meſſeniaq; arua:Meſſena & regio & urbs fuit Peloponeſi Pylo p̄pinqua,iuxta quā Amphryſus labit. Eſt et Meſſene urbs Siciliæ. Vñ Meſſenius deriuatur.

RAph.

Reſcindere

Elis

Meſſena

¶ Illud erat

Illud erat tempus:quo te paſtoria pellis
Texit:onuſq; fuit baculus ſilueſtris oliuæ:
Alterius,diſpar ſeptenis Fiſtula cannis.
Dumq; amor eſt curæ.dū te tua Fiſtula mulcet:
Incuſtoditæ Pylios memorantur in agros
Proceſſiſſe boues.uidet has Atlantide Maia
Natus:& arte ſua ſiluis occultat abactas.
Senſerat hoc furtum nemo:niſi notus in illo
Rure ſenex.Battum uicinia tota uocabat.
Diuitis hic ſaltus,herboſaq; paſcua Nelei,
Nobiliumq; greges cuſtos ſeruabat equarum.
Hunc timuit:blandaq; manu ſeduxit:& illi
Quiſquis es hoſpes,ait,ſi forte armenta requiret
Hæc aliquis:uidiſſe nega.neu gratia facto,
Nulla rependatur:nitidam cape præmia uaccā.
Et dedit:accepta,uoces has reddidit hoſpes:
Tutus eas:lapis iſte prius tua furta loquetur
Et lapidem oſtendit.ſimulat Ioue natus abire.
Mox redit:& uerſa pariter cum uoce figura,
Ruſtice uidiſti ſi quas hoc limite,dixit,
Ire boues:fer opem:furtoq; ſilentia deme.
Iuncta ſuo pariter dabitur tibi fœmina Tauro.
At ſenior poſtq̄ eſt merces geminata,ſub illis.
Montibus inquit,erāt:& erāt ſub montibus illis.
Riſit Atlantiades:& me mihi perfide prodis:
Me mihi prodis, ait? periuraq; pectora uertit
In durum ſilicem:qui nunc quoq; dicitur index:
Inq; nihil merito uetus eſt infamia ſaxo.



Hinc ſe ſuſtulerat paribus Caducifer alis:
Munychioſq; uolans agros,gratamq; Mineruæ
Deſpiciebat humum:cultiq; arbuſta Lycei.
Illa forte die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.
Inde reuertentes Deus aſpicit ales:iterq;
Non agit ī rectum:ſed in orbem curuat eundem.

ARgh. Apollo in paſtorem. Mercurius in hoiem.

¶ Illud erat tempus: Apollinis Metamorphoſin in paſtorem io traſcurſo poeta deſcribit. ¶ Q d te paſtoria pellis Texit: quo ueſte paſtorali e a pellibus confecta indutus fuiſti. ¶ Diſpar Fiſtula: inæqualis: ubi ex ſeptem cannis inæqualibus confecta. ¶ Alterius: ſiniſtræ. Nam dextræ onus erat baculus. ¶ Mulcet: ſolatur t delectat. ¶ Pylios in agros: Pylos urbs eſt Meſſaniæ, quæ & Coryphaſion fuit appellata. Vnde Pylius,Pylæus,& Pylion deriuantur. ¶ Atlantide Maia Natus: Mercurius Maiæ filius. ¶ Abactas: abductas. Proprie autem abigi dicuntur armenta. Vnde & abigei dicuntur pecorum fures. ¶ Nelei: Pater Neſtoris fuit Neleus rex Pyli.Eſt autem Syneteſis duarum uocalium in unam. Sic Virgilius. Et furias Aiacis Oilei. ¶ Seduxit: ſeorſum duxit. Interdum ſignificat decepit. ¶ Neu nulla gratia: & ut aliqua gratia facto tuo referatur. ¶ Rependatur:referatur. ¶ Ioue nat? t Mercurius Iouis & Maiæ filius. ¶ Et uerſa pariter cum uoce figurat hoc eſt una cum uoce mutata figura ne agnoſceretur. ¶ Furtoq; ſilētia deme: hoc eſt furtum indica. ¶ Atlantiades t Mercurius nepos Atlantis ex Maia. ¶ Me mihi: repetitio eiuſdem dicti irato conueniens. ¶ Index:lapis ex quo utimur ad aurum,argētūq; probādū. ¶ Nihil merito: lapis enim nihil mali commiſit. Fabulæ duodecimæ ſecūdi libri argumentum.

Abigei. Abigei. Neleus. Seducte. Battus in ſilicem. Index.

LActātius. ¶ Hinc ſe &c. Athenis uirgines per ſolemne ſacrificium caniſtris Mineruæ fuerunt pigmenta: inter quas a Mercurio eminens ſpecie conſpecta eſt Herſe Cecropis filia. Itaque agreſſus ſororem eius Aglauron:precatuſq; ut ſe Herſæ ſororī ſuæ iungeret:ac illa eū pro miniſtro aurum eius popoſciſſet,Minerua grauiter offenſa eſt auaritia eius:ob quam ciſtulam etiam tradi am ſororibus eius cuſtodiendam aduerſum ſuum prædictum aperuiſſet,Inuidiæ nouiſſime imperauit t & eam ſorori Herſæ exacerbauit: diuq; cruciatā ſaxo mutauit.

RAph. ¶ Hinc ſe ſuſtule. Aglauri filiæ Cæcropis Athenarum regis mutationem in ſaxum ſuperiori transformationi poeta connectit. Mercurius enim poſt Battum in lapidem conuerſum: forte inter uirgines Athenienſium ſacra a Mineruæ celebrantes uidit Herſen Cęcropis filiam omniū formoſiſſimam:qua cum aliter potiri nō poſſet,aglauron illius ſororem rogauit:ut ſibi opem ferret. Ea operam ſuam pollicetur:dum ſibi pecunia tribuatur. Id cum reſciuiſſet Pallas ob ciſtam quoque apertam irata:in qua Ericthonium clauſerat:ei inuidiam immiſit: qua impedita cum Mercurio repugnaret:ne Herſe amata frueretur:in ſaxū ab eo fuit conuerſa. ¶ Caducifer:Mercurius caduceū ferens.Eſt enim Caduceus uirga Mercurii,t qua pax ſignificabatur. Vnde caduceator legat? dicit pacē petēs:ut ſcribit Pōpe?. Cato. Caduceatori nemo homo nocet. ¶ Munychios agros t Atticos. Munychia nāq; p. mōtoriū ē Pyrei port? Atticæ:a Munycho dicta q illic ędifica uit tēplū Munychiæ Dianæ. ¶ Gratā humum Mineruæ: Periphraſis eſt Atticæ terræ: q̄ Mineruæ gratiſſima ē. Nā(ut Pauſanias ait)tota urbs Athenarum & ager Mineruæ eſt ſacer. Licet enim alios quoq; deos colere inſtituerint, Palladē tamen ueneranturi:cuius ſimulacrum:quod in arce eſt conſecratum:de cœlo fertur cecidiſſe. ¶ Arbuſta: arbo-

Caduceus. Caduceator. Munychia. Palladium.

res. Culti Lycei: exculti Ariſtotelicis diſputationib⁹.
Nam Lyceum eſt gymnaſium Athenis: i quo deambu
Lycæō lās Ariſtoteles de philoſophia diſſerebat. Lyceiō a Ly
co pandiōis filio (ut ſcribit. Pauſanias) appellatū: a quo
quidem & Lycea regio quædam Athenis fuit dicta: ut
Stephanus ait. Sine dipnthōgo autem æ ſcribatur Ly
ceum. ne mōs Archadię

Vt uolucris uiſis rapidiſſima miluius extis,
Dum timet: & denſi circunſtat ſacra miniſtri:
Flectitur in gyrum: nec longius audet abire:
Spemq́ ſuam motis auidus circumuolat alis:
Sic ſuper Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat curſus: & eaſdem circinat auras.
Quanto ſplendidior, q̃ cætera ſydera fulget
Lucifer: & quanto, q̃ Lucifer aurea Phœbe:
Tanto uirginibus præſtantior omnibus Herſe
Ibat: eratq́ decus pompæ, comitumq́ ſuarum.
Obſtupuit forma Ioue natus: & æthere pendens
Non ſecus exarſit, q̃ cum balearica plumbum
Funda iacit: uolat illud: & incandeſcit eundo:
Et quos non habuit, ſub nubibus inuenit ignes.
Vertit iter: cæloq́ petit diuerſa relicto:
Nec ſe diſſimulat. tanta eſt fiducia formæ:
Que q̃q̃ iuſta eſt: cura tamen adiuuat illam,
Permulcetq́ comas, chlamydéq́ ut pendeat apte
Collocat: ut lymbus, totumq́ appareat aurum,
Vt teres in dextra, qua ſomnos ducit: & arcet
Virga ſit: ut terſis niteant talaria plantis.
Pars ſecreta domus ebore, & teſtudine cultos
Ters habuit thalamos: quorū tu Pādroſe dextrū,
Aglauros leuum, medium poſſederat Herſe,
Quæ tenuit leuum: uenientem prima notauit
Mercurium: nomenq́ Dei ſcitarier auſa eſt:
Et cauſam aduentus: cui ſic reſpondit Atlantis,
Pleioneſq́ nepos: ego ſum qui iuſſa per auras
Verba patris porto: pater eſt mihi Iuppiter ipſe.
Nec fingam cauſas: ut tantum fida ſorori
Eſſe uelis: proliſq́ meæ matertera dici.
Herſe cauſa uiæ eſt, faueas, oramus amanti.
Aſpicit hunc oculis iiſdem: quibus abdita nuper
Viderat Aglauros flauæ ſecreta Mineruæ:
Proq́ miniſterio magni ſibi ponderis aurum
Poſtulat: interea tectis excedere cogit.
Vertit ad hanc torui Dea bellica luminis orbes:
Et tanto penitus traxit ſuſpiria motu;
Vt pariter pectus, poſitumq́ in pectore forti
Aegida concuteret: ſubit hanc arcana profana
Detexiſſe manu tum; cum ſine matre creatam

Lycæuſ Lycæus eſſe uideatur, q
cum æ diphthongo no
ciepho taſ. Coronatis ea. Ca
ria nephoria ea ſacra uoca
ciepho ta ſuntq́ in caniſtris fer
ræ rentur: uirgines etiā Ca
nephorę dicebant. De
us ales: Mercurius citus.
Omnium nāq́ planetarū
uelociſſimus eſt: celerru
meq́ ſuū cōficit curſum.
RAph. Vt uolucris: hac ſimi
litudine Poeta oſtendit:
quo modo in orbē Mer
curius uolaret: ut diuti
us aſpectu Herſes ama
Miluu⁹ tæ frueretur. Miluius:
auis eſt rapax: quæ in gy
rum uolat. Rapidiſſi
ma: rapaciſſima. Dū
timet: miniſtros exta cu
Gyrus ſtodientes. In gyrum:
in orbem & circuitum.
Super Actæas arces.
Acte Athenienſes. Acte nāq́
Attica eſt: q fere tota ſit
littoralis: ακτη nanq́ lit
tus interpretatur. In
clinat curſus: conuertit
Circin⁹ uolatus. Circinat: cir
cundat. Eſt autē circinus
inſtrumentum, quo cir
culi apte conficiuntur.
Quanto ſplendidior:
qua pulchritudine fuerit
Herſe a Mercurio ama
ta aperte his cōparatio
nibus poeta oſtendit.
Non ſecus exarſit: non
aliter amore eſt inflam
Balea matus. Balearica fun
res da: qua Balearium inſu
laꝝ incolę maxime utun
tur. Baleares autem in
ſulæ ſunt duæ Hiſpanię
adiacentes: quarum inco
læ optimi ſunt funditor
res. Plumbum: plum
beam pilam. Incande
ſcit: ignescit, liqueſcit.
Vertit iter: conuertit
ac mutat iter Mercuri⁹.
Cum enim eſſet in cœlū
iturus in terras deſcēdit.
Cælo relicto: quo iter & uolatum direxerat. Nec
ſe diſſimulat: nec ſe occultat eſſe Mercurium. Tan
ta eſt fiducia formæ: acclamatio ē cauſam cōtinens cur
ſe non diſſimularet Mercuri. Adeo nāq́ formoſus erat
ut nulla occultatione opus foret. Quæ q̃q̃ iuſta eſt: ſi
ducia formæ & pulchritudinis ſubauditur. Permul
cetq́ comas: pectit capillos. Chlamydē Collocat: ita
inquit componit chlamidē: ut apte ex omni parte pen
deat. Chlamys autem aliis ueſtibus superimponeba
Chla tur. Vt lym. to. hoc ē ut lymbus aureus totus appare
mys at. Eſt enim χλαμύς .i.
unū in duo diuiſum: quā
figuram imperiti endia
din uocant. Cum endia
dis nec græca nec latina
uox ſit. Vt te. recta. Eſt
autem caducei periphra
ſis, quo Mercurius dat
ſomnos, adimitq́, & lu
mina morte reſignat. Vt
etiam Virg. canit. Ter
ſis plan. pulchris pedi
Talaria bus. Talaria: talaria
autem ſunt Mercurii ala
ta calciamenta. Pars ſe
creta domus: interiorem
partem domus Cecro
pis deſcribit: in qua Tha
lami filiaꝝ erant. Ebo
Teſtu re & teſtudine: non ſolū
do ebore: ſed etiam teſtudi
num cruſtis thalami or
nabantur: quamuis te
ſtudo ædificium quoq́
concameratum ſignifi
cet: qua in ſignificatione
ſi accipiamus eburneam
teſtudinē intelligemus.
Atlantis, Pleioneſq́ ne
Pelione pos: Mercurius. Pleione
autem uxor Atlātis fuiſ
ſe memoratur, Vnde Ple
iades fuere cognomina
tæ. Iuppiter ipſe: qui
rex eſt & Deorum & ho
minum. Abdita: ſecre
ta. Erichthonium in ciſta
clauſum: ut uidim⁹. In
terea tectis excedere co
git: interim inquit dum
aurum afferret, coegit
Mercurium aglauros ex
cedere, & extre domo.
Dea bellica: Pallas q̃
& Bellona dicit. Tor
ui luminis orbes: toruos
oculos quales iratis eſſe
Aegis ſolent. Aegida concu
teret: Aegis munimentū
eſt pectoris æreū a Vul
cano fabricatum: habens
in medio Gorgonis ca
put: quo & pallas & Iup
piter uti ſolent. Subit:
in mentem uenit. Hāc
Aglauron. Profana manu: impia: ſceleſta. Sine
matre: quod (ut pauloante diximus) Erichthonius ex
ſolo ſemine Vulcani: quod i terram cecidit: cum ui cum
Pallade coire uellet natus eſt.

RAph. Lēnos ¶ Lemniacam ſtirpem: Erichthonium filium Vlcani: qui in Lemnum inſulā e cœlo cecidit. Lēnos aūt iſula ē Thraciæ adiacēs: duas habēs urbes Ephæſtiam & myrinā: a magna Deorū matre: q Lemnos appellaſ: de nominata. cui etiam uirgines ſacrificabāt, ut Hecatæus in Europa ſcribit. Hanc uero primū habitarūt Thraces: q Sities, Sapęiq; uocabāt, ut Stra. ait. A Lēno aūt & Lēnius gētile & Lēniacus poſſeſſiuū declinaſ.

¶ Liuēt: liuidi & nigri ſunt. ¶ Suffuſa: perfuſa infecta. ¶ Niſi quem uiſi fecere dolores: non ipſius ſed aliorū. Inuidi nanq; & alienis malis gaudent: & bonis dolent. ¶ Nec fruitur ſomno: nec dormire poteſt. ¶ Excita: concita: ſtimulata. ¶ Vigilantibus curis: ab effectu curæ uigilantes: q hoiem uigilare cogūt: neq; dormire patiūſ.

Lemniacam ſtirpem contra data fœdera uidit:
Ingratamq; Deo fore iam: ingratamq; ſorori:
Et ditem ſumpto, quod auara popoſcerat, auro.
Protinus Inuidiæ nigro ſqualentia tabo
Tecta petit: domus eſt imis in uallibus antri
Abdita, Sole carens, non ulli peruia uento,
Triſtis, & ignaui pleniſſima frigoris, & quæ
Igne uacet ſemper: caligine ſemper abundet.
Huc ubi peruenit bello metuenda uirago:
Conſtitit ante domū (neq; enim ſuccedere tectis
Fas habet) & poſtes extrema cuſpide pulſat.
Concuſſæ patuere fores: uidet intus edentem
Vipereas carnes uitiorum alimenta ſuorum
Inuidiam: uiſaq; oculos auertit: at illa
Surgit humo pigre: ſemeſarumq; relinquit
Corpora ſerpentum: paſſuq; incedit inerti.
Vtq; Deam uidit, formaq; armiſq; decoram:
Ingemuit: uultumq; Deæ ad ſuſpiria duxit.
Pallor in ore ſedet: macies in corpore toto:
Nuſq̃ recta acies: liuent rubigine dentes:
Pectora felle uirent: lingua eſt ſuffuſa ueneno:
Riſus abeſt: niſi quem uiſi fecere dolores:
Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis:
Sed uidet ingratos: intabeſcitq; uidendo
Succeſſus hominum: carpitq; & carpitur una:
Suppliciumq; ſuum eſt: quis tamen oderit illam:
Talibus affata eſt breuiter Tritonia dictis:
Infice tabe tua natarum Cæcropis unam:
Sic opus eſt: Aglauros ea eſt, haud plura locuta
Fugit: & impreſſa tellurem repulit haſta.
Illa Deam obliquo fugientem lumine cernens
Murmura parua dedit: ſucceſſorumq; Mineruæ
Indoluit: baculumq; capit quem ſpinea tortum
Vincula cingebant: adopertaq; nubibus atris
Quacunq; ingreditur, florentia proterit arua:
Exuritq; herbas & ſumma papauera carpit:
Afflatuq; ſuo populos, urbeſque, domoſque
Polluit: & tandem Tritonida conſpicit arcem
Ingeniis, opibuſq;, & feſta pace uirentem:
Vixq; tenet lachrymas: qa nil lachrymabile cernit.
Sed poſtq̃ thalamos intrauit Cæcrope natæ:
Iuſſa facit: pectuſque manu ferrugine tincta

Inuidię domus. Inuidia ¶ Ingratamq; Deo fore: ob petitā pecuniā. ¶ Ingratamq; ſorori, quia auaritia illā Mercurio proſtituebat. ¶ Protinus Inuidiæ: primum Inuidię domum deſcribit poeta. deinde Inuidiam ipſam. Eſt aūt Inuidia dolor ex aliena proueniens felicitate. Differt ab inuidentia: q ea nō ſolum ad eum qui inuidet: ſed etiam ad eū cui inuidetur referri poteſt. Inuidentia uero in eū demum cadit qui inuidet. ¶ Nigro tabo: nigra ſanie. Diptoton autem eſt nomen & duorū caſuum. Nā tabi & tabo ſolum inueniunt. ¶ Antri: ſpeluncæ. ¶ Abdita: abſcondita. ¶ Ignaui frigoris: ab effectu q ignauos & pigros efficiat. ¶ Bello met. uira. Periphraſis ē palladis: q a latinis Bellona uocaſ: q in bello maxime ſit timenda. ¶ Neq; n. ſuc. te. Fas ha. hoc ē Palladi ut q eſt Dea: nō licet Inuidiæ domū ingredi. ¶ Extrema cu. ultima cuſpidis parte. Pallas nanq; haſtā geſtare memoraſ. Vipera ¶ Vipereas carnes: uiperarum: quæ ſic q ui pariant ſunt appellatæ. ¶ Inuidiam: eleganti phantaſia Inuidiæ & corpus & figuram humanam & actiones attribuit. Ea uero omnia deſcribit q Inuidis eſſe ſolēt. ¶ Viſaq; oculos auertit: a uiſa iqt Inuidia Pallas oculos auertit: ne diutius illā ſpectaret. ¶ Corpora: carnes. ¶ Vultūq; Deę ad ſuſpiria duxit: ordo ē & ſenſus: & ad uultum Deæ ſuſpiria traxit.

¶ Sed uidet igratos: nō gratos ac ſibi diſplicentes. ¶ Intabeſcit: paulatim conſumitur. ¶ Carpitq; & carpitur una: ſimul inquit & lędit & lædit. ¶ Suppliciumq; ſuū eſt: hoc eſt ſibiipſi eſt ſupplicium. Inuidus enim ſe ipſum ſemp rodit: paulatimq; cōſumit. ¶ Quāuis tamen: ordo ē, quamuis oderit illā: talibus tamen ē allocuta. Tritōia ¶ Tritonia: pallas: a Tritonide palude: apud quā primū apparuiſſe fingitur: Tritonia fuit cognominata. ¶ Infice tabe tua: hoc eſt ueneno tuo inquina ac imbue. Breuē autē idcirco palladi attribuit orationē poeta: ut ſignificet Deam Inuidiæ aſpectū diutius ferre nō potuiſſe. ¶ Et impreſſa tellurē reppulit ha. hoc ex uulgari opinioē dr. Neq; n. tellus cū ſit immobilis repelli pōt: q̃uis uulgo uideaſ. ¶ Obliquo lumie: obliquis oculis: qualibus inuidi aſpicere ſucceſſus aliorū ſolent. ¶ Succeſſorūq; Miner. Indoluit: archaiſmos eſt: hoc eſt antiqua locutio. Nunc. n. ſucceſſibus dolere dicimus. Archaiſmos. Succeſſus ¶ Succeſſus autē ut euētus & ſilia i plurali numero ſecūdæ quoq; eſt declinationis: nō ſolum quartæ. ¶ Proterit: proſternit. Ea autē deſcribit poeta: quę inuidorum oculi efficere creduntur. ¶ Tritonida arcem: Athenarū arcē Palladi dicatam. Poſuit autē patronymicum pro poſſeſſiuo. ¶ Ingeniis: propter multitudinem præſtantiſſimorum & artificum & oratorū & philoſophorum hoc dicit. ¶ Et feſta pace: ab effectu. Nā tempore pacis feſta celebrantur. ¶ Virentem: florentem. ¶ Ferrugine: ferri erugo ferrugo uocatur. Ferrugo ¶ Præcordia: uenæ ſunt cordi præiacētes præcordia: quæ curarū ſedes eē dicūſ. Præcordia

Cum. n. uultum Deæ uidiſſet hylarē Inuidia dolorē affecta ſuſpirauit. ¶ Nuſq̃ recta acies: oculorum intelligatur. Inuidia nanq; non recto: ſed obliquo utuntur uiſu.

Tangit:& hamatis præcordia ſentibus implet:
Inſpiratq; nocens uirus:piceūq; per oſſa
Diſſipat:& medio ſpargit pulmone uenenum.
Neue mali cauſæ ſpatium per latius errent:
Germanam ante oculos,fortunatumq; ſororis
Coniugium,pulchraq; Deū ſub imagine ponit;
Cūctaq; magna facit,quibus irritata dolore
Cæcropis occulto mordetur:& anxia nocte,
Anxia luce gemit:lentaq; miſerrima tabe
Liquitur,ut glacies incerto ſaucia ſole:
Feliciſq; bonis aliter non uritur Herſes:
Quam cum ſpinoſis ignis ſupponitur herbis:
Quæ neq; dant flammas:leniq; tepore cremātur.
Sæpe mori uoluit:ne quicquam tale uideret:
Sæpe uelut crimen rigido narrare parenti.
Deniq; in aduerſo uenienté limine ſedit
Excluſura Deum:cui blandimenta,preceſq;,
Verbaq; iactanti,mitiſſima define,dixit.
Hinc ego me non ſum niſi te motura repulſo.
Stemus ait pacto uelox Cyllenius iſto:
Cælataſq; fores uirga patefecit:at illi
Surgere conanti partes quaſcunq; ſedendo
Flectitur:ignaua nequeunt grauitate moueri.
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco:
Sed genuū iūctura riget:frigusq; per ungues
Labitur:& pallent amiſſo ſanguine uenæ:
Vtq; malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere:& illæſas uitiatis addere partes:
Sic letalis hyems paulatim in pectora uenit:
Vitaleſq; uias,& reſpiramina clauſit.
Nec conata loqui eſt,nec ſi conata fuiſſet:
Vocis habebat iter:ſaxum iam colla tenebat;
Oraq; duruerant,ſignumq; exangue ſedebat.
Nec lapis albus erat:ſua mens infecerat illam.

RAph. ¶ Hamatis ſentibus:re/
Hama curuis ſpinis: qualis eſt
tus hamus. Eſt autē nomen
participio ſiſe hamatus:
ut galeatus. ¶ Piceū:ni
grū. ¶ Neue mali cauſæ:
hoc ē ne cauſę doloris lō
gius abſint:efficit ut feli
citatē ſororis ſemper an
te oculos cum maximo
dolore & cruciatu habe
re uideatur. ¶ Cęcropis:
Aglauros Cęcropis filia:
eſt enim nomen patrony
micū fœmininū. ¶ Mor
detur: cruciatur. ¶ Li/
quitur:liqueſcit:atque ut
nix ad Solem conſumi/
tur. ¶ Lenta tabe: corru
ptione quę paulatim fit.
¶ Incerto Sole:debili ac
parum uehementi Sole.
¶ Leni tepore: exiguo
calore. ¶ Iactanti: fruſtra
Iactare dicenti.eſt enim iactare
interdum inaniter loqui.
Virgilius. Talia iactan/
ti: interdum oſtentare.
¶ Deſine dixit:me roga
Aglau/ re ſubauditur. ¶ Velox
ros i ſa Cyllenius: Mercurius a
xum Cyllene Arcadiæ mon
te. ¶ Iſto pacto: ut te hic
non moueas, niſi me re
pulſo. Nunquam autem
me hinc repellere pote/
ris. Tu igitur hic ſemper
maneas. ¶ Cælatas:ſcul
ptas atq; pictas. ¶ Igna
ua grauitate:ſcite epithe
ton diſtinxit. Nam eſt ēt
grauitas honeſta. ¶ Par/
tes quaſcunq;:in præpo
ſitio ſubaudiatur: ut in
quaſcunq; flectitur intel
ligamus. Deſcribit autē
quemadmodum Aglau
ros in ſaxum fuit cōmu/
tata:ac limini ianuæ:ubi
ſederat ita affixa:ut nun
quam ſurgere potuerit.
¶ Illa quidem pugnat:
cōtendit:conatur. ¶ Se
attollere:ſe erigere. ¶ Re
cto trunco: erecto pe/
Trūcus ctore. Nam truncus ea
pars corporis dicit quæ
eſt intra collum & co
Rigere xas. ¶ Riget: rigida ac
dura eſt facta. ¶ Malū
cancer: Morbus eſt can
Cancer cer quod græci Carcino
ma uocant:paulatim cor
pus rodens. ¶ Sic letalis
hyems: mortiferum fri
gus. ¶ Reſpiramina: pul
monis reſpirationes. ¶ Si
gnum exangue:ſtatua ſi
ne ſanguine & mortua.
In ſtatuam nanq; lapide
am Aglauros fuit con/
uerſa. ¶ Sua mens infe/
cerat illam: Inuidorum Inficere
nanque corpora ſunt ni
gra: quemadmodum &
mens nigra eſſe ſolet: &
nocens. ¶ Infecerat:ma/
culauerat.

Fabulæ tertiædecimę ſe
cūdi libri argumentum.

¶ Has ubi &c. Cū Mer LActā
curius iuſſu patris in phœ tius
nicem tranſgreſſus eſſet:
ut armenta illius regio
nis ad litus compelleret
Iuppiter in taurum con
uerſus eſt. Cum ſe iuuen
cis Agenoris regis immi
ſcuiſſet:& i amorem ſui
ſpaciantes in harena uir
gines cōſiſtere coegiſſet:
ac paulatim ſingulas al
ludens:nouiſſime Euro/
pam Agenoris filiam cu
ius amore cōpulſus auer
terat figuram: inſidentē
ſibi tergo per mare in in
ſulā cretam detulit:ibiq;
cōcubitu eius functus ē.
¶ Mentiſq; profanæ: a RAph.
ſacris ac religione remo
tæ. ¶ Dictas a pallade
terras Linquit: periphra Athenæ
ſis eſt Athenarum. Nam
Athenæ ἀπὸ τῆς ἀθηνᾶς.
hoc eſt a pallade dicunt.



Has ubi uerborum pœnas,mentiſq; profanæ
Cepit Atlantiades,dictas a Pallade terras
Linquit,& ingreditur iactatis æthera pennis.

¶ Seuocat

Seuocat hunc genitor:nec cām faſſus amoris
Fide miniſter ait iuſſorum nate meorum
Pelle moram:ſubitoq; celer delabere curſu:
Quæq; tuam matrem tellus a parte ſiniſtra
Suſpicit:indigenæ Sidonida nomine dicūt
Hanc pete:qd'q; pcul montano gramine paſci
Armētum regale uides:ad littora uerte.
Dixit,& expulſi iamdudū monte iuuenci
Littora iuſſa petunt:ubi magni filia regis
Ludere uirginibus Tyriis comitata ſolebat.
Non bene conueniunt,nec ī una ſede morantur
Maieſtas,& amor:ſceptri grauitate relicta
Ille pr̃,rectorq; Deū,cui dextra triſulcis
Ignibus armata ē:qui nutu cōcutit orbem,
Induitur faciē Tauri:mixtuſq; iuuencis
Mugit,& ī teneris formoſus obambulat herbis.
Quippe color niuis eſt:quā nec ueſtigia duri
Calcauere pedis:nec ſoluit aquaticus auſter.
Colla toris extant,harmis palearia pendent:
Cornua parua quidē:ſed quæ cōtendere poſſes
Facta manu,puraq; magis perlucida gemma:
Nullæ ī fronte minæ:nec formidabile lumē.
Pacē uultus habet:mirat̃ Agenore nata:
Quod tam formoſus,q; prælia nulla minet̃.
Sed quamuis mitem metuit contingere primo:
Mox adit:& flores ad cādida porrigit ora.
Gaudet amans,& dū ueniat ſperata uoluptas:
Oſcula dat manibus uix ah,uix cætera differt.
Et nunc alludit:uiridiq; exultat in herba.
Nunc latus in fuluis niueum deponit harenis:
Paulatimq; metu dempto,mō pectora præbet
Virginea palpāda manu,mō cornua ſertis
Impediēda nouis auſa eſt quoq; regia uirgo,
Neſcia quē premeret,tergo cōſidere Tauri.
Tum Deus a terra,ſiccoq; a littore ſenſim
Falſa pedum primo ueſtigia ponit in undis:
Inde abit ulterius:mediiq; per æquora ponti:
Fert prædā.pauet hæc:littuſq; ablata relictū
Reſpicit:& dextra cornu tenet:altera dorſo
Impoſita eſt:tenues ſinuant̃ flamine ueſtes.

RAph. ℂ Seuocat hūc geni.Iuppiter Europæ Agenoris phœ
nicum regis filiæ amore captus Mercurio ab Attica re
deunti mandatrui ſe q̄ primum in phœniciam cōferat,
regiſq; armenta ad litus cōpellat:ibi nanq; cum aliis
uirginibus Europam ſpatiari uiderat.Id uero cum effe
ciſſet Mercurius:omni depoſita maieſtate Iuppiter in
Taurum ſe conuertit:
cuius dorſum poſt mul
tas blanditias Europa
aſcendere auſa,in Cre
tam per mare ab ipſo Io
ue eſt aduecta. Quod
quidem idcirco fingitur:
quia cretenſes(ut hiſto
ria tradunt) Europam
ex phœnicia raptā in cre
tā aſportauerunt naui:cu
ius inſigne taurus erat.
Delabi ℂ Seuocat:ſeorſū uocat.
ℂ Delabere:deorſum la
bere atq; deſcendere.De
nāq; ppoſitio i cōpoſitio
ne interdū augetur Dea
mo te Syre apud Teren
tium.Interdum ſignifi
cat deorſum,ut deuolo.
demitto.decurro:& ſimi
lia.ℂ Quæq; tuam ma
trem tellus:Periphraſis
eſt phœniciæ:quæ a par
te ſiniſtra ſeptentrionem
uerſus ſubiicitur Pleia
dibus:quarum una eſt
Maia Mercurii mater.
Suſcipe ℂ Suſpicit:ſurſum aſpi
re cit. Interdum ſuſpicere
Indige mirari ſignificat. ℂ In
næ degenæ:indegeni:i:inco
Sidon læ.ℂ Sidonida:Sidoni
am.Patronymica nanq;
forma pro poſſeſſiua ac
potius propria eſt uſus
poeta.Nam Sidon urbs
eſt phœniciæ.Vnde phœ
nicia ipſa Sidonia uoca
tur. ℂ Dixit & expul
ſi:mira celeritate ac di
cto citius Iouis mandata
executus eſt Mercurius.
ℂ Iamdudum:quam pri
mum.ℂ Virginibus Ty
Tyrus riis:Tyrus a Tyro phœ
nicis filio dicta:& inſu
la & urbs eſt phœniciæ
Sidoni uicina.ℂ Non be
ne conueniunt:non de
cet inquit grauem ui
rum amori indulgere:
quam ob cauſam ſe in
taurum Iuppiter conuertit: ut commodius uirgi
ne amata potiretur.ℂ Sceptri grauitate relicta:depo
Sceptrū ſita regni grauitate.Sceptrum enim eſt inſigne regni.
Nam eſt baculus quo ſtantes inhærent reges.Vnde eti
am Sceptrum dictum eſt παρὰ τὸ σκήπτεσθαι qđ ſi
gnificat inhærere.ℂ Ille pater rectorq; Deum:empha
ſis eſt.Plus enim q̄ eloquatur ſignificat.hoc eſt ille po
tentiſſimus qui omnibus præeſt:qui omnium eſt cau
ſa.ℂ Triſulcis ignibus:fulminibus:quorū triplex eſt ef
fectus.afflant enim ſcindunt & urūt.ℂ Colla toris ex
tant:pulcherrimum deſcribit taurum in quē Iuppiter
eſt mutatus.ℂ Toris:pulpis.ℂ Extant:eminent.ℂ Pa
learia:pelles craſſiores Palea
ab harmis,colloque bo ria
um pendentes palearia
dicuntur. ℂ Nec formi
dabile lumen:nec truces
inquit erant oculi tauri
illius.ℂ Agenore nata:
Periphraſis eſt Europæ
Agenoris filiæ.Agenor Europa
autem phœnicis fuit fi Agenor
lius a fortitudine dictus.
Nam Agenor fortis in
terpretatur,quaſi ἄγαν
τὴν ἠνορέην:hoc eſt ualde
fortitudine utens.ℂ Sed
quamuis mitem:elegan
ter puellæ naturam ex
primit.Timidæ nanque
ſolent eſſe puellæ.ℂ Et
dum ueniat:donec frua
tur ſperata concubitus Iuppit̃
uoluptate.ℂ Vix ah uix i tauꝛ
cætera differt:cum dif
ficultate inquit concubi
tū differre poteſt in aliđ Allude
tempus.ℂ Et nunc allu re
dit:ad ludentem puellā Arride
ludit.Vt.n.arridere ē ad re
ridentē ridere,ac allude
re eſt ad ludētem ludere.
Interdum alludere ē ob
ſcure aliquid ſignificare.
ℂ Impedienda:ligāda.
ℂ Falſa ueſtigia:ſimula
tos pedes:nō enim erant
tauri pedes:ſed falſi atq;
ſimulati.ℂ Senſim:pau
latim.ℂ Mediiq; p æquo
ra pōti:æquor ab æquo Aequor
deriuatū tam de cāpo q̄
de mari dicitur.Virg.At
prius ignotum ferro q̄
ſcindimus æquor. Pro
mari aũt ponit̃ æquato,
qđ uentis non eſt cōmo
tum.ℂ Pauet hæc:timet.
Virginis autē naturā ex
preſſit.Nam uirgines na
tura ſūt timidæ.ℂ Abla
ta:Aſportata a Ioue in
taurum conuerſo.ℂ Re
ſpicit:retro aſpicit. Ocu
los.n.ad litus conuerte Euro
bat.ℂ Et dex.cor.te.Archaiſmos eſt.Nam cornum po pa i cre
ſuit pro cornu metri cā priſcorum imitatiōe.Item in qu tam
to:Oppoſitoque genu curuauit flexile cornum. Luca
nus aũt etiā in maſculino genere uſurpat in ſeptimo:cū
ait,Cornus ubi cura ſiniſtri.ℂ Dorſo:tergo.ℂ Sinuāt̃:
flectunt̃:curuant̃:tumeſcunt in ſinus.ℂ Flamine:uēto.

Fabulæ primæ tertii libri argumẽtum.

LActãtius ¶ Iamq; &c. Agenor rapta Europa, Fratres eius ad requirendam ſororem dimiſit: ita ut niſi eam reperiſſent ad ſe ne reuerterent, imperat. Cilix diuerſas petii regiones, nouiſſime conſtituit ciliciam. Nec minus phœnix a nomine phœnicem. Cadmus uero deſperata ſpe uiſendi parẽtis Apollinis oraculum ingrediẽs: ſciſcitans in qbus partibus orbis cõſiſteret. Accepta itaq; ſorte ut uaccã a grege ſecretã quæ Lunę ſignũ in latere haberet, ageret: & ubi feſſa pcubuiſſet ibi ſtatueret urbẽ: parẽs pcepto in eã terrã deuenit: q̃ poſtea a boue Bœotia ẽ dicta. Hic cũ ad fõtẽ martis ſocios aq̃tũ miſiſſet & cũ etiã ipſe illuc iuiſſet ut uidit a dracone ſocios cõſumptos: ſerpẽtem interfecit: & dẽtes eius Mineruæ mõitu humo ſparſit: ex quib⁹ armatorum multitudo progignitur: q̃ iter ſe domeſtico bello cõfligit: ita ut ex ea q̃nq; relinquerent: qui Mineruæ uoluntate creãdi populi qui Thebis conſiderent pricipes eſſent: quorũ noia hæc produntur fuiſſe. Ethion. Ide⁹. Cromius. Pelorus. Hypperenon. Cadmo ſocii cõdendæ urbis additi ſunt.

¶ RAPHAELIS Regii in Tertium Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



P. Ouidii Naſo Metamor. Liber Tertius.

IAmq; De⁹ poſita fallacis imagine tauri,
Se cõfeſſus erat: Dictæaq; rura tenebat:
Cũ pr̃ ignarus raptã pquirere Cadmo
Impat: & pœnã, ſi nõ inuenerit: addit
Exiliũ, facto pius: & ſceleratus eodẽ.
Orbe pererrato (quis enim deprendere poſſet
Furta iouis?) profugus, patriamq;, irãque parẽtis
Vitat Agenorides, phœbiq; oracula ſupplex
Conſulit: & quæ ſit tellus habitanda requirit.
Bos tibi phœbus ait ſolis occuret in aruis
Nullum paſſa iugum: curuiq; immunis aratri:
Hac duce carpe uias: & qua requieuerit herba:
Mœnia fac condas: Bœotiaq; illa uocato.
Vix bene caſtalio Cadmus deſcenderat antro:
Incuſtoditam lente uidet ire iuuencam,

RAph. IAmque de⁹ poſita. Hunc quoq; librũ tã cõcinne cũ ſuperiorĩ cõnectit poeta: ut mutationẽ dẽtiũ martii ſerpẽtis i uiros armatos ex priore fabula educerẽ uideatur. Agenor nanq; Europæ pater amiſſam filiam putans: Cadmo mandauit: ut aut eã inueniret, aut domũ non rediret. Cadmus uero cũ fere totum terrarum orbẽ peragraſſet, neq; ſororẽ uſq̃ inueniret, Apollinẽ cõſuluit: ubi commode habitare poſſet. Cui Apollo reſpondit ut uaccam ſibi oblatam ſequeretur, ac ubi ea quieſceret urbem ædificaret: nomẽq; a boue ipſi imponeret. Cadmus igitur templo egreſſus uaccam eſt confectatus: quæ cum feſſa procubuiſſet: locum eſſe condendæ urbi ſibi aſſignatum cognouit. Ioui igit̃ ſacrificaturus ad hauriendas aquas e uicino fonte
Cadm⁹ ſocios miſit. Ipſi uero a dracone correpti cũ nõ redirẽt:
Bœotię cadmus ipſe profectus & uaſtum dracone interfecit: &
cõditor partẽ dentiũ illius a Marte & pallade acceptam. nã altera ps Aeteæ colchorũ regi tradita ẽ. iuſſu Martis ipſi⁹: ut pherecydes narrat, ut uero Ouidi. palladis admonitione ſeminauit: ac terra obtuit: ex qua ſtatim homines armati ſunt nati, qui ſe inuicem omnes præter quinq; interfecerunt. ¶ Fallacis tauri: falſi & ſimulati. ¶ Se cõfeſſus erat, ſe manifeſtarat Iouẽ eẽ. ¶ Dictæa ar. Cretẽ Dicte
ſia. nam Dicte mons eſt Cretæ a Dicte nympha cognominatus: ut quidã aiũt. Siue quod illic Iupiter ſit partus ἀπὸ τοῦ τίκτω quod ẽ pario. unde & in illo Iouis imberbis ſtatua fuiſſe dicitur. Alii ſcribũt ἀπὸ τοῦ δίκτυον & a retibus Dictem & Dictæũ dici. Eſt autem & Libyæ promõtorium Dicte. ¶ Cum pater: Agenor ut quidã: ut alii phœnix. pherecides uero de Cadmi geneologia ſic ſcribit. Agenor Neptuni filius Damno Beli filiam uxorẽ duxit: ex qua Phœnicem & Iſaã: quæ Aegypto nupſit: & Meliam quæ Danao: poſtea ex Argiope Nili fluuii filia cadmum ſuſcepit. ¶ Facto pius: & ſceleratus eodem: pius quidem quærendo filiã fuit Agenor, ſceleratus autem filio exilium indicendo. ¶ Orbe pererrato: peruagato. eſt autem participium contra grammatices rationem formatum. In ſoluta nanq; oratione diceret. poſtq̃ per totum terrarum orbem errauit. ¶ Quis enim deprendere poſſet: parẽtheſis cauſam cõtinens cur cadmus in patriam non redierit: neq; enim Europam ſororem a Ioue raptam inuenire potuit:
cum Iouis furta non poſ Agenor
ſint ab homine deprehẽdi. ¶ Vitat Agenorides: cadmus Agenoris filius: et Agenor autẽ fortis: cõtu
max: & ſuperbus iterpretatur. ¶ Solis: deſertis. Immunis
¶ Immunis: expers: q̃ nũq̃ traxerit aratrũ. ¶ Carpe ui. uade. pge. ¶ Bœotiaq; il. uoca. Hoc eſt ἀπὸ τῆς βοὸς illa denominato. De urbe nanq; q̃ Thebæ ἀπὸ τῆς θήβης quæ bos & uacca lingua Syra dicitur ſunt appellatę: ut
etymologici aiunt intelligendum eſt. Non autem de re Thebę
gione quę Bœotia fuit cognominata ἀπὸ τῆς βοὸς & ut Bœotia
caſtor ait, Apollinis oraculo ita mandante. Tãetſi qdã ut refert Stephanus: a Bœoto Itoni filio Deucalionis & pyrrhæ abnepote. Nicocrates autem a Bœoto Neptuni & Arnes filio Bœotiã denoiatam uelint. Bœotõ

uero

RAph. uero appellarunt paſtores, q in boum paternarũ ſter coribus puer uolutaretur ut Euphorion ſcribit. Sed Ouid. ut dixi: eorum ſequitur opinionem: qui a boue cadmi duce cognominatam uolunt. Sola uero Bœotia ex om nibus Græciæ regionibus ad tria maria uerſus diſp. ſi tos paſtores habet. Alii nanq; pelopõneſum. Siculũq; & Adriaticum ſinum reſpiciunt: Alii ad Aegyptus Cyprumq; & alias inſulas ſunt cõuerſi. Alii Euripũ ac Macedoniæ, Theſſaliæq; mare ſpectant. Boetia quidem legitur: ſed cum græci per oi & ω magno Βοιωτιαν ſcribant: mirandũ eſt latinos Bœotiam quoq; nõ pronunctare, cum pręſertim & ſyllabæ q̃titas & carminis ratio gręcorum expoſcat ortographiam: quare cũ œ diphthongo Bœotiam a nobis quoq; contenderim eſſe ſcribendum. Hæc de Bœotia dicta ſint: quamuis de urbe ſentiat poeta: quæ uel ἀπὸ τοῦ θῆβα ut dixi: hoc eſt a boue quæ lingua Syra θῆβα uocatur: niſi malimus dicere poetam ad id alludere, quod Bœotiæ Thebæ a boue fuerũt denominatæ. Sũt tamen q Thebas a Thebę promethei filia dictas uelint. Verum Ouid. eorum niti auctoritate uidetur: qui a boue θῆβα, lingua Syra dicitur, ſententiam eſſe denominatas. Illud obiter admonuerim cum qui uulgo Boetius uocatur, Virum omni doctrinæ genere præſtantem: Boethum a nomine priſci philoſophi q

Boeth⁹ auxiliator transferri poteſt eſſe appellãdũ. Cadmus autem (ut Stra. ſcribit) arcẽ Cadmeam ædificauit: cui Thebæ ab ipſius poſteris Amphione & Zetho adiectæ fuerunt. ¶ Caſtalio antro: ſpelunca delphici oraculi: Caſtalius fons ē parnaſi muſis ſacer: a uirgine Caſtalia dictus: quæ cũ Apollinem ſe amantẽ fugeret e mõte cadẽs in fontẽ ſui nominis fuit cõmutata.

Caſtalius

¶ Mugitibus impulit auras: mugitus in aerem emiſit. ¶ Comites: Cadmum cũ ſocus. ¶ Agit grates: Apolli ni. ¶ Silua uetus ſtabat: erecta erat. ¶ Nulla uiolata ſecuri: quę nunquam fuerat cęſa. ¶ Humilem arcum: depreſſum. ¶ Vbi cõditus antro: abſconditus in ſpelũca. Antrum aũt dictũ eſt ἀπὸ τοῦ ἄντρου quod eſt ſupplico: q̃m Deos in ſpeluncis colebant: putãtes illas eſſe ſacras. ¶ Martius anguis Marti dicatus ac bellicoſus. ¶ Christis. & auro: figura eſt ἓν διὰ δυοῖν: hoc eſt criſtis aureis. Hortendũ aũt deſcribit draconem. ¶ Præſignis: iſignis, notabilis. ¶ Igne micãt oculi: rubore oculi fulgent. ¶ Tumet: inflatũ eſt & repletũ. ¶ Treſq; micãt linguæ: ſerpẽtibus lõgiſſimã ac triſulcã linguã eẽ Pli. ſcribit. eoque tres linguas hr̃e uidenẽ. ¶ Micant. ſaliunt & celeriter mouenẽ. ¶ Stãt: horrent. ¶ Tyria de gẽte pfecti: Cadmi ſocii: q de phœnicia, ubi eſt Tyrus, uenerãt. Eſt aũt Tyrus inſula cũ urbe phœniciæ adiacens ſia Tyro phœnicis filio denominata. Tyrus quoq; eſt & Laconiæ & maris rubri iſula, quã tñ Artemidorus Tylon pl uocat. Et etiã urbs & Indiæ & Lydiæ & Piſidię. Vnde nomen gẽtile Tyrius & poſſeſſiuũ Tyriacus deriuaẽ, ut a Rhodo Rhodiacus. ¶ Infauſto gradu: infelici paſſu. oẽs .n. a Dracone illo necati ſũt. ¶ Vrna: uas ẽ hauriẽdæ aquæ accõmodatum ab urinando dictũ: q in puteis ſubmergaẽ. ¶ Cęruleus ſerpens: niger: &. propter hoc horrendus. ¶ Effluxere undæ: manibus miniſtrorum timore

Antrũ

Serpentis deſcriptio

Tyrus

Vrna

Nullum ſeruitii ſignum ceruice gerentem:
Subſequitur preſſoq; legit ueſtigia greſſu
Auctoremq; uiæ Phœbum tacitus adorat.
Iam uada Cephiſi: Panopeſq; euaſerat arua:
Bos ſtetit: & tollens ſpecioſam cornibus altis
Ad cælum frõtem, mugitibus impulit auras:
Atq; ita reſpiciens comites ſua terga ſequentes
Procubuit: teneraq; latus ſubmiſit in herba.
Cadmus agit grates, peregrineq; oſcula terræ
Figit: & ignotos montes: agroſq; ſalutat.
Sacra Ioui facturus erat: iubet ire miniſtros:
Et petere uiuis libandas fontibus undas.
Silua uetus ſtabat nulla uiolata ſecuri:
Et ſpecus in medio uirgis ac uimine denſus,
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum
Vberibus fœcundus aquis: ubi conditus antro
Martius anguis erat: criſtis præſignis: & auro:
Igne micant oculi: corpus tumet omne ueneno.
Treſq; micant linguæ: triplici ſtant ordine dẽtes,
Quem poſtq̃ Tyria lucum de gente profecti
Infauſto tetigere gradu, demiſſaq; in undas
Vrna dedit ſonitum, longo caput extulit antro
Cæruleus ſerpens: horrendaq; ſibila miſit.
Effluxere undæ manibus, ſanguiſq; reliquit
Corp⁹, & attonitos ſubit⁹ tremor occupat art⁹,
Ille uolubilibus, ſquammoſos nexibus orbes
Torquet, & immenſo ſaltu ſinuatur in arcum.
At media plus parte leues erectus in auras
Deſpicit omne nemus, tantoq; eſt corpore quãto
Si totum ſpectes: geminas qui ſeparat Arctos.
Nec mora phœnicas: ſiue illi tela parabant:
Siue fugam, ſiue ipſe timor prohibebat utrũq;:
Occupat hos morſu: longis complexibus illos:
Hos necat afflatu: funeſta hos tabe ueneni.

RAph. ¶ Nullum ſeruitii ſignum: hoc eſt quæ nullum iugum paſſa erat. Seruitium autem interdum ſeruitutem, interdum ſeruorum multitudinẽ ſignificat. ¶ Preſſo gre. repreſſo & tardo ne anteiret ſequitur uaccã. ¶ Legit: tranſit. ¶ Veſtigia: ſigna pedum uaccæ. ¶ Iã uada Cephiſi: Fluuius ē Bœotiæ Cephiſus: a quo Cephiſis pa

Cephiſus

lus & fit & appellatur. ¶ Panopes arua: Panope urbs fuit phocides a Panopeo phoci filio appellata. Vñ pa

Pãope

nopeus triſyllabum gentile nomen. ¶ Stetit: ſubſtitit, Draconis illis aqua excidit: eſt enim metonymia, contentum nãq; pro continenti poſitũ eſt. ¶ Sanguiſq; reliquit corpus: miniſtros expalluiſſe metu ſerpẽtis poeta ſignificat. ¶ Nexibus: nodis. ¶ Orbes: ſpiras: q̃s ſerpentes cauda efficiunt. ¶ Sinuaẽ: contrahiẽ: curuaẽ: flectiẽ. ¶ Tãtoq; ē corpoẽ: tã magnus inquit erat ille ſerpens quantus eſt is qui inter duas urſas in cœlo ſpectatur. Eſt autem tantus ut fluuius eſſe uideatur. Vt Virg. ſcribit. Maximus hic flexu ſinuoſo elabitur anguis. Circũ perq; duas in morem fluminis Arctos. Arctos Oceani metuentes æquore tingi. ¶ Geminas Arctos: duas & ſimiles urſas. ¶ Phœnicas. Cadmi comites phœnices aquatum miſſos. Eſt enim græcus accuſatiuus. ¶ Funeſta tabe ueneni: mortifera ueneni corruptione & ſanie.

RAph. ¶ Fecerat exiguas: iam inquit meridies erat: exiguæ enim in meridie ſolent eſſe umbrę, quo tempore Sol eſt altiſſim⁹. ¶ Veſtigat:
Veſtigia re.
p ueſtigia inquirit.
Letat⁹.

Fecerat exiguas iam Sol altiſſimus umbras.
Quæ moraſit ſociis in irarur Agenore natus:
Veſtigatq; uiros.tegimen direpta leoni
Pellis erat:telum ſplendenti lancea ferro:
Et iaculum,teloq; animus præſtantior omni.
Vt nemus intrauit:letataq; corpora uidit:
Victoremq; ſupra ſpacioſi corporis hoſtem,
Triſtia ſanguinea lambentem uulnera lingua:
Aut ultor ueſtræ fidiſſima corpora mortis,
Aut comes inquit ero:dixit:dextraq; molarem
Suſtulit:& magnum magno conamine miſit.
Illius impulſu cum turribus ardua celſis
Mœnia mota forent:ſerpens ſine uulnere mãſit.
Loricæq; modo ſquammis defenſus,& atræ
Duricia pellis,ualidos cute reppulit ictus.
At non duritia iaculum quoq; uicit eadem,
Quod medio lentæ ſpinæ curuamine fixum
Conſtitit,& totum deſcendit in ilia ferrum.
Ille dolore ferox caput in ſua terga retorſit,
Vulneraq; aſpexit:fixumq; haſtile momordit.
Idq; ubi ui multa partem labefecit in omnem:
Vix tergo eripuit:ferrum tamen oſſibus hæſit.
Tum uero poſtq̃ ſolitas acceſſit ad iras
Cauſa recens:plenis tumuerunt guttura uenis:
Spumaq; peſtiferos circumfluit albida rictus:
Terraq; raſa ſonat ſquammis,quiq; halitus exit
Ore niger ſtygio uitiatas inficit herbas:
Ipſe modo immenſum ſpiris facientibus orbem
Cingitur: interdum longa trabe rectior extat:
Impete nunc uaſto ceu concitus imbribus amnis
Fertur,& obſtantes perturbat pectore ſiluas.
Cedit Agenorides paulum:ſpolioq; leonis
Suſtinet incurſus,inſtantiaq; ora retardat
Cuſpide prætenta:furit ille:& inania duro
Vulnera dat ferro,figitq; in acumine dentes.
Iamq; uenenifero ſanguis manare palato
Cœperat,& uirides aſpergine tinxerat herbas:
Sed leue uulnus erat:quia retrahebat ab ictu:
Læſaq; colla dabat retro:plagamq; ſedere
Cedendo arcebat,nec longius ire ſinebat.
Donec Agenorides coniectum in guttura ferrũ
Vſq; ſequens preſſit,dum retro quercus eunti
Obſtitit,& fixã pariter cum robore ceruix.
Pondere ſerpentis curuata eſt arbor:& imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.
Dum ſpatium uictor uicti conſiderat hoſtis
Vox ſubito audita ẽ:neq; erat cognoſcere ꝓmptũ
Vnde:ſed audita eſt:quid Agenore nate peremptũ
Serpentem ſpectas?&tu ſpectabere ſerpens,
Ille diu pauidus pariter cum uoce colorem

¶ Le tata: leto data: extincta. Nomen eſt participio ſimile: a leto (quod mortem ſignificat) declinatũ. ¶ Spatioſi corporis, uaſtiſſimi. ¶ Sanguinea lingua: rubra & ſanguine infecta. ¶ Aut ultor: aut inquit Cadmus ueſtram mortem ulciſcar o fidiſſimi ſocii: aut una uobiſcũ moriar. ¶ Fidiſſima corpora: o fidiſſimorum ſodorum cadauera. ¶ Molarem: lapidem tam magnum: ut ex eo mala conficĩ poſſit. Molares enim lapides dicuntur ex quibus molæ conficiuntur.

Molaris

¶ Magno conamine, magno impetu. ¶ Illius impulſu: q̃ uaſtus: q̃que dura pelle fuerit ille ſerpens aperte ex hac hyperbole colligitur: ſimul etiam q̃ ualidus, robuſtuſque ac ꝓſtenti animo foret Cadmus facile cognoſcitur: Qui enim molarem lapidem e terra tollit: tantoque conatu iacit: ut turris concuti poſſit, is nimirum maximis uiribus eſt iudicandus. Emphaſis eſt igitur hoc loco per quam plus intelligitur q̃ dicatur. ¶ Validos ictus: ualide & fortiter iſlatos. ¶ Vicit: repulit. Tunc enim iacula uinci dicuntur cũ repelluntur. ¶ Lentæ ſpię: flexibilis dorſi. ¶ In ilia: in inteſtina. ¶ Labefecit: labare fecit. ¶ Ferrum tamen oſſibus hæſit: iaculi inquit ferrum oſſibus infixum remanſit. ¶ Solitas ad iras: ad conſuetam rabiem. ¶ Acceſſit: adiuncta fuit. ¶ Cauſa recens, uulnus a Cadmo illatum. ¶ Albida: alba. ¶ Peſtiferos rictus: uenenata ora. Rictus autem proprie ferarum eſt: ut roſtrum auium. ¶ Ore ſtygio: uenenato, qualis eſt ſtyx inferorum palus. ¶ Inficit: maculat, polluit inquinat. ¶ Ipſe modo immenſum: interdum inquit inſpirat & in maximum orbem contrahitur: interdum in longitudinem extenditur. Eleganter autẽ (ut ota) ſer pentis uulnerati naturam effingit poeta.

Rictus

Stygi⁹

¶ Impete: pro impetu: metri cauſa interdũ poetę impete utuntur. ¶ Fertur: ruit. ¶ Perturbat, proſternit. ¶ Spolioque leonis: pelle leonis. ¶ Cuſpide prætenta: obiecto iaculi ferro. ¶ In acumine: ĩ cuſpide. ¶ Manare: fluere. ¶ Aſpergine: aſperſione ſanguinis. ¶ Dabat retro: trahebat retro. ¶ Plagamq; ſedere: hoc eſt cedendo plagam in corpus deſcẽdere non ꝑmittebat. ¶ Longius ire: altius deſcendere in corpus. ¶ Vſque ſequens preſſit: euſque ſequens infixit: donec quercus obſtitit illi retro ſe a uulnere trahenti. ¶ Cum robore: cum quercus ſtipite. ¶ Pondere ſerpentis: ex hac quoq; emphaſi quantus fuerit ille ſerpens colligiť, cuius pondere quercus ſtipes fuerit curuat⁹. ¶ Gemuit: doluit. Rei autem inanimatæ ſenſum tribuit poeta. ¶ Sua robora: ſuum truncum. ¶ Flagellari: percuti ac uerberari. ¶ Spacium, magnitudinem. ¶ Promptum facile. ¶ Vnde: a quo emiſſa fuerit ſubaudiatur ¶ Et tu ſpectabere ſerpens: nam Cadmus relicta Spynge uxore: Hermioneq; Martis & Veneris filia accepta: ab Amphione & zeto fuit expulſus regno: & cum ad Illyrios confugiſſet ad ſenectutemq; perueniſſet, in ſerpentem dicitur fuiſſe conuerſus.

¶ Rigebant

RAph.

¶ Rigebant:horrebant. ⁋ Ecce uiri fautrix: repenti/ num Palladis aduētum illa particula ecce ſignificat. Ac Ouidius quidem Palladis iuſſu dentes ſerpentis a cad mo ait fuiſſe ſeminatos: Lyſimachus uero Marte iubē/ te narrat ſeminatos fuiſſe, Pherecydes autem ſcribit Martem ac Palladem ſer pētis illius dētes in duas partes æquales diuiſiſſe: alteramque Cadmo, alte rā Aetę tradidiſſe: cad/ mumque illos ſeminaſſe: ex quibus homines ar/ mati ſint nati. ⁋ Motæ terræ: aratæ. ⁋ Vipereos dentes: ſerpentis dentes. ⁋ Mortalia ſemina: ho minum ſemina non fru/ gum. Nam homines ar/ mati ex illis dentibus or/ ti finguntur. Apollonius autem Rhodium ſequi/ tur Ouidius qui in ſecun do Argonauticon ſcribit e dentibus ſerpētis a cad mo ſatis complures ar/ matos homines natos eſ ſe. Nam Lyſimachus at que Hellanicus narrant quinque ſolum homines armatos ex dentibus ſer pentis a Cadmo ſemina tis exortos eſſe: quorum nomina hæc eſſe ferun/ tur. Vdæus. Chthonius. Pelor. Hiperenor. Echiō. ⁋ Inde fide maius: dein de inquit glebæ illius ara tæ terræ moueri cœpe/ runt: quod omnem exu/ perat fidem. ⁋ Fide ma/ ius: quod eſt maius quā ut ſit credendum. ⁋ Pri/ maq; de ſulcis acies appa ruit haſtæ: primæ inquit haſtæ exortę ſunt. Eſt au tem figurata locutio atq; poetica. Si eni eſſet pro/ ſa oratio, haſtæ apparue rūt diceretur. ⁋ Tegmi na mox capitum: peri phraſis eſt galearū. ⁋ Pi cto cono: criſta picta ua riis pennarū coloribus. ⁋ Extant: extant: emi nēt: extra terram ſtant. ⁋ Clypeata: ſcutata no men participio ſimile. ⁋ Sic ubi: pulchra ſimili tudine declarat quo mo do paulatim uiri illi ar mati ſint nati. Sic inquit nati ſunt ut uideantur ſi gna & imagines ſurgere cuius aulæa parietibus af figuntur. ⁋ Aulęa: ab au la Attali regis: ubi pri

ſerpētis dētes in hoies ar matos

Conus

Aulæa

Perdiderat: gelidoq; comæ terrore rigebant.
Ecce uiri fautrix ſuperas delapſa per auras
Pallas adeſt: moræq; iubet ſupponere terræ
Vipereos dentes: populi incrementa futuri.
Paret, & impreſſo ſolcom patefecit aratro.
Spargit humi iuſſos mortalia ſemina dentes:
Inde (fide maios) glebæ cœpere moueri:
Primaq; de ſolcis acies apparuit haſtæ:
Tegmina mox capitum picto nutantia cono:
Mox humeri, pectoſq;, onerataq; brachia telis
Exiſtant: creſcitq; ſeges clypeata uirorum.
Sic ubi tolluntur feſtis aulæa theatris:
Surgere ſigna ſolent: primumq; oſtendere uult⁹:
Cætera paulatim, placidoq; educta tenore
Tota parent: imoq; pedes in margine ponunt.
Territ⁹ hoſte nouo Cadm⁹ capere arma parabat:
Ne cape de populo, quem terra creauerat: unus
Exclamat: nec te ciuilibus inſere bellis.
Atque ita terrigenis rigido de fratribus unum
Comminus enſe ferit: iaculo cadit eminus ipſe.
Hic quoq;, qui dederat leto: non longius illo
Viuit: & expirat, modo quas acceperat: auras:
Exemploque pari furit omnis turba: ſuoque
Marte cadunt ſubiti per mutua uulnera fratres:
Iamque breuis uitæ ſpatium ſortita iuuentus
Sanguineam tepido plangebat pectore matrem:
Quinque ſuperſtitibus: quorū fuit unus Echiō:
Is ſua iecit humi monitu Tritonidis arma:
Fraternæque fidem pacis petiit, deditque.
Hos operis comites habuit Sidonius hoſpes
Cum poſuit iuſſam phœbeis ſortibus urbem.



Iam ſtabant Thebæ. poteras iam Cadme uideri

mum inuenta ſunt, fuere uocata. ⁋ Feſtis theatris: in quibus ludi ac dies feſti celebrantur. Theatra autem cum ludi fiebant aulæis ornabantur. ⁋ Dederat leto: i terfecerat. ⁋ Subiti fratres: ſubito nati. ⁋ Plangebat: percutiebat. Nam cadentes terram feriūt. ⁋ Quinque ſuperſtitibus: ſuperui/ uentibus. Omnes nanq; uiri illi armati mutuis uulneribus ceciderunt: pręter hos quinq; Vdęū. Chthonium. Pelorem. Hyperenorem. & Echio nem. quos quidem Cad mus ſocios urbis conden dæ habuit. Hi uero etiaꝫ σπαρτοὶ hoc eſt ſemina ti, fuerunt appellati: quā quā Hippias Delius ſcri/ bat Spartos quandaꝫ eſ ſe gentem. ⁋ Sidonius hoſpes: Cadmus Phœ/ nix. Nam Sidon urbs eſt Phœnicię, unde Sidoni us deriuatur. ⁋ Iuſſam urbem. Thebas Bœo/ tias. ⁋ Phœbeis ſortib⁹: Apollinis oraculis.

Daſ leto

Plāgere

Sidon

Fabulæ ſecūdæ tertii li bri argumentum.

¶ Iaꝫ ſtabāt Thebę. po teras &c. Diana cum in ualle Gargaphiæ æſtiuo tempore fatigata ex aſſi/ dua uenatione: ſe ad fon tem perlueret. Actæon Ariſtęi & Autonoes fi/ lius eundem locum pe tens ad refrigerandum ſe & canes quos exercue rat feras perſequens in conſpectu Deæ incidit. qui ne eloqui poſſet, ha/ bitu s eius in ceruum ab ea conuerſus eſt: ita ut pro fera laceratus a ſuis canibus ſit.

LActæ tius

¶ Iam ſtabant Thebę: hæc idcirco narrantur: ut Actæonis in ceruum tranſformatio concinni/ us cum ſuperiore fabu/ a iungatur. Thebæ au/ em fuerunt appellatæ: uel a Theba: quę lingua Syra (ut diximus) bo uem ſignificat: uel a the be Aegypti urbe ampliſ ſima: unde Agenorē cad mi patremq; Phœnice ſre ueniſſe, & apud ty rū & Sydonē regnaſſe, auctor ē Euſebius. Fuit etiam Thebę urbs Ly ciæ: patria Andromā ches Hectoris uxoris: de qua Ouidius ipſe libro

RAph.

Thebę

Exilio felix. ſoceri tibi Marſq;, Venuſque
Contigerant: huc adde genus de coniuge tanta:
Tot natos, nataſque, & pignora chara nepotes:
Hos quoq; iam iuuenes. Sed ſcilicet ultima ſemp
Expectanda dies homini eſt: dicic; beatus
Ante obitum nemo: ſupremaq; funera debet.
Prima nepos inter res tot tibi Cadme ſecundas
Cauſa fuit luctus: alienaque cornua fronti
Addita: uoſq; canes ſatiati ſanguine herili.
At bene ſi quæras, fortunæ crimen in illo,
Non ſcelus inuenies: quod.n. ſcel⁹ error habebat?
Mons erat infectus uariarum cæde ferarum:
Iamque dies medius rerum contraxerat umbras:
Et Sol ex æquo meta diſtabat utraq;
Cum iuuenis placido per deuia luſtra uagantes
Participes operum compellat Hyantius ore:
Lina madent comites: ferrumq; cruore ferarum:
Fortunamque dies habuit ſatis: altera lucem
Cum croceis inuecta rotis Aurora reducet
Propoſitum repetemus opus: nunc phœb⁹ utraq;
Diſtat idem terra: finditq; uaporibus arua.
Siſtite opus præſens: nodoſaque tollite lina.
Iuſſa uiri faciunt: intermittuntq; laborẽ.
Vallis erat piceis, & acuta denſa cupreſſu
Nomine Gargaphie, ſuccinctæ cura Dianæ:
Cuius in extremo eſt antrum nemorale receſſu
Arte laboratum nulla: ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo. nam pumice uiuo:
Et leuibus toffis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat a dextra tenui perlucidus unda
Margine gramineo patulos ſuccinctus hiatus.
Hic Dea ſiluarum uenatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo poſtq̃ ſubiit, nympharum tradidit uni
Armigeræ iaculum, pharetramq;, arcuſq; retẽtos,

R. Aph. de Triſtibus primo: Nec crudere minus q̃ cum Theba
na cruentum Hectora Theſſalico uidit ab axe trahi.
Alia quoque eſt urbs hoc nomine in Lucania: ut ſcribit
Plinius quarto Naturalis hiſtoriæ. ¶ Stabant: erectæ,
exædificatæque erant.

¶ Soceri tibi Marſq;, Venuſque: uxorẽ nãq; Hermio
Hermione ne duxit cadm⁹ Martis,
Venerisq; filiam. ¶ Huc
adde genus: progeniem.
¶ De coniuge tanta: quan
ta eſt Hermione Martis
& Veneris filia: de qua
Statius multa in Theba
idos libro ſecundo. Her
mione quidẽ etiam me
nelai & helenæ filia no
minatur. Quod uero qui
dã Martis & Veneris fi
liam non Hermionem,
ſed harmoniam putant
eſſe uocitatam Martiani
Capellæ affectatis lepo
rib⁹ decepti ſunt. ¶ Tot
natos nataſq;: ex Hermi
one quidẽ filias quatuor.
Semelen. Agauen. Auto
noen. Ino & Podorum
Cadm⁹ ſuſtuliſſe memo
ratur. Quos uero alios
filios ſuſceperit nuſquã
memini me legiſſe. ¶ Et
pignora chara nepotes:
hi fuerunt Bacchus ex
Semele & Ioue, Penthe
us ex Agaue & Echione,
Actæon ex Autonoe &
Actæõ Ariſtæo, Learcus & Me
licerta ex Ino & Atha
mante. ¶ Sed ſcilicet ulti
ma ſemper: ſententia eſt
Solonis philoſophi: qua
Crœſi Indorum regis di
uitias ſugillauit. Cum
enim Crœſus ſe felicem
eſſe iactaret: neminẽ an
te ſupremum diem recte
felicem dici poſſe Solon
admonuit. Cuius ſenten
tiæ quidem Crœſus me
mor, cum a Cyro Perſa
rum rege foret captus,
rogoque impoſitus So
lonem appellauit, dicẽs.
O Solon Solon: ac ſi diceret q̃ uera mihi dixiſti. Cyrus
uero cum eam accepiſſet ſententiam, Crœſum non ſo
lum liberauit: ſed etiam i maximo honore habuit. ¶ Pri
ma nepos: Actæon Ariſtæi & Autonoes filius uenãdo
feſſus: cum opacum quæreret locum: forte ad fõtẽ per
uenit. ubi ſe Diana nuda cum comitibus abluebat: quæ
irata eum ſtatim in ceruum mutauit: ne cui unquam a
ſe Dianam nudam fuiſſe uiſam iactare poſſet. Hoc ue
ro idcirco fictum eſt: quia Actæon uenationi admodũ
fuit deditus: totumque patrimonium canes alẽdo con
ſumpſit. Summam autem fabulæ primũ deſcribit poe
ta: deinde diffuſius omnia aperit. ¶ Aliena cornua: ceruĩ

na. ¶ Fortunæ crimen: caſu nãq; offẽdit Dianã. ¶ Cæde:
ſanguine: quod enim antecedit pro eo quod ſequitur
poſitum eſt. ¶ Contraxerat: corripuerat & abbreuiaue
rat. ¶ Meta utraq;: oriente & occidente. ¶ Iuuenis hy.
Thebanus: Hyantes enim populi ſunt Bœotiæ: qui & Hyãtes
Hyãtii appellantur. Hyantia etiam urbs eſt locorum: hyãtia
unde Hyantius deriua
tur. Qui uero a fonte
qui nuſquam inuenitur:
uel ab Hya Atlantis filio
hoc nomen deducunt:
non minus inepti ſunt, q̃
qui id putant eſſe aduer
bium comparatiuum ab
hyãte parti ipſo deriua
tum. ¶ Lina madent: re
tia ſunt madefacta. Eſt
autem metonymia. Lina
enim ex quibus retia cõ
ficiuntur pro ipſis reti
bus ponuntur. ¶ Fortu
namq; dies habuit ſatis:
proſperã ſubaudiamus.
¶ Croceis rotis: croceo
& pulchro curru. Aperte
namq; totum per Syneg
dochẽ accipimus. ¶ Pro
poſitũ repetemus opus:
cras inquit Actæon ad
ueniẽte Aurora ad uena
tionem redibimus. ¶ Di
ſtat idem: ſpacium ſubau
diatur. Vt intelligamus
Solẽ ab utraque terra æq
li ſpatio diſtare, atq; abeſ
ſe ab oriente & occiden
te, p quod ſignificat me
ridiem eſſe. ¶ Vtraq; ter
ra: orientali & occidenta
li. ¶ Vaporibus: feruori
Siſtere bus. ¶ Siſtite opus præ
ſens: ſtare facite: hoc eſt p
ſenti operi finem imponi
Inter te. ¶ Intermittũtq; labo
mittere rem: uſq; in diem ſequẽ
Garga tem uenadi laborem de
phie ual ponit. ¶ Vallis erat: To
lis pographia ẽ & uallis de
ſcriptio: quo ſe Diana p
meridiem cum ſuis com
Picea tibus conferre ſolebat.
¶ Piceis: picea arbor eſt
mõtana. ¶ Acuta cupreſ
ſu: in acutum tendente. ¶ Succinctæ: agilis & indu
ſtriæ. ¶ Cura: amor & uoluptas. Erat enim amœniſ
Pomex ſima uallis. ¶ Nemorale: nemoribus tectum. ¶ Pumi
ce uiuo: naturali. Pumex autem lapis eſt leuis: cauerno
Toffus ſus: poliendis rebus accommodatus. Vnde pumicare:
quod eſt pumice polire, declinatur. ¶ Et leuibus toffis:
toffus lapis eſt cauernoſus. ¶ Duxerat: effecerat. ¶ Na
Perfun tiuum, naturalem. ¶ Tenui unda: exigua aqua. ¶ Suc
dere cinctus: circundatus: ¶ Patulos hiatus: patentes ripas.
Reten biare enim uidentur ripæ: ut fluuii alueum efficiant.
dere ¶ Dea ſiluarũ: Diana. ¶ Perfũdere: madeſacerẽ. ¶ Re
tentos: remiſſos, a retendendo.

¶ Altera

Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ.
Vincla duæ pedibus demunt, nã doctior illis
Iſmenis Crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum: quis erat ipſa ſolutis.
Excipiunt laticem Nipheque: Hyaleq;, Rhãiſq;,
Et Pſecas, & phiale: funduntq; capacibus urnis.
Dumque ibi perluitur ſolita Titania lympha:
Ecce nepos cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotum non certis paſſibus errans
Peruenit in lucum: ſic illum fata ferebant:
Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra:
Sicut erant nudæ: uiſo ſua pectora nymphæ
Percuſſere uiro: ſubitiſq; ululatibus omne
Impleuere nemus: circunfuſæque Dianam
Corporibus texere ſuis: tamen altior illis
Ipſa Dea eſt: colloq; tenus ſupereminet omnes.
Qui color infectis aduerſi Solis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet: aut purpureæ Auroræ:
Is fuit in uultu uiſæ ſine ueſte Dianæ.
Quæ q̃q̃ comitum turba eſt ſtipata ſuarum,
In latus obliquũ tamen aſtitit: oraq; retro
Flexit: & ut uellet promptas habuiſſe ſagittas:
Quas habuit: ſic hauſit aquas: uultumq; uirilem
Perfudit: ſpargenſq; comas ultricibus undis,
Addidit hæc cladis prænuncia uerba futuræ:
Nunc tibi me poſito uiſam uelamine narres,
Si poteris narrare licet, nec plura minata
Dat ſparſo capiti uiuacis cornua cerui:
Dat ſpatium collo: ſummaſq; cacuminat aures:
Cum pedibuſq; manus, cum lõgis brachia mutat
Cruribus: & uelat maculoſo uellere corpus.
Additus & pauor eſt. fugit Autoneius heros:
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
Vt uero uultus, & cornua uidit in unda:
Me miſerum dicturus erat: uox nulla ſecuta eſt.
Ingemuit: uox illa fuit: lachrymæq; per ora
Non ſua fluxerunt. mens tantũ priſtina manſit.
Quid faciat? repetat ne domum, & regalia tecta?
An lateat ſiluis? pudor hoc: timor impedit illud.
Dum dubitat: uidere canes: priuſq; Melampus,
Ichnobateſq; ſagax latratu ſigna dederũt:
Gnoſius ichnobates, Spartana gente Melampus.
Inde ruunt alii rapida uelocius aura
Pãphagus, & Dorceus, & Oribaſus arcades omnes,
Nebrophonoſq; ualens, & trux cũ Lælape therõ,

Aph.

¶ Altera de. altera inquit accepit pallam ueſtem a Diana depoſitam. ¶ Vincla: calceos & cothurnos. ¶ Iſmenis Croca. Iſmeni fluuii filia. Deſcribit autem officia comitum Dianæ. ¶ Quamuis erat ipſo. in ſoluta oratiõe quã uis eſſet diceretur. ¶ Laticem: aquam, a latendo, q in terræ uenis lateat. ¶ Nipheque: ſortix interpretari põt Niphe απο του νιπτειν: hoc eſt a lauando. ¶ Hyaleque: απο του υειν: hoc eſt a pluuia uidetur hyale deriuari. ¶ Rhaniſq;: Rhanis aſperſio & gutta uocatur απο του ραινειν: hoc eſt ab aſpergendo. ¶ Et Pſecas: ſtilla minor. Pſecas transfertur: Pſecades enim minutæ dicuntur cuiuſq; rei partes. ¶ Et Phi. uas eſt quidem hauriendis, infundendiſq; aquis accommodatum απο του πινειν & a bibẽdo deductũ mutatione tenuis conſonantis in craſſam: ſed hoc loco pro nympha ponitur: q Dianæ corpus aqua perfundebat. ¶ Titania: Diana Cei Titãi nepotis: quæ eadẽ eſſe cũ Luna putatur quæ qdem ut ſol Titan ſic Titania Titãiſq; freq̃uẽter a poetis uocat. ¶ Ecce ne. Ca. Actçõ. Ecce ãt particula fere aliquid repentinũ ſignat. ¶ Dilata par. la. dilata parte uenationis in diem ſequẽtem. ¶ Sic illum fata trahebant: ſic dicere ſolemus cum cauſam rei aſſignare neſcimus. ¶ Qui ſimul intrauit: poſtquã ingreſſus eſt. ¶ Rorantia: madentia. ¶ Qui color infectis: Dianæ colorem maxime rubicundum fuiſſe oſtendit. ¶ Infectis: tinctis. Inficere. n. tingere eſt: unde infectores dñt tinctores. ¶ In latus obliquũ tamẽ aſtitit: hoc eſt ſe in latus conuertit: ut faciẽs pudenda occultaret. ¶ Oraq; retro flexit: ut actçonẽ reſpiceret. ¶ Et ſic hauſit: tãta iquit ira & idignatione Diana hauſit & accepit aquas: quibus Actæonẽ perfunderet: q̃ta ſagittas prõptas ac paratas hr̃e uoluiſſet. ¶ Addidit: dixit. ¶ Nũc tibi: ironia qua uidet id permitte re Diana: cuius prorſus adimit faciendi facultatem. Illum nanque in ceruum conuertit: qui loqui non poteſt: eſt autem ordo & ſenſus. Nunc licet narres me uiſam tibi ſine uelamine: hoc eſt nudam. ¶ Si poteris narrare: ac ſi diceret nunq̃ narrare poteris. ¶ Sparſo capite: reſperſo aq. ¶ Viuacis cerui: diu uiuẽtis: ad quadringẽtos nãq; annos cerui uiuere dñr. ¶ Dat ſpatiũ collo: lõgũ efficit collum. ¶ Cacuminat: acutas reddit. Eſt aũt uerbũ a poeta fictũ. ¶ Maculoſo uellere: uario pilo. ¶ Additus & pauor eſt: recte. Ceruus. n. timidiſſimũ aial ẽ. ¶ Autoneius heros: Actæon Autonoes filius. ¶ Non ſua: ſed cerui. ¶ Mens tãtum priſtina manſit: in Actæone nihil aliud hominis q̃ mens remanſit. ¶ Pudor hoc: ne domum redeat. Abuſus aũt eſt poeta horũ pronominũ elegãtia. Hoc nanq; ad propinquius, illud ad lõginquius ſolet referri. ¶ Priuſq; Melampus: canes Actæonis enumerat: quibus & nõia apta uenatoriis canibus imponit. Melampus. n. dicit q pedes nigros haberet. μελας nãque niger: πους ποδος pes dr̃. ¶ Ichnobateſque ſagax: ichnobates dr̃ p ueſtigia uadẽs: ιχνος. n. dr̃ ueſtigiũ: βαινω uado. ¶ Sagax: odorus, & acriter odorãdi ui hñs. ¶ Gnoſius: Cretẽſis. Gnoſos. n. Cretæ urbs fuit clariſſima. ¶ Spartana: Laconia. Cretẽſes aũt & Laconici canes aptiſſimi ſũt uenationibus. ¶ Pãphagus: oia comedẽs: παν. n. totum ſignificat. φαγω comedo. ¶ Dorceus: acute uidẽs: δερκω. n. ẽ uideo. ¶ Oribaſus: montes aſcendẽs: ορος. n. mõs dr̃: βαινω aſcẽdo. ¶ Nebrophonoſq; ualẽs: inulos. hoc eſt ceruorũ catulos interficiens: νεβρος. n. inulũ ſignificat φονευω iterficio. ¶ Trux therõ: terribilis aſpectu. Therõ ãt dr̃ ferinus, ac feras perſequẽs: θηρ. n. fera dr̃. ¶ Lælape: a uelocitate atq; ĩpetu ſic ẽ appellata. Nã λαιλαψ λαιλαπος turbinẽ ſignat.

Dianæ cõites
Latex
Pſecades
Phiale
Titãia
Inficerẽ
Actçõ ĩ ceruum
Cacũinare
Hoc
Illud
Melampus
Ichnobates
Gnoſoſ
Pãphagus
Dorceus
Oribaſus
Nebrophonos
Trux
Therõ
Lælape

ℭ Et pedibus Pterelas: alatus ſiue alis impulſus Pterelas transferri poteſt πτερὸν nanq; ala: ἐλᾶν impellere ſignificat: quamuis in exemplaribus corrupte plerelas legatur. ℭ Agre: uenatio interpretatur ἄγρα. ℭ Hylæus: ſiluestris: ὕλη nanq; ſiluam ſignificat. ℭ Nape: quia in ſaltibus uerſaretur: νάπαι enim grammatico dicũt terræ planities. ℭ Pœmenis: paſtoralis: ποιμὴν nanq; paſtorem ſignificat. ℭ Harpyia: rapax: & Harpyiarum ſimilis quæ aues ſunt rapaciſſimæ.

nihabitum non colorem mutat. per hyemes hirti. æſtate nudi. ℭ Lyciſca: canis ex lupo nata Lyciſca dicitur: quaſi parua lupa. Eſt enim diminutiuum a lupo: qui græce dicitur λύκος. ℭ Harpalos: rapax: ἁρπάζω nanque rapio ſignificat. ℭ Melaneus: niger. ℭ Hirſutaque corpore Lachne: uerbum de uerbo expreſſit. Lachne enim uillorum denſitas uocatur. ℭ Dictæo: cretenſi. ℭ Labros: hoc quoque nomen cani conueniens eſt: uehemens enim, impetuoſuſque transfertur. ℭ Et Aglaodos: ſplendidos ac nitentes habens dentes interpretatur: ἀγλαὸς nanq; ſplendidus: ὀδοὺς dens dicitur: quanquam mihi potius uidetur legendum eſſe Agriodus: qui agreſti ac feroci dente interpretari poteſt: ἄγριος nanq; agreſtis, feroxq; dicitur. ℭ Hylactor: latrator. nam ὑλακτέω latro ſignificat. ℭ Sæpe ſecutus: canes ſuos ſubaudiamus. ℭ Melanchætes: iubam & pilos habens nigros: χαίτη nanq; iuba dicitur. ℭ Theridamas: feras domans. Nam θὴρ fera dicitur δαμάζω domo. ℭ Oreſitrophus: in montibus nutritus: ὄρος enim montem: τρέφω ſignificat nutrio. ℭ Præcipitata uia eſt: præcipiti curſu peracta. ℭ Per compendia montis: per compendioſa & breuia montis itinera. ℭ Quem non tamen edere poſſit ceruus: hoc eſt nec hominis uocem, nec cerui habet: ſed diſſimilem emittebat ſonũ: ac querelas. ℭ Iuga nota: cognitos ipſi montes. ℭ Circunfert tacitos: hoc eſt pro manibus & brachiis, quæ in crura uerterat: conuerſa: uultus ac faciẽ circũferebat. ℭ At comites: Actæonis ſocii. ℭ Agmen: canum multitudinem. ℭ Ad nomen caput ille refert: retrahit: attollit, cum reſpondere non poſſet. Eſt autẽ parentheſis. ℭ In corpore: in carne. ℭ Roſtris: oribus: nam roſtra proprie auiũ dicuntur. per ſimilitudinem uero etiam nauium. ℭ Falſi cerui: ficti ac ſimulati. ℭ Pharetratæ: pharetra armatæ. Eſt enim nomen participio ſimile. Pharetra autem ſagittarum eſt repoſitorium.

Et pedibus pterelas, & naribus utilis Agre,
Hylæuſq; ferox nuper percuſſus ab apro,
Deq; lupo concepta Nape, pecudeſq; ſecuta
Pœmenis, & natis comitata harpyia duobus,
Et ſubſtricta gerens Sicyonius ilia Ladon,
Et Dromas, & Canache, Sticteq;, & Tigris, & alce,
Et niueis Leucon, & uillis Asbolus atris,
Præualiduſque Lacõ, & curſu fortis Aello,
Et Thous, & Cyprio uelox cum fratre Lyciſca,
Et nigram medio frontem diſtinctus ab albo
Harpalos: & Melaneus: hirſutaq; corpore lachne:
Et patre Dictæo, ſed matre Laconide nati
Labros, & Aglaodos, & acutæ uocis Hylactor,
Quoſq; referre mora eſt ea turba cupidine prædæ
Per rupes, ſcopuloſq;: aditu que carentia ſaxa:
Quaq; eſt difficilis, quaq; eſt uia nulla, ſequũtur,
Ille fugit: per quæ fuerat loca ſæpe ſecutus,
Heu famulos fugit ille ſuos clamare libebat
Actæon ego ſum: dominum cognoſcite ueſtrum:
Verba animo deſunt. reſonat latratibus æther.
Prima Melanchætes in tergo uulnera fecit.
Proxia Theridamas: Oreſitrophus hæſit in armo.
Tardius exierant: ſed per compendia montis
Præcipitata uia eſt. dominum retinentibus illis
Cætera turba coit: conſertq; in corpore dentes
Iam loca uulneribus deſunt. gemit ille ſonumq;
Et ſi non hominis: quem non tamen edere poſſit
Ceruus: habet, mœſtiſq; replet iuga nota querelis:
Et genibus pronis ſupplex, ſimiliſq; roganti
Circunfert tacitos, tanq̃ ſua brachia, uultus.
At comites rapidum ſolitis hortatibus agmen
Ignari inſtigant: oculiſq; Actæona quærunt.
Et uelut abſentem certatim Actæona clamant.
Ad nomen caput ille refert, & abeſſe queruntur,
Nec capere oblatæ ſegnem ſpectacula prædæ.
Vellet abeſſe quidem. ſed adeſt, uelletq; uidere,
Non etiam ſentire canum fera facta ſuorum.
Vndique circũſtant: merſiſq; in corpore roſtris:
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui,
Nec niſi, finita per plurima uulnera uita
Ira pharetratæ fertur ſatiata Dianæ.

ℭ Sicyonius Ladon: a fluuio Arcadiæ nomen ſumpſit hic canis. Nam a fluminibus etiam nunc canes interdum cognominantur. Sicyonius autem ab urbe Peloponneſi Sicyone, quæ & Mecon & Telchinia etiam fuit dicta. ℭ Subſtricta: conſtricta & parua. ℭ Et Dromas: currens: δρόμος enim curſum ſignificat. ℭ Canache: καναχὴ ſtrepitum ſignificat: unde nomen cani fuit inditum: quod eius latratu omnia reſonarent. ℭ Sticteque: hæc a colorũ uarietate nomen ſumpſit. Nam στικτή diſtincta uariis maculis dici poteſt: ἀπὸ τοῦ στίζειν: id eſt a diſtinguendo. ℭ Tigris: Tigridi ſimilis: quæ eſt fera uelociſſima. ℭ Et Alce: ſimilis Alcæ feræ perniciſſimæ: de qua Plinius. Septentrio fert & equorum greges ferorum, ſicut aſinorum Aſia & Africa. Præterea Alcen iumẽto ſimilem, ni proceritas aurium & ceruicis diſtinguat. ἀλκὴ etiam robur, potentiaq; dicitur. ℭ Leucon: albus a colore: λευκὸς enim album ſignificat. ℭ Et uillis Asbolus atris: hoc eſt pilis nigris. Asbolus autem a colore eſt dictus: ἄσβολος enim fuliginem ſignificat: eo quod nigris uillis ac fuliginoſis eſſet. ℭ Lacõ: a patria: quod laconicus eſſet. ℭ Aello: a procella: quod eſſet impetuoſus. Aella nanque turbinem ſignificat & procellam. ℭ Thous: uelox dicitur & impetuoſus: tametſi Thos forſitan rectius legeretur. Sunt enim Thoes (ut ſcribit Plinius) luporum genus procerius longitudine: breuitate crurum diſſimile: uelox ſaltu: uenatu uiuens: innocuum homi

Marginalia: Aph. pterelas · Agre · hylæus · Nape · Pœmenis · Harpyia · Ladon · Sicyo nius · dromas · Canache · Sticte · Tigris · Alce · Leucon · Asbolus · Lacon · Aello · Thous · Thoes · Lyciſca · harpalos · Lachne · Labros · Aglaodos · Hylactor · Melanchætes · Roſtra · Pharetra

ℭ Rumor in

Rumor in ambiguo eſt.aliis uiolentior æquo
Viſa Dea eſt.alii laudant:dignamque ſeuera
Virginitate uocant.pars inuenit utraque cauſas.
Sola Iouis coniunx non tam culpetne, probetne
Eloquitur:q̃ clade domus ab Agenore ductæ
Gaudet,& a Tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium.ſubit ecce priori
Cauſa recẽs:grauidamque dolet de ſemine magni
Eſſe Iouis ſemelen.tum linguam ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim toties per iurgia dixit?
Ipſa petenda mihi eſt.ipſam ſi maxima Iuno
Rite uocor:perdam.ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet:ſi ſum regina:Iouiſque
Et ſoror,& coniunx:certe ſoror,at puto furto eſt
Contenta:& thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Concipit:id deerat:manifeſtaque crimina pleno
Fert utero:& mater:quod uix mihi contigit uni,
De Ioue uult fieri,tanta eſt fiducia formæ.
Fallat eam faxo.nec ſim Saturnia:ſi non
Ab Ioue merſa ſuo ſtygias penetrarit ad undas.
Surgit ab his ſolio:fuluaque recondita nube
Limen adit Semeles.nec nubes ante remouit,
Quam ſimulauit anũ:poſuitq; ad tẽpora canos,
Sulcauitque cutem rugis:& curua trementi
Membra tulit greſſu.uocem quoq; fecit anilem.
Ipſaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.
Ergo ubi captato ſermone,diuque loquendo
Ad nomen uenere Iouis:ſuſpirat:& opto
Iuppiter,ut ſit,ait.metuo tamen omnia.multi
Nomine Diuorum thalamos iniere pudicos.
Nec tamen eſſe Iouem ſatis eſt.det pign⁹ amoris:
Si modo uerus is eſt:quantuſq;,& qualis ab alta
Iunone excipitur:tantus,taliſque rogato
Det tibi cõplexus:ſuaque ante inſignia ſumat.
Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formarat,rogat illa Iouem ſine nomine munus.
Cui Deus elige ait:nullam patiere repulſam.
Quoque magis credas:ſtygii quoque cõſcia ſũto
Numina torrentis.timor,& Deus ille Deorũ eſt.
Læta malo,nimiumque potẽs, perituraq; amãtis
Obſequio Semele,qualem Saturnia dixit
Te ſolet amplecti:Veneris cum fœdus initis:
Da mihi te talem.uoluit Deus ora loquentis

LAC/tus Fabulæ tertiæ tertii libri argumẽtum.
℃Romor in ambiguo eſt.aliis uiolentior æquo &c.Iu/
no ſuſpecta Semelen Cadmi:& hermione filiam cum
haberet:q̃ cum Ioue concubuiſſet,in anum conuerſa
eſt:ut ſe fallacia ſiue inuidia cuiuſq; ulciſceretur:ad eã
uenit:perſuadetq; ei:ne alio Iouem apparatu recipiat
ad cubile q̃ ſolitus ſit ap/
parere Iunoni. Quo ut
illius auctoritas grauis
proinde ipſius concubi/
tus inſignis eſſet. Quod
cum impetraſſet a cupiẽ/
te Deus inſtructus toni/
tribus ac fulminibus do/
mum Semeles ingreſſus
eſt. tecta eius deceptæ
optatis flammis adurit:
liberumque conceptum
utero grauidæ incendio
eripit: ac femore inſuit
ſuo:poſtea completis mẽ
ſibus nymphis:quæ Ni/
ſam montem Indiæ per/
frequentarent:eum tradi
dit nutriendum.
RAph. ℃Rumor in ambiguo
eſt:quæritur inquit utrũ
Diana iuſte Actæonem
ea pœna affecerit. Ac
multi quidem dicunt eã
fuiſſe nimium crudelem:
alii recte conſuluiſſe uir/
ginitati ſuæ aſſerunt.
Violentior:crudelior.
Cauſas: argumenta:
Iuno in quibus utraq; pars ſuam
uetulã defendat opinionẽ. Hæc
autem idcirco a poeta re
feruntur: ut ſequentem
fabulam cum ſuperiore
transformatione aptius
Semele coniungat. Eloquitur:
uerbis exprimit. A ty/
ria pellice: ab Europa:
pellex quam e Phœnicia Iuppi
ter rapuit. Pellex autem
proprie dicitur:quæ cum
aliarum maritis rem ha/
bet. In ſocios generis:
in cognatos. Subit ec/
ce priori Cauſa recens:
fabulam narrare incipit:
quæ talis eſt. Iuno cum
reſciuiſſet Semelẽ ex Io
ue concepiſſe, eam per/
dere decreuit: conuerſa
igitur in Beroem Seme/
les ipſius nutricẽ ei per
ſuadet: ne aliter Iouem
in amplexus admittat,q̃
ſi ſecum eo modo, quo
cum Iunone ſolet con/
cumbere promittat: ut
an ſit Iuppiter aperte cognoſcat. Quod quidem
cum impetraſſet:neque uim tantæ maieſtatis, fulmi/
numque tollerare poſſet, extincta eſt. Puerum uero
nondum maturum cæſo matris utero Iuppiter exce/
pit: ac femori ſuo inſutum: donec menſes nouem com/
pleret nũ, fouit. Poſtea uero nymphis tradidit nutriẽdũ,
unde & Dythyrambus fuit appellat⁹, quod δίθυρα/
γον hoc eſt per duas ianuas, & Semeles uterum & Io/
uis femur tranſierit.
Subit:ſuccedit. Se/
melen: Cadmi filia fuit
Semele & Hermiones:
quæ ex Ioue Bacchum
generauit. Per iurgia:
per obiurgatiões. Cer
te ſoror: hoc ita a Iuno/
ne infertur: ac ſi con/
iunx eſſe deſierit: cum
Iuppiter alias amet. Sic
quoque apud Senecam
ipſa loquitur. Soror To
nantis: hoc enim ſolum
mihi. Quod uix mi/
hi contigit uni: ut de
Ioue conceperim. Vul
canum enim ex Ioue ſu/
ſcepit Iuno. tametſi He/
ſiodus dicat Vulcanum
ex ſola Iunone fuiſſe na/
tum. Tanta eſt fidu/
cia formæ: acclamatio
ex maxima proueniens
indignatione. Fallat
eam faxo: efficiam in/
quit ut Iuppiter illam de
cipiat. Nec ſim Sa/
turnia: nec merear Sa/
turni filia uocari. Ab
Ioue ſuo:ab Ioue tam ſi
bi charo. Merſa: perdi
ta. Penetrarit: deſcen/
derit. Surgit ab his:
poſt hæc dicta. Quam
ſimulauit anum: Iuno/
nis transfigurationem in
uetulam deſcribit. Epi
dauria nutrix: Epidau/ *Epidaurus*
rus urbs eſt Achaiæ Ae/
ſculapii templo nobilis
in Saronici ſinus intimo
receſſu ſita: quæ antea
Epitaurus fuit appella/
ta. Sua inſignia: qui/
bus ab aliis Diis ſepara/
tur. Fulmina autem di/
cit, nam fulmen Iouis
eſt inſigne. Cadmei/
da: Semelen Cadmi fi/
liam. Ignaram: ne/
ſciam ſe decipi a Iuno/
ne. Formarat: infor/
marat: inſtruxerat. Sty/
gii torrentis: Stygis pa/
ludis. Timor deo/
rum: nam Dii (ut inquit
Virgilius) per ſtygem iurare timent: ne forte peieran/
tes diuinitate priuentur.

Opprimere:exierat iã uox properata ſub auras:
Ingemuit:neq; enim non hæc optaſſe,nec ille
Non iuraſſe poteſt.ergo mœſtiſſimus altum
Aethera conſcendit,uultumq; ſequentia traxit
Nubila:quis nimbos,immixtaq; fulgura uentis
Addidit,& tonitrus,& ineuitabile fulmen.
Qua tamen uſq; poteſt uires ſibi demere tentat.
Nec quo centimanum deiecerat igne Typhoea:
Nunc armatur eo.nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen;cui dextra Cyclopum
Sæuitiæ,flammæque minus,minus addidit iræ.
Tela ſecunda uocant ſuperi.capit illa:domumq;
Intrat Agenoream.corpus mortale tumultus
Non tulit æthereos;doniſq; iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc infans genitricis ab aluo
Eripitur:patrioque tenet(ſi credere dignum eſt)
Inſuitur femori:maternaq; tempora complet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat.inde datum nymphæ Nyſeides antris
Occuluere ſuis:lactiſque alimenta dedere.
Dumque ea per terras fatali lege geruntur:
Tutaq; bis geniti ſunt incunabula Bacchi,
Forte Iouem memorant diffuſum nectare:curas
Sepoſuiſſe graues:uacuaque agitaſſe remiſſos
Cum Iunone iocos,& maior ueſtra profecto eſt:
Quam quæ contingit maribus:dixiſſe uoluptas.
Illa negat,placuit quæ ſit ſententia docti

R Aph. ¶ Opprimere:obſtruere:obturare:ne petitioni finem impõere poſſet. ⸿ Vox properata:celeriter prolata: Et neſcit uox emiſſa reuerti:ut Horatius ait. ⸿ Neq; enim non hæc optaſſe : hoc eſt fieri non poteſt:ut & Semele non petierit ea,quæ petit: & Iuppiter non promiſerit ea,quæ ſe iam præſtiturum iurauit.Præterita enim ut non fuerint, nulla ratione effici poteſt. ⸿ Qua tamen uſque poteſt:in quantum inquit poteſt Iuppiter ſuas uires diminuit.

Typhoeus ⸿ Cẽtimanum Typhoea:Typhoeus (qui & Typhon dicitur: filius terræ fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur: Steſichorus autem illum a ſola Iunone genitum ait iniuriarum Iouis recordata) Gigas fuit uiolentiſſimus centum habens manus :quẽ Iuppiter fulmie ſtrauit: eique Inarimen montem impoſuit. Eſt autem triſyllabum nomen:nec unquam o & e uocales in unam ſyllabam niſi figurate funguntur . ultima enim eſt diphthõgus nõ ſecunda:ut quidam putant. bacchi origo Id quod aperte accuſatiuus in a deſinens oſtendit. Nullum enim nomen ſecundæ declinationis accuſatiuum in a finit, niſi in nominatiuo eus diphthongum habeat. ⸿ Feritatis: uiolentiæ. ⸿ Eſt aliud leui⁹ fulmen:duo inquit ſunt fulminum genera:uiolẽtius & minus uiolen:ſit quod Duo fulminũ genera ſecundum ſuperi uocant. Illud enim uiolentum primũ uocatur. Videtur autem Ouidius ad id alludere:quod de fulminibus phyſici ſcribunt : ut refert Plinius in.ii. Naturalis hiſtoriæ. Fulminũ duo eſſe genera:alia nãq; fatidica uocari:q̃ ex alto, ſtatutiſq; de cauſis, & ex ſuis ueniãt ſyderib⁹:alia uero bruta & uana : ut quæ nulla ueniant ratione naturæ. his percuti montes ,his maria, omneſq; alios irritos tactus fieri. ⸿ Donis iuga.cõiugalibus,quæ pro coniunctione & coitu petierat. ⸿ Imperfectus infans:qui poſtea Bacchus fuit appellatus. ⸿ Fe- Fẽora mori:Iouis ſubaudiatur.Femora autem ſunt coxarum ſummitates:ubi coxæ ipſæ iunguntur. ⸿ Materna tempora:hoc eſt menſes nouem:quibus in utero a matrib⁹ geſtantur infantes. ⸿ Ino matertera:Ino Cadmi fuit filiae Semeles ſoror,quæ Bacchum ex Iouis femorẽ eductum clam Iunone nutriuit. ⸿ Nyſeides:a Nyſa cithæronis uertice Nyſeides dictæ ſunt nymphæ : quæ Bacchum nutriuerũt. Vnde Dionyſos ἀπὸ τοῦ Διὸς & Nyſa Bacchus appellatus. Dionyſos Quamuis Diodorus Siculus in dicat a Nyſa felicis Arabiæ urbe dici. Sed perquam ab- Nyſa ſurdum eſt Bacchum adhuc infantem ex bœotia i Arabiam educandum fuiſſe tranſlatum:cũ tot nymphæ paſſim in uicinorum montium antris eſſent: Verum (ut Diodorus ipſe refert)tres fuerunt Dionyſi:ac priorum geſta poſteriori:qui ex Semele & Ioue fertur nat⁹, fuerunt aſcripta. Primus nãq; fuit Indus uini,multorumq; adinuentor:quibus maxime hominum uita exculta ẽ. Vnde & imortalitate fuit donatus. Secundum ferunt ex Ioue Proſerpinaq; genitũ,uel Cerere:ut alii ſentiũt, quem primum tradunt boues ad aratrum iunxiſſe:propter quod ſtatuis illius cornua adiiciebantur. Tertius ex Ioue & Semele natus:cui Ouidius priorum quoq; attribuit geſtaque:nymphis Nyſam habitantibus cõmendatũ fuiſſe ait. Sũt autẽ decẽ urbes hoc nomine appellatæ,ac baccho oẽs dicatæ,quarũ prima eſt in Helicone. Secũda in Thracia. Tertia in Caria. Quarta i Arabia. Quinta i Aegypto. Sexta in Naxo. Septima i India. Octaua in mõte caucaſo. Nona in Libya. Decima in Euboea:ubi uno die ferunt uitem & florere, & uuam matureſcere. ⸿ Antris ſuis: ꝓpriis ſpeluncis. Antra nanque montium, præcipueque Heliconis nymphis ſunt dicata. Antrum autem illud in quo bacchus fertur educatus Dythyrites uocatur. Vnde & Bacchus Dythyrambus fuit appellatus : eo ꝙ δύο θύρας : hoc eſt duas ianuas antrum habuerit:ut quidam e græcis narrant. Antrũ

Fabulæ quartæ tertii libri argumentum.

¶ Dumq; ea per terras fatali lege geruntur &c. Iuppiter cum Iunone iocoſis omiſſis omnibus iurgiis referens i coniunctione maiorem capere fœminas q̃ uiros uoluptatem, Tireſiam iudicem ad eundẽ cenſuit:qui utranque naturam maris ac fœminæ fuerat expertus . Nam quodam tempore cum ſerpentes concubitu hærentes baculo percuſſiſſet:in mulierem uerſus fuerat , ac rurſus proximo uere eadem uſus ratione,ac tactu in uirum ceſſerat. Qui cum Iouis ſententiam tutatus eſſet: damnata Iuno luſum in iracundiam uertit:ac Tireſiã luminibus orbauit. Pro qua iniuria:quod maius eſſet, Iuppiter futurorum ei ſcientiam tribuit: LACT.

¶ Dumq; ea per terras: narraturus Tireſię mutationẽ in fœminam primum: deinde rurſus in marem:quædã interſerit,quibus fabulæ eleganter connectũtur. ⸿ Bis geniti Bacchi: primum nanq; ex utero Semeles: deide ex femore Iouis natus eſt bacchus: Vnde etiã Dythyrambus eſt dictus:quia διὰ δύο θυρῶν:hoc eſt per duas ianuas(ut diximus)exiuit:& per uterum Semeles: & per femur Iouis. ⸿ Nectare:uino ſuaui. Eſt enim nectar Deorum potiõ ſuauiſſima. ⸿ Cum uacua Iunone: ociosa & ira carente. R Aph. Tireſias i fœminam Dythyrambus Nectar

¶ Docti

RAph. ¶ Docti Tireſiæ: periti illius quæſtionis, Tireſias enim Thebanus Eueris filius: & idcirco Euerides a Callimacho & Theocrito dictus: cum forte duos angues coeuntes uirga percuſſiſſet: in fœminam fuit conuerſus: ac ſeptem annos in eo ſexu duraſſe fertur. Rurſuſq; cum eoſdem ſerpentes uerberaſſet: in priſtinum ſexũ reuerſus eſt. Quod quidem neq; omnino fabuloſum putet: legat & Plinium in ſeptimo naturalis hiſtoriæ & Diuum Auguſtinum de cõiugiis ueteris ac nouæ legis: qui aſſerunt quibuſdã id accidiſſe. Cæterum Tireſias ab Ioue Iunoneque cõtendentibus utrius maior in coitu uoluptas ſit maris an fœminæ: iudex electus maiorẽ eſſe fœminæ uoluptatem affirmauit. Qua ſententia Iuno irata, illum obcæcauit. Iuppiter uero pro oculis ademptis ei futurorum præſcientiam conceſſit. ¶ Mirabile: dictu ſubaudiatur. eſt autem parentheſis, qua ſignificatur uix id credi poſſe.

Hũc igit Echo cũ diligeret: neq; illa uiã potiũdi inueniret, cura: & ſollicitudine iuuenis: quẽ extremis uocibus ſequebatur fugiẽtem extabuit, eiuſq; reliquiæ corporis in lapidem cõuerſæ ſũt. Q d' ei incidit Iunonis ira: q: garrulitate ſua eam ſæpe eſſet morata, ne Iuppiter in montibus pſequẽs nymphas manifeſto dephẽdi poſſet. Fertur Echo filia Iunonis ob deformitatẽ montibus recõdita: neq; eius pter uocem inſpici poſſe: quæ tamen poſt obitum audit.

Quærere Tireſiæ. Venus huic erat utraq; nota.
Nam duo magnorum uiridi coeuntia ſilua
Corpora ſerpentum baculi uiolauerat ictu:
Deq; uiro factus (mirabile) fœmina ſeptem
Egerat autumnos, octauo rurſus eoſdem
Vidit: & eſt ueſtræ ſi tanta potentia plagæ
Dixit: ut auctoris ſortem in contraria mutet:
Nunc quoq; uos feriam. percuſſis anguibus iiſdẽ
Forma prior rediit: genitiuaq; uenit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta Iouis firmat. grauius Saturnia iuſto,
Nec pro materia fertur doluiſſe. ſuiq;
Iudicis æterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotens (neq; enim licet irrita cuiq̃
Facta Dei feciſſe Deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit: pœnamq; leuauit honore.
Ille per Aonias fama celeberrimus urbes
Irreprehenſa dabat populo reſponſa petenti.

Auctor ¶ Vt auctoris ſortem: naturam & ſexum. ¶ Auctoris: effectoris ueſtræ plagæ. ¶ Genitiua: natiua, quam in natiuitate habuit Tireſias, mas autem natus eſt. ¶ Arbiter: iudex. ¶ Nec pro materia: nec ſecundum materiæ ac rei qualitatem. Res enim iocoſa erat: ideoque Iuno Tireſiæ ſententiam ægre ferre non debebat. ¶ Sui iudicis lumina: Tireſiæ iudicis electi oculos. ¶ Aeterna no. perpetua cæcitate. Sic quidem Ouidius: Callimach' uero Tyreſiam excæcatum fuiſſe aiteo q palladem nudam in balneis uiderit. ¶ Neque enim licet: parentheſis eſt cauſam continẽs quare Iuppiter Tireſiæ oculos non reſtituerit. Non enim inquit licet cuiquã Deo alterius Dei ſlibet pui facta reſcinder. ¶ Leuauit: leuem fecit. Fabulæ quintæ tertii libri argumentum:

Genitiua


¶ Ille per Aonias: Bœotias. Aonia enim pars eſt Bœotiæ mõtana ab Aone rege cognominata. Hæc autem inſeruntur ut commodius fabulæ cõiungantur. ¶ Irreprehenſa: uera, quæ nihil poterant reprehendi. ¶ Vociſque datæ: conceſſæ artis uaticinandi. ¶ Temptamina: experimẽta. ¶ Cærula Liriope: Narciſſi in florem eiuſdem nominis mutationem referre incipit poeta. Nam Liriope nympha Oceani ac Tethyos filia a Cephiſo fluuio compreſſa Narciſſum peperit: quem Tireſias conſultus a matre: ad maturam ſenectutem peruẽturum: ſi ſe non noſſet, prædixit. Id uero cũ ambiguum uideretur, exitu tandem fuit comprobatum. Narciſſus enim omnium formoſiſſimus adoleſcens: cum omnes ſperneret amantes: ſeque ipſe in fonte uidiſſet: ita ſui ipſius exarſit amore: ut paulatim fuerit conſumptus. Eius uero cadauer cum nymphæ rogo imponere uellent: ipſum in florem cõmutatum animaduertunt: quem a iuuenis nomine narciſſum uocarũt. Cephiſus (ut diximus) fluuius eſt Bœotiæ adiacens paludi quæ ab ipſo Cephiſis appellat. Hoc autem loco pro Deo fluminis ipſius accipitur. ¶ Nymphe: cum ſit nominatiui caſus ſine diphthongo ſcribitur. ¶ Iam tum: ab infantia uſque maximam præſeferebat pulchritudinem Narciſ-

RAph. Aonia

Liriope

Narciſſus

Cephiſus



Prima fidem, uociſq; datæ temptamina ſumpſit
Cærula Liriope: quam quondam flumine curuo
Implicuit: clauſæq; ſuis Cephiſus in undis
Vim tulit. enixa eſt utero pulcherrima pleno
Infantem nymphe iam tunc qui poſſet amari.
Narciſſumq; uocat: de quo conſultus, an eſſet
Tempora maturæ uiſurus longa ſenectæ:
Fatidicus uates, ſi ſe non nouerit: inquit.
Vana diu uiſa eſt uox auguris. exitus illam
Reſq; probat: letiq; genus, nouitaſq; furoris.

LAct. ¶ Ille p aonias fama celeberrimus urbes &c. Liriope nympha ex amne Cephiſo peperit Narciſſum: cui Tireſias Seueri filius omnia proſpera reſpõſo pollicitus eſt: ſi pulchritudinis ſuæ nullam habuiſſet noticiã.

ſus. ¶ Si non nouerit: hoc eſt ſi nunquam ſuam pulchritudinem cognouerit. ¶ Vana diu uiſa eſt uox auguris: ideſt ſtulta & falſa.

Nam quater ad quinos unum Cephiſus annos
Addiderat:poteratq̃ puer,iuueniſq̃ uideri.
Multi illum iuuenes,multæ cupiere puellæ:
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma:
Nulli illum iuuenes,nullæ tetigere puellæ,
Aſpicit hunc trepidos agitantem in retia ceruos
Vocalis nymphe:quæ nec reticere loquenti,
Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis Echo.
Corpus adhuc Echo,non uox erat:& tamen uſũ
Garrula non alium,q̃ nunc habet:oris habebat:
Reddere de multis ut uerba nouiſſima poſſet.
Fecerat hoc Iuno:quia cum deprendere poſſet
Sub Ioue ſæpe ſuo nymphas in monte iacentes:
Illa Deam longo prudens ſermone tenebat,
Dum fugerent nymphæ,poſtq̃ Saturnia ſenſit:
Huius ait linguæ,qua ſum deluſa:poteſtas
Parua tibi dabitur,uociſq̃ breuiſſimus uſus.
Req̃ minas firmat.tamen hæc in fine loquendi
Ingeminat uoces:auditaq̃ uerba reportat
Ergo ubi Narciſſum per deuia rura uagantem
Vidit & incaluit:ſequitur ueſtigia furtim.
Quoq̃ magis ſequitur:flamma propiore caleſcit
Non aliter,q̃ cum ſummis circumlita tædis
Admotas rapiunt uiuacia ſulfura flammas.
O quoties uoluit blandis accedere dictis:
Et molles adhibere preces:natura repugnat:
Nec finit incipiat.ſed quod ſinit:illa parata eſt
Expectare ſonos:ad quos ſua uerba remittat,
Forte puer comitum ſeductus ab agmine fido
Dixerat:hic quis adeſt?& adeſt reſpõderat Echo:
Hic ſtupet:atq̃ aciem partes dimiſit in omnes:
Voce ueni magna clamat.uocat illa uocantem,
Reſpicit:& rurſus nullo ueniente,quid inquit
Me fugis?& totidem quod dixit uerba recepit.
Perſtat:& alternæ deceptus imagine uocis,
Huc coeamus ait:nulliq̃ libentius unq̃
Reſponſura ſono,coeamus rettulit Echo,
Et uerbis fauet ipſa ſuis:egreſſaq̃ ſilua
Ibat:ut iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit:fugienſq̃ manus complexibus aufert:
Ante ait,emoriar,q̃ ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil:niſi ſit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſiluis:pudibundaq̃ frondibus ora
Protegit:& ſolis ex illo uiuit in antris.
Sed tamen hæret amor,creſcitq̃ dolore repulſæ,
Et tenuant uigiles corpus miſerabile curæ:
Adducitq̃ cutem macies:& in aera ſuccus
Corporis omnis abit,uox tãtũ,atq̃ oſſa ſuperſũt,

R Aph ¶ Nam quater ad quinos:hoc eſt unũ & uiginti annos natus erat. ⸿ Puer:propter pulchritudinem. ⸿ Iuuenis: propter magnitudinem.Erat enim magnus & formoſiſſimus:quæ quidem rara eſt felicitas. ⸿ Aſpicit hũc fabulam interponit de Echo nympha compoſitam:cui primum hoc ira Iunõis euenit:ut ultimas tantum de uocibus auditis referret. Deinde cum a Narciſſo eius amore ardebat:ſpreta eſſet:in lapidem ita fuit conuerſa:ut uox ſine corpore remanſerit in montibus:ultima uerborum auditorum repetẽs. ⸿ Reſonabilis

Echo Echo:uerbum de uerbo expreſſit.Nã Echo dici poteſt reſonantia. ⸿ Corpus adhuc Echo:nondum inquit corpus Echus in lapidem erat commutatum. Nunc enim ſola uox ſentitur. ⸿ Et tamen uſum: quãuis inquit Echo nympha eſſet corpore prædita:alium tamen uſum linguæ quam nunc habeat, nõ habebat:nam ultimas ſolum uoces referebat. ⸿ Fecerat hoc Iuno:unde id incommodi habuerit Echo:ut nouiſſima ſolum uerba referret:exponit poeta.Iuno igitur fuit in cauſa uidens ſe ſæpius illius nugis deluſam eſſe ac impeditam:ne Iouem cum nymphis coeuntem deprehenderet. ⸿ Sub Ioue ſuo iacentes:cum Ioue marito ſuo coeuntes. ⸿ Poſtquã Saturnia ſenſit:quod ſubaudiatur.Sic enim in ſoluta oratiõe loquimur. Quod poſteaquã Iuno Saturni filia ſenſit & cognouit. ⸿ Req̃ minas firmat:re ipſa & effectu minas exequit. ⸿ Reportat:reperit, & refert. ⸿ Per deuia rura:per inuias ſiluas. ⸿ Incaluit:a

Incaleſcere more illius capta fuit. Amore nanq̃ incaleſcere aliquem,ut inflammari & ardere dicimus, ⸿ Circũlita:circumpoſita. ⸿ Eſt autem periphraſis ſulfuratorum lignorum. ⸿ Viuacia ſulfura:quæ difficulter corrumpuntur. Hac autem ſimilitudine oſtendit Echo quo propinquior Narciſſo erat,eo magis amore inflammatam eſſe. ⸿ O quoties uoluit:hac interiectione ſignificatur uehementia amoris:quo Echo Narciſſũ proſequebat. ⸿ Accedere:adire. ⸿ Blandis dictis:uerbis blanditiarũ plenis:quibus amatores uti conſueuerunt. ⸿ Molles preces:ab effectu preces dicuntur molles:q̃ illis homines mites,mãſuetiq̃ redduntur. ⸿ Natura repugnat:neq̃ enim prior loqui poterat ſic uolente Iunone:ſed ultima tantum uerba referebat. ⸿ Nec finit incipiat:hoc eſt illã incipere non permittit. ⸿ Seductus:ſeparatus. alias deceptus. ⸿ Comitum ab agmine fido:hypallage eſt. Ab agmine enim & turba fidorum comitum Narciſſum intelligimus receſſiſſe. ⸿ Aciem:oculorũ ſub audiamus. ⸿ Recepit:accepit,audiuit. ⸿ Alternæ uocis:alternatim emiſſæ primum a Narciſſo:deinde ab Echo. ⸿ Huc coeamus:cõueniamus huc in hunc locum:ſed Echo eãdem quidem uocẽ refert: ſed non eandem ſignificationem. Coire nanq̃ &

Coire conuenire & concũbere ſignificat: qua in ſignificatione ab Echo fuit repetitum:ut aperte q̃ ſequunt, oſtendũt. ⸿ Et uerbis fauet ipſa ſuis: hoc eſt ſua uerba re ipſa comprobat & confirmat. ⸿ Quã ſit tibi copia noſtri:q̃ me potiri poſſis:& in tua poteſtate habere. ⸿ Protegit: occultat.alibi defendit. ⸿ Solis in antris:deſertis ſpeluncis. ⸿ Hæret:remanet. ⸿ Tenuant:extenuant,& macilentũ reddũt. ⸿ Vigiles curæ: ab effectu:q̃ homines dormire nõ ſinant. ⸿ Adducit:cõtrahit,diminuit. ⸿ Omnis ſuccus:totus ſanguis. ⸿ Superſunt:reſtant.

¶ Oſſa feruũt

RAph. ¶ Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram: ideſt oſſa ferun tur in lapides fuiſſe conuerſa. ¶ Inde latet ſiluis: ex eo inquit tpe: quo oſſa in lapides fuerũt commutata, ſic la/ tet in ſiluis Echo, ut ab omnibus quidem audiatur, ſed a nullo uideatur. ¶ Sonus eſt qui uiuit in illa: ſcite dixit. **Echo** nam Echo nihil aliud eſt q̃ ſonus: a quo etiam deducta eſt. Nam Echo ἀπὸ τοῦ ἦχον, qui eſt ſonus deri/ uatur.

rat (ut ſcribit Plinius) quamuis nomen latinum non ſit. ¶ Fons erat illimis: fontem amœniſſimũ deſcribit poe ta. ¶ Illimis: ſine limo. ¶ Argenteus: ut argentum niti dus & ſplendidus. **Illimis** ¶ Gramen: herba. ¶ Siluaq; Sole locũ paſſura: ſilua inquit adeo denſa fonti imminebat, ut Solis radii nequaquam ad fontẽ penetrare poſſent.

Vox manet. oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram.
Inde latet ſiluis: nulloq; in monte uidetur.
Omnibus auditur, ſonus eſt qui uiuit in illa.
Sic hanc, ſic alias undis, aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas: ſic cœtus ante uiriles.
Inde manus aliquis deſpectus ad æthera tollens
Sic amet ipſe licet: ſic non potiatur amato.
Dixerat. aſſenſit precibus Rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus undis,
Quem neq; paſtores, neq; paſtæ monte capellæ
Contigerãt: aliud ue pecus: quem nulla uolucris,
Nec fera turbarat, nec lapſus ab arbore ramus.
Gramẽ erat circa: quod proxim⁹ humor alebat:
Siluaq; ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer, & ſtudio uenandi laſſus, & æſtu
Procubuit: faciemq; loci, fontemq; ſecutus.
Dumq; ſitim ſedare cupit: ſitis altera creuit.
Dumq; bibit uiſæ correptus imagine formæ
Spẽ ſine corpoꝛe amat: corp⁹ putat eſſe: qđ ũbra ẽ.
Ac ſtupet ipſe ſibi: uultuq; immotus eodem
Hæret: ut e pario formatum marmore ſignum.
Spectat humi poſitus geminũ ceu lumina ſydus:
Et dignos Baccho digitos: & Apolline crines:
Impubeſq; genas, & eburnea colla, decuſq;
Oris, & in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaq; miratur: quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit imprudens: & qui probat: ipſe probatur.
Dumq; petit: petitur: pariterq; accendit: & ardet.
Irrita fallaci quoties dedit oſcula fonti.
In medias quoties uiſum captantia collum
Brachia merſit aquas: nec ſe deprendit in illis.
Quid uideat, neſcit. ſed quod uidet: uritur illo:
Atq; oculos idem, qui decipit: incitat error.
Credule quid fruſtra ſimulachra fugacia captas?

Fabulæ ſextæ tertii libri argumentum.

RAph. ¶ Sic hanc, ſic alias &c. Narciſſum tunc ſupradi/ ctum ob nimiam crude/ litatem: quam in Echo ex hibuerat: Nemeſis ultrix faſtidientium in amorem ſui impulit: ut non mino/ re flamma ille exureret. Qui cum ex aſſidua ue/ natione fatigatus ſecun/ dum fontem in opaco ꝓ cubuiſſet: & hauriens a/ quam imaginem ſui con/ ſpexiſſet: & diutius ibi re moraretur: nouiſſime ta buit: ita ut uita priuare/ tur: ex cuius reliquiis flos extitit: quem Naiades nymphæ flentes caſum fratris Narciſſi nomẽ eius adnotauerunt.

RAph. ¶ Luſerat: illuſerat. ¶ Sic cœtus ante uiriles: ſic inquit ante dum eſſet puer multos uiros eius amore captos illuſerat Narciſſus. ¶ Inde: ex il/ la Narciſſi ſupbia. ¶ Ali/ quis deſpectus: quidam contemptus. ¶ Sic amet ipſe licet: utinam inquit ipſe Narciſſus ſic amare poſſit: ut nunquam ama/ **Rhãnu/ ſia** to potiatur. ¶ Rhamnu/ ſia: Nemeſis Rhamnu/ ſia: a Rhamnunte pago & regione Atticæ: ubi celeberrimo templo cole batur dicta: quæ aduer ſus ſuperbos maxime in exorabilis eſſe narratur: cuius quidem ſtatuæ capiti corona impoſita erat (ut ſcri bit Pauſanias) in qua & cerui & fortunæ parua inſignia continebantur. In manuum altera ramus fraxineus, in dextra phiala, in qua Aethiopes effecti erant. Statua autem illa quæ magnitudine & pulchritudine perfecta cum Phidiæ operibus contendebat. non mi nus Rhamnis cenſebatur: q̃ Marathon prælio contra Perſas commiſſo. Sic autem Nemeſis Rhamnuſia di cta eſt: ut Diana Epheſia: Venus Citherea. Nemeſin uero Oceani & Thetyos filiam fuiſſe Pauſanias ſcri bit. Huius Deæ ſimulachrum in capitolio quidem e/

¶ Sole nullo: nullo Solis calore. ¶ Et æſtu: Solis feruore. ¶ Procubuit: in faciem iacuit, id quod laſ ſi in herboſis locis facere ſolent. ¶ Faciem loci: a/ mœniſſimum loci ſitum. ¶ Sitis altera: cupiditas altera, hoc eſt amor. Ni **Amor** hil enim aliud eſt amor: q̃ cupiditas potiundi re amata. ¶ Dumq; bibit: que pro quia accipienda uidetur: ut exponatur. Quia dum bibit. ¶ Spẽ ſine corpore amat: hoc minus recte dictum eſſe uidetur. Omnis enim ſpes ẽ ſine corpore. Spes autem pro ſpecie & um/ bra poſita eſſe uidetur: ſed forſitan hunc locum poeta ſi licuiſſet erat emẽ daturus. Verum ſic quo que defendi poteſt. Spe/ rabat enim ſe eo potitu/ rum: quod tangi non po teſt. ¶ Ac ſtupet ipſe ſi/ bi: ſua ipſius pulchritu/ dine ſtupet Narciſſus. ¶ Signum: ſtatua. ¶ Pa rio marmore: Paros inſu **Paros** la eſt Aegæi candidiſſi mo marmore nobilis. ¶ Spectat humi poſitus: Narciſſi ſingula membra deſcribit: quo melius ip ſius pulchritudinem o/ ſtendat. Ordo eſt au/ tem: Spectat lumina & oculos ceu geminum ſy/ dus: qua ſimilitudine pulcherrimos Narciſſo o/ culos fuiſſe poeta demon ſtrat. ¶ Impubes ge/ nas: imberbes, ac ſine ul/ la prorſus lanugine. ¶ Eburnea colla: candida ſic: ut eburnea uiderentur. ¶ Pariterque accendit & ardet: hoc eſt una & urit & uritur. In hac uero deſcriptione ualde poeta laſciuit. ¶ Irrita oſcula: uana. Nihil e/ nim præter aquam tangebat. ¶ Captantia: captare & comprehendere conantia, neque enim captabant. ¶ In/ citat: ſtimulat ad amandum. ¶ Credule quid fruſtra: miſeratione quadam poeta motus uidetur conuertere ſermonem ad Narciſſum. Credulus autem dicitur qui facile & nimium credit. ¶ Simulachra fugacia captas: **credul⁹** imaginem fugientem.

RAph. ¶ Quod petis eſt nuſquam: ac ſi diceret nihil eſt id qđ cupis. Secundum autem eorum loquitur opinionem: q corpora ſolum eſſe putant. ¶ Quod amas auertere, perdes: hoc eſt auerte a fonte uultum tuum: quem amas: & ipſum ſtatim amittes. Eſt enim imperatiui modi auerte. Admonere enim eum uidetur: ut uultum auertat: ſicq cognoſcet ſe umbram amare. ¶ Repercuſſæ: ab aqua remiſſæ. ¶ Nil habet iſta ſui: iſta inqt imago quam cernis nil habet proprii: ſed tota a te pēdet. ¶ Cereris: cibi. ¶ Quietis: ſomni. ¶ Opaca herba: umbroſa. ¶ Inexpleto lumine: oculis: qui nō poterant ſatiari. ¶ Mendacem formam: falſam adoleſcentis figurā. ¶ Ecquis io ſiluæ: exclamatio eſt cū interrogatione hominis uehementer affecti. Eſt autem ſola dictio ecquis & per e ſcribitur: non per tu: ut fere in exemplaribus eſt deprauatū. Io uero dolentis hoc loco eſt interiectio: alibi bacchantis & gaudentis. ¶ Scitis enim: parentheſis eſt: qua oſtendit Narciſſus ſe merito ſiluas rogare: an aliquem ſic tabeſcere uiderint. ¶ Et multis latebra opportuna fuiſtis: hoc eſt multis amantibus latebras præbuiſtis: ut commode ſuis amoribus frui poſſent. ¶ Opportuna: cōmoda. ¶ Ecquem cum ueſtræ: ordo eſt. Ecquem meminiſtis in longo æuo qui ſic tabuerit & paulatim conſumptus ſit. ¶ Tot ſæcula: ſiluæ enim multa ſęcula uiuunt. Sæculum autem cētum annorum ſpaciū dicitur. ¶ Tabuerit: paulatim conſumptus ſit. Tabeſcere nanq eſt paulatim deficere & abſumi. A tabe autem deriuatum: quę humorum corruptio eſt, qua corpora ad extremam maciem deducuntur. ¶ Tantus tenet error amantem: acclamatio eſt qua ſe in maxima miſeria conſtitutum eſſe oſtendit Narciſſus: cū quē amat, inuenire non poſſit. ¶ Nec mœnia: mœnia a muniendo dicuntur, & ea ſunt proprie, quæ urbem cingunt, quanquam & priuata ædificia ſignificent. ¶ Teneri: amplecti. ¶ Reſupino ore: ſurſum uerſo ore. ¶ Puer unice: ſingularis. Neminem enim alium tanta pulchritudine præditum eſſe putabat. ¶ Petitus: expetitus, exoptatus. ¶ Fugias: faſtidias. ¶ Aſperneris: renuas. ¶ Feroque: patior & tolero. ¶ Inopem me copia fecit: ſtulte dictum eſſe uidetur.

Quod petis eſt nuſq̄. quod amas, auertrē, perdes.
Iſta repercuſſæ, quam cernis: imaginis umbra ē.
Nil habet iſta ſui: tecum uenitq, manetq.
Tecum diſcedet: ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum Cereris, non illum cura quietis
Abſtrahere inde poteſt: ſed opaca fuſus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formam.
Perq oculos perit ille ſuos, paulumq leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſiluas,
Ecquis io ſiluæ crudelius inquit amauit?
Scitis enim: & multis latebra opportuna fuiſtis:
Ecquem: cum ueſtræ tot agantur ſæcula uitæ:
Qui ſic tabuerit longo meminiſtis in æuo?
Et placet, & uideo: ſed quod uideoq placetq:
Non tamen inuenio, tantus tenet error amātem
Quoq magis doleā. non nos mare ſeparat ingēs:
Nec uia, nec montes, nec clauſis mœnia portis.
Exigua prohibemur aqua. cupit ipſe teneri.
Nā quoties liquidis porreximus oſcula lymphis:
Hic toties ad me reſupino nititur ore.
Poſſe putes tāgi, minimū eſt q amātib⁹ obſtat.
Quiſquis es huc exi. quid me puer unice fallis?
Quoue petitus abis? certe nec forma, nec ætas
Eſt mea quā fugias: & amarūt me quoq nymphę.
Spem mihi neſcio quam, uultu promittis amico.
Cumq ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro.
Cum riſi: arrides. lachrymas quoq ſæpe notaui
Me lachrymāte tuas, nutu quoq ſigna remittis:
Et quantum motu formoſi ſuſpicor oris
Verba refers aures non peruenientia noſtras.
Iſte ego ſum: ſenſi. nec me mea fallit imago.
Vror amore mei, flammas moueoq, feroq.
Quid faciā? roger, an ne rogē? qd deide negabo?
Quod cupio: mecum eſt, inopem me copia fecit.
O utinam a noſtro ſecedere corpore poſſem.
Votū ī amāte nouū eſt. uellē, qđ amam⁹: abeſſet.
Iamq dolor uires adimit nec tempora uitæ
Longa meæ ſuperant: primoq extinguor in æuo.
Nec mihi mors grauis ē poſituro morte dolores.
Hic qui diligitur: uellem diuturnior eſſet.
Nunc duo concordes anima moriemur in una.
Dixit: & ad faciem rediit male ſanus eandem:
Et lachrymis turbauit aquas: obſcuraq moto
Reddita forma lacu eſt: quam cū uidiſſet abire:
Quo refugis? remane: nec me crudelis amantem
Deſere: clamauit. liceat quod tangere non eſt:

Oximoron autem a græcis uocatur: quod quamuis fatuum uideatur: acutus tamen ineſt ſenſus. copia enim inopem fecit Narciſſum: q̄a quod in ſe ipſo erat: potiri & frui non poterat. ¶ Votum nouum: cupiditas noua & inuſitata. ut qđ quis amat: longe ab ſe cupiat abeſſe. ¶ Superant: ſuperſunt: reſtant.
Votum ¶ Primo in æuo: in prima ætatis meæ parte. Adoleſcens enim adhuc erat Narciſſus. ¶ Nec mihi mors grauis eſt: nec mihi inquit moleſta eſt mors quippe: quæ meis doloribus finem ſit impoſitura. ¶ Diuturnior: eſſe: diutius uiuere. ¶ Nunc duo concordes: unanimes. ¶ Ad eādem faciem: ad eandem imaginem.
Facies Facies enim interdum pro totius corporis forma: interdum pro imagine ponitur. ¶ Male ſanus: inſanus & demens. ¶ Moto lacu: turbato fonte.
Lacus Lacus enī dicitur etiam fontium receptaculum. Lacus quoque uas eſt in quo uuæ calcantur. Tibullus: Et pleno pinguia muſta lacu. ¶ Liceat quod tangere non eſt Aſpicere: hoc eſt permitte me aſpicere id qđ tāgere impoſſibile eſt. Nam hoc uerbum eſt cum infinito iunctū ſignificat poſſibile eſt.
Eſſe

¶ Miſero

ℭ Et miſero furori:ab effectu miſer dicitur furor: q̄ miſeros homines facit, qui illo uexantur. Miſeri autem ſunt qui amant: Plautus quoque in Aſinaria teſtatur. ⁋ Diduxit:diuiſit. ⁋ Ab ore ſummo: ſic quidẽ legitur. Sed ab ora ſumma forſitan ab Ouidio fuit ſcriptum: ut a ſuperiore extremitate ueſtem fuiſſe diductam intelligamus. Nam ora uniuſcuiuſq; rei (non ſolum terrarum) extremitas appellatur. ⁋ Marmoreis palmis:manibus ut parium marmor candidis. ⁋ Pectora traxerunt:conceperunt. ⁋ Tenuem percuſſa ruborẽ: exiguum. Duplici autẽ ſimilitudine qualis eſſet rubor ille oſtendit. ⁋ Liquefacta in unda: in liquida aqua. ⁋ Non tulit ulterius: dolorem ulterius ferre non potuit. ⁋ Intabeſcere:paulatim liquefieri & abſumi.

Pruina ⁋ Matutinę pruinę:pruina ros eſt congelatus. ⁋ Attenuatus:extenuatus, macer factus. ⁋ Liquitur:liqueſcit, ac paulatim conſumitur. ⁋ Et tecto carpitur igni: occulto amore cruciatur. Tale eſt illud Virgilianum. Et cæco carpitur igni. ⁋ Et uires: non aduerbium ſubaudiatur: ut intelligamus & uires non remanent. Eſt enim hypozeuma. ⁋ Quamuis irata memorque: ſe a Narciſſo fuiſſe ſpretam. Eſt autem ordo. Quæ tamen indoluit,ut uidit, quamuis irata eſt.

Miſerabilis. ⁋ Miſerabilis: miſerandus:ac miſericordia dignus. ⁋ Plangoris: percuſſionis. ⁋ Locus:Echo quæ in illo erat loco.

Narciſſus in florem. Continens enim pro contento per metonymiam poſitum eſt. ⁋ Summiſit: depoſuit.

naiades ⁋ Planxere ſorores Naiades:fleuer̃ nymphæ fontium & fluminum: quæ ſorores uidentur eſſe. Naiades enim fontium ac fluuiorum nymphæ dicuntur: ἀπὸ τοῦ νάειν: hoc eſt a fluendo. ⁋ Et ſectos fratri impoſuere capillos:id enim

Feretrũ in luctu mulieres facere ſolebãt. ⁋ Feretrũ:capulum quo cadauera efferuntur. ⁋ Quaſſaſque faces: ſciſſas. Faces nanque cadaueribus præferebantur. ⁋ Croceum florem: Narciſſum florem coloribus depingit. Nam croceus cum ſit foliis candidis cingitur. Eſt autem idem cum lilio: ut ait Theophraſtus in libro de plantis.

Fabulæ ſeptimæ tertii libri argumentum.

Aſpicere:& miſero præbere alimenta furori.
Dumq; dolet:ſummo ueſtem diduxit ab ore:
Nudaq; marmoreis percuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem percuſſa ruborem.
Non aliter,q̃ poma ſolent:quæ candida parte,
Parte rubent,aut ut uariis ſolet uua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorem,
Quæ ſimul aſpexit liquefacta rurſus in unda:
Non tulit ulterius. ſed ut intabeſcere flauæ
Igne leui ceræ,matutinæq; pruinæ
Sole tepente ſolent:ſic attenuatus amore
Liquitur:& tecto paulatim carpitur igni.
Et neq; iam color eſt mixto candore rubori:
Nec uigor,& uires,& quæ modo uiſa placebant:
Nec corp⁹ remanet:quondã qđ amauerat Echo:
Quæ tamen ut uidit: q̃uis irata:memorq;
Indoluit:quotieſq; puer miſerabilis heheu
Dixerat:hæc reſonis iterabat uocibus heheu.
Cumq; ſuos manibus percuſſerat ille lacertos:
Hæc quoq; reddebat ſonitũ plangoris eundem.
Vltima uox ſolitam fuit hæc ſpectantis in undã.
Heu fruſtra dilecte puer.totidemq; remiſit
Verba locus,dictoq; uale:uale inquit & Echo.
Ille caput uiridi feſſum ſummiſit in herba:
Lumina mors clauſit domini mirantia formam.
Tum quoq; ſe,poſtq̃ eſt infera ſede receptus:
In ſtygia ſpectabat aqua. planxere ſorores
Naiades,& ſectos fratri impoſuere capillos.
Planxerunt Dryades.plangentibus aſſonat Echo,
Iamq; rogũ,quaſſaſq; faces,feretrumq; parabãt,
Nuſq̃ corpus erat.croceum pro corpore florẽ
Attulerat famam:nomenq; erat auguris ingens,
Spernit Echionides tamen hunc ex omnibus un⁹
Contemptor ſuperum Pentheus:præſagaq; ridet
Verba ſenis: tenebraſq;,& cladem lucis adẽptæ
Obiicit.ille mouens albentia tempora canis
Quam felix eſſes:ſi tu quoq; luminis huius
Orbus ait,fieres:nec Bacchica ſacra uideres.
Nanq; dies aderit:quã non procul auguror eſſe,
Qua nouus huc ueniet proles Semeleia Liber:
Quem niſi templorum fueris dignatus honore
Mille lacer ſpargere locis:& ſanguine ſiluas
Inuenient foliis medium cingentibus albis
Cognita res uatis meritam per Achæides urbes

ℭ Cognita res uatis &c. LACt.
Pentheus Echionis & Agaues filius in contemptum trahens prædicta Tireſiæ auguris:cum in aduentu Liberi Thebani hedera redimiti procederent: ac ſacra ſuſciperent: prohibet ſuos Pentheus parere monitis:quod negaret ex Semele Bacchum Deum proditũ. Cõfeſtim itaq; famulis imperat: ut in conſpectum ſuum Liberum uinctum attrahant. At ille ut ueſanientem eluderet uerſus in Acœtem ducitur uinctus: & cuſtodia clauditur.

ℭ Cognita res: expoſiturus quemadmodum Tyrrheni quidam nautæ Bacchum contemnentes in delphinos mutati fuerunt: & alia quædam: & Penthei regis Thebarum impietatem & cædem narrat: ut fabulæ melius coniungantur. RAph.
⁋ Per Achæides urbes:Achaicas. Eſt enim forma patronymica pro poſſeſſiua. Achaia regio eſt græciæ Peloponneſo contermina. Secunda uero huius nominis ſyllaba cum diphthõgo æ eſt ſcribenda. Achçia
⁋ Echionides Pentheus: Pentheus Echionis & Agaues fuit filius: qui dum Bacchum contemneret: eiuſque ſacra in Cithærone ſpectaret a matre, aliiſque bacchis putantibus ipſum eſſe aprum: fuit dilaceratus. Pēthe⁹
Pentheus autem ἀπὸ τοῦ πένθους: hoc eſt a luctu fuit cognominatus. ⁋ Verba præſaga: quæ futura ſignificabãt. ⁋ Cladem lucis ademptæ:cæcitatem. ⁋ Obiicit:exprobat. ⁋ Quam non procul auguror eſſe: hoc eſt quam puto atq; uaticinor prope eſſe.

⁋ Nouus Liber:innuit poeta alium quoque Bacchum

Fœdabis;matremq; tuam,matriſq; ſorores.
Et ueniet.neq; enim dignabere numen honore.
Meq; ſub his tenebris nimium uidiſſe quereris.
Talia dicentem perturbat Echione natus.
Dicta fides ſequitur: reſponſaq; uatis aguntur.
Liber adeſt:feſtiſq; fremunt ululatibus agri.
Turba ruit:mixtæq; uiris matreſq;,nuruſq;.
Vulguſq;,& proceres ignota ad ſacra feruntur.
Quis furor anguigenæ proles Mauortia ueſtras
Attollit mentes? Pentheus ait: æra ne tantum
Aere repulſa ualent?& adunco tibia cornu?
Et magicæ fraudes?ut quos non bellicus enſis:
Non tuba terruerit:non ſtrictis agmina telis:
Fœmineæ uoces,& mota inſania uino,
Obſcœniq; greges,& inania tympana uincant?
Vos ne ſenes mirer? qui longa per æquora uecti
A Tyro hac profugos poſuiſtis ſede penates:
Nunc finitis ſine Marte capi? uos ne acrior ætas
O iuuens propriorq; meæ,quos arma tenere
Non thyrſos,galeaq; tegi:non fronde decebat?
Eſte precor memores,qua ſitis ſtirpe creati.
Illiuſq; animos,qui multos perdidit unus:
Sumite ſerpentis.pro fontibus ille:lacuq;
Interiit.at uos pro fama uincite ueſtra.
Ille dedit leto fortes.uos uincite molles.
Et patrium retinete decus:ſi fata uetabant
Stare diu Thebas:utinam tormenta:uiriq;
Mœnia diruerent:ignis, ferrumq; ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine:ſorſq; querenda:
Non celanda foret,lachrymæq; pudore carerent.
At nunc a puero Thebæ capientur inermi:
Quē neq; bella iuuant:nec tela,nec uſus equorū,
Sed madidus Mirrha crinis,molleſq; coronæ,

ueterem & antiquum fuiſſe.Nam(ut ſcribit Diodor⁹)
Bacchi uel quidam unum dūtaxat:alii tres Dionyſios & Bacchos
fuiſſe putarunt:ſua cuiq; geſta attribuentes:ac primū
Indum fuiſſe aiunt:q; cum exercitu orbem peragrans
& uitem plantare:& ex uua uinum torculari exprime/
re omniū primus mortales docuit:pluraq; alia ad uſus
hominum excogitata effece
rūt,ut p Deo coleret̃.Se/
cundum ex Ioue & Pro/
ſerpina:uel ut alii ſenti/
unt ex Cerere genitū fe
runt:qui primus boues
ad arādum iunxiſſe nar
ratur:quam ob rem illi⁹
ſtatuis cornua apponebā
tur.Tertium ex Ioue &
Semele Cadmi filia na/
tum aiunt:q; ſpecie deco
rus inter mulierum cho/
reas ſumma cū uolupta/
te nutritus fuit,atq; edu
catus.Fœminarū deinde
quas thyrſis armauit:ex
ercitu congregato orbē
terrarū peragrauit:eos:q
pie,iuſteq; uiuerent,ſa/
cra myſteriaq; docēs.Fe
ſtos præterea obiq; dies
publice celebrari:chore/
aſq; agi & muſicam exer
ceri artez inſtituit.Poſtre
mo ſedatis inter omnes
nationes urbeſq; diſcor/
diis,belliſq; ubiq; ſubla/
tis,pacem omnibus lar/
gitus eſt.Quoſdam uero
ob ſupbiam,impietatēq;
ipſum contemnentes,ia/
ctanteſq; bacchas ꝑpter
incontinentiam & libidi
nem ab ipſo circumduci.
Cærimonias uero ac my
ſteria ad corruptelam ex
ternarum mulierum ad/
inuenta:merita pœna af
fecit:quorum in primis
fuit Pētheus.Hęc & mul
to plura Diodor⁹ de Bac
cho.Ouidius uero quæ
ab aliis duobus quoque
geſta fuere Baccho ſoli Iouis & Semeles filio attribue
re uidetur.

RAph. ℭ Matriſq; ſorores:Ino & Autonoe.Hæ nanque una
cum Agaue matre Pentheum dilacerarunt.⸿ Pertur/
bat:interpellat:impedit ne plura loquat̃.⸿ Agunt̃:pe/
ragunt̃,pficiūtur.⸿ Liber adeſt:Bacchus aduenit:q id
Liber circo Liber dicit̃:q; curis mentem liberet merum.Or/
gia autem & bacchi ſacra tam eleganter deſcribit:ut fa
cile ab omnibus percipi poſſint.⸿ Feſtis ululatibus:cla
moribus.Qui.n.Bacchi ſacra celebrabant in furorem
acti tympanorum,tubarūq; ſtrepitu:ita clamabant,ut
ululare uiderent̃.⸿ Ignota ad ſacra:quibus alias nunq̃
interfuerant.⸿ Quis fu.ang.hac orōne Pētheus conat̃
deterrere Thebanos a ſacrificiis bacchi celebrādis.Id/
circo aūt eos & anguigenas & plem Mauortiā uocat:q
a Draconis dentibus:q in tutela Martis erat:originem
ducāt.Per qđ qdē ſignificat eos nullū cū mollib⁹ uiris
uino ac libidini deditis cōmerciū hr̃e debere.⸿ Attol/
lit:auſert.⸿ Aera ne tin:ærea uaſa.⸿ Aere repul.ſcpi⁹
ferreis bacculis pcuſſa.⸿ Et adū.aut cū ꝓpoſito ſubau
diat̃:ant p genitiuo ablatiu⁹ eſt poſitus.⸿ Et ma.frau. Magicę
magicæ artes dn̄n q̄ car/ artes
minibus ac ueneficiis mē
tes hominum puertūt,effici/
unt q;:ut eſſe uideant̃:q̄
non ſunt.A magis aūt q
lingua Perſarum ſapien/
tes dicuntur ſunt deriua
tæ.Zoroaſtres uero ipſe Zoroa/
primus magicæ uanita/ ſtres.
tis inuentor fuiſſe dicit̃.
⸿ Strictis telis:nudis en
ſibus.⸿ Agmina:acies,ex
ercitus.⸿ Terruerit:aūt
ſubaudiat̃,eſt aūt a maio
ri ad minus argumentū.
⸿ Obſcœniq; gre.turpis
ac libidine corrupta mlti
tudo.⸿ Et ina.tym.uin. Tym/
tympanū inſtr̄m ex pelli panum
bus cōfectū:quo bacchæ
in ſacris bacchi utebant̃.
Dictū ē aūt tympanū ἀπὸ
τοῦ τύπτω:qd eſt pcu
tio,uel ſic pditiõe.⸿ Vos
ne ſe.mi.ſermonē cōuer
tit ad ſocios Cadmi:qui
una cū ipſo Phœnicā pa
triāq; relinquētes tādē p
uaria picula in Bœotiā
puenerūt.⸿ A Ty.Ty
ros inſula ē Phœnodæ ad
iacēs:a Tyro Phœnicis
filio dicta.Eſt & Tyros
Laconiæ urbs & inſula in
mari rubro.Eſt pterea
urbs Indiæ Tyros atq; Tyros.
Lydiæ.⸿ Vos ne ac.æt.
ſeſus ē:uoſne mirer o iu/
uenes:quorū ætatē robu
ſtiorē magis decet arma
q̄ thyrſos tener̃.Eſt & or
do.Voſne mirer o iuue/
nes:quorū acriorē ætatē,
ppiorēq; meæ decebar
tenere arma.⸿ Nō th.thyrſi haſtæ erāt pāpinis ornatæ Thyrſi
quas bacchi ſacerdotes geſtabāt.Vn̄ & bacchus thyrſi
ger uocat̃.Seneca in Medea.Cādida Thyrſigeri ples.
⸿ Qua ſtir.ac ſi diceret originem uos ducere a Martio
ſerpente memētote:q ſolus multos interfecit,ut fontem
ſuum tutaret̃.⸿ Ille de.le.for.argumentū eſt a maiori.
Eſt aūt antitheton:molles.n.fortibus opponunt̃.⸿ De
dit le.interfecit.⸿ Vtinā tor.inſtr̄a ſunt bellica a torquē
dis lapidibus,aliiſq; miſſilibus dicta.⸿ Sine cr.ſine cul
pa.⸿ Sorſq; q.hoc eſt ſors uř̃a lamentatione qdem di
gna foret:non uituperatione.⸿ Non cæ.nō occultāda
ꝑpter uituperationē.⸿ Sed ma.my.cr.hoc eſt ſed ca/
pillus unguento delibutus.Myrrha genus eſt aroma/
tis quo unguenta cōmendant̃.Habitū aūt Bacchi ita de
ſcribit:ut molliſſimus uideatur:

ℭ Et pictis

RAph. ¶ Et pictis ueſtibus:uerſicoloribus,uariorum colorũ.
Actutũ ¶ Quem quidem ego actutum:ſtatim:ſine ulla mora.
Minatur Pentheus ſe bacchum ita eſſe torturum:ut eũ
fateri ſit coacturus:& quem habeat uerum patrem:&
Cõmi/ cur ea ſacra confinxerit. ¶ Commentaq; ſacra:cõficta.
niſci. Comminiſci nanque confingere eſt: unde commentum
pro cõfictione apud Te
rentium. Atq; illis com/
mentum placet. ¶ An ſa
tis Acriſio:exemplo pro
Acriſi⁹. bat bacchum facile poſ/
ſe repelli. Nam Acriſius
rex Argiuorum baccho
clauſit urbis portas:neq;
illius ſacra admittere uo
luit. Acriſius autẽ Aban
tis Argiuorum regis fili/
us fuit:ac pater Danaes
a Ioue amatę. Hic cum a
Prœto frẽ regno fuiſſet
pulſus:a Perſeo nepote
fuit reſtitutus: a quo tñ
poſtea inuito(dũ luderet
diſco)fuit ſ'erẽptus:ut in
ſequẽti uolumine narrat
Ouidius. ¶ Aduena:bac
chum aduenam cõtẽpt⁹
gratia appellat Pẽtheus.
Neque enim eum Seme
les & Iouis filium eẽ cre
dit. ¶ Cum totis The/
bis: cum omnibus The/
banis. Continens enim
pro contento per meto/
nymiã ſæpenumero po/
nitur. Eſt autem interro/
gatiue cum magna indi/
gnatione legẽdum. ¶ Fa
mulis hoc imperat: pa/
renthesis eſt: qua decla/
rat poeta quibus man/
dauerit Pentheus,ut uin
ctum adducerent Bac/
chũ. ¶ Hunc auus: Cad
mus. ¶ Hunc Athamas:
Aeoli fili⁹ fuit Athamas
Cadmi gener. ¶ Acrior:
proteruior: contumaci/
or. ¶ Moderamina: ſe
niorum admonitiones.
¶ Sic ego torrentem: pul
chra ſimilitudine decla/
rat Penthei aduerſus ſe/
niorum admonitiones
proteruitatem. Vt enim
inquit torrentes uiolen/
tiores fiunt ubi aliquid
ipſis obiicitur, ſic Pen/
thei furor monitis ſeniorum magis: magiſq; creſcebãt.
Torrẽs Torrens autem dicitur fluuius qui æſtate ſiccatur.
¶ Obſtructa: oppoſita. ¶ Obiice: obiectione. ¶ Sæui
or: uiolentior. ¶ Ecce cruẽtati redeũt: famuli ad bacchũ
comprehendendum miſſi ſanguinolenti ſuni reuerſi.
Tyr/ Quoſdam enim ex bacchi comitibus uulnerauerant:
thena. ¶ Quærenti domino: tyranno. ¶ Tyrrhena gente:

Purpuraq;,& pictis intextum ueſtibus aurum.
Quem quidẽ ego actutũ,modo uos aſſiſtite:cogã
Aſſumptumq; patrem,cõmentaq; ſacra fateri.
An ſatis Acriſio eſt animi contemnere uanum
Numen:& Argolicas uenienti claudere portas?
Penthea terrebit cum totis aduena Thebis?
Ite citi(famulis hoc imperat) ite:ducemq;
Attrahite huc uinctum. iuſſis mora ſegnis abeſto:
Hunc au⁹:hũc Athamas,hũc cætera turba ſuorũ
Corripiunt dictis:fruſtraq; inhibere laborant.
Acrior admonitu eſt: irritaturq; retenta,
Et creſcit rabies: moderaminaq; ipſa nocebant.
Sic ego torrentem,qua nil obſtabat eunti:
Lenius,& modico ſtrepitu decurrere uidi:
At quacunq; trabes:obſtructaq; ſaxa tenebant:
Spumeus,& feruens,& ab obiice ſæuior ibat.
Ecce cruentati redeunt: & Bacchus ubi eſſet:
Quærenti domino,Bacchum uidiſſe negarunt.
Hunc dixere tamẽ comitem,famulumq; ſacrorũ
Cœpimus,& tradunt manib⁹ poſt terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhena gente ſecutum.
Aſpicit hunc Penthe⁹ oculis:quos ira tremẽdos
Fecerat:& q̃q̃ uix pœnæ tempora differt:
O periture:tuaq; aliis documenta dature
Morte ait:ede tuum nomen:nomenq; parẽtum,
Et patriam,moriſq; noui cur ſacra frequentes.
Ille metu uacuus: nomen mihi dixit Acœtes.
Patria Mæonia eſt.humili de plebe parentes.
Non mihi quæ duri colerẽt pater arua iuuenci,
Lanigeroſq; greges:non ulla armenta reliquit:
Pauper & ipſe fuit,linoq; ſolebat,& hamis
Decipere,& calamo ſalientes ducere piſces,
Ars illa ſua cenſus erat. cum traderet artem:
Accipe quas habeo ſtudii ſucceſſor,& hæres
Dixit opes:morienſq; mihi nil ille reliquit,
Præter aquas,unũ hoc poſſũ appellare paternũ.
Mox ego,ne ſcopulis hærerem ſemper in iiſdem:
Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere:& Oleniæ ſydus pluuiale capellæ:

Thuſca. Nam Thyrrheni populi ſunt Italiæ,q & Thu
ſci dicuntur,& Tyrrhenia quæ Thuſcia uocatur.
Fabulæ.viii.ix.x.&.xi.tertii libri argumentũ: LActã.
¶ Aſpicit hũc Pentheus &c. Acœtes ſupradictus Libe
ri comes:cuius ſub imagine De⁹ latuerat:eludens Pen
thea idicat regi:q ita exigeret:nomẽ genuſq; artis ſuę
& quanta uis apparuerit
in Libero:quo tẽpore pe
tens Naxon in Tyrrhe/
nos incideret,ab his enĩ
propter eximiam pul/
chritudinem captus pro
præda impoſitus naui/
gio eſt. Qui ut uidit in
aliam ſe duci regionem:
armamenta nauis in fe/
ras ac ſerpentes conuer
tit. O no prodigio exter
riti Tyrrheni in pelagus
ſe præcipitauere:ac i del
phinos & aues ſe muta/
uere. Poſt hæc iterum cu
ſtodia clauditur: quæ cũ
ſponte Dei patuiſſet: &
uincla a manibus deflu
xiſſent in montem Cy/
thærona digreditur: ibi
que Agauem matrẽ eius
alienatam furore adiuuã
tibus ſororib⁹ Ino & Au
tonoe ipellit:ut ſacra pte
rẽtẽ ſuã iterimat manu.
RAph. ¶ Differt: profert: pro/
trahit ac prolongat. Si/
gnificatur autem Penthe
us maximo agitari furo
re:ut qui ſubito de ime/
rito ſumere ſupplicium
uellet. ¶ Documẽta: exẽ
pla. ¶ Noui moris: ritus.
Nam bacchus ea cum pri
mum ab India cum triũ/
pho reuertẽs inuehebat
ſacra. ¶ Frequentes: cele
bres & colas. ¶ Patria
Mæonia ẽ: Lydia: ac po
tius Thuſcia, Lydi nãq;
duce Tyrrheno Atyos fi
lio penuria frugũ laborã
tes(ut narrat Herodot⁹)
coloniã in Italiã deduxe
runt. ¶ Nõ mihi quę du
ri: cur ſacra bacchi ſit ſe
cutus Acœtes exponit id
quod ultimo loco a tyrã
no fuerat rogatus. ¶ Li
no: retibus,quæ ex lino
conficiuntur. Significat
aũ patrẽ ſibi fuiſſe piſcatorẽ. ¶ Ars illi ſua cenſus erat:
hoc eſt nullis aliis diuitiis pater meus q̃ arte cenſebatr,
atq; inter capite cenſos numerabat:q nullum priſus pa/ Capite
trimonium habebãt. ¶ Studii: artis & inſtituti. ¶ Præ/ cenſi.
ter aquas: ĩ qbus piſcaret. ¶ Et Oleniæ capellæ: Amal
theam capram dicit:q̃ Ioue aluiſſe fertur: ac propterea
in cælum ſublata inter ſydera cum geminis hædis fuit Amal/ thea.

collocata, in cuius ortu & occaſu maxime pluuiæ ſolēt eſſe. Olenos autem (ut inquit Iginus) urbs eſt bœotię ut alii Achaiæ: in qua Amalthea nutrita merito Olenia uocatur capella. Vnde Ouidius in Faſtorum quinto. Naſcit Oleniæ ſignum pluuiale capellæ. Ea uero enumerat Acœtes quorum maxime periti eſſe debent nauium gubernatores.

Olenos

de baccho in puerum mutato hoc loco ſcribuntur. Titubare uidetur: uacillare mero, ſomnoq́ ſimulabat ſe bacchus: ne a nautis Deus eſſe cognoſceretur. Tametſi bacchus temulentus, & oſcitans, ac a ſomno languentibus oculis fere fingatur. Vixq́ ſequi: poſſe ſubaudiatur. Vix inquit uidebatur eos ſequi poſſe: qui ipſum ducebant. Gradumque: greſſum. Nil ibi quod credi poſſet: ex cultu, facie, & ingreſſu colligebat Acœtes puerum illum non mortalem, ſed Deū eſſe. Adſis: auxilio ſis. His quoq́ des ueniam: parcas iis qui te huc tanquam prædam attraxerunt. Pro nobis mitte precari. Acœtis ſocii putantes ſe puerum non Bacchum cœpiſſe: non modo nolunt ipſum precari ut ſibi det ueniā: ſed Acœtis quoq́ preces ægre ferunt. Quare bacchum irridentes atque contemnētes in delphinos omnes fuerunt conuerſi. Antennas ſūmas: antennarum ſummitates. Sunt autem antēnæ ligna unde uela dependent. Rudente: fune nautico. Relabi: deſcendere. Prædæ tam cæca cupido eſt: acclamatio in cæcam ſociorum auaritiam. Non tamen hanc: hypallage eſt, ut intelligamus, Non patiar ſacrum pondus & numē hac naue uiolari: quod certe fieret: ſi ui ueheretur. Pars hic mihi maxima iuris: maxima inquit pars huius nauis eſt mea. Hic: in hac naue. Inq́ aditu obſiſto: in ipſo inquit ingreſſu reſiſto: ne in nauem inducatur puer. Dira pro cæde: propter crudelem occiſionem. Homicidium nāq́ perpetrarat. Dū reſto: dum reſiſto. Excuſſum: impulſum. Amens: turbatus. Impia turba: ſociorum. Probat factum: approbat & laudat percuſſionem & iniuriam mihi illatam. Bacchus enim fuerat: parenthesis eſt exponens puerum illum non prædam: ſed bacchum fuiſſe. Veluti clamore ſolutus Sit ſopor: tanquam inquit ſomnus bacchi clamore & ſtrepitu nautarum ſolutus foret. Aque mero: hoc eſt poſt ebrietatem. Qua ope: cuius opera.

Taygetenq́, Hyadaſq́ oculis, Arctonq́ notaui:
Ventorumq́ domos, & portus puppibus aptos.
Forte petens Delon Chiæ telluris ad oras
Applicor, & dextris adducor littora remis:
Doq́ leues ſaltus: nudæq́ innitor harenæ.
Nox ubi conſumpta eſt: Aurora rubeſcere primo
Cœperat: exurgo: laticeſq́ inferre recentes
Admoneo, monſtroq́ uiam, quæ ducit ad undas.
Ipſe quid aura mihi tumulo promittat ab alto
Proſpicio: comiteſq́ uoco: repetoq́ carinam.
Adſumus en inquit ſociorum primus Opheltes.
Vtq́ putat prædam deſerto nactus in agro
Virginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero, ſomnoq́ grauis titubare uidetur:
Vixq́ ſequi. ſpecto cultum, faciemq́, gradumq́:
Nil ibi quod credi poſſet mortale uidebam.
Et ſenſi: & dixi ſociis, quod numen in iſto
Corpore ſit dubito. ſed corpore numē in iſto eſt.
Quiſquis es o faueas: noſtriſq́ laboribus adſis:
His quoq́ des ueniam. pro nobis mitte precari
Dictys ait, quo non alius conſcendere ſummas
Ocyor antennas, prenhenſum rudente relabi.
Hoc Libys, hoc flauus proræ tutela Melanthus,
Hoc probat Alcimedon: & qui requieq́, modūq́
Voce dabat remis animorum hortator Epopeus.
Hoc omnes alii. prædæ tam cæca cupido eſt.
Non tamen hanc ſacro uiolari pondere pinum
Perpetiar dixi. pars hic mihi maxima iuris.
Inq́ aditu obſiſto. furit audaciſſimus omni
De numero Lycabas: qui thuſca pulſus ab urbe
Exilium dira pœnam pro cæde luebat.
Is mihi dum reſto: iuuenili guttura pugno
Rupit: & excuſſum miſiſſet in æquora: ſi non
Hæſiſſem, quāuis amens in fune retentus.
Impia turba probat factum. tum denīq́ Bacchus
(Bacchus enim fuerat) ueluti clamore ſolutus
Sit ſopor: aque mero redeant in pectora ſenſus.
Quid facitis? quis clamor ait? qua ducite nautæ
Huc ope perueni? quo me deferre paratis?

Taygeten: una eſt ex Pleiadibus Taygete: per quam totum Pleiadum (quæ latine Vergiliæ dicuntur) ſydus oſtenditur. Fuit etiā Taygeta Agenoris filia. Vnde Taygetus Laconiæ mons: qui & Taygeta dicitur: fuit appellat⁹. Hyadas: latine Suculæ quidem dicuntur: non ἀπὸ τοῦ ὑὸς idest a ſuibus: ut priſci illi Romani parum græci ſermōis adhuc periti putarunt: ſed ἀπὸ τοῦ ὕειν hoc eſt a pluendo Hyades ſunt appellatę: quod ortu & occaſu pluuias inducunt. Sunt autem ſtellæ in fronte Tauri collocatæ. Arcton: urſam, per quam ſeptentriones: qui nunquam occidunt ſignificat. Vētorumq́ domos: hoc eſt quatuor mūdi partes: unde flare dicuntur uenti. Orientē. Occidentem. Meridiem. Septentrionem. Nā Eurus in oriente. Zephyrus in occidente. Auſter ad meridiem. Boreas ad ſeptentrionem domos habere i primo a poeta narrantur. Chiæ telluris ad oras: ad littus Chii inſulæ. Eſt enim Chios clariſſima Ionum inſula: cū eiuſdem nominis urbe a Chio oceani filio cognominata. Vel a niue: quæ χιὼν græce dicitur: uel a Chione nympha. Eſt etiam urbs Cariæ Chios, & Cheroneſi: & Euboeę. Sane ſciendum primam ſyllabam in primitiuo corripi, in deriuatiuo uero produci. Adducor littora: eleganter nomini detracta præpoſitio uerbo eſt adiecta. Latices recentes: recentem aquam. Inferre: in nauem. Admoneo: ſocios ſubaudiamus. Vtq́ putat: quia fallebatur Opheltes ideo putaſſe eum inquit poeta. Nam fere qui putare dicuntur, decipiuntur. De Hymno autem Homeri in bacchum hæc omnia Ouidius ſumpſiſſe uidetur: quæ

R Aph. Taygete.

Hyadas

Bacch⁹ i puerū

Chios,

Putate.

Antiūg

Pone

Pone metum proreus: & quos contingere portus
Ede uelis dixit, terra ſiſtere petita.
Naxon ait Liber curſus aduertite ueſtros.
Illa mihi domus eſt. uobis erit hoſpita tellus.
Per mare fallaces, perq́ omnia numina iurant.
Sic fore, meq́ iubent pictæ dare uela carinæ.
Dextera Naxos erat, dextra mihi lintea danti,
Quid facis o demẽs? q̃s te furor iquit Opheltes?
Pro ſe quiſq́ timet. leuam pete maxima nutu
Pars mihi ſignificat. pars q̃d uelit aure ſuſurrat.
Obſtupuit: capiatq́ aliquis moderamina dixit.
Meq́ miniſterio ſceleriſq́, artiſq́ remoui.
Increpor a cũctis: totumq́ immurmurat agmen.
E quibus Ethalion te ſcilicet omnis in uno
Noſtra ſalus poſita eſt, ait: & ſubit ipſe, meumq́
Explet opus: Naxóq́ petit diuerſa relicta.
Tum Deus illudens tanq̃ modo deniq́ fraudem
Senſerit: e puppi pontum proſpectat adunca:
Et flent ſimilis. non hæc mihi littora nautæ
Promiſiſtis ait. non hæc mihi terra rogata eſt.
Quo merui pœnam facto? quæ gloria ueſtra eſt:
Si puerum iuuenes? ſi multi fallitis unum?
Iamdudũ flebã. lachrymas manꝰ impia noſtras
Ridet: & impellit properantibus æquora remis:
Per tibi nunc ipſum (neq́ enim præſentior illo
Eſt Deus) adiuro tanto tibi uera referre,
Quam ueri maiora fide. ſtetit æquore puppis:
Haud aliter: q̃ ſi ſiccum nauale teneret.
Illi admirantes remorum in uerbere perſtant:
Velaq́ deducunt: geminaq́ ope currere tentant.
Impediunt Hederæ remos, nexuq́ recuruo
Serpunt: & grauidis diſtinguunt uela corymbis.
Ipſe racemiferis frontem circundatus uuis
Pampineis agitat uelatam frondibus haſtam.
Quem circa tigres, ſimulacraq́ inania lyncum,
Pictarumq́ iacent fera corpora pantherarum.
Exiliere uiri, ſiue hoc inſania fecit:
Siue timor. primuſq́ Medon nigreſcere cœpit:

R Aph. Proreꝰ. Naxos. ¶ Pone metum Proreus: aut eſt nomen proprium unius ex Tyrrhenis nautis: aut eum ſignificat, q̄ proræ præeſt. ¶ Siſtere: exponeris & collocaberis. ¶ Naxon ait Liber: Naxos inſula eſt Aegei Cycladũ clariſſima: q̄ & Dionyſias dicta fuit: ut inquit Solinus: uel quod hoſpita Baccho fuerit qui Dionyſius cognominat: uel quod uini fertilitate alias Cycladas uincat. Vnde Virgilius. Bacchatamq́ iugis Naxon: dicta eſt autem Naxos (ut quidam ſcribunt) a Naxo carum duce: qui illam tenuerit: uel a Naxo Endymionis filio. Euphorion uero ἀπὸ τοῦ νάξαι quod eſt ſacrificare. (Naxiæ mulieres.) Aſclepiades quidem narrat Naxias mulieres ex omnibꝰ ſolas octo menſium pueros parere: uel q̄ & bacchus ipſe cum octo menſium eſſet natus fertur: uel q̄ Iuno baccho reconciliata: hoc munere Naxias mulieres, maxime bacchi ſacris deditas, ſic proſecuta: uel q̄ ibi fons eſt ex quo certo anni tempore uinum fluit ſuauiſſimum: cuius hauſtu partus acceleratur. Eſt etiam, Naxos urbs Siciliæ. ſane, inſula aliis quoque nominibus appellatur. Nam (ut ſcribit Plinius) illam & Strongylen & Dian & Siciliam minorem & Callipolin uocitarunt. ¶ Aduertite: conuertite. ¶ Quis te furor: uexat, uel ſimile uerbum ſubintelligatur. ¶ Pro ſe quiſque timet: unuſquiſque, inquit pro ſe eſt ſollicitus: ne Naxon deuehatur. ¶ Moderamina: gubernacula. ¶ Sceleris: quia Deus contra promiſſa fallebatur. ¶ Te ſcilicet: ironia qua ſignificat Ethalion ſe quoque ſcire nauem gubernare. ¶ Scilicet: certe, ac fere ſemper illuſionem ſignificat. Virgiliꝰ. Scilicet hic ſuperis labor eſt. ¶ Tanquam modo denique: tanquam nũc ſolum, & non antea: cum tamen a principio ſe decipi cognouerit. ¶ Non hęc mihi littora nautæ: pulchra illuſio: qua ſignificat Bacchus ſe ualde timere: cum eos omnes præter unum Acœtem ſit in delphinos conuerſurus. ¶ Iamdudum flebã: iam a principio querelarũ Bacchi: Acœtes inquit lachrymas continere non poteram. ¶ Manꝰ impia: multitudo impiorum. ¶ Præſentior: magis propitius, & qui magis precibus ac uotis adſit. ex affectu hoc dictum eſt. unicuiq́ enim Deus quem colit maximus uidetur. ¶ Quam ueri maiora fides: ſenſus eſt. iuro me tibi relaturum uera: quamuis fide maiora, & q̄ ut credi poſſint, uideãtur. ¶ Stetit æquore puppis: nauis inquit immota permanſit in mari. ¶ Remorum in uerbere: in remigio perſeuerant. ¶ Velaq́ deducunt: diſſoluunt uela quando remis nihil proficiebãt. ¶ Gemina ope: duplici auxilio & remorum & uelorum. ¶ Diſtinguunt: uariant & pingunt. ¶ Impediunt hederæ remos: ne moueri poſſent. (hedera) Hederæ autem: quę eſt Baccho dicata: ineſt uis quæ mentes in furorem agit: ac ſine uino ebrietatem inducit: ut in Problematis Plutarchus ait. Hederæ igitur ſi remos impediebant ut nautas in furore agerent. bacchus & ipſe & eius ſacerdotes hedera coronabantur quo ad libidinem promptiores redderentur. Vnde & a græcis κιττὸς uocatur ἀπὸ τοῦ κιττᾶν: ut ſcribit Euſtachius: quod ſignificat pronum in libidinem ferri. ¶ Corymbis: uuæ hederarum, corymbi dicitur. ¶ Vuis raceiferis: uitibus racemos ferentibus. (corymbi.) Vuas enim p̄ uitibus poſuit. ¶ Agitat: concutit, ad terrorem nautis incutiendum. ¶ Haſtam uelatam: thyrſi eſt periphraſis. Thyrſus namq́ haſta eſt pãpinis uelata & conperta. (Thyrſus) ¶ Quem circa tigres: anaſtrophe eſt. Circa. n. præpoſitio ante ferẽda poſtponit̃. tigres autẽ & lynces feræ ſunt baccho dicatæ: quas idcirco nautarum oculis obieciſſe bacchus eſt uiſus: ut earum aſpectu territi in mare deſilirent. ¶ Pictarum pantherarum: fera eſt pãthera pellem habens uariis maculis diſtinctam. (Panthera.) ¶ Exiliere uiri: extra nauem in mare intelligamus, in delphinos autem fuere trãſmutati, q̄ oium piſciũ ſunt uelociſſimi. (Delphinorum natura:) Lingua his eſt cõtra naturã aquatiliũ mobilis: p̄ uoce gemitus humão ſimilis: dorſum repãdũ: roſtrũ ſimũ: Qua de cã noie Simonis delectant. Mulcent & ſono & cantu: puerorũ amore capiunt. hoiem enim nõ expauescũt. ¶ Nigreſcere: q̄a in delphinem mutabat. Delphinum uero pellis nigreſcit

Corpore depreſſo,& ſpinæ curuamine flecti
Incipit.huic Lycabas in quæ miracula dixit
Verteris?& lati rictus,& panda loquenti,
Naris erat:ſquammaqꝫ cutis durata trahebat,
At Libys,obſtantes dum uult obuertere remos:
In ſpatium reſilire manus breue uidit:& illas
Iam non eſſe manus:iam pinnas poſſe uocari.
Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit,truncoqꝫ repãdus in undas
Corpore deſiluit: falcata nouiſſima cauda eſt:
Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.
Vndiqꝫ dant ſaltus:multaqꝫ aſpergine rorant:
Emerguntqꝫ iterũ,redeuntqꝫ ſub æquora rurſus,
Inqꝫ chori ludunt ſpeciem:laſciuaqꝫ iactant
Corpora:& acceptũ patulis mare narib⁹ efflãt.
De modo uiginti(tot enim ratis illa ferebat)
Reſtabam ſolus,pauidus,gelidusqꝫ trementi
Corpore:uixqꝫ meum firmat Deus:excute dicẽs
Corde metum:Chiamqꝫ tene.delatus in illam
Acceſſi ſacris:baccheiaqꝫ ſacra frequento:
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures
Inquit:ut ira mora uires abſumere poſſet.
Præcipitem famuli rapite hunc:cruciataqꝫ diris
Corpora tormentis ſtygiæ dimittite morti.
Protinus abſtractus ſolidis Tyrrhenus Acœtes
Clauditur in tectis:& dum crudelia iuſſæ
Inſtrumenta necis,ferrumqꝫ,ignesqꝫ parantur:
Sponte ſua patuiſſe fores:lapſasqꝫ lacertis
Sponte ſua fama eſt: nullo ſoluente cathenas.
Perſtat Echionides,nec tam iubet ire.ſed ipſe
Vadit:ubi feſtus facienda ad ſacra Cithæron
Cantibus,& clara bacchantum uoce ſonabat.
Vt fremit acer equus: cum bellicus ære canoro
Signa dedit tubicen:pugnæqꝫ aſſumit amorem:
Penthea ſic ictus longis ululatibus æther
Mouit:& audito clamore recanduit ira.
Monte fere medio eſt cingentibus ultima ſiluis
Purus ab arboribus ſpectabilis undiqꝫ campus.
Hic oculis illum cernentem ſacra profanis
Prima uidet:prima eſt inſano concita curſu:
Prima ſuum miſſo uiolauit Penthea Thyrſo
Mater:& o geminæ clamauit adeſte Sorores.
Ille Aper:in noſtris errat qui maximus agris:
Ille mihi feriendus Aper.ruit omnis in unum
Turba furens:cũctæ coeunt:trepidũqꝫ ſequunt̃.
Iam trepidum:iam uerba min⁹ uiolẽta loquẽtẽ.
Iam ſe damnantem,iam ſe peccaſſe fatentem.
Saucius ille tamen fer opem matertera dixit
Autonoe.moueant animos Actæonis umbræ.

RAph. ¶ Spinæ curuamine: dorſi incuruatione. ¶ Lati rictu: lata ora. ¶ Panda naris: ſima & recurua. ¶ Trahebat: paulatim ſuſcipiebat ſquãmam. ¶ Obuertere: conuertere. ¶ Reſilire: retrocedere, & abbreuiari.
Pinnæ. ¶ Pinnas: quæ brãchiæ a græcis dicuntur, quibus piſces natãt. ¶ Dare brachia ad intortos funes: brachiis & manibus funes tortos apprehendere. ¶ Repandus: incuruus. ¶ Trunco corpo. brachiis mutilato. ¶ Falcata: in falcis ſimilitudinem figurata. ¶ Sinuantur: curuantur. ¶ Multaque aſpergine: multa reſperſione. Delphinum luſus naturamqꝫ deſcribit. Nam (ut Plinius ait) mira eſt inter delphinos ſocietas. Et inter ſe namqꝫ ludunt: & minores natu ſemper aliquis grãdior comitatur: ut cuſtos: uiſiqꝫ ſunt mortuum portare ne laceraretur a beluis. Captis deniqꝫ q̃tum poſſunt opitulantur. ¶ Inqꝫ chori ludunt ſpeciem: in ſimilitudinẽ multitudinis hominum ludẽtium.
Chor⁹. Chorus enim dicitur conuentus ſaltantium & canẽtium ἀπὸ τῆς χαρᾶς: hoc eſt a gaudio: ut Plato ſcribit. ¶ Vix q̃ meum firmat: cum difficultate inquit meum corpus confirmat Bacchus: ut tremere ceſſaret. ¶ Chiam: inſulam ſubaudiamus. Eſt enim adiectiuum. ¶ Acceſſi ſacris: adiunctus ſum Bacchi ſacris. ¶ Longis ambagibus: lõgis nugis. ¶ Solidis in tectis: in carcere nulla ex parte peruio: ac præterq̃ per ianuam ingreſſum nõ habenti. ¶ Perſtat Echionides: Pentheus Echionis filius. ¶ Feſtus Cithæ-
Cithæron. ron: mons eſt (ut dixim⁹) Bœotiæ Cithæron Baccho dicatus, ad faciendaqꝫ ſacra accommodatus. ¶ Bacchantum: bacchi ſacra celebrantum. ¶ Sonabat: reſonabat: ſtrepebat. ¶ Vt fremit acer equus: Pentheum equo bellicoſo ſimilem eſſe ait. ¶ Ære canoro: periphraſis eſt tubæ. ¶ Signa: pugnandi. ¶ Ictus æther: aer impulſus & percuſſus. ¶ Longis ululatibus: magnis bacchantum clamoribus. ¶ Mouit: ad iram concitauit. ¶ Recanduit: iterum eſt inflãmata. ¶ Mõte medio: in medio Cithærõe. ¶ Vltima: extremas montis partes. ¶ Purus ab arboribus: carẽs arboribus. ¶ Spectabilis undiqꝫ: qui undiqꝫ & ex omni parte poterat ſpectari. ¶ Oculis profanis: nõ initiatis: non ſacris. Eſt autem hypallage. Illũ enim profanum intelligimus. profanis uero ſacra Bacchi ſpectare non licebat,
Vnde & orgia dicta ſunt ἀπὸ τοῦ εἴργειν: hoc eſt a prohibendo & arcendo, q̃ illinc prophani ac illis non initiati arcerentur. tametſi quidam ἀπὸ τῶν ὀργάδων: hoc eſt a locis arboribus conſitis & humidis: in quibus celebrabantur, orgia denominata eſſe putent. Orgia. ¶ Prima eſt inſano: repetitio hæc eo pertinet: ut oſtendat Pentheum ira bacchi potiſſimum a matre cœpiſſe lacerari. ¶ Mater: Agaue. ¶ O geminæ ſorores: Ino & Autonoe. ¶ Adeſte: aduenite. ¶ Ille aper: Pentheus matri bacchi furore correptæ aper eſſe uidebatur. ¶ Trepidum: timidum ac trepide fugientem: qui pauloante tã ſuperbus, tãqꝫ contumax erat. ¶ Autonoe matertera: ſoror namqꝫ Agaues erat Autonoe, materqꝫ Actæonis. ¶ Vmbræ manes Actæonis: quem a canibus dilaceratum paulo ante legimus.

¶ Illa

Illa quis Actæon neſcit:dextramq́ precantis
Abſtulit,Inoo lacerata eſt altera raptu.
Ille etiam matri cum brachia tendere uellet,
Non habet infelix,quæ matri brachia tendat.
Truncaſed oſtendens deiectis uulnera mēbris,
Aſpice mater ait.uiſis ululauit Agaue:
Collaque iactauit:crinemq́ per aera mouit.
Auulſumque caput digitis complexa cruentis
Clamat:Io comites opus hoc uictoria noſtra eſt.
Non citius frondes autumni frigore tactas:
Iamque male hærentes alta rapit arbore uentus:
Quam ſunt mēbra uiri manib⁹ direpta nefādis.
Talibus exemplis monitæ noua ſacra frequētāt:
Thuraq́ dant:ſanctaſq́ colunt Iſmenides aras.

RAph. ¶ Illa quis Actæon neſcit:Bacchæ nanq́ furore numinis correptæ omnia obliuiſcebantur: neque ſuos ab aliis dignoſcebant. ⸿ Inoo raptu: rectione ab Ino facta. Nam Ino alteram Penthei manum abſcidit:ab Ino enī Inous deriuatur. ⸿ Truncaſed uulnera:ſic quidē corrupte legitur. Nam uulnere ſcripſit Ouidius: ut trunca ad brachia referamus. ⸿ Deiectis membris:recisis membris: &
Vlulare in terrā proiectis. ⸿ Vlulauit:clamorem ululatui luporum ſimilem emiſit. eſt enī ululare luporum proprium,ab eorumque uoce uerbum eſt factum. ⸿ Auulſuq́:reciſū. ⸿ Cōplexa: tenens. ⸿ Io comites: uox eſt bacchātiuq́. ⸿ Non citi⁹ frondes: pulchra ſimilitudine declarat Pentheum ſumma celeritate a matre,ac materteris fuiſſe dilaceratum. Quo quidem ſignificatur religionis contemptores ne apud ſuos quidē ita diis uolentibus tutos Iſmenides eſſe poſſe. ⸿ Iſmenides: Thebanæ mulieres ab Iſmeno fluuio bœotiæ cognominatæ.

RAPHAELIS Regii in quartum Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.

Fabulæ primæ quarti libri argumentum.

LAct. ¶ At non Alcithoe Minetas &c. Thebis cū Tireſias Seueri filius diem feſtum ſacrorū Liberi edidiſſet: Alcithoe Minei filia eiuſdem ciuitatis in eodem permanſit iudicio: quo Pentheus cum ſororibus: quæ lanæ potius operandæ ſtudio:q̄ ſacrorum adeſſe uoluit: itaq́ rogata eſt: ut inter opus lanificii referrēt fabulas: quibus oblectarent aſſuetum laborem: dubitabat an de babylonia quæ in piſcem conuerſa ſit: an de ſilia quæ ceſſit in colūbam: an de Naide nympha quæ ſimiliter ceſſit in piſcem: an etiam de ea arbore, cuius poma albi coloris in ſanguinem ceſſerunt.



¶ P.Ouidii Naſonis Metaorphoſeos liber.IIII.

At nō Alcithoe Mineias orgia cenſet
Accipienda Dei.ſed adhuc temeraria bacchū
Progeniē negat eē iouis,ſociaſq́ ſorores
Impietatis hēt.feſtū celebrare ſacerdos
Immunes operū famulas,dominaſq́ ſuoꝝ
Pectora pelle tegi,crinales ſoluere uittas,
Serta comis,manibus frondētes ſumere thyrſos
Iuſſerat:& ſæuam læſi fore numinis iram
Vaticinatus erat.parent matreſque:nuruſque,

RAph. At nō Alcithoe: at percula eſt qua cōditione liber libro cōnectitur. Sic Vir. At regina graui iādudū ſaucia cura. Aliæ q̄dē inquit oēs Thebanæ mulieres ſacra Bacchi celebrabant, ſed Alcithoe quadam ducta temeritate ea ſpernebat: Bacchūque Iouis filium minime eſſe prædicabat. Ac quo tempore ſacra Bacchi ab aliis celebrabantur: ipſa lanificio una cum ſororibus & ancillis operam dabat. Earum uero una ad leuandū laborem reliquas hortatur: ut fabularum aliquid uiciſſim narrent. Hac autem phātaſia multas deſcribit fabulas poeta, ac Mineidas
Mietas tandem in Veſpertiliones conuerſas fuiſſe narrat. ⸿ Mineias: Minei filia: eſt enim nomē patronymicū. ⸿ Orgia: dicū-
Orgia tur a græcis omnia ſacra: ſed proprie ſacra Liberi patris: quæ in Thracia primum ab Orpheo inſtituta: a quo (ut tradit Diodo.) etiam Orphica fuerunt cognominata. Deinde ut ſcri. Lactantius in Græciam ab eodem Orpheo inducta, & in monte Bœotiæ Thebis (ubi Liber natus ē) uicino primum celebrata: qui cum frequenter Citharæ cantu perſonaret, Cithæron
cithęrō fuit appellatus. Illa autē primum ſolis mulieribus menſtrua patientibus celebrari ſtatuit: quo eas illo potiſſimum tempore a uiris ſepararet. Poſtea aliis quoq́ mulieribus: ut illa celebrarent fuit permiſſū. ⸿ Sed adhuc: ſed etiam inquit poſt tā grauia de Pentheo ſumpta ſupplicia negat Bacchum Iouis eſſe filiū. ⸿ Socias impie. nam & ſorores ſacra Bacchi ſpernebant. ⸿ Feſtum celebrare Sacerdos: aut Tireſias, aut quis ali⁹ ſacerdos. ⸿ Immunes operū: ab operationibus liberas. Baccharum autem habitus deſcribit. Nam & ferarum pellibus induebantur, & crinibus ſolutis coronas imponebant: & thyrſos manibus iactabant.

Telaſq;,& Calathos,infectaq; Penſa reponunt:
Thuraq; dāt:Bacchūq; uocāt:Bromiūq;.Lyæūq;,
Ignigenamq;,ſatumq; iterum,ſolumq; bimatrē.
Additur his Nyſeus:indetonſuſq; Thyoneus:
Et cum Lenæo genialis conſitor uuæ:
Nyctelium q;.Eleleuſq; parens.& Iacchus,& Euā.
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes.tibi enī incōſupta iuuenta:
Tu puer æternus,tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris cælo.tibi,cum ſine cornibus aſtas
Virgineum caput eſt,Oriens tibi uictus ad uſq;
Decolor extremo qua cingitur India Gange.
Penthea tu uenerande,bipenniferumq; Lycurgū
Sacrilegos mactas:Tyrrhenaq; mittis in æquor
Corpora.tu biiugum pictis inſignia frenis
Colla premis lyncū:Bacchæ,Satyriq; ſequuntur.

R Aph. ¶ Calathos:ciſtas,ac fuſorum,lanæq; repoſitoria.cala
Calath⁹ thus autem proprie uas i quod τα καλα κατατιθεται
hoc eſt in qd lanæ tinctę reponūt,unde & nomē.Abuſi
ue autē aliorum quoq; eſt repoſitorium.¶ Infecta pē
ſa:lanas colo impoſitas,ſed nōdum filatas:uel īſecta.i.
tincta purpura,aliiſue coloribus.Nā īficere tingere eſt:
unde infectores dicūtur
tinctores.Penſum autem
lana dicitur a colo pēdēs.
¶ Thuraq; dant:ſacrifi
cant. ¶ Bacchūq; uocāt:
Bacchi nomina bacchi enume
nomina rat:quibus a bacchis inuo
cabatur. bacchus autē di
ctus eſt απο του βακχευ
ειν.hoc eſt ab inſaniendo:
q; & ipſe & ei⁹ comites fu
rere uiderentur. ¶ Bro
bromi⁹ mius:απο του βρεμειν
hoc ē a fremēdo.¶ Lyę⁹
απο του λυειν hoc eſt a ſol
Lyæus uendo:q; curas ſoluat ui
num:unde etiā Liber a
noſtris fuit appellatus:q;
animum a curis liberet.
uel ut alii uolunt απο της
λυσεως.hoc eſt a ſolutio
ne fœturæ:quia in femo
Ignige re Iouis immaturus infans fertur fuiſſe inſutus.¶ Igni
na genamque:q; ex fulminis igne genitus ſit.Latinū autē
pro græco nomine poſuit.Pyrigenes enī græce dicitur.
¶ Satumq; iterum:bis ſatum,primum in uentre Seme
les:deinde in femore Iouis.¶ Bimatrem:quod duas
mřes habuiſſe uidet.& Semelē(ut diximus)& Iouis fe
mur.Idcircoq; ēt Dythyrābos fuit appellat⁹:q; διαθυ
ρων hoc ē p duas ianuas trāſierit:& uterū Semeles &
Iouis femur.Bach⁹ āt eo fingiť Iouis femini inſutus (ut
narrat Pli.i ſexto Nā.hiſtorię libro)q; ex Nyſa Indiæ ex
mōs uer⁹ Baccho dř eē ſacer.Nā mηρος femen transfer
tur.¶ Addiť his Nyſeus:uel a Nyſa Cithęrōis uertice,
ubi eū ā nymphis nutritū fuiſſe iā diximus:uel a Nyſa I
Nyſeus diæ urbe clariſſima Nyſeus Liber pater eſt appellatus.
Huic uero opinioni accedere uř & pōponius Mela.Sic
.n.in geographia ſcribit.Vrbiū quas incolunt Indi,ſunt
autē plurimæ.Nyſa & clariſſima & maxīa montiū,Me
ros Ioui ſacer famam hinc præcipuā habent.In illa ge
nitū,in huius ſpecu Liberū arbitrāť eſſe nutritū.Vñ græ
cis auctoribus,ut femori Iouis inſutū dicerent:aut ma
teria ſuggeſſit:aut error.Hæc Mela.Cęterum ut ſcribit
Dio.plures fuerunt Bacchi:quorū oium geſta in unū a
poetis conferunť.¶ Indetōſuſq; Thyoneus:indetōſus
.i.comatus.Sic.n.pingebatur.Thyoneus uero dictus ē
Thyo Bacchus απο του θυω:qđ eſt ſacrifico,impetū facio,oc
neus cido,excito,feſtino:unī ēt Thyadea Bacchę dñr:ſiue po
Thya tius a Thyōe matre:q̄ Semele:ſiue nutrice fuit denoia
des tus.¶ Et cū Lenæo απο του ληνου:hoc ē a lacu torcula
Lenæ⁹ ris Lenæus dř Bacchus.¶ Genialis uuæ:genio & uolu
Genia ptati accōmodatæ.Genius.n.Deus ē uoluptatis:unī ge
lis nialis dř uoluptuoſus.Vini aūt inuētio,tū p̄ potus uo
Genius luptatē,tū q̄a corpus reddit ualidi⁹,grata ſupra modū
Nycte mortalibus fuiſſe phibetur.¶ Cōſitor:i primus.n.uini
lius uſum hoibus oñdit.¶ Nyctelius:q noctu illi⁹ ſacra ce
Eleleus lebrarenť απο της νυκτος:hoc ē a nocte.¶ Eleleuſque
pa.Eleleus dictus ē Bacchus ab hac uoce ελελευ q̄ pce
dētes ad orgia celebrāda,ad cōſerēdāq; pugnā utebāť.
ē.n.hortātis aduerbiū.Vinū āt hortať ac řddit hoīes ad
oia aggrediēda audacē.Vñ Hora.Quid nō ebrietas de
ſignat:operta recludit,Spes iubet eſſe ratas,ad plia tru
dit inermē:Sollicitis animus on⁹ eximit,addocet artes,
Fœcūdi calices quē nō fecere diſertū:Cōtracta quē nō Iacchus
i paupertate ſolutū:¶ Iacchus:απο του ιακχειν:hoc ē a Euan
clamore. ¶ Euan:uox ē
bacchantiū:qua bacchus
ipſe ſignificat.¶ Et quæ
pręterea:aliis quoq; mul
tis cognominibus bac
chum inuocari ait poeta.
Nam Euhytus, Bryſeus,
Baſſareuſq; appellatur.
¶ Tibi.n.incon, iuuētai
hymnū deſcribit in bac
chū:q i ipſius ſacris cane
bať.¶ Tu puer æternus:
exponit quēadmodū iu
uenta baccho ſit incon
ſumpta.Nunquā.n.ſeneſ
ſcit:eoq; & puer pingeba
tur & nudus:q; ebrii &
pueris ſimiles ſūt,& om
nia reuelant. ¶ Tu for.
al.Cōſpi.cæ.Liber př(ut
ſcribit Macro.) Sol ab an
tiq͛s eē credit⁹ ē:quā ſniaz
Vir.quoq; Georg.primo ſequi uidetur,cū inquit. Vos
o clariſſima mundi Lumina labētem cælo quæ ducitis
annū Liber & alma Ceres.Oiū uero ſyderū Solē pul
cherrimū eſſe cōſtat.¶ Tibi cū ſi.cor.aſ.Virgineū caput
eſt:cornua idcirco attribuuntur baccho:ut ſcribit Sex.
Pōpeius:qđ homines nimio uino truces fiūt:modice ue cur cor
ro ſumpto hylares ac māſueti,quales ſunt uirgines effi nua bac
ciunť:eoq; ſine cornibus bacchi caput uirgineum eſſe fin cho
gitur.Dio.uero ait cornua idcirco fuiſſe baccho attribu
ta:q; primus omniū boues ad iugū iunxerit:quorū ope
ra iacta ſemina fruges emiſerunt.¶ Oriēs tibi uict⁹ ad
uſq;:Liber pater(ut hiſtorici,in primiſq; Diod.ſcribūt)
primus omniū cū exercitu in quo mulieres quoq; erant
furētes,i Indiā igreſſus fuiſſe,eaq; ſubegiſſe,ac gētē nul
li unq̄ hoium obnoxiā,ac ſola quiete contētam,cædib⁹,
libidinibuſq; uexaſſe ac polluiſſe:indeq; magnificētiſſi
mū triūphū reportaſſe ferť.¶ Ad uſq;:ἄχρις τερμα:uſq;
ad eā ptē.¶ Qua decolor India.i.nigra & mali coloris.
¶ Extremo Gāge:fluuius eſt Indiæ ultim⁹ Gāges:Vñ Deco
Gāgeticus ſinus ē cognominatus, ¶ Bipēniferūq; Ly lor
curgū:ſecurē ferētē:q̄ uites icidebat.Nā lycurg⁹ iſte rex Gange
fuit Thraci,q cū i cōtēptū bacchi uites ſecuri ſuccideret, Lycur
ſibiipſi crura amputauit.Dio.narrat bacchū ex Aſia in gus
Europā trāſituꝝ cū Lycurgo thraciū rege ſocietatē iniiſ
ſe.Cū uero fœminas primū i Thracia uelut ad amicos
traiecíſſet:mādaſſe Lycurgū ſuis militibus ut bacchū ag
grederēť:ipſumq; ac pellices oēs obtrūcarēt.de his certior
fact⁹ Liber př a quodā Indigena Tharope noie:cū nō
dū milites trāſfretaſſēt:amicorū pſidio occulte ad exercí
tū rediit.Lycurg⁹ pellices aggreſſus oēs interemiſſe dř.
At bacchus exercitu traiecto:Thracē pugna ſuperatū:ca
ptūq; oculis priuauit:illi⁹ domeſticis cruci affixis:Tha
ropi uero bñficii memor thraciū iperiū conceſſit:ac ritū or
gia celebrādi tradidit.Fuit ē Lycurgus Lacedęmōiorū
rex:q ipſis leges cōdidit.Alius itē fuit Nemeæ regionis
rex:cuius filius ab Hipſipyle thoantis regis filia educa
tus ferť.¶ Sacrilegos:ſacrorū tuorū uiolatores.Nam(ut
refert

Quiq; ſenex ferula titubantes ebrius artus
Suſtinet:& pando non fortiter hæret Aſello.
Quacunq; ingredetis clamor iuuenilis:& una
Fœmineæ uoces:impulſaq; tympana palmis,
Concauaq; æra ſonant,longoq; foramine bux⁹.
Placatus,mitiſq; rogant Iſmenides:adſis:
Iuſſaq; ſacra colunt.ſolæ Mineides intus
Intempeſtiua turbantes feſta Mineruam,
Aut ducunt lanas:aut ſtamina pollice uerſant:
Aut hærent telæ:famulaſq; laboribus urgent.
E quibus una leui deducens pollice filum,
Dum ceſſant aliæ:commentaq; ſacra frequentāt:
Nos quoq;,quas Pallas melior Dea detinet:inqt:
Vtile opus manuum uario ſermone leuemus.
Perq; uices aliquid,quod tempora longa uideri
Non ſinat:in mediū uacuas referamus ad aures.
Dicta probant:primamq; iubēt narrare ſorores.
Illa quid e multis referat:nám plurima norat:
Cogitat:& dubia eſt de te Babylonia narret
Derceti:quam uerſa ſquammis uelantibus artus
Stagna Palæſtini credunt coluiſſe figura.
An magis ut ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.

refert Diodo.)bacchus orbem terrarū ſacrilegis ac Deorum contemptoribus purgauit. Tyrrhenaq; corpora: Tyrrhenorum nautarum,ut in ſuperiore libro poeta narrauit. Tu biiugum lyncum:biiugarum.Nā lynces Liberi patris currum trahere dicuntur.Sunt autem feræ pellem maculis diſtinctam habentes.Vnde Virg. Quid lynces bacchi uariæ? Comitatum autem Bacchi & Statius eleganter deſcribit:cum inquit. Effrenæ dextra læuaque ſequuntur lynces:& uda mero lambunt retinacula tigres.Poſt exultantes ſpolia armentalia portāt, Seminecesque lupos,ſciſſasque mimallōes urſas. Nec comitatus iners,ſūt illic ira,furorq;:Et metus & uirtus:& nunquam ſobrius ardor:Succiduique gradus & caſtra ſimillima regis.Curioſus cætera uideat quæ ſequuntur. Satyriq; ſequuntur:Satyri(ut inquit Plinius)nihil aliud hominis q̄ figuram habent.In Aethiopia naſcuntur aduncis naribus:aſpera cornibus fronte:pedes caprinos habentes.Illorūq; ſaltatione ac iocis & riſu plurimum oblectabatur Bacchus.

Lynces

Dercetis in piſcem

RAph. Quiq; ſe periphraſis eſt Sileni:qui Bacchi fuit pædagogus,atque educator:eique plurimum ad uirtutem & gloriam reſq; bellicas profuit. Silenus autē a Sileno Nyſeorum rege originē duxit,qui circa lumbos caudam habuit.Quā & poſteri eius omnes geſtaſſe feruntur. Ferula:uirgultum eſt leuiſſimum:quo ſenes inter ambulandum etiam nunc uti ſolent. Pando:curuo. Aſello:nanq; uehitur Silenus bacchum ſequens. Cōcauaq; æra ſo.cymbala ærea. Longoq; fo.bu. Periphraſis ē tibiæ:quæ ex buxo fieri ſolet. Solæ Mineides:quodā furore bacchico uidetur poeta in laudes bacchi referendas excurriſſe:quare nunc ad Mineidas illi⁹ contemptrices refert orationem. Intus:intra domum clauſæ,cum aliæ omnes ſe in Cithæronem contuliſſent. Intempeſtiua Mineruā:lanificio tēpori nō cōuenienti.Eſt autem metonymia:nam Mineruam lanificii inuētricem pro ipſo lanificio poſuit. Aut la.du.aut ſubtegmen filant inquit,aut ſtamen:aut texunt. Dū ceſ.al.ociantur feſta bacchi celebrantes. Commenta:ficta. Leuemus:leue faciamus. In mediū:i cōmune:& uoluptatem cōmunem. Aures ua.ocioſas. Illa qd e mul.pulchra phantaſia ad complures narrādas ingredit̄ trāſformatiōes poeta.Ac eas quidē,q̄ a poetis attingunt̄ plenius:quæ uero obſcuræ ſunt:minuſq; celebratę breuiſſime percurrit:cū earū uſus nullus ſit futurus.

Silenus

Ferula

Fabulæ ſecundæ quarti libri argumētum.

LAct. Derceti:quā uerſa &c.Docet an de Babylōia Derceti filia dicat:quæ in piſcem conuerſa erat.

RAph. Dirce Babylonia:Dirce quidē fere i exēplarib⁹ legitur:egoq; hactenus ſic putaui eſſe legendū.Nūc uero & annotatione Hermolai barbari uiri in primis docti:cuius morte maximā iacturā nuper diſciplinę omnes fecere,& qđ ita in uetuſtis codicibus ſcriptū eſt:Derceti exiſtimo eſſe legendū.Nā Dercetis q̄ & δερκετω actesia uocat̄,& a barbaris Atergatis:Dea ē eadē cū Rhea:quā Syri piſcium abſtinentia colunt.Vnde & nomen:ut Athenæus auctor eſt:quaſi ἀτεργατισος:hoc eſt Syrorū lingua ſine piſcibus. Cornutus uero ſcribit etiam columbas uetari menſis:quaſi duobus elementis naturę maximis parci:iubente numine aeri & aquę.Diod. autem libro tertio. Iuxta Aſcalonem:inquit:lacus eſt ubi templum inſignis Deæ:quam Syri uocant Dercetum:hoc eſt δερκετουμ mulieb[r]i facie:reliquum uero corpus figura piſcis:cuius filia Semiramis a columbis educata ſit:& ob id ſacras gentiſ aues eas eſſe.Verū dercetis etiam Athar a Strabone uocatur:cui quidē Venus obuia facta amorem cuiuſdam formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis iniecit:ex quo quidem cum filiam Dea ſuſcepiſſet:ſui erroris pudore ducta adoleſcentē ab ſe remouit. Filiam uero in loca quædam deſerta & ſaxoſa:in quibus plurimæ erant columbæ expoſuit.Illa uero quaſi diuino nutu ab auibus fuit enutrita. At Dea pudore:doloreq; cōpulſa cum ſe in ſtagnū abieciſſet:in piſcē fuit conuerſa.Vnde & Syri:& piſcibus illi⁹ ſtagni abſtinent:& tēplum iuxta lacum ipſum illi Deæ:quā Dercetū uocant facie hoīs:reliquis corporis ptibus piſcis:ædificarūt. Palæſtini:aūt populi ſūt Syriç:Arabiæ cōtermini a Palæſtina urbe.regiōeq; dicti.Stagnū ſane illđ i qđ ſe Dercetis abieciſſe fert̄:ē iuxta aſcalonē Syriæ urbe:ut Dio.ſcribit. Coluiſſe:habitaſſe:neque mutaſſe legēdū ē:ut in pleriſq; codicibus ē deprauatū. An magis:ut ſum.Semiramis Dercetis Deæ filia mirō quodā mō a colūbis coagulato lacte e proximis paſtorū mapalibus rapto nutrita fuit:unde &. Semiramis fuit appellata.Nā Syriorū lingua ſemiram dīes uocātur colūbæ:quas Syri ut Deas colūt.Semiramis uero poſt maxima bella cōfecta:babylonēq; ædificatam:cum iſidias ſibi a filio ſtrui cōperiſſet.omni iniuria illi remiſſa:pfectis oībus mādauit:ut filio tāq̄ regi parerēt:ac ueſtigioq; euanuit:ad Deos(ut creditū eſt)tranſlata.Quidā fabulantur illā in columbam fuiſſe conuerſam:quorum opinionem etiam Oui.ſequitur.Cōpluribus enim colūbis domum ingreſſis & illam cum reliquis auolaſſe putant.Quo factum eſt:ut Syri columbam ut Deā colant:immortalē reginā arbitrati.Imperauit autē Semiramis uniuerſæ Aſiæ præter Indos:uixitq; ānos duos & ſexaginta:cum quadraginta duobus regnaſſet.

Semiramis i columbā

Palæſtini

Nais an ut cantu,nimiumq́ potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt.an quæ poma alba ferebat:
Vt nunc nigra ferat contactu ſanguinis arbor.
Hæc placet:hæc quoniā uolgaris fabula nō eſt,
Talibus orſa modis,lana ſua fila ſequente.
Pyramus & Thiſbe iuuenum pulcherrimus alter:
Altera:quas oriens habuit:prælata puellis,
Contiguas habuere domos:ubi dicitur altam
Coctilibus muris cinxiſſe Semiramis urbem.
Notitiam,primoſq; gradus uicinia fecit.
Tempore creuit amor.tædæ quoq; iure coiſſent:
Sed uetuere patres:quod non potuere uetare.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt.nutu,ſigniſq; loquuntur.
Quoq; magis tegitur:tanto magis æſtuat ignis.
Fiſſus erat tenui rima,quam duxerat olim,
Cum fieret paries:domi communis utriq;.
Id uitium nulli per ſecula longa notatum,
(Quid non ſentit amor?)primi uidiſtis amantes:
Et uocis feciſtis iter,tutæque per illud
Murmure blanditiæ minimo tranſire ſolebant.
Sæpe ubi conſtiterant hinc Thiſbe:Pyramus illinc:
Inq; uices fuerat captatus anhelitus oris:
Inuide dicebant paries quid amantibus obſtas?
Quantum erat,ut ſineres toto nos corpore iūgi?
Aut hoc ſi nimium ē:uel ad oſcula dāda pateres.
Nec ſumus ingrati.tibi nos debere fatemur:
Quod datus eſt uerbis ad amicas trāſitus aures.
Talia diuerſa nequicq̄ ſede locuti
Sub noctem dixere uale:partiq; dedere
Oſcula quiſque ſuæ non peruenientia contra.
Poſtera nocturnos Aurora remouerat ignes:
Solq; pruinoſas radiis ſiccauerat herbas:
Ad ſolitum coiere locum.tum murmure paruo

RAph. ¶ Nais an ut cantu:quæ nā hæc fuerit Nais mihi parum eſt compertum. Nympha quædam quæ carminibus & herbis iuuenes quoſdā ſe amoribus infeſtantes in mutos piſces tranſmutauit,ac tandem ipſa quoq; facta eſt piſcis. An quæ po.al. Mori arboris eſt periphraſis. Morus enim arbor poma primum quidem alba,deinde nigra Pyrami ac Thiſbes ſanguine effecta ferē cœpit. Nam Pyramus iuuenis,& Thiſbe puella cū domos contiguas haberent ſe mutuo amare cœperunt: cum autem ſe amplecti aliter non poſſent: egredi urbem ad conſtitutum locū decreuerunt. Quo quidem cum prior perueniſſet Thiſbe, leæna illac tranſeūte perterrefacta in antrū uicinū cōfugit. Pyramus deinde adueniēs cū uelum: qd' fugienti Thiſbe e capite deciderat:cruentatum reperiſſe,eam putans a feris fuiſſe laceratā,gladio quem ſecū habebat ſub moro arbore incubuit:cuius ſanguine quidem mora effecta fuere nigra,cū antea candida fuiſſent. Thiſbe āt ex antro egreſſa,cum Pyramū uulnere confectum uidiſſet,eodē ſe gladio confodit. Sane Pyramus non ſolum uiri eſt proprium,ſed etiam fluuii nomen,qui per anguſtias Tauri montis in Ciliciā defertur. Thiſbe quoq; & mulieris & urbis eſt nomen:unde thiſbeus declinatur.

Nais in piſcem. Mora ex albis nigra. Pyramus & Thiſbe.

Fabulæ tertiæ quarti libri argumētum.

LACtā. ¶ Pyramus & Thiſbe &c. Pyram' & thisbe urbis Babylōiæ:quā Semiramis regina muro cinxerat:& ætate & forma pares,cum ī propinquo habitarent:rima parietis:& colloqui & amoris initia inter ſe pignerati ſunt. Conſtituerūt itaque ut a matutino ad monumentum Nini regis ſub arbore morum cōuenirent ad amorem. Et cum celerius ſub lucem Thiſbe nacta occaſionem ad deſtinatum locum ueniſſet:cō ſpectu leænæ exterrita adiactu amictu in ſiluā refugit. At fera a recenti præda cum ad fontem uicinum tumulo ſitiens decurreret,relictam ueſtem cruento ore lacerauit. Poſt cuius diſceſſum Pyramus cum ad eundē ueniſſet locum:& amictum ſanguine aſperſum inueniſſet exiſtimans a fera cōſumptam:ferro ſe ſub arbore interfecit. Deinde Thiſbe depoſito metu,cū ad eūdem fuiſſet reuerſa locum:& comperiſſet ſe cauſam mortis adoleſcentis extitiſſe. Ne diutius dolori ſupereſſet,eodē ferro ſe traiecit. quorum cruore morus arbor aſperſa:quia ſpectaculi fuerat inſpectrix:poma quæ gerebat alba in conſcium uertit colorem.

RAph. ¶ Contiguas:ſe inuicem tangentes. Semiramis: Nini Aſſyriorū regis uxor fuit:magno mulier animo:quæ mortuo marito ſexū mentita:ac ſe filium eſſe ſimulans ſucceſſit:ac ut uirum geſtorū gloria ſuperaret, inter ea quæ pclara geſſit, Babylonem urbem condidit:cuius mœnia ambitu trecenta ſtadia & ſexaginta complectebantur: frequentibus turribus ac magnis ornata:ut Diodorus:ac fere hiſtorici & græci & latini ſcribunt. Altam urbem:ad murorum ac ædium magnificentiam reſpexit:qua facile alias urbes Babylon ſuperabat. Coctilibus muris: latericiis & coctis lapidibus conſtructis. Primoſq; gradus: primos amoris gradus uiſum & colloquium eē conſtat:reliqui uero ſunt tactus,oſcula,cōcubitus. Tædæ iure: nuptiarū ac legitimo iure. Sed uetuere patres:fatue quidem hoc eſſe dictum uidetur. Si enim uetuere: quo modo uetare nō potuerunt? Verum acute ſimul & lepide eſt dictū. Vetuerunt enim ne nuptiarum iure coirēt:prohibere autem non potuerūt ne animis:affectuq; copularentur. Tenui rima ſubtili & parua fiſſura. Duxerat: contraxerat. Id uitium nulli: illa inquā rima a nullo unq̄ fuerat animaduerſa. Notatum:animaduerſum. Eſt autem ordo: O amantes primi uidiſtis id uitiū nulli notatum per longa ſecula. Quod non ſentit amor:parentheſis eſt rationē continens:cur amantes primi rimam illam notarint. Inque uices fuerat:hoc ē poſtquā uiciſſim ſuſpirauerant. Quātum erat:ac ſi dicerent minimū erat:ut permitteres nos toto corpore copulari. Vel ad oſcula dāda pateres:hoc eſt ſaltē aperiri tantū deberes:ut nos ī uicē oſculari poſſemus. Vel:ſaltē. Sub noctē:circa noctē:adueniente nocte. Nō peruenientia cōtra:hoc eſt quæ ad alteram partem nō perueniebant. Nocturnos ignes:ſtellas:quas Aurora adueniente auferri uidētur. Pruinoſas:pruina obrutas. Eſt autem pruina ros congelatus. Coiere:conuenire.

RAph. Semiramis. Amoris gradus. Rima. Pruina.

¶ Multa

Multa prius queſti,ſtatuunt ſub nocte ſilenti
Fallere cuſtodes,foribuſque excedere tentent:
Cũq; domo exierint:urbis quoq; tecta relinquãt.
Neue ſit errandum lato ſpatiantibus aruo,
Conueniant ad buſta Nini:lateantq; ſub umbra
Arboris. Arbor ibi niueis uberrima pomis
Ardua moros erat gelido contermina fonti.
pacta placent.& lux tarde diſcedere uiſa
Præcipitatur aquis:& aquis nox exit ab iiſdem.
Callida per tenebras uerſato cardine Thisbe
Egreditur:fallitq; ſuos.adopertaq; uultum
peruenit ad tomulũ:dictaque ſub arbore ſedit.
Audacem faciebat amor:uenit ecce recenti
Cæde Leæna boum ſpumantes oblita rictus
Depoſitura ſitim uicini fontis in unda.
Quam procul ad Lunæ radios Babylonia thiſbe
Vidit:& obſcurum timido pede fugit i antrum.
Dumque fugit,tergo uelamina lapſa reliquit.
Vt Lea ſæua ſitim multa compeſcuit unda:
Dum redit in ſiluas,inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato,tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus ueſtigia uidit in alto
Puluere certa feræ:totoque expalluit ore
Pyramus.ut uero ueſtem quoq; ſanguine tinctã
Repperit:una duos inquit nox perdet amantes.
E quibus illa fuit longa digniſſima uita.
Noſtra nocẽs anima eſt.ego te miſerãda peremi:
In loca plena metus,qui iuſſi nocte uenires:
Nec prior huc ueni.noſtrum diuellite corpus:
Et ſcelerata fero conſumite uiſcera morſu:
O quicunque ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necem,uelamina Thisbes
Tollit:& ad pactæ ſecum fert arboris umbram.
Vtque dedit notæ lachrymas,dedit oſcula ueſti:
Accipe nunc iquit noſtri quoq; ſanguinis hauſtꝰ,
Quoque erat accinctus,demiſit in ilia ferrum.
Nec mora,feruenti moriens e uulnere traxit:
Et iacuit reſupinus humo.cruor emicat alte
Non aliter:q̃ cum uitiato fiſtula plumbo
Scinditur:& tenui ſtridente foramine,longas
Eiaculatur aquas:atque ictibus aera rumpit.
Arborei fœtu aſpergine cædis,in atram
Vertũtur faciem:madefactaque ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore,
Ecce metu nondum poſito,ne fallat amantem
Illa redit,iuuenemque oculis, animoq; requirit:
Quantaque uitarit narrare pericula geſtit.

RAph. ¶ Multa priꝰ queſti: de parentibus ſuis. ¶ Nocte ſilenti: media,quæ & intempeſta dicitur: quod illo tẽpore omnia ſileant animalia. ¶ Falleꝛ cuſtodes: decipere ianuarĩ cuſtodes: q̃ ianitores uocantur. ¶ Foribus: domibꝰ, a parte enim totũ intelligimus. ¶ Excedere: exire. ¶ Tecta: domos. ¶ Spatiantibus: in magno agri ſpatio obambulantibus. Nam ſpatiari nihil aliud eſt (ut ait Macrobius) q̃ in ſpatio lati itineris obambulare. ¶ Ad buſta Nini: ad ſepulchrũ Nini Aſſyriorum regis. Buſtum autem proprie dicitur locꝰ: ubi cadauera comburebantur. ¶ Ardua: alta. ¶ Morus: morus autem arbor eſt: quæ (ut ſcribit Plinius) ſerotino germinatu floret: nec niſi exacto frigore germinat: ob id dicta ſapientiſſima arborum. ¶ Tarde. affectũ exprimit amantium: quibus dies maxime longus uidet: in cuius noctẽ conuenire ſtatuerunt. ¶ Præcipitatur aquis: in aquas Oceani: ex opinione aũt uulgari hæc dicunt. Neq; enim Sol in aquas deſcẽdit. ¶ Et aquis nox exit ab iiſdem: ubi enim Sol occidit: inde nox uidetur oriri. ¶ Verſato: reuoluto: hoc eſt aperta ianua. ¶ Adopertaq; uultũ: uultum coopertũ habens, ne cui forte obuiaret, agnoſceretur. ¶ Dictaque ſub arbore: conſtituta. ¶ Audacẽ faciebat amor: cauſam reddit cur tam audax eſſet puella: ut noctu ſola i agro reſideret. ¶ Venit ecce recenti: Ecce aduerbium ſemper fere aliquid repentini, inſperatiq; mali ſignificat. Vt Virgilius. Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta. hoc aũt & Aſconius notat: qui ait hoc proprium eſſe Ciceronis: ut in rebus improuiſis hac particula Ecce utatur. ¶ Oblita rictus: hoc eſt ora ſpumantia ſanguine boum infecta habens. ¶ Depoſitura ſitim: hoc eſt potatura in uicino fonte.

ſpatiari

Buſtũ

Morus

Ecce

¶ Timido pede: trepidis pedibus ac feſtinantibus. Vt enim trepidum pro timido: ſic timidum pro trepido eleganter ponitur. ¶ Vt lea: poſtquã leæna, utroque enim dicit modo. ¶ Cõpeſcuit: lacerauit. ¶ Serius egreſſus: ſero tarde quidem ſignificat: ſed ita, ut poſt amiſſam opportunitatẽ aliquam fere ponatur. ¶ Amictus: uelum. ¶ Veſtem: uelum. ¶ E quibus illa: Thisbe, quam idcirco uitã digniſſimam fuiſſe ait Pyramus: quia & promiſſis ſtetit, & longe ante ſe ad conſtitutum locum uenit. ¶ Noſtra nocens anima eſt: animam pro uita ſæpenumero accipi notum eſt. ¶ Ego te miſeranda peremi: ſe necis Thisbes, quam a leæna dilaniatam putabat: Pyramus cauſam fuiſſe profitetur. ¶ Peremi: necaui: cum maximo autem affectu hæc a Pyramo referuntur. ¶ In loca plena metus: cauſam aſſignat Pyramus cur ipſe interfecit Thisben. ¶ Qui iuſſi: quia ego iuſſi. eſt enim relatiuum cauſam exprimens. ¶ Noſtrum diuellite corpus: apoſtrophe ad leones a quibus Pyramus dilaceratam putabat Thisben. ¶ Sub hac rupe: ſub hoc ſaxo: in hac ſpelunca. Propinqua enim ſpelunca erat in quam refugerat Thiſbe. ¶ Sed timidi eſt optare necem: cum ſibi uir fortis eam conſiſcat. ¶ Pactæ arboris: conſtitutæ. ¶ Ferrum: enſem per metonymiam. Ex ferro nanque enſes conficiuntur. ¶ Emicat: exilit. ¶ Nõ aliter q̃ cum: pulchra ſimilitudine oſtẽdit poeta q̃ alte ex Pyrami uulnere ſanguis exiliret. ¶ Quam cum uitiato fiſtula plumbo: fiſtula per quam aqua deducitur: ex plumbo fere fieri conſueuit: dicta q; fiſtulæ & tibiæ ſimilis ſit. ¶ Vitiato plumbo: corrupto: fracto. ¶ Eiaculatur: longe eiicit.

Sero

Anima

Fiſtula

Atq; ictibus arra rumpit:taquæ emiſſione aerē pene trat. Arborei fœtus:mora arboris illius fruct⁹. Aſpergine cædis:ſanguinis aſperſione. In atrā faciem:ī nigrā figurā. Madefactaq;:que copula hoc loco pro qa eſt accipiēda. Cauſam.n.aſſignat cur mora ex albis purpurea fuerint effecta. Geſtit:cupit.

condi,ac ſimul ſepeliri. Pullos:nigros. Monumēta:ī memoriam. Gemini cruoris:ſanguinis duoruʒ & pyrami & Thisbes. Aptato mucrōe:appoſita cuſpide. Sublimum pectus:ad infimaʒ pectoris partē. Ferro:enſe:quo ſeipſum pauloante transfixerat Pyramus. Vota:preces. Tengere:commouere. Permaturuit:ī perfecte maturuit. Quodq; rogis ſupereſt:cinis & oſſa rogis ſupereſſe ſolent.

R Aph. Vtq; loci:poſtq̄ loci, inquit, & uiſam arboris figurā Thisbe cognoſcit tamen colore mororum, quæ ex albis rubicunda fuerant effecta: redditur incerta. Pomi color: fructus mori arboris color ex albo in rubicundū tranſmutatus. Pomū Pomū autem generale nomen eſt omnium fructuum:quicunq; in arboribus naſcū tur,ſiue molles,ſiue duros cortices habeant:quāuis quidam aliter ſentiāt. Hæret:dubitat an illa ſit arbor ſub qua pauloante ſederat. Tremebunda:palpitātia. Pulſare:percutere. Nondum enim mortuus erat Pyramus. Retroq; pedem tulit:retroceſſit. Exhorruit:turbata ē. Aequoris inſtar:ad ſimilitudinē maris. Inſtar Inſtar autem indeclinabile nomen eſt:ac interdum ad ſimilitudinē: interdū ſignificat ad æquiparationem, quamuis ſine præpoſitione ponat. Virgilius: Inſtar montis equū diuina Palladis arte Aedificāt. Quod fremit:ſtrepit. Cum ſummum ſtringitur:quando in ſuperficie raditur,ac leniter a uento attingitur. Claro plāgore:magno eiulatu. In gelidis uultibus:in frigida facie pyrami morientis. Suppleuit:impleuit. Quis te mihi caſus ademit:ī eripuit. Sūt autem querelæ maxime amanti conuenientes. Erexit:extulit, aperuit. Recōdidit:iterum condidit,& occultauit,& clauſit. Veſtēq; ſuam:uelum ſuum quo deceptus Pyramus ſeipſum interfecerat. Ebur uacuum enſe:ī ideſt eburneam uaginā enſe carentem. Tua te man⁹,inquit,amorq;: te ipſum,inquit,ob amorem quo me proſequebaris interfeciſti. In unum:ad hoc unum,ut meipſam interficiam. In uulnera:ad uulnera mihi ipſi īferēda. Reuelli:ſeparari. Certus amor:uerus. Non inuideatis: non prohibeatis noſtris uotis inuidentes. Compōi condi,ac ſimul ſepeliri.

Vtq; locum,& uiſam cognoſcit ī arbore formā,
Sic facit incertam pomi color:hæret an hæc ſit.
Dum dubitat:tremebūda uidet pulſare cruentū
Membra ſolum:retroq; pedem tulit:oraq; Buxo
Pallidiora gerens,exhorruit æquoris inſtar:
Quod fremit:exigua cum ſummū ſtringit̄ aura.
Sed poſtq̄ remorata ſuos cognouit amores:
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas,amplexaque corpus amatum,
Vulnera ſuppleuit lachrymis:fletumq; cruori
Miſcuit:& gelidis in uultibus oſcula figens,
pyrame clamauit;quis te mihi caſus ademit?
pyrame reſponde.tua te chariſſima Thisbe
Nominat.exaudi:uultuſque attolle iacentes.
Ad nomen Thisbes oculos iam morte grauatos
Pyramus erexit:uiſaque recondidit illa.
Quæ poſtq̄ ueſtemque ſuam cognouit:& enſe
Vidit ebur uacuum:tua te manus ſquit:amorq;
Perdidit infelix.eſt & mihi fortis in unum
Hæc manus.ē & amor.dabit hic ī uulnera uires.
Perſequar extinctum:leti miſerrima dicar
Cauſa,comeſque tui:quiq; a me morte reuelli
Heu,ſola poteras:poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum uerbis eſtote rogati
O multum miſerique mei,illiuſque parentes:
Vt quos certus amor,quos ora nouiſſima iūxit:
Componi tumulo non inuideatis eodem.
At tu quæ ramis Arbor miſerabile corpus
Nunc tegis unius:mox es tectura duorum:
Signa tene cædis:pulloſq;,& luctibus aptos
Semper habe fœtus:gemini monumēta cruoris.
Dixit.& aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro:quod adhuc a cæde tepebat.
Vota tamen tetigere Deos:tetigere parentes:
Nam color in pomo eſt,ubi permaturuit:ater.
Quodq; rogis ſupereſt:una requieſcit in urna.
Deſierat:mediumq; fuit breue tempus:& orſa ē
Dicere Leucothoe.uocem tenuere ſorores.

Fabulæ quartæ quarti libri argumētum.

LActā. Deſierat &c. Sol præfatā Leucothoē ex Eurynome,& Orchamo achæmeniæ principe origine Beli genitā,Climene Arcadi Circe matri,& Clytiæ:quarum pulchritudine ante ſollicitum animū egerat:dilexit. Et cupiēs ut in antedictis cupiditatem ſedaret:in ſpeciē matris puellæ Eurynomes conuerſus uirginem deceptaʒ dolo uitiauit. Cuī adulterio Clytia incenſa:qua nondum ſatiatus erat Sol:parenti puellæ indicauit. Quam ille cuʒ terræ defodiſſet:uitiator admiſſi miſericordiaʒ exhibēs deducto ſolo:cui ſubiecta fuerat:pro ea uirgam tinctā nectare:quæ gratiſſima deis,hominibuſq; eſſet,extulit:quæ thurea appellatur:& hoc Heſiodus indicat.

R Aph. Deſierat:loqui ſubaudiatur & Alcithoe.Fineʒ enim ſuæ narrationi impoſuerat. Vocē tenuere:ſiluerunt. Vocem tenere Leucothoe Leucothoe:ſoror Alcithoes.Anteq̄ narret,quemadmodum Leucothoe Orchami regis Achæmeniæ,& Eurynomes filia in arborem thuris fuerit conuerſa:expōit adulteriū Martis cum Venere.Sol enim Martem olim cum Venere coeuntem Vulcano eius marito idicauit:qui indignatus retibus tenuiſſimis cubile circundedit,quibus coeuntem Martem cum Venere ita implicuit ut nullo pacto diſiungi poſſent.Patefacto deinde cubiculo omniū Deoꝝ oculis ſpectandos ſubiecit:quaſ Venus indignata Soli Leucothoes amorē immiſit:qui ut cōmodius ea potiret̄,ſe in matris Eurynomes figurā cōuertit.Cū uero Orchamus pater eam uitiatā eē indicio Clytiæ Solis amicæ cognouiſſet:ipſam defodit ī terrā. Sol uero amicā miſeratus:eā ī thuris arborē cōmutauit.

Hunc quoq;



Hunc quoq; ſyderea qui temperat omnia luce
Cœpit Amor Solem. Solis referamus amores.
Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
Hic uidiſſe Deus. uidet hic Deus omnia primus.
Indoluit facto: Iunonigenæque marito
Furta tori, furtiq; locum monſtrauit. at illi
Et mens, &, quod opus fabrilis dextra tenebat:
Excidit. extemplo graciles ex ære cathenas,
Retiaq;, & laqueos, quæ lumina fallere poſſent,
Elimat: non illud opus tenuiſſima uincant
Stamina: non ſummo quæ pendet Aranea tigno.
Vtq; leues tactus, momentaq; parua ſequantur
Efficit: & lecto circundata collocat apte.
Vt uenere torum coniunx, & adulter in unum,
Arte uiri, uinclisque nouo ratione paratis,
In mediis ambo deprenſi amplexibus hærent.
Lemnius extemplo ualuas patefecit eburnas:
Admiſitq; Deos. illi iacuere ligati
Turpiter. atq; aliquis de Diis non triſtibus, optat
Sic fieri turpis. Superi riſere: diuque
Hæc fuit in toto notiſſima fabula cælo.
Exigit indicii memorem Cytherea pœnam.
Inq; uices illum, tectos qui læſit amores:
Lædit amore pari. quid nunc Hyperione nate
Forma, colorq; tibi: radiataq; lumina proſunt?
Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris:
Vreris igne nouo: quiq; omnia cernere debes:
Leucothoen ſpectas: & uirgine figis in una,
Quos mundo debes: oculos. modo ſurgis Eoo
Temperius cælo: modo ſerius incidis undis:
Spectandiq; mora brumales porrigis horas,
Deficis interdũ: uitiumque in lumina mentis
Tranſit: & obſcurus mortalia pectora terres.
Nec tibi, quod Lunæ terris propioris imago
Obſtiterit: palles. facit hunc amor ipſe colorem,
Diligis hanc unam. nec te. Clymeneq;: Rhodoſq;.
Nec tenet Aeææ genitrix pulcherrima Circes:

RAph. ¶ Hunc quoq; ac ſi diceret, non ſolum mortales capiuntur amore, ſed dii quoq;, & qdẽ clariſſimi. ¶ Videt hic De⁹ omnia primus: cauſa eſt cur Sol putet oium primus Martis adulterium cũ Venerẽ uidiſſe. Quare hæc particula nã ſubaudienda uẽ. Hic aũt ſenſus ex Homero ſumptus eſſe uidetur. Pli. quoq; in ſecũdo naturalis hiſtoriæ libro teſtat: cũ ait Solẽ cõmẽdãs. Hic ſuũ lumen cæteris quoq; ſyderibus fœnerat, pclar⁹, eximius, oĩa intuens, oĩa etiã exaudiẽs: ut principi literarum Homero placuiſſe in uno eo uideo.

Adulterium Veneris cũ Marte. Hoc uero in duodecimo Odyſſeæ ſcribit Homer. ¶ Iunonigenæ: ex Iunone genito, Vulcanum. n. ſolã Iuno ex Ioue ſuſcepit. ¶ Furta: ſtupra, & adulteria: q; furtim fiũt. ¶ Graciles: tenues atq; ſubtiles. ¶ Quæ lu. falle. poſ. quæ oculos decipere ualerẽt. ¶ Elimat: efficit lima. ¶ Aranea: tela aranearum. ¶ Vtq; leu. ta. ſignificat retia ea ita mollia fuiſſe ac flexibilia, ut ne ſi tangerẽtur: qdẽ ſentiri poſſent: ac facile rebus oibus cederẽt. ¶ Parua mo. parua obſtacula: ut parum reſiſtere uiderẽt. ¶ Deprẽſi: in re prohibita inuenti. Nã deprehẽdi proprie quis in re minus honeſta dr̃. ¶ Lemnius: Vulcanus: qui cum deformis natus eſſet: Iunõiq; cõtra Iouẽ auxilio eſſet: ut ipſe in primo Iliados narrat: ab Ioue ipſo e cælo fuit in Lẽnũ inſulã præcipitatus: ibiq; a Sintiis fuit exceptus. *Lẽnius* ¶ Admiſitq; Deos: aduocauit Deos ad ſpectaculũ Veneris & Martis q ita ligati ĩ lecto iacebãt: ut ſe diſſoluere nõ poſſẽt. ¶ Atq; aliq; de Diis: eũ fuiſſe Mercuriũ ferũt. ¶ Cytherea: Venus a Cytheris inſula dicta: ad quã primã e mari nata cõcha perueniſſe dr̃. *Cytherea* ¶ Memorẽ pœnam: aut hyppallage ẽ memor cytherea: aut quã in memoria hẽbat: ut Virg. Sæuæ memorẽ Iunonis ob irã. ¶ Inq; ui. uiciſſim: e cõtrario. ¶ Hypione nate: Sol Hyperionis Titanis, ex Thia, ut ſcribit Heſiod. ut uero ĩ Hymnis Hom. ex Euryanaſſa ſorore: filius fuit ſimul cũ Luna & Aurora. Vnde Hyperionides quoque Sol ipſe & Hyperiõ nomine patris interdum a poetis uocatur. Eſt autẽ apoſtrophe ad Solem. *Hyperion* ¶ Igne nouo: amore iuſitato. ¶ Tẽperius: tẽpeſtiuus. Eſt ãt ad uerbiũ cõpatiuũ: qd a tẽpero declinatur. *Tẽperi⁹* ¶ Mõ ſe. inci. un. iterdũ, inquit, tardius occidis. ¶ Eoo cælo: oriẽtali, unde oriẽ Aurora: quæ græce ηως dicitur. ¶ Porrigis: pducis. ¶ Brumales horas: hyemales dies: qui ſolẽt eſſe breuiores. *Brumalis* ¶ Vitiũ mẽtis: ægritudo ac paſſio cordis: qua fere amãtes pallent. ¶ Trãſit in lumina: pallida nãq; uidebãr. ¶ Nec tibi qd Lunæ: rõm Eclypſis Solis exponit. Nam tũc deficer ut: cũ Lũa ei ſubiicitur: Luna uero infima eſt planetarũ. ¶ Clymene: Phaetontis mater. *Clymene* ¶ Rhodos: iſula ẽ Lyciæ adiacens Soli adeo grata ut ſp (q̃uis nebuloſo aeẽ) aliq̃ diei hora ei⁹ radiis uideatur: ut ſcribit Plinius. *Rhodos* Rhodos autẽ απο του ροδου: hoc ẽ a roſa pp pulchritudinẽ (ut quidã ſcribũt) fuit appellata. Nam prius & Ophioſa: & a ſerenitate Aetherea uocabaẽ. Dio. uero ait Rhodõ iſulã a Rhodo puella Neptuni filia ex q̃dã Telchinũ ſorore: q primi inſulã tenuerũt: fuiſſe appellatã. ¶ Nec tenet Aeææ: pſa mr̃ fuit Cyrces: q̃ Aeææ ab Aea urbe colchorũ: nõ ut Ser. ſcri. a uocib⁹ eorũ: quos in bruta aĩalia cõuertebat: fuit appellata. Aea uero nõ ſolũ Colchorũ eſt urbs ab Aeeta Medeæ pr̃e ædificata: ſed alia quoq; ẽ Theſſaliæ: & ẽt Macedoniæ fõs ææ: ut Stephanus ſcribit: unde Aeæus ææa declinatur. *perſa Aeæa*

RApb. ¶ Clytie: nympha fuit, quæ Apollinem amauit. lia. ¶ Arbitrium: facultatem. ¶ Qui longum metior annum: ſcite.

Quæq; tuos Clytie quãuis deſpecta petebat
Concubitus: ipſoq; illo graue uulnus habebat
Tempore. Leucothoe multarum obliuia fecit
Gentis odoriferæ: quam formoſiſſima partu
Edidit Eurynome: ſed poſtq̃ filia creuit:
Quam mater cunctas, tam matrem filia uicit.
Rexit Achæmenias urbes pater Orchamus: iſq;
Septimus a priſco numeratur origine Belo.
Axe ſub heſperio ſunt paſcua Solis equorum:
Ambroſiam pro gramine habent. ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit: reparatq; labori.
Dumq; ibi quadrupedes cæleſtia pabula carpunt:
Noxq; uicem peragit: thalamos Deus intrat amatos
Verſus in Eurynomes faciem genitricis: & inter
Bis ſex Leucothoen famulas ad lumina cernit
Leuia uerſato ducentem ſtamina fuſo.
Ergo ubi, ceu mater charæ dedit oſcula natæ:
Res ait arcana eſt. famulæ diſcedite: ne ue
Eripite arbitrium matri ſecreta loquendi.
Paruerant: thalamoque Deus ſine teſte relictus.
Ille ego ſum dixit: qui longum metior annum:
Omnia qui uideo: per quem uidet omnia tellus:
Mũdi oculus. mihi crede, places: pauet illa: metuq;
Et colus, & fuſi, digitis cecidere remiſſis.
Ipſe timor decuit. nec longius ille moratus
In ueram rediit ſpeciem, ſolitumq; nitorem.
At uirgo, quamuis inopino territa uiſu:
Victa nitore Dei, poſita uim paſſa querela eſt.
Inuidit Clytie. neq; enim moderatus in illam
Solis amor fuerat: ſtimulataq; pellicis ira
Vulgat adulterium: diffamatumq; parenti
Indicat. ille ferox, immanſuetuſq; precantem,
Tendentemq; manus ad lumina Solis, & ille
Vim tulit inuitæ dicentem defodit alta
Crudus humo: tumuloq; ſup grauis addit harenæ.
Diſſipat hunc radiis Hyperione natus: iterq;
Dat tibi: quo poſſis defoſſos promere uultus.
Nec tu iam poteras enectum pondere terræ
Tollere nympha caput: corpuſq; exãgue iacebas.
Nil illo fertur uolucrum moderator equorum
Poſt phaethonteos uidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum uiribus artus
Si queat: in uiuum tentat reuocare colorem.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat:
Nectare odorato ſparſit corpuſq;: locumq;:
Multaq; præqueſtus: tanges tamen æthera dixit.
Protinus imbutum cæleſti nectare corpus
Delicuit: terramq; ſuo madefecit odore.
Virgaq; per glebas ſenſim radicibus actis
Thurea ſurrexit: tumulumq; cacumine rupit.

Clytie ¶ Graue uulnus: magnũ dolorem: quia ſibi Leucothoen prælatam uidebat. ¶ Gentis odoriferæ: odores ferentis: hoc eſt Arabicæ. ¶ Formoſiſſima Eurynome: pulcherrima. (Eurynome) Eurynome autẽ (ut ſcri. i Theogonia Heſiodus) nympha fuit Oceãi & Tethyos filia: uxorq; Orchami Achæmeniorũ regis. Altera fuit Apollinis filia, quæ Ethalioni marito Adraſtum Argiuorum regem atq; Eripylen peperit. ¶ Achæmenias: Perſicas. Nam Achæmenii, Perſæ, & parthi populi ſunt finitimi. (Achæmenii) ¶ A priſco Belo: a primo Belo qui Abantem genuit. Abas Acriſiũ. Acriſius Danaem. Danae Perſeum. Perſeus Bachæmonẽ. Bachæmon Achæmenen: a quo Achæmenia ẽ appellata. Achæmenes uero Orchamum. (Beli genealogia) ¶ Axe ſub heſperio: Solis equorũ paſcua deſcribit: quæ ſunt i occidente ambroſiam ſcientia: cuius paſtu Solis equi per noctem reparãtur ad diurnos labores tolerãdos. (Paſcua equorũ Solis) ¶ Axe ſub heſperio: ſub cælo occidentali. Duo namq; ſunt axes: ut Seruius quoq; ſcribit, qui & uertices & poli dicuntur: arcticus ſiue borealis: qui a nobis ſemp uidetur: & antarcticus ſiue notus & auſtralis, qui nunquam a nobis uideri poteſt. Axẽ ergo pro cælo poſuit. Eſt autem proprie axis (ut ſcribit Apuleius) directio quædam a polis uelut a cardinibus profecta. diuiſor & diſcriminator mundi orbẽ terræ in medietate conſtituens. (Axes cæli) Ambroſia uero quæ immortalitas interpretatur: cibus eſt Deorũ quo etiam equi Solis paſci dicuntur. Eſt autem herba quam Diaſcorides Arte miſiam eſſe ait. (Ambroſia) ¶ Thalamos amatos: amicæ Leucothoes cubiculũ. ¶ Ducentem: deducentem, filãtẽ. ¶ Leuia ſtamina: mollia.

¶ Qui longum metior annum: ſcite. Nã ex Solis tranſitu per duodecim zodiaci ſigna annus colligitur. ¶ Et colus: inſtrumentum eſt cui apprẽduntur ſtamina filanda. Eſt aũt & ſecũdæ & quartæ declinationis. (Colus) ¶ Et fuſi: horum inuentor Cloſter Arachnes filius a Plinio fuiſſe narratur. ¶ Nitore: pulchritudine: ſplendore. ¶ Neq; n. mod eratus: cur inuideret Clytie cauſã aſſignat. Nimius. n. erat Solis amor in Leucothoen. ¶ Diffamatum: uulgatum. ¶ Et ille: ma nu Solem indicat patri Leucothoe. ¶ Crudus: crudelis. ¶ Iterque dat tibi: efficit tibi uiam: qua faciem efferre poſſis. Eſt autẽ ἀποστροφὴ ad Leucothoen: quam nymphã proter ætatem & pulchritudinem uocat poeta. ¶ Enectum: necatum: obrutum. ¶ Exangues: mortuum: ſine ſanguine. ¶ Volucrum moderator equorum: periphraſis eſt Apollinis: qui moderator & rector eſt uelociſſimorum equorum ac uolantium potius q̃ currentium ut plene in ſecundo uidimus. ¶ Poſt phaethonteos ignes: poſt fulmina: quibus phaethon fuit abſumptus. ¶ Gelidos artus: mortua membra. Id enim quod ſequitur pro eo quod præcedit & cõtra ſæpe numero ponitur a poetis. ¶ Reuocare: reducere. ¶ Fatũ: fati neceſſitas. ¶ Nectare odorato: ſuauiſſimi odoris liquore. Eſt: n. Nectar Deorum potio: ut iã ſæpius diximus. ¶ Tanges tamen æthe. di. quamuis inquit Apollo te ad uitam reuocare non poſſum: ad cælũ tamẽ peruenies. Nã thuris fumus ad Deos uſq; in cælũ peruenire creditur. ¶ Delicuit: molle & liquidũ factũ eſt: a deliqueſco præteritũ. (Deliqueſco) ¶ Senſim: paulatim. ¶ Cacumine: ſũ ſũmitate. ¶ Tumulum: harenæ aggerem.

LActã. Fabulæ quĩtæ quarti libri argumentum.

¶At Clytien &c. Clytie nympha ſupradicta ob inuiam ante dilecta ab amatore deſerta, ita tenuata uiſceribus eſtuit in herbam conuerteretur: quæ primum conſeruans amorem eiuſdem Dei Heliotropium diceretur: curſumq; ſeruaret eiuſdem Dei.

RAph. ¶At Clytiẽ: clytie nympha a Sole derelicta cũ nouẽ dies ſine ullo cibo ac potu exegiſſet: tandẽ Deorũ miſeratiõe in herbã heliotropiũ conuerſa fingit, q̃ nũc quoq; priſtini amoris memor cõtinue folia ad Solẽ uertit. Vñ & nomẽ accepit. Nã heliotropiũ dr̃ Solis cõuerſio ἥλιος naq; Sol: τροπὴ conuerſio dr̃. ⸿Quãuis amor excu. do. amore. n. quo Apollinẽ pſeq̃bat: dolebat Clytie ſibi aliã pferri. Dolore ĩt coacta ĩdicauit patri Leucothoes cũ Sole ↄcubitũ. ⸿Auctor lucis: periphraſis ẽ Solis, q lucis eſt effector. ⸿Modũ: finẽ. ⸿Tabuit ex illo: ex eo ĩquit tpe quo a ſole fuit derelicta tabeſcere cœpit Clytie, cõmerciũq; aliaꝝ nymphaꝝ fugeſ. ⸿Tabuit: paulatĩ conſumpta eſt. ⸿Sub Ioue: ſub dio, ad aerem. ⸿Nouẽ luces: nouẽ dies. ⸿Flectebat: uertebat. ⸿Hæſiſſe: affixa fuiſſe terrę, ſic ut ſurgere nõ poſſet. ⸿Luridus: fuſcus. ⸿Vertiſ ad ſolem: ad nomẽ herbæ: q̃ heliotropiũ dr̃, alludit. ⸿Sub umbra ſe amatũ. ⸿Mutatã in heliotropiũ herbã cõuerſa.

Helio- tropiũ.

Blytie ĩ helio- tropiũ.

Daphnis Idæus in ſaxum.

Scythõ in fœminam

At Clytien, q̃uis amor excuſare dolorem:
Indiciumq; dolor poterat: non amplius auctor
Lucis adit: Venerisq; modum ſibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus uſa
Nympharum impatiens: & ſub Ioue nocte, dieq;
Sedit humo nuda, nudis incompta capillis.
Perq; nouem luces expers undæq;, cibiq;,
Rore mero, lachrymiſq; ſuis, ieiunia pauit.
Nec ſe mouit humo. tantum ſpectabat euntis
Ora Dei: uultuſq; ſuos flectebat ad illum.
Membra ferunt hæſiſſe ſolo: partemq; coloris
Luridus exangues pallor conuertit in herbas.
Et in parte rubor: uiolæq; ſimillimus ora
Flos tegit. illa ſuum: quamuis radice tenetur:
Vertitur ad Solem: mutataq; ſeruat amorem.
Dixerat: & factum mirabile cœperat aures.
Pars fieri potuiſſe negant. pars omnia ueros
Poſſe Deos memorãt. ſed non eſt Bacchus in illis.
Poſcitur Alcithoe poſtq̃ ſiluere ſorores:
Quæ radio ſtantis percurrens ſtamina telæ,
Vulgatos taceo dixit paſtoris amores
Daphnidis Idæi: quem Nymphe pellicis ira
Contulit in ſaxum. tantus dolor urit amantes.
Nec loquar: ut quondam naturæ iure nouato
Ambiguus fuerit modo uir: mõ fœmina Scythõ.
Te quoq; nũc Adamas, quõdam fidiſſime paruo
Celme Ioui, largoq; ſatos Curetas ab imbri:

LActã. Fabulæ ſextæ quarti libri argumentum.

¶Dixerat: & factum &c. Adiicit quoq; de Daphnide Idæo paſtore dictura. Qui quia fidem coniugii non pręſtiterit: tabierit in ſaxum.

RAph. ¶Cœperat: occupauerat: delectarat. ⸿Poſciſ Alcit. rogatur ut aliquid fabularum narret. ⸿Quæ radio: nauicula inſtrumentũ eſt ligneũ, quo utunſ textores. ⸿Stãtis telæ: pendẽtis. ⸿Daphnidis Idæi: Daphnis, cuius interitum Virgilius quoq; poſt Theocritũ deflet, Mercurii filius fuiſſe memoratur: is a nympha nomine Thalia (ut quidam ſcribũt) adamatus ita eſt, ut pellicem uerita & riualem in ſaxum illum tranſmutarit: q̃uis Theocritus illum amore tabuiſſe canat: id quod Ouidius quoq; alibi innuere uidetur, cum inquit: Pallidus in lenta Naide Daphnis erat. ⸿Idęi: Phrygii, uel Cretẽſis. Nã Ida mons eſt & Phrygiæ & Cretæ. ⸿Cõtulit: conuertit. Has autem fabulas quæ uix unquam apud aliquẽ pręſtantiũ poetaꝝ inueniunſ, breuiter pcurrit poeta, uidẽs illas nullo fere in uſu futuras. ⸿Tãtus dolor urit amãtes: Acclamatio eſt in amantiũ Zelotypiã. Tantus inq̃t dolor amãtes cruciat, ut ſæpenumero amatos perdãt.

Fabulæ ſeptimæ quarti libri argumentum.

¶Nec loquar. ut quondam &c. Nunc de Scythone: q ex uiro in fœminam ceſſerat. LActã.

¶Nec loquar. Scython quidam ex mare in fœminaꝫ mirando quodam modo fuit commutatus. Id autem fieri poſſe Plinius quoq; eſt author. RAph.

Fabulæ octauæ quarti libri argumentum.

¶Te quoq; nunc &c. Neq; etiam caſus relatura Celmi aut Adamãtis: Curetumq;: q ex imbribus ſunt procreati. LActã.

¶Te quoq; nunc Adamas: Celmus (q & Celmes uocatur, unus fuit ex Idæis dactylis. Vt uero Sophocles in Satyris tragœdia ſcribit: illũ Cybele idignata in duriſſimũ ferri genus trãſmutauit) nutricius fuit Iouis: cui dũ paruus erat: fuit admodũ gratus. Poſteaquã uero Iuppiter Deorum imperium eſt adeptus: ipſum in adamantem conuertit: quia uulgaſſet Iouem fuiſſe mortalem: ut quidaꝫ aiunt. ⸿Largoq; ſatos Curetas ab ibri. hãc Curetum metamorphoſin nuſquã me apud antiquiores legiſſe memini. Quidam uero ex Neotericis aiunt curetas: & imbribus propter religiõis contemptum fuiſſe deletos: & ex fungis ne ipſa religio penitus defecerit: fuiſſe reptos. Sed cũ iſta nullius auctoritate nitantur: ex commodo ſuo illa finxiſſe uidentur. Strabo quidem cum multa & uaria de Curetibus ſcribat, nullam prorſus de hac illoꝝ metamorphoſi facit mentionem, ſed ex ſententia quorundam eoſdem eſſe ait Curetes & Corybantes & Cabeiros & Idæos dactylos & Telchines: qui ſacra & Iouis in creta, & matris Deum in Phrygia cum armorum tumultuoſa agitatione, cumq; ſtrepitu ac cymbalorum, tympanorumq; ſonitu, necnon tibiis, ac uociferationibus celebrarent. Alii autem ex creta, alii ex Euboea, nonnulli ex Ethola originem duxiſſe ſcribũt. Diomedes quidem grammaticus longe aliam ab ea: quaꝫ obiter attingit Ouidius: Curetum originem refert, his quidem uerbis. Aiunt Opem in Idam cretenſem delatam ex fuga: cum puerperii tempus inſtaret: primam montis partem manibus apprehendiſſe: atq; ita partu ſolutam. Ex ĩpreſſione uero palmaꝝ curetas: pdiiſſe: quos ab effectu græci nois dactylos. i. digitos & Idęos a mõte nominauerũt: ut a pupulis oculoꝝ: quas gręci κόρας appellãt: uel a galeaꝝ conocuretes. Hæc Diomedes. Sed aliæ quoq; Curetũ afferũſ etymologię. Nã ut Strabo ait: alii ἀπὸ τῆς κουρᾶς. i. a tõſura Curetas appellatos ſcribũt: q detõſi eſſent. Alii a Curio mõte Pleuroni

Celmus in adamãtem

curetes ex ibri.

imminente. Alii ἀπὸ τῶν κορῶν ideſt a puellis,q; longas ſtolas ut puellæ geſtarent. Curetes omnium primi ar/ matam ſaltationẽ inuexiſſe dicunt:cum clypeis æneis concurrentes,ludẽteſq;,& clamore,& æris tinnitu non permiſerunt Iouis infantis uagitum, quem educãdum ſuſceperant,ad Saturnum peruenire. Hæc tam multa de Curenbus nihil tamẽ oſtendunt quo modo ab imbre fuerint orti.

ſus foret:ita a nympha fuit colligatus,ut ex duobus cor poribus unum fieret,utrunq; habens ſexum. Vnde & nũc Hermaphroditi utroq; præditi ſunt ſexu. ¶ Eneruet:neruos ac uires eripiat, effœminet. ¶ Remolliat: molles ac effœminatos efficiat. ¶ Diua Cythereide: Venere. ¶ Sub Idæis an.in ſpelũcis Idæ mõtis Phry/ giæ. ¶ Cuius erat fa.for/ moſiſſimum fuiſſe Her/ maphroditũ ſignificat: cum ſimilem eum fuiſſe parentibus dicat. ¶ No/ men quoque traxit ab il lis:nã Hermaphroditus ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ hoc eſt a Mercurio:& ἀφροδίτης Venere,fuit appellatus.

Hermaphroditus.

Eneruate.

Crocos cũ Smilace in flores

Fabulæ.ix. q̃rti libri ar gumentum.

LActã. ¶ Et Crocon &c. Vel de Croco aut Smilace , qui in florem uerſi ſunt.

RAph. ¶ Et Crocõ:Crocos a/ doleſcẽs fuit:quẽ Smilax uirgo cum amaret , neq; frui poſſet,ambo ĩ flores conuerſi fuerunt . Vnde ſmilaceæ,croceæq; coro/ næ dicũtur. Sane ſmilax (ut ſcribit Galenus)eti/ am ſine s litera interduʒ enunciatur.

Fabulæ.x. q̃rti libri ar gumentum.

LActã tius ¶ Prętereo &c. Refert quoq; Salmacidẽ fontẽ Cariç:cuius liquore cõta cti in molliciem uerſi de figurentur. Mercurius cũ ex Venere:qui duplici fi gura Hermaphroditus uo catur,genuiſſet: cumque Naiades nymphæ ĩ Ida monte educauiſſet : reli/ ctis ſedibus ĩ Cariam ue nit. Hic conſpicato fonte opaciſſimi Solis,ac perlu centis aquæ curſum con tinuit: quo diutius eo lo co morante Salmacis Na iadum,dum flores legit: conſpicatis ueſtigiis dili/ gere cœpit,qui paulatim circa montem Nonacri/ num moratus,dum blan ditia liquoris,precibuſq; tenetur nymphæ: fonte ſe merſit:ac confeſtim cõ plexu Naiadis inhæſit : nec ante ab ea dimiſſus eſt , q̃ a Diis impetraſ/ ſet:in unũ ut cederet ſpe/ ciem : data itaq; uenia Hermaphroditus poſtq̃ ſe ani/ maduertit: nec uirum,nec fœminam factum:a parenti bus impetrauit:ne infamis ſolus eẽtrat genuq; eius fon/ tis aqua contactus eſſet:proinde ut ipſe molleſceret.

Et Crocon in paruos uerſum cũ Smilace flores:
Prætereo:dulciq; animos nouitate tenebo:
Vnde ſit infamis:quare male fortibus undis
Salmacis eneruet,tactoſq; remolliat artus:
Diſcite.cauſa latet.uis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum Diua & Cythereide natum
Naiades Idæis enutriuere ſub antris.
Cuius erat facies:in qua materq;,paterq;
Cognoſci poſſent.nomen quoq; traxit ab illis,
Is tria cum primum fecit quinquẽnia:montes
Deſeruit patrios:Idaq; altrice relicta
Ignotis errare locis,ignota uidere
Flumina gaudebat,ſtudio minuente laborem.
Ille etiam Lycias urbes,Lyciæq; propinquos
Caras adit.uidet hic ſtagnum lucentis ad imum
Vſq; ſolum lymphæ.non illic canna paluſtris,
Nec ſteriles uluæ,nec acuta cuſpide iunci:
Perſpicuus liquor eſt.ſtagni tamen ultima uiuo
Ceſpite cinguntur:ſemperq; uirentibus herbis,
Nympha colit:ſed nec uenatibus apta,nec arcus
Flectere quæ ſoleat:nec quæ contendere curſu:
Solaq; Naiadum celeri non nota Dianæ.
ſæpe ſuas illi (fama eſt)dixiſſe ſorores:
Salmaci uel iaculum,uel pictas ſume pharetras:
Et tua cum duris uenatibus ocia miſce:
Nec iaculum ſumit:nec pictas illa pharetras:
Nec ſua cum duris uenatibus ocia miſcet:
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus:
Sæpe Cytheriaco deducit pectine crines:
Et quid ſe deceat:ſpectatas conſulit undas.
Nunc perlucenti circundata corpus amictu
Mollibus aut foliis,aut mollibus incubat herbis:
Sæpe legit flores:& tunc quoq; forte legebat:
Cum puerum uidit:uiſumq; optauit habere.
Nec tamen ante adit:& ſi properabat adire:
Quàm ſe compoſuit:q̃ circunſpexit amictus,

¶ Studio:cupiditate, & animi inclinatiõe. ¶ Ly cias urbes: Lycia: Lydia & Caria prouincię ſunt finitimæ. ¶ Caras adit: Cares populi ſũt Cariç. Eſt aũt accuſatiuus græ cus. Car.n.Caros decli nat in maſculino: in fœ/ minino ãt Carera: Car ræ uero urbs eſt Meſſo potamię Craſſi cęde no bilis:a Carra Syriæ flu uio denominata. ¶ Vi/ det hic ſtagnũ:fontis Sal macidis deſcriptio. ¶ Vi uo ceſpite: naturali ter/ ra. ¶ Nympha colit: ha/ bitat. Idem autem cum fonte nomen habet,Sal macis enim nympha(ut ſcribit Sex.Põpeius)Cæ li & terræ filia molliſſi/ ma ferẽ fuiſſe cũ fontis Halicarnaſſi aq̃ appellã dæ Salmacidis:quam q bibiſſet,uitio impudici/ tiæ molleſceret : ob eam cauſam, q: eius aditus an guſtatus parietibus occa ſionem largitur iuueni/ bus petulantibus puer/ rorum,puellarumq; uio landarum: quia non pa tet effugiũ.unde Ennius, Salmacidas ſpolia ſine ſanguine & ſudore. Q d in molles atq; effœmina tos dictum corrupte legitur in primo de Officiis Cice/ ronis:ineptęq; ab iis , qui in illud opus commentaria ſcripſerunt,exponitur:ut in quadam diſputatione no/ ſtra,quæ circunfertur copioſius diximus. Tametſi nũc re cte legatur ex noſtra diſputatione emendatum. ¶ Duris uenatibus:laborioſis uenationibus. ¶ Cytheriaco:pul chro,qualis Venerem deceret. Aut certe Cytheriaco le gendum eſt a Cythoro mõte buxis abũdãte:ex quo li/ gno pulchri pectines cõficiunt. ¶ Perlucẽti amictu:plu cida ueſte. Significat autẽ hãc nymphã molliſſimã fuiſſe. ¶ Incubat:recubat,iacet. ¶ Compoſuit:ornauit.

Cares.

Carræ.

Salmacis.

RAph. Salmacis fons

¶ Vnde ſit infamis: Salmacis fons eſt Cariæ, quem q ingrediuntur effœminati ac molles egrediuntur. Huius autem rei cauſam poeta refert in Hermaphroditi pre/ ces , qui parentes rogauit,ut quemadmodum ipſe ſic alii quoque fontem illum intrantes molleſcerent. Nam Hermaphroditus Mercurii ac Veneris filius fuit for moſiſſimus:q cum in fontẽ Salmacidis nymphæ ingreſ/

¶ Et finxit

Et ſinxit uultum:& meruit formoſa uideri.
Tunc ſic orſa loqui:puero digniſſime credi
Eſſe Deus.ſeu tu Deus es:potes eſſe Cupido:
Siue es mortalis:qui te genuere beati.
Et mater felix,& fortunata profecto
Si qua tibi ſoror eſt:& quæ dedit ubera nutrix,
Sed longe cunctis:longeq; beatior illa eſt:
Si qua tibi ſponſa eſt,ſi quam dignabere tæda.
Hic tibi:ſiue aliqua eſt:mea ſit furtiua uoluptas.
Seu nulla eſt:ego ſim,thalamũq; ineamus eũdẽ.
Nais ab his tacuit,pueri rubor ora notauit.
Neſcit quid ſit amor:ſed & erubuiſſe decebat.
Hic color aprica pendentibus arbore pomis:
Aut ebori tincto eſt:aut ſub candore rubenti
Cum fruſtra reſonant æra auxiliaria Lunæ.
Poſcenti nymphæ ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula:iamq; manus ad eburnea colla ferenti:
Deſinis:an fugio:tecumq; ait iſta relinquo;
Salmacis extimuit:locaq; hæc tibi libera trado
Hoſpes ait,ſimulatq; gradu diſcedere uerſo.
Tum quoq; reſpiciens,fruticũq; recondita ſilua
Delituit:flexoq; genu ſummiſit.'at ille
Scilicet ut uacuus,& inobſeruatus in herbis
Huc it,& hinc illuc:& in alludentibus undis
Summa pedum,taloq; tenus ueſtigia tingit,
Nec mora,temperie blandarum captus aquarũ,
Mollia de tenero uelamina corpore ponit.
Tum uero ſtupuit,nudæq; cupidine formæ
Salmacis exarſit.flagrãt quoq; lumina nymphæ,
Non aliter:q̃ cum puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur imagine Phœbus:
Vixq; morã patitur,uix iam ſua gaudia differt:
Iam cupit amplecti:iam ſe male continet amens.
Ille cauis uelox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices:alternaq; brachia iactans
In liquidis tranſlucet aquis:ut eburnea ſiquis
Signa tegat:claro uel candida lilia uitro.
Vicimus:& meus eſt exclamat Nais:& omni
Veſte procul iacta mediis immittitur undis:
Pugnantemq; tenet,luctantiaq; oſcula carpit:
Subiectatq; manus:inuitaq; pectora tangit,
Et nunc hac iuueni,nunc circunfunditur illac.
Denique nitentem contra,elabiq; uolentem
Implicat ut ſerpens,quam regia ſuſtinet ales,
Sublimemq; rapit.pendens caput illa,pedeſq;
Alligat:& cauda ſpatiantes implicat alas,
Vtq; ſolent hederæ longos intexere truncos:
Vt ue ſub æquoribus deprenſum Polypus hoſtẽ
Continet:ex omni demiſſis parte flagellis.

RAph. ℭ Et finxit uultum:ſumpſit uultum blandum amanti q; aptum. ¶ Si quam dignabere tæda:ſi quam tuis nuptiis dignã exiſtimabis. ¶ Hic tibi:ſiue aliqua eſt:ſi in quit ſponſam habes me cum uelis hoc loco furtiẽ coire. Sin uero non habes: me uelim accipias uxorem. ¶ Ab his:poſt hæc. ¶ Hic color:his ſimilitudinibus poeta declarat:qualis etiam Hermaphroditi pueri color, poſteaq̃ audita nymphæ oratione erubuit. ¶ Aprica: Soli expoſita. Arbores añt ſoli expoſitę rubicundiora poma ferre ſolẽt. ¶ Aut ebori tincto:miniorac purpureo colore picto. ¶ Aut ſub rubenti candore Lunæ:hoc ẽ Lunæ eclypſiẽ patiẽti. Tũc enim rubeſcere uidetur. ¶ Cum fruſtra reſonãt: fruſtra perſtrepunt:nihil enim Lunæ deficienti p ſunt. Q uãuis uulgus putet carmina ueneficarum æreorum uaſorũ tinnitibus ipediri: ne eclypſim Lunæ inducãt. Vnde Iuuenalis loquacitatẽ mulieris carpens inquit. Vna laboranti poterit ſuccurrere Lunæ. ¶ Aera:ærea uaſa. ¶ Auxiliaria.auxiliũ Lunæ afferẽtia,ne ueneficarum deficiat carminibus. ¶ Sororia oſcula: Soror' caſta & pudica:qualia ſorores decent. Eſt añt adiectiuum nomẽ ſororius a ſorore declinatus:neq; eũ ſignificat, qui alicuius ſororem duxit uxorem: ut quidã putant. ¶ Eburnea:candida ut ebur. ¶ Deſinis an fu.aut deſine inquit aut ego hinc fugiam:ac tibi ſoli iſta loca relinquam. ¶ Extimuit:ne fugeret. ¶ Gradu uerſo: Frutice' cõuerſo greſſu & paſſu. ¶ Fruticũ ſilua:frutices medii ſunt inter arbores & herbas. ¶ Vt uacuus: utpote ocioſus:& aliis curis ſolutus. ¶ Et inobſeruatus:nõ uiſus a quoquã non notatus, ¶ Alludentibus:quæ alludere ſibi: blandiriq; uidebantur. ¶ Mollia uelamina:molles ueſtes,ac tenues. ¶ Flagrant quoq; lumina nymphæ:hoc eſt oculi quoq; nymphæ Salmacidos flagrare uidentur. Nam etiam oculis pdebat quãta pro tiundi pueri cupiditate teneretũ:id qd amore captis ferre uſu uenire ſolet. ¶ Nõ aliter:ſic iquit oculi nymphæ flagrare uidẽt ac ſplendere:ut Solis radii ſereno aere:cũ ipſis ſpeculum opponiẽ. Nã tunc & ſplendidiſſimi uidentur,& ignem contrahũt. ¶ Puro orbe:nebulis carẽte,& ſereno aere. ¶ Ille cauis uelox:natantiũ morem exprimit. Ingreſſuri enim aquas manib' cauis corpus ſibi pcutiũt. ¶ Liquidis:puris. ¶ Signa:ſtatuas. ¶ Tegat: cooperiat. ¶ Sic enĩ operta pulchriora uidentur. ¶ Luctantia oſcula carpit:ab illo reluctante:eſt enim hypallage. ¶ Inuita:p illi inuito ac nolẽti. altera hypallage. ¶ Nitẽtem contra:repugnãtem reluctantem. ¶ Implicat ut ſerpens:his ſimilitudinibus oſtendit q̃ arctiũ, ſtrictumq; teneat Salmacis Hermaphroditum. ¶ Regia ales:aq̃la,quæ idcirco in Iouis tutela eẽ Aquila dicitur:q ex auibus ſola nunq̃ fulmine tangatur. Eſt autem ſerpẽtibus infeſtiſſima:a quibus ſæpe numero ita implicatũ: ut i terram una cum illis decidat. ¶ Spatiantes:ſpatioſe & late ſe iactantes. ¶ Polypus: piſcis eſt miræ magnitudinis polyp' Polyp' multos habens pedes: unde etiam nomen accedit. Nam πολυς multus: πους ποδος pes dicĩ. Hic inſidiatur piſcatoribus:quos ſi cœperit,omnibus pedibus,quæ flagella uocat poeta,ſic ſtringit,ut nullo pacto effugere poſſint. Eſt etiam morbus a ſimilitudine piſcis dictus nares maxime infeſtans:de quo Horat': Balbinũ polypus agoæ.

RAph. ¶ Perſtat: in propoſito perſeuerat. ¶ Atlantiades: rum domus inceſa. ¶ Mineia proles: Minei filiæ.

proneꝑos Atlantis. Nam Atlas Maiam genuit, Maia Mercurium, Mercurius Hermaphroditum. ¶ Ita Dii iubeatis: ſic Dii uelitis. ¶ Diducat: ſeparet. ¶ Suos: proprios & propitios. ¶ Conducat: coniungat. ¶ Pariterq; adoleſcere: & ſimul creſcere. Eſt autẽ ab inſitis arboribus ſumpta ſimilitudo. ¶ Coierunt: coniuncta fuerunt. ¶ Neutrũ: nec puer, nec puella. ¶ Et utrunq;: quia ſexum utrunq; habebat. ¶ Ergo ubi: nũc aſſignat cauſam: id qđ in narrationis principio pollicita eſt Alcithoe: cur Salmacidis fontem ingredientes molles, effœminatiq; reddantur. ¶ Qua uir: in quas uir non mollis, ſed fortis & conſtans deſcenderat, & ingreſſus fuerat. ¶ Semimarem: ſemiuirum & effœminatũ. ¶ Mollitaq;: mollia facta. ¶ Venerit: ingreſſus fuerit. ¶ Biformis: qui & maris & fœmineç formam referebat, qualem Hermaphroditi habent. ¶ Incerto: ignoto mortalibus.

Diducere.

Adoleſcere

Tela in hederas & uites.

Fabulę.xi.quarti libri argumentum.

LActã. ¶ Finis erat dictis &c. Mineides Thebanæ ſorores fuiſſe producuntur: quarum ſolertiſſimæ Leucothoe & Leuconoe: q; Liberi ſacra in contemptum deuocauerit Mineiæ laniſicio addictæ ex improuiſo die numinis uocibus tibiarum & tympanorum ſono exterritæ ſunt: quæ in conſpectu non uiderent & ut animaduertere telas, inſtrumẽtaq; ſua in hederas ac uites repẽte mutatas & locũ aſſuetum feris repletum, noctemq; offuſcam timentibus in uolucres conuerſæ ſunt quæ ueſpertiliones uocantur.

Mineides in ueſpertiliones

RAph. ¶ Finis erat dictis. Alcithoe una cum ſororibus poſt finitas fabulas ira Bacchi, cuius ſacra contemnebant, in ueſpertiliones aues fuerunt conuerſæ; ac ea

Perſtat Atlantiades, ſperataq; gaudia nymphæ
Denegat. illa premit: demiſſaq; corpore toto
Sicut inhærebat: pugnes licet improbe dixit:
Non tamen effugies, ita Dii iubeatis: & iſtum
Nulla dies a me: nec me diducat ab iſto.
Vota ſuos habuere Deos. nam mixta duorum
Corpora iunguntur: facieſq; inducitur illis
Vna: uelut ſiquis conducat cortice ramos:
Creſcendo iungi, pariterq; adoleſcere cernat.
Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo ſũt: ſed forma duplex: nec fœmina dici:
Nec puer ut poſſit: neutrumq;, & utrũq; uidetur.
Ergo ubi ſe liquidas: quo uir deſcenderat: undas
Semimarem feciſſe uidet: mollitaq; illis
Membra: manus tẽdens, ſed iam non uoce uirili,
Hermaphroditus ait: nato date munera ueſtro
Et pater: & genitrix, amborum nomen habenti.
Quiſquis in hos fontes uir uenerit: exeat inde
Semiuir: & tactis ſubito molleſcat in undis.
Motus uterq; parens, nati rata uerba biformis
Fecit: & incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis: & adhuc Mineia proles
Vrget opus: ſpernitq; Deum: feſtumq; profanat:
Tympana cum ſubito non apparentia raucis
Obſtrepuere ſonis: & adunco tibia cornu:
Tinnulaq; æra ſonãt: & olẽt myrrhæq;, crociq;,
Reſq; fide maior: cœpere uireſcere telæ:
Inq; hederæ faciem pendens frondeſcere ueſtis,
pars abit in uites: & quæ modo fila fuerunt:
Palmite mutantur: de ſtamine pampinus exit.
Purpura fulgorem pictis accommodat uuis.
Iamq; dies exactus erat: tempuſq; ſubibat:
Quod tu nec tenebras, nec poſſes dicere lucem:
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
Tecta repente quati: pingueſq; ardere uidentur
Lampades, & rutilis collucent ignibus ædes.
Falſaq; ſæuarum ſimulachra ululare ferarum.
Fumida iamdudum latitant per tecta ſorores:
Diuerſæq; locis ignes, ac lumina uitant.
Dumq; petũt tenebras: paruos mẽbrana ꝑ artus
Porrigitur: tenueſq; includunt brachia pennæ.
Nec qua perdiderint ueterem ratione figuram,
Scire ſinunt tenebræ. non illas pluma leuauit:
Suſtinuere tamen ſe perlucentibus alis.
Conatæq; loqui, minimam pro corpore uocem
Emittunt: peraguntq; leues ſtridore querelas:
Tectaq; non ſiluas celebrant: lucemq; peroſæ

¶ Vrget opus: operi inſtat. ¶ Profanat: polluit, profanum ac nõ ſacrum efficit. Profanum enim opponitur ſacro. ¶ Tinnula: tinnientia ac reſonãtia. Tinnire pprie dicuntur æra percuſſa, unde ẽt Tintinnabula ſunt appellata. ¶ Myrrhæq; crociq;: ſ.n. delibut᷒ bacch᷒ ad eas fuerat ingreſſus, quis ñ uideret. ¶ Reſq; fide maior: hoc ẽ maior q̃ cui fides debeat adhiberi. Multas aũt in tranſcurſu Metamorphoſis poeta deſcribit ſic aperte ut nulla indigeant expoſitione. ¶ Fulgorem: rubo rem. ¶ Pictis uuis: actus uariorum colorum. ¶ Iãq; dies exactus erat: iã inquit dies erat præteritus. ¶ Quod nec tenebras: crepuſculi deſcriptio eſt. nam crepuſculum dubia lux dicitur. ¶ Pingues lampades: faces ex pingui & reſinam ferenti tæda confectæ, non autem propter oleum pingues. Lampas. n. generale eſt uocabulum omnium eorum quæ accenſa lucẽt. ¶ Falſa ſimulachra: imagines a baccho confictæ. ¶ Vlulare: ut uidentur ſubaudiendum: aut ululabant intelligendum. ¶ Ferarum: Tygriũ & Lyncũ, quæ feræ bacchi currum trahere dicuntur. ¶ Fumida tecta: fumoſa, fumo plena. ¶ Diuerſęq; locis: ſeparatæ, ut quæ in diuerſa domus loca fugerant. ¶ Vitant: fugiunt perterritæ, ne inueniantur. ¶ Membrana: chartilago q̃ mẽbrana charta eſſe uidetur. ¶ Tenueſq;: hoc eſt brachia in alas fuere conuerſa. ¶ Veterem figuram: priſtinã & humanam formam. ¶ Non illas pluma leuauit: Mineides inquit plumæ leuitate non fuerunt in aerẽ ſublatæ: ſed tranſlucentibus & chartilaginẽis alis. Veſpertiliões enim ſunt inplumes. ¶ Pro corpore: pro corporis magnitudine.

Profanare.

Tinnire

Crepuſculum.

Lãpas.

Mẽbrana.

¶ Seroq;

RAph. Veſpertiliones ℂ Seroque tenent a ueſpere nomen: ueſpertiliones enim a ueſpere dicuntur. Quemadmodum a græcis νυκτερίδες: quia nocte uolant, appellantur. Veſper autem (quod & ſerum dicitur) eſt ultima pars diei, eoque ſerus ueſper etiam appellatur. Virgilius. Neſcis quid ſerus ueſper uehat.

Nocte uolant: ſeroque tenent a ueſpere nomen.



Tum uero totis Bacchi memorabile Thebis
Numen erat: magnaſque noui matertera uires
Narrat ubique Dei: deque tot ſororibus expers
Vna doloris erat: niſi quem fecere ſorores.
Aſpicit hanc natis, thalamoque Athamãtis habẽtẽ
Sublimes animos: & alumni numine Iuno:
Non tulit: & ſecum, potuit de pellice natus
Vertere Mæonios: pelagoque immergere nautas:
Et laceranda ſuæ nati dare uiſcera matri:
Et triplices operire nouis Mineidas alis,
Nil poterit Iuno: niſi inultos flere dolores?
Idque mihi ſatis eſt. hæc una potentia noſtra eſt.
Ipſe docet quid agam, fas eſt & ab hoſte doceri.
Quidque furor ualeat Pentheia cæde ſatiſque,
Ac ſuper oſtendit, cur non ſtimuletur? eatque
Per cognata ſuis exempla furoribus Ino?
Eſt uia decliuis funeſta nubila taxo:
Ducit ad infernas per muta ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners: umbræque recentes
Deſcendũt illac: ſimulachraque functa ſepulchris.
Pallor: hyemſque tenent late loca ſenta: nouique,

Fabulæ. xii. quarti libri argumentum.

LActãtius ℂ Tum uero &c. Iuno grauiter ferens: quod Ino Liberi altrix ſororibus punitis cũ duobus remaneret liberis in uita contemptrix numinis ſui per Tenarũ promontoriũ Peloponeſi feraſque ſequẽs iter ad Erinnyes ultrices ipſorum deſcẽdit: petitque ab eis ut Athamãta cũ coniuge Ino aduerſos numinis ſui ulciſcerentur: quarum una ipſo parẽt Deæ relicta regia Ditis ad ſupos egreſſa eſt: ut Athamantis regiã cõtigit in ſinu eius ac coniugis angues ac uiſus: quibus ſenſus eorum alienarẽtur inniecit. Quã ob inſaniã ille Learchũ filiũ in uenatione pro fera interfecit. Ino aũt Melicertã ex ſcopulo ſecũ in profundũ præcipitauit. Qui Veneris precibus pro nepote habitus a Neptuno pelagi rectore in Deorum ceſſere numerum: ita ut Melicerta Palæmõ ipſa Ino Leucothoe inter marinos Deos nũcupẽt.

RAph. ℂ Tum uero totis: Ino Bacchi nutrix ac matertera uxorque Athamãtis in odiũ Iunonis incidit: quod ubique bacchi uires laudibus extollebat: cũ & aliũ nũ & mariti & filiorũ felicitate nimiũ ſuperba uideret. Hanc igitur Iuno ut affligeret ad iferos deſcendens unã e furiis excitauit: quæ Athamãta in tãtum furorẽ coniecit: ut Clearchũ filiũ interfecerit. Ino aũt mariti furores fugiẽs e ſcopulo ſe una cum Melicerta altero filio in mare præcipitauit. Qui Veneris precibus a Neptuno excepti & Ino in Leucothoen Deamque Matutã: & Melicerta in Palæmonẽque latine Portunus dĩ fuere cõmutati. ℂ Matertera: Ino. n. Semeles fuit ſoror: quæ bacchũ tãque filiũ nutriuit atque educauit. ℂ De tot ſororibus expers Vna doloris erat: ſola dolore carebat. Aliæ nãque ſorores filios amiſerant: Agaue Pentheũ: Autonoe Actæonem. ℂ Niſi quem fecere ſorores: ex infortuniis nãque ſororum dolorẽ capiebat Ino: alias felix haberi poterat. ℂ Natis: filiis: Clearcho & Melicerta. Hi nanque Inus & Athamãtis filii fuere. Nam alios quoque filios Athamas habuit: ſ ex aliis uxoribus. Ex nephale (ſiue ut Herodotus ait ex Themiſthone: ut declinatiõe latina utar) ſuſcepit Sicheneum, Erythriũ, Leuconẽ, Ptœum: nouiſſimos aũt Phrixum & Helen: qui propter Inus nouercæ inſidias patriã relinquere coacti ſunt. ℂ Thalamo Athamãtis: nuptiis Athamantis Thebanorum principis: ac Aeoli regis uẽtorum filii. ℂ Sublimes animos: elatos: ac ſuperbos. ℂ Alumni: bacchi: quem aluerat. Alũnus ãt ſemper in paſſiua accipit ſignificatione: quis quidã Laurentio Vallæ cõtradicere pulchrũ putãtes in actiua quoque inueniri contẽdãt: ſed decipiunt ſpecie recti. ℂ Numine diuinitate. ℂ Nõ tulit: tolerare non potuit. ℂ Et ſecũ: locuta ẽ ſubaudiat. ℂ De pellice natus: bacchus Semeles filius. ℂ Mæonios nautas: Tyrrhenos qui a Mæonia erãt oriundi. ℂ Vertere: conuertere in Delphinos: ut paulo ante uidimus. ℂ Et laceranda: Pẽtheũ ſignificat: qui (ut uidim⁹) ſub apri forma a matre: materteriſque fuit dilacerat⁹. ℂ Triplices: tres. ℂ Nouis alis: quæ antea nunquã uiſæ fuerint. Nã ex ſola cartilagine ac mẽbrana conſtant. ℂ Nil poterit Iuno: maxima cũ indignatione hæc a Iunone referuntur. ℂ Inultos dolores: inuidicatos: Sic autẽ eſt legendũ: nõ multos ut fere corrupte legitur. ℂ Pẽtheia cæde: Penthei occiſione. Eſt autem poſſeſſiuũ triſyllabũ: cuius penultima apud græcos cũ ει diphthongo ſcribit: quæ quidem in e uel in i longam a nobis conuerti ſolet: quis antiqui eadẽ ei diphthongo uterentur. ℂ Cur nõ ſtimuletur: in furorẽ agat Ino ſororum exẽplo. ℂ Eſt uia de. uiam quæ ducit ad inferos primũ deſcribit: deinde ipſas ſedes iſernas. ℂ Nubila: umbroſa: obſcura. ℂ Funeſta: taxo ferali ac peſtifera. Nã taxus arbor eſt maxime uenenoſa, unde toxica fuere denominata: ut Plinius ſcribit. ℂ Ducit ad infernas: deeſt quã. Sic Virgi. Vrbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni: deeſt quã. ℂ Styx iners: immobilis: Paludes. n. quæ non mouentur: & nebulas: & tetrum emittũ odorem. ℂ Simulachraque functa ſepulchris: hoc eſt animæ quarum corpora ſepulchra ſortita ſũt: nã quarum cadauera inſepulta iacerent: ius tranſire ſtygem paludẽ non dabatur ſecundum priſcorum opinionem. ℂ Senta: ſentico ſa: ſpinoſa. Sentes enim ſpinæ dicuntur.

Ino. Athamas. Alũnus. Taxus. Senta. Sentes. Via ad inferos.

Qua ſit iter manes:ſtygiam quõd ducat ad urbẽ:
Ignorant:ubi ſit nigri fera regia Ditis.
Mille capax aditus,& apertas undiq; portas
Vrbs habet:utq; fretum de tota flumina terra:
Sic omnes animas locus accipit ille:nec ulli
Exiguus populo eſt:turbamue accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore,& oſſibus umbræ.
Parſq; forum celebrant:pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes antiquæ imitamina uitæ
Exercent:aliam partem ſua pœna coercet.
Suſtinet ire illuc cæleſti ſede relicta
(Tãtum odiis,iræq; dabat)Saturnia Iuno.
Quo ſimul intrauit:ſacroq; a corpore preſſum
Intremuit limen:tria Cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit.illa ſorores
Nocte uocat genitas graue,& implacabile numẽ.
Carceris ante fores clauſas adamante ſedebant:
Deq; ſuis atros pectebant crinibus angues.
Quam ſimul agnorunt inter caliginis umbras
Surrexere Deæ.ſedes ſcelerata uocatur.
Viſcera præbebat Tityus lanianda:nouemq;
Iugeribus diſtractus erat.tibi Tantale nullæ
Deprendũtur aquæ:quæq; iminet,effugit arbor.
Aut petis,aut urges ruiturum Siſyphe ſaxum.
Voluitur Ixion:& ſe ſequiturq;,fugitq;.
Moliriq; ſuis letum patruelibus auſæ
Aſſidue repetunt,quas perdunt:Belides undas.
Quos omnes facie poſtq̃ Saturnia torua
Vidit:& ante omnes Ixiona:rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens,cur hic de fratribus inquit
Perpetuas patitur pœnas?Athamanta ſuperbũ
Regia diues habet?qui me cum coniuge ſemper
Spreuit?& exponit cauſas odiiq;,uiæq;.
Quidq; uelit:quod uellet erat:regia Cadmi

RAph. ℭ Stygiam urbem:infernam. ⸢ Fera regia:crudelis aula. ⸢ Nigri Ditis:Plutõis. ⸢ Mille capax: magnitudinẽ urbis infernæ ſignificat. ⸢ Nec ulli exiguus populo eſt: ulli multitudini quantalibet ſit,Animæ nanque locum non occupant,cum ſint incorporeę. ⸢ Parſq; forum ce. id ſequit̃ quod inqt in.vi.Virg.Nã unuſquiſq; apud inferos iiſdem ſtudiis delectat̃:qbus dum uiueret, tenebatur.Nõnulli ergo apud inferos ſunt cauſidici.alii aulici. alii artifices.alii in carcere detinẽtur. ⸢ Imi tyrãni:inferni regis Plutonis. ⸢ Tantũ odiis: parentheſis eſt acdamationem continẽs.

Vrbis īferorũ deſcriptio

Adeo iquit Iuno ab ira, odioq; uexabatur. ⸢ Simul:poſtq̃. ⸢ Cerberus:

Cerberus.

canis eſt triceps inferorũ cuſtos. ⸢ Sorores no.ge.

Eumenides

Furias.Eumenides nãq; noctis & Acherontis filię fuiſſe dicunt̃.Sunt autem tres,Tiſiphone,Alecto,& Megæra: ⸢ Graue & im.nu.moleſtũ & quod nullis p̃cibus placari põt. ⸢ Adamãte:ada

Adamas.

mas adeo durus ẽ lapis: ut nulla alia re q̃ hircino ſanguine frangi poſſit. ⸢ Sedes ſc.uo.ſceleratorũ ſedes uocat̃ carcer iferorum . Nonnullos uero ex iis q in eo cruciabant̃, enumerat poeta. ⸢ Viſcera p̃bebat Tityus la

Tityus

nianda:Tityus Iouis & Elaræ filię Orchomeni filius fuit:qui tamen ex tellure natus fingit̃: uel qd̃ Iunonis metu Elara grauidã terrã ſubierit:illicq; puerũ enixa ſit in ſpecu Bœotiæ,qui ab illa (ut Stra.ait)Elara fuit denominatus:uel quod uaſtiſſimi quiq; & imaniſſimi hoies:qualis fuit Tity

Terræ filii

us,terræ filii eſſe fingũt. Tityus uero fuiſſe perhibet̃ adeo magnus:ut nouem iugera ſuo corpore occuparet.Hic cum Latonæ,ſiue(ut Euphorion ſcribit) Dianæ uim inferre uellet:ſagittis Apollinis ad inferos detruſus,ea pœna fuit dãnatus:ut uultures cor ei⁹ nun

Tãtal⁹

q̃ exedere ceſſent. ⸢ Tibi Tã.nul.tãtal⁹ Iouis ex Plote nympha fili⁹,cũ Iouis arcana hoib⁹ p̃didiſſet:filiũq; Pelopẽ Diis hoſpitio ſuſceptis comedẽdũ appoſuiſſet: alias eſſe carnes mẽtitus ad inferos detruſus ea pœna plectit̃:ut neq; bibere aqs ẽt labia tangẽtibus:neq; qcq̃ comedere poſſit,q̃uis illi⁹ capiti arbor imineat pomis onuſta.Hac aũt pœna auari oẽs affici uidentur q pris pecuniis p auaritiã uti non poſſunt. ⸢ Aut ur. Siſy. Siſy

Siſyphus.

phus Aeoli fuit filius:q cũ Iſthmũ latrociniis infeſtaret a Theſeo interfectus ea pœna apud inferos dãnat⁹ ẽ: ut ex ima ualle ſaxũ ad mõtis uerticẽ nunq̃ urgere deſiſtat:niſi cũ i uallẽ deſcẽdit,ad ſaxũ delapſum iterũ i mõtis cacumẽ ipellẽdũ.Hoc aũt figmẽto denotant̃ ambitioſi:q q̃uis ſæpius in petẽdis magiſtratibus repulſam ſerãt:ab ãbiẽdo tñ nũq̃ deſiſtũt. ⸢ Volui̇t Ix.Phlegiæ fi

Ixion.

lius fuit Ixion:ut Euripides quoq; teſtat̃:ut uero Pherecydes ait Aethõis. Is cũ Diam Eionei filiam uxorem ducere cuperet: multa ſe daturum munera ſocero pollicitus eſt. Ad quæ quidem accipiẽda cũ iret Eioneus:barathrum effodiens Ixion, igniq; replens,lignis ſubtilibus tenuiq; puluere illud operuit,i qd̃ cũ Eioneus cecidiſſet, extinctus eſt. Tãto ſcelere admiſſo Ixion rabie correptus ẽ: nemoq; ipm neq; Deorũ neq; hoium purgare uolebat:q prim⁹ oium hominem familiaritate ſibi cõiunctũ necaſſet. Tãdẽ uero Iuppiter miſericordia motus illũ purgauit. Quo facto Iunonẽ amare cœpit,de ſtuproq; iter pellauit. Cui Iuppiter nebulã Iunoni ſilem obiecit.deĩde ad īferos detruſus ita rotæ fuit alligatus ut ſemp uoluat̃. ⸢ Beli

Belides
Belus.

des:Beli neptes. Nã Belus duos habuit filios Danaũ:& Aegyptũ, p quo [illegible] ſcribũt Aegyſtũ. Is qnquaginta Danai filias totidẽ ſuis filiis deſpõſauit. Sʒ Dana⁹ cũ Apollinis oraculo didiciſſet,ſe quandoq; ab uno filiorũ Aegypti ſuo genero occiſum iri: filiabus mandauit,ut p̃ria nocte quæq; ſuos maritos occiderent. Quæ quidem omnes [illegible] ter unam Hypermeſtrã natu minimam:quæ Lino ſponſo pepercit, a quo poſtea Danaus fuit interfectus,patri ſunt obſecutæ.Quare ea pœna apud iferos ſunt damnatæ,ut cribris aquam haurire nunquam de

Letum

ſiſtant. ⸢ Letum:mortem a lendo,quod nõ eſt in uſu, q mors omnia deleat. ⸢ Patruelibus : ex duobus fra

Patrueles.

tribus nati patrueles dicuntur. ⸢ Et ante omnes Ixionaquia ab eo affecta iniuria fuerat:cum de ſtupro fuit interpellata. ⸢ Rurſus ab illo:poſt illum. ⸢ Cur hic e fratribus:nam Siſyphus & Athamas fratres fuere, filiiq; Aeoli. ⸢ Cum coniuge:cũ uxore ſua Ino. ⸢ Spreuit:contempſit. ⸢ Et exponit cauſas odii:quo proſequitur Athamantem. ⸢ Quidq; uelit: exponit etiam qd uelit furias facere.

ℭ Staret:

RAph. ¶ *Staret:* erecta fuerit:ſed euerteretur. ¶ Et in facinus :in ſcelus. ¶ Traherent Athamanta furores: hoc eſt ut Athamas furioſus effectus aliquid mali perpetraret. ¶ Imperium, promiſſa: decorum ſeruat poeta, nam iratorum confuſa ſemper eſt oratio. ¶ Tiſiphone: una eſt ex tribus inferni furiis, quæ homicidas maxime punit: unde etiam nomen accepit. nam παρὰ τὸ τίσειν τοὺς φόνους quod homicidas ulciſcatur dicta eſt. ¶ Obſtantes colubros: ſerpentes os impedientes, ne loqui poſſet. Furiæ nanque ſerpentes pro crinibus habere finguntur. ¶ Longis ambagibus: longis uerborum circuitionibus, longa oratione. ¶ Roratis: inſperſis. ¶ Luſtrauit: purgauit ab inferorum contractu. ¶ Thaumantias Iris. Thaumantis & Electræ filia fuit. Iris, tametſi Cice. & Macrobius: ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν id eſt ab admiratione dictam putent. Non ſolum autem Thaumantias: ſed etiam Thaumãtis declinatur. ¶ Importuna: moleſta. ¶ Fluido cruore: corrupto ſanguine. Tiſiphones autẽ apparatum, habitumq́ perſpicue deſcribit. ¶ Luctus comitatur: ſicte hi comites attribuuntur Tiſiphone furiæ. Nam & luctus & pauoris & inſaniæ cauſa eſſe mortalibus Tiſiphone uidetur. ¶ Limine: Athamantis. ¶ Poſtes Aeolii: ianuæ Athamantis Aeoli nepotis. ¶ Palloreq́ fores infecit acernas: aduentu inquit Tiſiphones fores acernæ pallidæ fuerunt effectæ, ex quo maxima uis ueneni furiæ illius ſignificatur. ¶ Fores acernas: ex acere confectas. Acer nanq́ arbor eſt operum elegantia & ſubtilitate citro ſecunda ut Plinius ſcribit. Plura eius ſunt genera: quæ qui uidere cupit ex Plinii deci-

Tiſiphone.

Luſtrat Thaumãtias.

Acer

mo ſexto uolumine repetat licet. ¶ Solque locum fugit: aduentu Tiſiphones Sol quoque fugatus eſt

Staret:& in facinus traherent Athamãta furores:
Imperium, promiſſa, preces confundit in unum:
Sollicitatque Deas. ſi hæc Iunone locuta,
Tiſiphone canos, ut erat turbata: capillos
Mouit:& obſtantes reiecit ab ore colubros:
Atque ita: non longis opus eſt ambagibus inquit.
Facta puta, quæcunq́ iubes. inamabile regnum
Deſere: teq́ refer cæli melioris ad auras.
Læta redit Iuno, quam cælum intrare parantem
Roratis luſtrauit aquis Thaumantias Iris.



Nec mora Tiſiphone madefactã ſanguine ſumit
Importuna facem: fluidoq́ cruore rubentem
Induitur pallam: tortoq́ incingitur angue:
Egrediturq́ domo, luctus comitatur euntem,
Et pauor, & terror, trepidoq́ inſania uultu.
Limine conſtiterat. poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolii: palloreq́ fores infecit acernas.
Solq́ locum fugit. monſtris exterrita coniunx.
Territus eſt Athamas: tectoq́ exire parabant.
Obſtitit infelix: aditumq́ obſedit Erinnys.
Nexaq́ uipereis diſtendens brachia nodis
Cæſariem excuſſit. motæ ſonuere colubræ.
Parſq́ iacent humeris: pars circum pectora lapſæ
Sibila dant: ſaniemq́ uomũt, linguiſq́ coruſcãt,
Inde duos mediis abrupit crinibus angues:
Peſtiferaq́ manu raptos immiſit. at illi
Inoosq́ ſinus, Athamanteuſq́ pererrant:
Inſpirantq́ graues animos: nec uulnera membris
Vlla ferunt. mens eſt quæ diros ſentiat ictus.
Attulerat ſecum liquidi quoq́ monſtra ueneni
Oris Cerberei ſpumas:& uirus Echidnæ,
Erroreſq́ uagos: cæcæq́ obliuia mentis,
Et ſcelus, & lachrymas, rabiemq́, & cædis amorẽ,
Omnia trita ſimul: quæ ſanguine mixta recenti
Coxerat ære cauo uiridi uerſata cicuta.
Dumq́ pauent illi: uertit furiale uenenum

¶ Infelix: infelices faciens. Sic Virgilius. Sis felix, noſtrumque leues quæcunq́ laborẽ. ¶ Erinnys: Tiſiphone furia. Sunt autem Erynnies deæ infernæ ultrices, cum aliorum ſcelerum, tum impietatis in parentes: dictæ παρὰ τὸ ἐπὶ τῇ ἔρᾳ ναίειν quod in terra habitent hominum facta ſpeculantes. ¶ Saniemq́ uomunt: uenenum ex ore emittunt. ¶ Linguiſque coruſcãt: linguas uibrãt. Eſt enim trifida & longiſſima ſerpentibus lingua: quam tãta celeritate mouent: ut tres habere linguas uideãtur. ¶ Graues animos: difficiles, anxios. ¶ Vulnera: morſus ¶ Diros ictus: graues affectus & perturbatiões. Ictus autem proprie ſcorpionũ dicuntur: quamuis & ſerpentum. ¶ Et uirus Echidnæ: hydræ ſerpentis. Echidna uero latine uipera dicitur. ¶ Erroreſq́ uagos: errandi, uagandiq́ cupiditatem. Proprio autem epitheto uagos errores poeta uocauit. ¶ Cicuta: herba eſt præſentiſſimi ueneni. ¶ Furiale: in furorem agens.

Infelix.

Erinys

Echidna.

Cicuta.

R Aph. ℭ Mouit: in furorem commouit. ℉ Ignes: uenti & facis agitatione cōmotos. ℉ Cōſequit̃ igni. aſſequit̃ ſic, ut cōtinenter igneus orbis uideret̃. ℉ Sic uictrix: uoti cōpos. ℉ Sumptūq; re. an. ſerpētē quo cincta erat Tiſiphone reſoluit. ℉ Furibūdus: furioſus. ℉ Io co. uox eſt & bacchantium & furientiū. ℉ Et parua Clear. Athamas ex Ino Clearchū & Melicertā filios ſuſcepit. Ex Nephele uero Phrixum & Hellen, ut alibi plenius diximus. ℉ Rotat: circunducit. ℉ Rigido ſa. duro & aſpero. ℉ Diſcutit: diſſicit: illidit, diſtinguit q̄ti endo. ℉ Infantia ora: infantis caput. ℉ Sparſi ueneni a Tiſiphōe. ℉ Exululat: clamores horrēdos emittit. ℉ Male ſa. inſana & furioſa. ℉ Euoe Bacche: uox eſt bacchātium [illegible] quæ bene tibi ſignificat. Vnde & ipſe bacch⁹ Euius cognominatur, & Eubius cū aſpiratiōe. nā quēq; alii græcoꝝ [illegible] uocant, Dorienſes loco s literæ aſpiratioñe reponentes [illegible] appellant. ℉ Sonat: clamat. ℉ Hos uſ. hāc utilitatē: ut furias & inſanias. ℉ Imminet: promōtorium deſcribit, unde ſe Ino cum Melicerta filio præcipitauit. Id autem promontoriū moluris petra a Pauſania uocatur. ℉ Summa riget: aſpera & inculta ē. ℉ In apertum æquor: in latum mare. ℉ Occupat: celeriter aſcendit. ℉ Vires inſa. ſe. Parentheſis: qua res uer ſimilis efficitur. ℉ Onuſq; ſuum Melicertam filium: quem fugiens ſecum aſportauerat. ℉ Recanduit: candida & alba facta eſt propter ſpumā, quā concitatū mare emittere ſolet.

Euoe

Euius

Eubius

Cādet. Tāetſi cādere pprie dicatur ferrum ignitum.

Fabulæ. xiii. quarti libri argumentum.

Pectus in amborum: præcordiaq; intima mouit.
Tum face iactata per eundem ſæpius orbem,
Conſequitur motos uelociter ignibus ignes.
Sic uictrix, iuſſiq; potens ad inania magni
Regna redit Ditis: ſumptumq; recingitur anguē.
Protinus Aeolides media furibundus in aula
Clamat Io comites: his retia tendite ſiluis.
Hic modo cū gemina uiſa eſt mihi prole leæna:
Vtq; feræ: ſequitur ueſtigia coniugis amens:
Deq; ſinu matris ridentem, & parua Clearchum
Brachia tendentem rapit: & bis, terq; per auras
More rotat fundæ: rigidoq; infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox. tum denique concita mater,
Seu dolor hoc fecit: ſeu ſparſi cauſa ueneni
Exululat: ſparſiſq; fugit male ſana capillis.
Teq; ferens paruum nudis, Melicerta lacertis,
Euoe Bacche ſonat, Bacchi ſub nomine Iuno
Riſit: & hos uſus præſtet tibi dixit alumnus.
Imminet æquoribus ſcopulus: pars ima cauatur
Fluctibus: & tectas defendit ab imbribus undas,
Summa riget: frontēq; in apertū porrigit æquor.
Occupat hunc (uires inſania fecerat) Ino:
Seq; ſuper pontum nullo tardata timore
Mittit: onuſq; ſuum. percuſſa recanduit unda.
At Venus immeritæ neptis miſerata labores,
Sic patruo blandita ſuo eſt. o numen aquarum,
Proxima cui cælo ceſſit Neptune poteſtas:
Magna quidem poſco: ſed tu miſerere meorum:
Iactari quos cernis in Ionio immenſo:
Et Diis adde tuis, aliqua & mihi gratia pōto eſt:
Si tamen in medio quondam concreta profundo
Spuma fui: gratumq; manet mihi nomē ab illa.
Annuit oranti Neptunus: & abſtulit illis:
Quod mortale fuit: maieſtatemq; uerendam
Impoſuit: nomenq; ſimul, faciemq; nouauit,
Leucotheaq; Deum cum matre Palæmona dixit.
Sidoniæ comites quantum ualuere ſecutæ

Cypriæ. ℉ Proxima: nam Ioui cælum in mūdi diuiſione, Neptuno terra cum mari obtigit. ℉ In Io. im. Ionium mare græciam alluens inter Aegæum & Tyrrhenū pelagus ſitum. Tametſi non deſunt, qui ſcribunt illud cū Adriatico ſinu copulari. Dictū eſt aūt ab Ionio quodā uiro Illyrico: ut ſcribit Theopōpus. Alii uero ab errore Ius in uaccā mutatę Ionium putāt eſſe declinatū. ℉ Eſt aūt ſpōdaicus uerſus, neq; ullius uocalis admittit colliſionem. Hæc rero cōpoſitio maxime implorātū auxiliū ē accōmodata. ℉ Tuis: marinis. ℉ Aliq̄ et mi. hoc ē ego quoq; aliqd grāe in mari hr̄e debeo: cū i mari ex ſpuma ſim nata, indeq; appellata. Obiter aūt Cui. aliā quoq; trāſformationē exponit, nā ſeda Venus (ut dixim⁹) ex maris ſpuma ac ſāguine cæli teſticuloꝝ procreata fingit̃. Saturnus. n. cælo patri iratus falce uirilia abſcidiſſe: eaq; i mare proieciſſe narrat̃: ex quoꝝ ſanguine & maris ſpuma Venus concreta eſſe phibet, unde & Aphrodite [illegible] hoc eſt a ſpuma uocat̃. ℉ Nomēq; ſimul, faciēq; nouauit: hoc ē figurā & nomē In⁹ & Melicertæ cōmutauit. Nā Ino Leucothea græce: latine Matuta fuit appellata. Melicerta uero a græcis Palæmon, a nr̄is Portunus fuit nūcupat⁹. Leucothea uero dicta ē [illegible] hoc eſt a currendo per Leucon cāpū Megaridis, ut Euſtachius in Homerū ait. Myrſin⁹ autē nō ſolū Ino Leucotheā uocat: ſed ēt Nereidas Leucotheas appellat. ℉ Maieſtatēq; ue. Imp. ſignificat illos effectos fuiſſe Deos. Nā maieſtas, q̄ a maioribus dicta eſt pprie eſt Deorum.

Ionium mare.

ueneris origo.

Leucothea. Matuta Palæmon. Portunus.

Maieſtas.

L Actiidus ℭ At Venus &c. Refert quoq; Venerem petiiſſe a Neptuno de Ino & Melicerta: ut in numerum Deorum referat. Significat enim Venus ſe in undis eſſe creatam: quo facilius mouerit Neptunum.

R Aph. ℭ Neptis: Inus, quę Hermiōes filiæ Veneris filia fuit. ℉ Suo pa. Neptuno: q frater eſt Iouis: cuius tertia Ven⁹ eſſe filia dr̄. Quatuor. n. Veneres fuiſſe Cic. in libris de natura Deoꝝ ſcribit: quaꝝ primā, q̄ magna Venus appellat̃. Cæli ac diei filiā fuiſſe. Secūdā ex maris ſpumā natam. Tertiam Iouis & Diones filiā. Quartā Syri &

Veneres quatuor.

Fabulæ. xiiii. quarti libri argumentum.

L Acti. ℭ Sidoniæ &c. Comites Inus, ꝙ deſyderio reginæ affectæ caſum eius mœrentes defleuerant: ob eandē irā Iunonis cum præcipitare ſe deſtinaſſent: ne pari honore a Neptuno excipi poſſent: in ſaxa & aues effecit, ut transfigurarentur.

R Aph. ℭ Sidoniæ comites: matronæ Thebanę Ino fugiētē ſecutæ: cū ex ueſtigiis pcepiſſent eam ſe in mare pcipitaſſe Iunoni inuidiam facere cœperunt. Quare Iuno irata eas partim in ſaxa: partim in aues cōmutauit.

ℭ Primo

Signa pedum:primo uidere nouiſſima ſaxo:
Nec dubium de morte ratæ,Cadmeida palmis
Deplauxere domum:ſciſſis cum ueſte capillis.
Vtq; parum iuſtæ,nimiumq; in pellice ſæuæ
Inuidiam fecere Deæ:conuitia Iuno
Non tulit:& faciam uos ipſas maxima dixit
Sæuitiæ monimenta meæ res dicta ſecuta eſt.
Nam quæ præcipue fuerat pia.perſequar inquit
In freta reginam:ſaltumq; datura,moueri
Haud uſq̃ potuit:ſcopuloq; affixa cohæſit.
Altera dum ſolito tentat plangore ferire
Pectora:tentatos ſenſit riguiſſe lacertos.
Illa manus,ut forte tetenderat in maris undas:
Saxea facta manus in eaſdem porrigit undas.
Huius ut arreptum laniabat uertice crinem:
Duratos ſubito digitos in crine uideres.
Quo quæq; in geſtu deprenſa eſt:hæſit in illo.
Pars uolucres factæ:q̃ nũc quoq; gurgite in illo
Aequora diſtringunt ſummis Cadmeides alis.
Neſcit Agenorides natam,paruumq; nepotem
Aequoris eſſe Deos.luctu,ſerieq; malorum
Victus.& oſtentis,quæ plurima uiderat:exit
Conditor urbe ſua:tanq̃ fortuna locorum,
Non ſua ſe premeret:longiſq; erroribus actus
Contigit Illyricos profuga cum coniuge fines.
Iamq; malis,annisq; graues dum prima retractãt
Facta domus:releguntq; ſuos ſermone labores.
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpens
Cadmus ait fuerat tum:cum Sidone profectus
Vipereos ſparſi per humũ noua ſemina dentes?
Quem ſi cura Deum tam certa uindicat ira:
Ipſe precor ſerpens in longam porrigar aluum:
Dixit:& ut ſerpens in longam tenditur aluum:
Durataq; cuti ſquammas increſcere ſentit:
Nigraq; cæruleis uariari corpora guttis.
In pectus cadit pronus:commixtaq; in unum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.
Brachia iam reſtant.quæ reſtant brachia tendit,
Et lachrymis per adhuc humana fluentibus ora,
Accede o coniunx,accede miſerrima dixit.
Dũq; aliquid ſupereſt de me:me tange:manũq;
Accipe,dũ manus eſt:dũ nõ totũ occupat anguis.
Ille quidem uult plura loqui:ſed lingua repente
In partes eſt fiſſa duas.nec uerba loquenti
Sufficiũt:quotieſq; aliquos parat edere q̃ſtus:

RAph. ¶ Primo ſaxo:in prima promontorii parte. ⁋ Nec dubium de morte ratæ:nam eam mortuam cum filio putauerunt. ⁋ Cadmeida:Cadmeiam.patronymicũ p poſſeſſiuo. ⁋ Deplauxere:defleuerũt,palmis pectora plãgẽtes,atq; percutientes. ⁋ Conuitia:contumelias. ⁋ Monumenta:memoriam. ⁋ Solito plangore:conſueta percuſſione. ⁋ Riguiſſe:duros factos eſſe. ⁋ Hæſit:permanſit. ⁋ Quæ nunc quoq; gurgite in illo:et apinoſis eſt:Gurgitẽ
Gurges enim pro ſinu maris poſuit poeta:gurgites enim fluminum proprie dicuntur.
Comites in ⁋ Diſtringunt:radunt,leuiter attingunt.
in lapides & ⁋ Cadmeides:Thebãę a Cadmo duce ſic dictæ.
Aues

Fabulę.xv.quarti libri argumẽtum,

LActã. ¶ Neſcit Agenorides &c.Cadmus Agenoris filius poſtquã inſpector fuerat ſuarum calamitatum in exitu neptium peroſus Thebarum ſedes,cũ Hermione Martis & Veneris filia coniuge ſua in Illyrios profugit,ibi peracta uenia a Deis in ſpeciem draconis conuertitur:qui initio cauſa malorum ſuorum fuiſſet:uota expleta ſunt:in dracones uerſi ſunt.

RAph. ¶ Neſcit Agenori.Cadmus uariis ſuorum infortuniis uexatus Thebas una cum Hermione uxore dereliquit:ſeq; in Illyrium contulit:ubi cum uxore in ſerpentem fuit conuerſus.Quod quidẽ idcirco fingit:quia Cadmus cum iam eſſet ſenex ab Amphione & Zetho regno pulſus:ſiue(ut alii ſcribunt)quia Linum interfeciſſet profugus ad Illyrios ſe contulit,ut Palæphatus ſcribit:ubi cum Hermione uxore miſerrimam exegit uitam:uerſuſq; in anguem idcirco fingitur una cum uxore q cum ab elegantibus & cultis moribus in barbaros & inconditos declinaſſet. ⁋ Serieque malorum:continuatione infortuniorum. ⁋ Et oſtentis:monſtris. ⁋ Premeret:uexaret. ⁋ Contigit Illyricos fines:in Illyrium peruenit. Eſt autem Illy-
Cadmus cũ uxore in ſerpentes
Illyrius

rium regio Epyro finitima:ab Illyrio polyphemi filio cognominata:ut ſcribit Appianus. ⁋ Graues:pleni,onerati. ⁋ Dum prima retractant:commemorant ſuæ domus primordia. ⁋ Releguntque ſuos ſermone labores:colligunt,in memoriam reducunt. ⁋ Num ſacer ille:dubitat Cadmus an ille ſerpens:quem ad fontem interfecit:alicui Deorum fuerit conſecratus:qui ſibi malorum cauſa fuerit. ⁋ Quem ſi cura Deum uindicat:hoc eſt pro cuius cæde ſi Dii uindictã de me ſumunt:utinam ego quoque ſerpens efficiar:ut ab iſtis liberer malis. Eleganter autem dicimus uindico inimicos,& patris cædem:pro eo quod eſt punio inimicos:& pro cæde patris uindictam ſumo. ⁋ Tam certa ira:ut me tunquam malis uexare ſint ceſſaturi. ⁋ Porrigar:producar:prolonger. ⁋ In longam aluum:in longum uentrẽ. Aluus enim eſt in quam confluunt ſordes. Venter uero dicitur,qui extat & apparet. Iuuenalis. Montani quoque uenter adeſt abdomine tardus. Vterus autem eſt in quo mulieres concipiunt. ⁋ Durataque cuti ſquammas: nam cutis & pellis ſerpẽtum ita ſquammis aſperatur,ut piſcium. ⁋ Cęruleis guttis:maculis ſubuiridibus:qualis eſt maris color. ⁋ Commixtaq; in unum:confuſa in unum. ⁋ Tenuantur:tenuia:ac ſubtilia efficiuntur. ⁋ Tereti:oblongo:atque rotundo. ⁋ Tendit:extendit ad uxorem. ⁋ In partes eſt fiſſa duas:ſerpentes bifidam:ſiue(ut Plinius ait)triſulcam:uidentur habere linguã. ⁋ Nec uerba loquẽti Sufficiunt:nec partes:inquit linguæ ſubminiſtrant uerba cadmo loqui uolenti. Sufficere nanq; hoc loco eſt tranſitiuum:& ſubminiſtrare ſignificat. ⁋ Aliquos queſtus:aliquas querelas. Qua in ſignificatione citra diphthongum ſcribitur. Quæſtus enim cum diphthongo turpe ſignificat lucrũ.
Alũus Venter Vterus Sufficere Queſtus Quæſtus

RAph. ¶ Sibilat:ſibilare uerbum eſt factitiu**ȝ** a uocis ſono de dinatum. Natura autem ſerpentes ſibilant. ⌈ His mon
Mõſtra ſtris:proprie dixit. Nam monſtra ſunt, quæ præter natu ram fiunt, a monẽdo dicta, quaſi monestra, q nos Deo rum uoluntatis admoneãt:ut Pompei⁹ ſcribit. ⌈ Et dũ loquor omnia:ordo eſt & ſenſus. Et ubi ſunt omnia mẽ bra, dum loquor? Mira/ tur enim Hermione:q ni hil membrorum Cadmi uidebat. ⌈ Aderant co/ mites:parentheſis:qua ſi gnificatur comites ſalte**ȝ** interfuiſſe illi transforma tioni. ⌈ Criſtati dracõis: criſtas in capita habẽtis.
Draco Draco autem ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι hoc eſt a uidẽ do dicitur. Eſt enim acutiſſimi uiſus. ⌈ Iun/ ctoq; uolumine: iũcta re uolutione. ⌈ Donec i ap poſiti:donec ſe in conti/ guo nemore occultaue/ runt. ⌈ Appoſiti: iuxta poſiti, ac uicini. ⌈ Nunc quoq; nec fugiunt homi/ nem: anguium deſcribit naturam qui hominẽ nec fugiunt nec offendunt: ſuntq; Aeſculapio ſacri.

Fabulæ xvi. quarti libri argumentum.

LÃctãi ¶ Sed tñ &c. Perſeus Io uis & Danaes filius miſ/ ſus a polydecte ad Me/ duſę caput perferendũ: q aſpectu ſuo oculos in ſili/ cem conuertere ſolebat, Minerua adiutrice euicit propoſitum laborem: & intercepto Phorcidum lu mine:quæ inuicem cuſto dia Gorgonum alebant aſpectum caput Meduſę retulit. E ſanguine aute**ȝ** qui Perſeo per Africam iter faciente ſtillauerat: genus ſerpentum eſt pro creatum. Vtero autem eiuſdem Meduſæ pega/ ſus cum pennis exiit.

RAph. ¶ Sed tamen ambobus: hęc idcirco a poeta narrã tur:ut ordine:quos expo/ ſiturus eſt transfigurationes cum prioribus connectan/ tur. Nam Acriſius rex Argiuorum & orgia bacchi ſper nebat, & Perſeum ſibi nepotem Iouis eſſe filiu**ȝ** nõ cre/ debat. Sic igitur ad Perſei geſta enarrãda deſcẽdit poe/ ta. ⌈ Nepos: Bacchus, qui ex India deuicta glorioſiſſi/ mum reportauerat triumphũ. ⌈ Debellata:bello deui/ cta. ⌈ Achæia:Græcia. Nam Achæia pars eſt Græcię:
Achæia unde Achæi pro Græcis accipiuntur. Sane Achæia cu**ȝ**
Achæi diphthongo a græcis ſcribitur. Sic autem eſſe ſcriben/ dum Achæi inde ducti facile oſtendunt. ⌈ Poſitis tem/ plis:ædificatis. ⌈ Solus Abantiades: Acriſius (ut i libro
Acriſius temporum ſcribit Euſebius) Abantis Argiuorum regis fuit filius, paterq; Danaes: ex qua perſeum Iuppiter ſu

Sibilat. hanc illi uocem natura reliquit,
Nuda manu feriens exclamat pectora cõiunx:
Cadme mane:teque infelix his exue monſtris.
Cadme qd hoc? ubi pes? ubi ſũt hũeriq;, manuſq;?
Et color, & facies? & dum loquor omnia? cur nõ
Me quoq; cæleſtes in eundem uertitis anguem?
Dixerat. ille ſuæ lambebat coniugis ora.
Inq; ſinus charos, ueluti cognoſceret: ibat.
Et dabat amplexus: aſſuetaq; colla petebat.
Quiſquis adeſt (aderant comites) terretur. at illis
Lubrica permulcent criſtati colla draconis.
Et ſubito duo ſunt: iunctoq; uolumine ſerpunt:
Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nũc quoq; nec fugiũt hoiem: nec uulnere lædũt:
Quidq; prius fuerint: placidi meminere dracones.
Sed tamen ambobus uerſæ ſolatia formæ
Magna nepos dederat: quem debellata colebat
India: quem poſitis celebrabat Achæia templis.



Solus Abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt: qui mœnibus arceat urbis
Argolicæ: contraq; deum ferat arma: genuſque

ſcepit. Is a Prœto fratre pulſus regno a Perſeo nepote fuit reſtitutus: a quo tãdẽ inuito cũ diſco luderet, fuit in teremptus. Pherecydes autem narrat (ut ſcribit Apollo nii Argonauticon expoſitor) Acriſio nupſiſſe Eurydicẽ Lacedæmonis filiam: ex qua cũ Danaen ſuſtuliſſet, an marem de illa eſſet ſuſcepturus oraculum interrogauit. Cui Apollo nullum qui/ dem ipſi filium futurum eſſe reſpondit. Fore autẽ ut ab eo quẽ filia genuiſ/ ſet, interficiatur. Domu**ȝ** itaq; reuerſus thalamum æreum in media ædium aula ſub terra fabrican/ dum curauit: in quo Da/ naen cum nutrice inclu/ ſam ita ſeruabat, ne quis ad illam uir ingredi poſ/ ſet. Iuppiter uero puellæ amore captus in auri gut tas cõuerſus ex tecto per impluuiũ defluens a uir/ gine ſinu fuit exceptus. Seipſum autem cum ape ruiſſet puellam compreſ ſit, ex qua perſeus eſt na tus: qui a matre, & nutri/ cedam Acriſio fuit edu catus. Cum uero iam ad tertium, quartumue æta/ tis annum puer perueniſ ſet uocem illius ludentis Acriſi⁹ audiuit. Ad ſe igi tur Danae cum nutrice accerſita, hãc quidem in terimit, Danaen uero cũ puero ad Iouis Ercii arã deducit: ipſamq; ſolus i/ terrogat, unde ſibi puer ſit natus. Illa uero ex Io ue reſpondit. Hoc Acri/ ſius cum adduci nõ poſ/ ſet, ut crederet: i arcam una cũ puero illa**ȝ** inpo ſuit: cunq; ea**ȝ** clauſiſſet i mare proiecit. Ea uero ad Seriphum inſulã de lata, a Dictye periſthẽis filio, qui forte tum piſca/ batur: reti fuit extracta: quam quidem cum prec ib⁹ Danaes aperuiſſet: ac quinã eẽnt reſciuiſſet: ipſos & domũ deducit, & ut cognatos accipit. Dictys. n. atq; Polydectes Andro/ thoes filiæ Caſtoris & periſthenis filii fuerunt. Periſthe nis ãt pr fuit Damaſtor fili⁹ Nauplii: quẽ ex Amymõe ſuſcepit Neptun⁹: ut i primo pherecydes idẽ ſcribit. Cũ uero accepiſſet Acriſius polydecten Seriphi regem cũ ip ſo Gorgonis capite in ſaxum fuiſſe commutatum Argis metu aufugit, ad pelagoſq; Lariſſam puenit. Quod q dem poſtq̃ perſeus cognouit ad illum in patriã deduce dum eſt profectus. Sed cũ in iuuenes quoſdã diſco cer/ tantes incidiſſet, ipſe quoq; diſcu**ȝ** iecit in aerem: qui re ſiliẽs Acriſii pedem ita percuſſit: ut ibi uitam cu**ȝ** morte cõmutarit. Ita fatum uitare nõ potuit. Perſeus uero una cum Lariſſæis ante urbem ipſi ut Heroi ſepulchrũ ma/ gnificum

Abātes gnificūq; erexit. ꝑ Abandades: Abantis filius. Abantes
Abātis quoq; populi ſunt Euboeæ: a quib⁹ etiam Abantis fuit
appellata: ſiue ab Abāte Argei filio, uel Neptūi & Are/
thuſæ. ꝑ Ab origine eadem: quia & ipſe ab Ioue origi
nē ducebat. Nā Belus Iouis fuit filius, is uero pater fuit
Abantis, cuius filium Acriſium fuiſſe diximus.

(ut nōnulli uolūt) Scyllā: quas Pomponius Mela ſcribit
Gorgadas inſulas Aethiopici maris tenuiſſe: unde Gor
gonea uidenť appellatę. Harꝫ natu maxima fuit Medu Gorgo/
ſa: quæ cū quadā die ſola in littore uagareť, a Neptuno nes
fuit adamata, ut eā uel in tēplo Palladis quo cōfugerat
uiolarit. Quare pallas indignata, & crines eius qb⁹ ma/
xime Neptuno placue/
rat: in angues cōuertit: &
effecit ut quoſcūq; aſpe/
xiſſet in lapides comuta/
renť. Hanc uero perſeus
(ut iā diximus) ope palla
dis a qua ſcutū chryſtalli
nū: & Mercurii a quo ta
laria & falcatū enſem ac
ceperat: interemit. Quod
quidē idcirco fictū uideť:
ꝙ perſeus illi⁹ ſuperatæ
opibus pclara multa geſ/
ſit. Nā Atlantē Maurita/ Guttæ
niæ regem: & Africaꝫ: & ſangui/
totā Græciā: partēq; Aſię nis Me
ſubegit. ꝑ Memorabile: duſæ
memoratu dignū. ꝑ Ae/ i ſerpē
ra carpebat tenerū: hoc tes
eſt p aera penetratu faci
lē uolabat. ꝑ Cūq; ſuper
Libycas: guttas ſangui/
nis ex Meduſæ capite ca
dētes in terrā Libyam ua
rios in ſerpētes cōuerſas
fuiſſe narrat poeta. Q d'
ideo fictum uidetur: quia Libya ſerpentibus ueneno
ſis abūdat. ꝑ Gorgōei capitis: Meduſæi. Gorgones.n.
(ut diximꝰ) tres fuere ſorores: quarꝫ Meduſę natu ma/
xiæ a perſeo caput fuit amputatū. ꝑ Colubris: ſpētib⁹.

Non putat eſſe Deū. neq; enim Iouis eē putabat
Perſea: quem pluuio Danae cōceperat auro.
Mox tamen Acriſium (tanta eſt præſentia ueri)
Tam uiolaſſe Deum, q̄ non agnoſſe nepotem:
Pœniret. impoſitus iam cælo eſt alter: & alter
Viperei referens ſpolium memorabile monſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cumq; ſuper Libycas uictor penderet harenas
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ:
Quas hum⁹ excepras uarios animauit i angues:
Vnde frequens illa eſt, infeſtaq; terra colubris.
Inde per immenſum uentis diſcordibus actus
Nunc huc, nunc illuc exemplo nubis aquoſæ
Fertur: & ex alto ſeductas æthere longe
Deſpectat terras: totumq; ſuperuolat orbem.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia uidit:
Sæpe ſub occaſus, ſæpe eſt ablatus in ortus.
Iamq; cadente die ueritus ſe credere nocti
Conſtitit Heſperio regis atlantis in orbe:

RAph. ℭ Neq; n. io. eē. pu. Per
ſea: filiū ſubintelligamus
Perſeus uel genus. perſeus aūt Io
uis ex Danae Acriſii fuit
fili⁹. is cū adoleuiſſet (ut
ſcribit ioannes grammati
c⁹) palladis (ut alii) poly
dectis regis ſeriphi iuſſu
ad Gorgōes debellādas
eſt pfectus ægide a pal/
lade ipſa, ac talaribus, en
ſeq; falcato a Mercurio
acceptis. Meduſæ igiť ca
put amputatū: cū i græciā
referret: ab Atlāte mauri
raniæ rege ab hoſpitio re
pulſus: Gorgonis capite
oſtēſo ipſum in montem
eiuſdē nominis cōmuta/
uit. Andromedā deinde
uirginē Cephei regis ac
caſſiepiæ filiā mōſtro ma
rino crimine matris obie
ctā: ea conditione libera/
uit: ut ſibi uxor traderet.
Sed cū iā nuptias celebra
ret: ac Phineus Cephei frater, cui Andromeda antequā
obiiceretur monſtro, fuerat deſponſata: ſibi eam ut au/
ferre conareť, & multos ex illius ſociis interfecit, & Gor
gonis capite oſtēſo Phineū ipſum cū reliqs in ſaxa con/
uertit. Ac demū in Græciā reuerſus Prœtū Acriſii frēm,
qui regno auū expulerat, in lapidē tranſformauit: Acri
ſiumq; auū i regnū reduxit, ac Polydectē Seriphi regē
una cū multis aliis in ſaxa cōuertit. Ipſe uero in orientē
profectus perſiā, perſaſq; de noīe ſuo appellauit. Tādē
inde reuerſus, cū Acriſiū auū inuitus diſco ludens itere
miſſet: ipſe cū Andromeda uxore ac Cepheo ſocero, &
Caſſiepia ſocru in cęlū fuit trāſlatus, atq; iter. ſydera col
locat⁹. ꝑ Quē plu. Da. cō. au. Danae Acriſii filia, q̄ i tur
ri ita cōcluſa erat a pr̄e: q accepat ſe nepotis manib⁹ pe
Danae riturū: ut nullus uir ad eā accedere poſſet: a Ioue in auri
guttas trāſformato fuit cōpreſſa. Q d cū reſciuiſſet Acri
ſius, ęgre ferēs illā in arca īpoſitā in mare piici iuſſit. Ea
uero arca a Dictye piſcatore Seriphio (ut Stra. narrat)
ad polydectē Seriphi regē fuit delata: q q̄uis Danaē co
geť nō potuerit, ut ſibi nuberet, Perſeū tñ infantē educa
uit. ꝑ Pluuio au. nā Iuppiter in auri guttas cōuerſus in
Danaes gremiū pluiſſe fingiť. ꝑ Tanta eſt p. ue. accla/
matio hæc iterpoſita ſignificat maximā eſſe ueritatis po
tentiā. ꝑ Præſentia: potētia. ꝑ Pœnitet: q a & perſeum
Ioue digna geſſiſſe accipiebat: & Bacchū i numerꝫ Deo
rum iā eſſe relatū uidebat. ꝑ Impoſitus iā cę. ē alter: bac
chus in numerum Deorum relatus. ꝑ Viperei monſtri
ſpo. capitis Meduſæ eſt periphraſis. Nā phorc⁹ Thoſeę
phorc⁹ nymphæ ac Neptūi fili⁹, Corſicęq; & Sardiniæ rex (ut
Varro ſcribit) cū ab Atlāte plio naualí cōmiſſo uict⁹, &
in mari ſubmerſus, Neptuni patris beneficio De⁹ mari
nus eſſet effectus: ex Ceto cōiuge tres ſuſtulit filias exi
mia pulchritudine, Euryalam, Stheno, & Meduſam: &

Fabulæ. xvii. quarti libri argumētum.

ℭ Inde p immēſum &c. Atlas Iapeti & pleiones fili⁹ a LActā.
Themide: q̄ initio antiſtes Deorꝫ erat: reſpōſuꝫ accepit:
ne quē hoſpitio ex pgenie Iouis reciperet: ſi uellet hor/
tū i quo poma aurea erāt cuſtoditū habeť. Quā ob cau/
ſam cū perſeo fatigato ex aſſiduo curſu regeſcēdi hoſpi
tiū negauiſſet: eūq; uiribus propelleret: ille elatū caput
Gorgonis ei obiecit. Q uo uiſo in montem pari nomine
eſt uerſus. Cui i ultimis Africę locis mūdus iniectus ē.
ℭ Inde p imēſuꝫ: p īfinitū ac iane: q ē aer. ꝑ Seductas: RAph.
ſeparas. ꝑ Deſpectat: deorſum ſpectat. ꝑ Totūq; ſup
uolat orbē: hꝭ ſupra totū terrarꝫ orbē ferť. ꝑ Gelidas ar
ctos: gelidos ſeptētriōes: ad quos nūq̄ Sol accedit. ꝑ Iā
q; cadēte die: occidēte Sole. ꝑ Credere: cōmitteř. ꝑ In
Heſpio orbe: i occidētali orbis pte. Nā Heſper⁹ ſtella ē Heſpe
q̄ ueſperi in occidēte apparet: uñ heſperius orbis: & hiſ rus
pania: & Italia iterdū heſperia uocať. Sic āt ocinne igre Heſpe
diť trāſformationē Atlātis regis Mauritāiæ potētiſſimi ria
i mōtē: ad quē cū pueniſſet perſe⁹ rogauit: ut ſe hoſpitio
ſuſcipet: donec illuceſceřt dies. Cęterꝫ atlas oraculo ad
monit⁹: ut ſibi a Iouis filiis caueret: ne regno ab aliquo
eorꝫ priuareť: illū ſupbe admodū repulit. Quare perſe⁹
idignat⁹ capite Meduſæ reuelato eū i mōtē trāſforma/
uit: q cælū ſuſtinere dř. Q d idcirco fictū eē uť: ꝙ perſe⁹
ſupatæ meduſæ opib⁹ fretus Atlātis regnū iuaſit: eūq;
i mōtes fugeř coegit. Cęlū āt hūeris ſuſtieř fingiť atlas:
tū ꝙ (ut ſcri. Plini.) primus oiuꝫ Aſtrologiā iuenit: tū ꝙ
mōs ipe ita ē altus: ut cęlū ꝯtigeř uideať. Sane apd anti Atlātes
quos Atlātes uocabāť ſtatuę: q colūnas hūeris ſuſtiebāt.

R.Aph. ¶ Ignes Auroræ: lumina Auroræ: quæ ſemp ante Solem ferũt. ❡ Curſus diurnos: diei & Solis curſus. Nã Aurora & diẽ, & Solem adducere uidetur. ❡ Iapetionides Atlas fuit: Atlas Iapeti gigãtis & Libyę nymphæ filius fuit: quãq̃ de matre parũ inter ſcriptores conueniat. Alii nãq; dymenes, alii Aſiæ fuiſſe filiũ ferunt. Nos uero Plinium ſequimur: qui eũ Libyę filium ſcribit fuiſſe. uerum alii quoq; fuerũt clari Atlan tes: quoq; unus in Arcadia regnauit pater Maiæ Mercurii matris: alter in Hetruria pater Electræ Coryti uxoris. Iapetionides autẽ nõ a Iapeto: ſed a Iapetione (utroq; n. modo dr) deductũ uidetur. Heſiodus ἀτλαντίωνι δ᾽ ...των περιμήδεα τίκτε... Cõſtat uero hoc nomen ex ſyllabis ſeptẽ: hoc eſt duobus dactylis & ſyllaba. ❡ Vltima tellus: mauritania cũ reliquo occidẽte. ❡ Qui ſolis anhelis: feſſis ac defatigatis. Equi nãq; Solis ab Oceano Atlãtico excipi uidetur. ❡ Vicinia nulla: nulli uicini: in quit: quicq̃ agrorum habebãt: qd exararẽt. Oĩa nanq; ab Atlãte poſſidebãt: p qd ſignificat fuiſſe locupletiſſimus. ❡ Vetuſtæ ſortis: antiq oraculi. ❡ Themis parnaſia: quæ in mõte parnaſo tẽplum hẽbat: ut in primo uidimus. ❡ Hũc titulum: hanc gloriã. Titulus aũt a titãdo dr: q ſua cuiq; geſta: operaq; tituli tuentur. ❡ Pomaria: Hortos arboribus conſitos. quanq̃ pomaria proprie ſint pomorum repoſitoria. poma aurea hæc ab Hercule & ipſo Iouis filio ablata fuiſſe notiſſimũ ẽ. ❡ Ne lõge gloria rerũ: recede: igit: pcul a nõ regno: ne a nobis oppreſſus indicio ſis: & gloriam rerum falſam eẽ: & a Iouis genere lõge abeſſe. ❡ Patem eſſet: ſufficere poſſet. ut. n. Atlas oĩum maximus: ita ualentiſſimus erat. ❡ At qm̃ pu. at qm̃ ingi nſam gloriã paruifacis: accipe munus tibi conueniens.

Iugum

antẽ Atlãtis trãſmutationẽ deſcribit poeta: ut nullã ludicriorẽ admittat enarrationẽ. ❡ Iuga ſunt humeriq;, manuſq;: iugũ nõ tã eſt arduitas mõtis & ſupinitas (ut qdã putant) q̃ ſũma montis ipſius planicies, per quã tranſitus uel hoibus patet. dictũ q: illic mons potiſſimum iũgatur. Nã iugum a iungendo deriuatur: multaq; ſignificat. Et iugũ nanq; illud quo boues iunguntur: & equi iugum uocat: & tranſtrũ appellatur iugum q nauem iungat: & iunctam teneat. ❡ Sic Dii ſtatuiſtis: uoluiſtis. Cur aũt rei rõnem aſſignare non poſſumus ad Deorum potẽtiã referre ſolemus. ❡ Et omne cælum: totum. Omne enim pro toto frequẽter ponitur a poetis.

Fabulæ. xviii. quarti libri argumentum.

¶ Clauſerat &c. perſeus per Aethiopiã iter faciẽs poſtq̃ Andromedem pp ſupbiã matris: q ſe nymphaꝝ pulchritudini prætulerat: ſaxo alligatam ac marinę bellue obiectã uidit: captus ſpecie eius exarſit. pactuſq; a Cepheo & Caſſiopea parentibus uirginis ut ſibi matrimonio eã darẽt: ſi belluã interemiſſet: uotiq; cõpos eſt factus interfecto igit mõſtro cupiẽs requieſcere: caput Gorgonis lædere: uirgulas lectas i littore ſubiecit: & hæc ſuperinduruerunt ita ut adeptis radicibus ſanguinei coloris mari ut arbuſculas naſcerentur: nomẽq; haberent Coralium. LActã

RAph. Aeolus ¶ Clauſerat Hip. Aeolus Hippotæ nepos. Nã Aeolus Iouis fuit filius ex Aceſta Hippotæ Troiani filia. Is idcirco rex uentorum eẽ phibetur (ut ſcri. Varro) cũ apud nouẽ Siciliæ inſulas Italię propinquas Iliacis temporibus regnaret: ex cõſurgẽtibus nebulis ita futuros uentos pdicebat: ut i ſua ptãte eos a rudibus haberi crederet. Pli. it ipſum uẽtorum rationẽ inueniſſe ſcribit. ❡ Aeterno carcere: ſp duraturo.

Exiguamq; petit requiem: dum Lucifer ignes
Euocet Auroræ: curſuſq; Aurora diurnos.
Hic hominum cunctis ingenti corpore præſtans
Iapetionides Atlas fuit. ultima tellus
Rege ſub hoc, & pontus erat: qui Solis anhelis
Aequora ſubdit equis: & feſſos excipit axes.
Mille greges illi, totidem armenta per herbas
Errabant: & humum uicinia nulla premebat.
Arboreæ frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos, ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait perſeus illi, ſeu gloria tangit
Te generis magni: generis mihi Iuppiter auctor:
Siue es mirator rerum: mirabere noſtras.
Hoſpitium, requiemq; peto. memor ille uetuſtæ
Sortis erat. dederat Themis hanc Parnaſia ſortẽ.
Tempus Atla ueniet: tua quo ſpoliabitur auro
Arbor: & hunc prædæ titulum Ioue natus hẽbit.
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas
Montibus: & uaſto dederat ſeruanda draconi:
Arcebatq; ſuis externos finibus omnes.
Huic quoq; uade procul ne longe gloria rerum,
Quas mentiris ait: lõge tibi Iuppiter abſit,
Vimq; minis addit: manibuſq; expellere tentat
Cunctantem: & placidis miſcentem fortia dictis.
Viribus inferior, quis enim par eſſet atlantis
Viribus: at quoniam parui tibi gloria noſtra ẽ:
Accipe munus ait: læuaq; a parte Meduſæ
Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora.
Quãtus erat mons fact⁹ Atlas. nã barba, comæq;
In ſiluas abeunt, iuga ſunt humeriq;, manuſq;.
Quod caput ante fuit: ſũmo ẽ in mõte cacumẽ.
Oſſa lapis fiunt, tum partes altus in omnes
Creuit in immenſum. ſic Dii ſtatuiſtis: & omne
Cum tot ſyderibus cælum requieuit in illo.
Clauſerat Hippotades æterno carcere uentos:
Admonitorq; operum cælo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat. pennis ligat ille reſumptis
Parte ab utraq; pedes: teloq; accingitur unco:
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Gentibus innumeris circumq;, infraq; relictis

Titul⁹ · Poma ria · Atlas i montẽ · Patem eſſe

❡ Ipſe retrouerſus: caute ne & ipſe in ſaxum conuerteretur. ❡ Protulit: extulit, & oñdit Atlãti. ❡ Squallẽtia ora: liuidã & palleſcentẽ Meduſæ faciẽ. ❡ Quãtus erat mõs factus Atlas: tãtus ſubaudiatur: ut ſit ordo & ſenſus. At las factus fuit tantus mõs quãtus uir erat. Tam apertero. ❡ Admonitorq; operum: qui hoies operum ſuorum admonet. Nã oriente Lucifero (qui a ferenda luce a grçcis quoq; φωσφόρος uocatur) fere quiſq; ad opa ſua & artes exercẽdas ſurgere ſolet. ❡ Pẽnis re. talaribus, q̃ p noctẽ depoſuerat: iterum aſſumptis. ❡ Telo un. enſe falcato.

¶ Cepheia

Aethiopum populos, Cepheiaq; conſpicit arua,
Illic immeritam maternæ pendere linguæ
Andromedam pœnas iniuſtus iuſſerat Hammō.
Quam ſimul ad duras religatam brachia cautes
Vidit Abantiades: niſi q leuis aura capillos
Mouerat: & tepido manabant lumina fletu:
Marmoreum ratus eſſet opus. trahit inſci9 ignes:
Et ſtupet: & uiſæ correptus imagine formæ
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pennas.
Vt ſtetit: o dixit non iſtis digna cathenis,
Sed quibus inter ſe cupidi iunguntur amantes,
Pande requirenti nomen terræq;, tuumq;,
Et cur uincla geras. primo ſilet illa: nec audet
Appellare uirum uirgo, manibuſq; modeſtos
Cælaſſet uultus, ſi non religata fuiſſet.
Lumina, quod potuit: lachrymis īpleuit obortis.
Sæpius inſtanti, ſua ne delicta fateri
Nolle uideretur: nomen terræq;, ſuumq;:
Quantaq; maternæ fuerit fiducia formæ
Indicat: & nondum memoratis omnibus unda
Inſonuit: ueniensq; immenſo bellua ponto
Eminet: & latum ſub pectore poſſidet æquor.
Conclamat uirgo. genitor lugubris, & una
Mater adeſt: ambo miſeri, ſed iuſtius illa.
Nec ſecum auxilium, ſed dignos tempore fletus,
Plāgoremq; ferūt: uinctoq; in corpore adhærēt,
Tum ſic hoſpes ait: lachrymarum longa manere
Tēpora uos poterūt. ad opē breuis hora ferēdā ē,
Hanc ego ſi peterem perſeus Ioue natus, & illa,
Quam clauſam impleuit fœcūdo Iuppiter auro:
Gorgonis anguicomæ perſeus ſuperator, & alis
Aethereas auſus iactatis ire per auras:
Præferrer cunctis certe gener. addere tantis
Dotibus, & meritū (faueant modo numina) tēto.
Vt mea ſit ſeruata mea uirtute paciſcor.
Accipiunt legem. quis enim dubitaret? & orant:
Promittuntq; ſuper regnum dotale parentes.
Ecce uelut nauis præfixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenum ſudantibus acta lacertis:
Sic fera dimotis impulſu pectoris undis
Tantum aberat ſcopulis: quantū balearica torto
Funda poteſt plumbo medii tranſmittere cæli.

RAph. Cephe us ℂ Cepheia arua: Cephei regna. Cephe9 enim (ut ex ſētētia Eurypidis ſcribit Iginus) Phœnicis fuit fili9, rexq; Aethiopū, & Caſſiepes maritus, ac Andromedæ pater: qui Andromedā filiam propter uxoris ſuperbiā mōſtro marino obiicere fuerat coactus. Cum. n. Caſſiepe mater ſe Nereidibus pulchriorem eſſe iactaret: precib9 ipſarū motus Neptunus belluam marinam immiſit, quæ Aethiopiā uaſtaret. Quare conſultus Iuppiter Hāmon: qua ratione Nereides placari poſſēt: reſpōdit Cephei, Caſſiepeſq; progeniem monſtro eſſe obiiciendā. Andromedam igitur cū ad ſcopulum religatā Perſeus uidiſſet: ea conditione ſe illam liberaturum pactus eſt: ut ſibi uxor permitteret. Cæterum Phineus Cephei frater: cui anteq̄ mōſtro exponeret: Andromeda fuerat deſpōſata: cum ui eam Perſeo eripere conaret: multis interfectis: reliquos in ſe ruētes perſeus ipſe Meduſæ capite detecto in lapides cōmutauit. ℂ Maternæ ling. nam Caſſiepe de pulchritudine cū Nereidibus contendere fuerat auſa. ℂ Iniuſtus Hā. iniquus Iuppiter ī ea ſententia ferēda. Neq; enim iuſtum eſt: ut filii pro parentibus pœnas pendāt.

Hāmō

Hammon autem harenarius interpretatur. Nā in Libyç harenis templo celeberrimo ſub imagine arietis Iuppiter colebatur. Quanq̄ ſcribat Dio. ex quorundam ſentētiis Hammonem Libyæ regem fuiſſe: uxoremq; cepiſſe Rheam Cæli filiā, Saturni, aliorumq; Titanū ſororē. ℂ Ad du. cau. ad aſperos ſcopulos. cautes autem dicimus o in au diphthongum ſoluta.

Andromedæ liberatio

ℂ Abantiades: Abātis nepos perſeus. ℂ Tepido fletu: tepidis lachrymis. ℂ Manabant: ſtillabant. ℂ Marmoreū opus: marmoreā ſtatuā. ℂ Trahit inſci. ign. hoc eſt ignarus qucquā eſſe amore ipſius carpit. ℂ Quatere: mouere, excutere. ℂ Iſtis cathenis: iſtis uinculis ferreis. ℂ Sed quibus inter ſe: ſed uinculis mutui amoris. ℂ Pāde: dic, & manifeſta. ℂ Terræq;: urbis & patriæ. Sic Virg. Nūc ſtant ſine nomine terræ. ℂ Requirenti: mihi rogāti. ℂ Primo ſil. ul. decorū pbæ pudicæq; mulieris ſeruat poeta: q̄ loq cū uiro pudet: t. ℂ Appellare ui. loq cū uiro. ℂ Virgo: cauſa eſt, cur uirū alloq nō auderet, uirgo nāq; erat. ℂ Eminet: extat, alta ē. ℂ Et la. ſub pe. poſſidet æquor: emphaſis ē: qua belluæ magnitudo monſtratur. Quæ enim latum æquor belluæ pectore premebat: niſi maxima eſſe non poterat. Sic Virgilius equi Palladiei magnitudinem oſtendit: cum inquit: Demiſſum lapſi per funem. ℂ Genitor lugubris: pullis ueſtibus indut9. ℂ Victoque in corpore adhærent: hoc ē ligatā Andromedam cōplectūt. ℂ Manere: expectare. ℂ Ad opem ferendam: ad auxilium Andromedæ ferendum. ℂ Hanc ego ſi peterem: merito perſeus dotes ſuas & uirtutes & facta apud ignotos exponit: quo facilius id qd̄ cupit: accipiat. ℂ Et meritū: etiam beneficium. ℂ Faueant modo numina: dū modo Dii mihi ſint auxilio. ℂ Paciſcor: in pactionem deduco. ℂ Vt mea ſit: uxor ſubaudiat. ℂ Accipiunt legem: conditionem quam ipſis tulerat perſeus: ut ſua eſſet: ſi ipſam ſua uirtute ſeruaſſet. ℂ Quis enim dubitaret? parentheſis cum interrogatione cauſam continēs cur Andromedç parētes acceperint latam cōditionem. ℂ Et orant: promittuntq; ſuper: ordo eſt & ſenſus. Et inſuper Andromedæ parentes rogāt: ut filiā ſeruare uelit: regnūque ſuum illi in dotē promittunt. ℂ Ecce uelut nauis: hac ſimilitudine & magnitudo & impetus belluæ illius marinæ declaratur. ℂ Nauis roſtro præfixo: nauis roſtrata. ℂ Concita: concitata in curſu. ℂ Acta: impulſa. ℂ Sulcat aquas: diuidit ac ſeparat aquas. ℂ Iuuenum ſudantibus lacertis: hypallage eſt. Nam ſudātium iuuenum lacertis impelluntur triremes.

Lugubris

ℂ Quantum balearica torto: tantum inquit bellua diſtabat a ſcopulis: quantum ſpacii pila plumbea funda emiſſa pertranſire poſſet. ℂ Medii cæli: medii aeris.

Cum ſubitô iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit:& in æquore ſummo
Vmbra uiri uiſa eſt.uiſam fera ſæuit in umbram.
Vtq; Iouis præpes uacuo cum uidit in aruo
Præbentem Phœbo liuentia terga draconem
Occupat aduerſum:neu ſæua retorqueat ora:
Squammigeris auidos figit ceruicibus ungues:
Sic celeri miſſo præceps per inane uolatu
Terga feræ preſſit:dextroq; frementis in harmo
Inachides ferrum curuo tenus abdidit hamo.
Vulnere læſa graui modo ſe ſublimis in auras
Attollit:modo ſubit aquas:modo more ferocis
Verſat apri:quem turba canū circumſona terret.
Ille auidos morſus uelocibus effugit alis:
Quaq; patent nūc terga cauis ſup obſita cōchis:
Nunc laterum coſtas,nunc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem:falcato uulnerat enſe.
Bellua puniceo mixtos cum ſanguine fluctus
Ore uomit.maduere graues aſpergine pennæ.
Nec bibulis ultra perſeus talaribus auſus
Credere,conſpexit ſcopulum:qui uertice ſummo
Stantib⁹ extat aquis:operitur ab æquore moto.
Nixus eo,rupiſq; tenens iuga prima ſiniſtra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſus,clamor,ſuperaſq; Deorum
Impleuere domos.gaudent,generūq; ſalutant:
Auxiliumq; domus,ſeruatoremq; fatentur
Caſſiepe:Cepheuſq; pater.reſoluta cathenis
Incedit uirgo pretiumq;,& cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta uictrices abluit unda.
Anguiferumq; caput dura ne lædat harena:
Mollit humum foliis:nataſq; ſub æquore uirgas
Sternit:& imponit phorcynidos ora Meduſæ.
Virga recens,bibulaq; etiam nunc uiua medulla
Vim rapuit monſtri:tactuq; induruit huius:
Percepitq; nouum ramis,& fronde rigorem.
At pelagi nymphæ factum mirabile tentant
Pluribus in uirgis:& idem contingere gaudent:
Seminaq; ex illis ut erant iactata per undas,
Nunc quoq; coraliis eadem natura remanſit:
Duriciem tacto capiant ut ab aere:quodq;

[R Aph.] ¶ Pedibus tellure repulſa:geſtum exprimit ei⁹,qui ſe e terra in aerem tollere uelit.Sic pauloante de Pallade dixit:Et ipreſſa tellurē reppulit haſta. ¶ At du⁹:altus. ¶ Vtq; Iouis præp.pulchra ſimilitudine poeta oſtēdit quanta agilitate monſtrū illud marinū perſeus oppreſſerit. ¶ Præpes:ales.eſt āt aquilæ periphraſis,q̄ ſerpētib⁹ maxime infeſta ē. Præpetes uero maiores dicūtur [Præpetes aues] aues:quarū ex uolatu augria colligunt. ¶ Vacuo aruo:ſegetibus carēte. legit ēt harmo forſitan melius. ¶ Liuentia:pallētia & nigra. ¶ Occupat:corripit. ¶ Auidos ungues: hypallage eſt.Ipſe nanq; al·s auidus intelligitur. ¶ Squammigeris ceruicibus:in ceruices ſquāmoſas. ¶ Miſſo:emiſſo,effecto. ¶ Per inane:p aerē, [Inane] qd inane dr:quia uacuus eſſe uidetur. ¶ Frementis: ore ſtrepentis,& furentis belluæ: ¶ Inachides:Perſeus Argiuus.Inachidæ [Inachidæ] nanq; Argiui dr̄ ab Inachoq; primus apud Argos regnauit,ac fluuium Achaiæ Inachum de ſuo noie appellauit. ¶ Curuo ten⁹ hamo:uſq; ad capulū:cui ferrū recuruū ſolet appōi. ¶ Circūſōa:circū latrans. ¶ Ille: Perſe⁹. ¶ Auidos morſus:hypallage poetę familiaris.auidæ nāq; belluę morſus itelligunt. ¶ Sup obſitat deſup tecta atq; coopertą conchis:& oſtreorū teſtis.Balenarū enim tergoribus cōchæ,oſtreaq; adhærere ſolent. ¶ Falcato [Falcat⁹] enſe:recuruo ac falci ſimili.Eſt.n. nomē participio ſimile falcatus. ¶ Bellua puniceo:quāta fuerit hęc bellua facile ex fluctibus quos ore euomebat colligere poſſumus. ¶ Maduere graues aſpergine pennæ:hoc eſt pennę alarum Perſei & madidæ & graues reſpſiōe fluctuū, [Virgul ta i cora lia] quos euomebat bellua, ſunt effectæ. ¶ Nec bibulis: multum humoris & aquæ attrahētibus.Bibuli [Bibulul] nanq; dr̄:qui multum [Extare] ac potius nimiū bibunt. ¶ Vltra:ulterius. ¶ Credere:confidere. ¶ Stantibus aquis:quieſcēte mari. ¶ Extat.eminet,extra ſtat, & apparet:unde etiam extare libri dr̄ qui inueniūtur. ¶ Nix⁹ eo:cū inquit in uertiçe illius ſcopuli pedes firmaſſet:ſæpius illa belluæ enſe tranſegit. ¶ Littora cū plauſus,clamor:hoc eſt plauſus & clamor.Eſt aūt figurata oratio. ¶ Superas Deorū domos:periphraſis eſt cæli. Hac aūt hyperbole magnitudo clamoris,plauſuſq; ſignificatur. ¶ Caſſiepeq; & Caſſiepeia dicit. Hui⁹ ſane nois tertia [caſſiepe] ſyllaba apud gręcos e litera ſcribitur:quāuis apud latinos o uocalē minus recte habeat.Quæ aūt de Andromedæ uinculi· dicta ſūt·apud Ioppē paleſtinæ urbem a quibuſdā ante diluuiū(ut Mela narrat)geſta eſſe feruntur. ¶ Mollit humum foliis:narraturus quemadmodū uirgæ in mari naſcētes in corallia fuerunt cōuerſæ:fingit eas a perſeo Meduſæ capiti ſubiectas induruiſſe, lapidiſque figurā contraxiſſe:qd quidē Nereides admiratæ multa & ipſæ uirgulta capiti Meduſæ ſubiecerunt:atq; in mare diſiecerunt:quæ quādiu aqua tegunt mollia ſunt, extracta ad aerē ſtatīq; rigeſcūt.Quare quidā corallium Gorgoniam uocant (ut Plinius ait) q extractum e mari in duriciem lapidis mutetur,tanquā uiſo Gorgonis capite. ¶ Phorcynidos meduſę: Phorci filiæ, ut diximus. Phorcus ſane apud Græcos phorcys, phorcyos, & phorcynos declinatur. Vñ phorcynis patronymicū fœmininū ē deriua- [Phorcynis] tū. ¶ Virga re.cū ęquare uirga facile in coraliū fuit trāſmutata:nam & recēter euulſa & hūida erat. ¶ Bibula me.hūida:nondum.n.erat ſicca. ¶ Vim ra.mon.effectum capitis Meduſæ cōtraxit:a quo & cōſpecta & tacta in lapides cōuertebāt. ¶ Percepit:accepit. ¶ Nouum rigorem:inuſitatam duriciē.Antea nanq; ſub aq̄ mollis erat.Quod quidē idcirco fingit:quia corallia ſub aqua mollia ſunt: extracta uero dureſcunt. ¶ At pelagi nymphę:Nereides. ¶ Tētāt:experiūtur. ¶ Et idē contingere gaudēt:hoc eſt lætant cū uident uirgul:a in lapidis modum dura fieri. ¶ Nunc quoq; coraliis:coralium(ut ſcribit Plinius) quidam Pyriten lapidē uocāt:quoniam ſit plurimus ignis illi. ¶ Ab aere tacto:ad aerem enim educta lapideſcunt.

¶ Vimen:

RAph. Vimen Saxum Lapis LActū

¶ Vimē:uirga mollis & flexibilis. ⁋ Saxū:p lapide ſaxum eſt poſitum. Saxa nanq; grandiores lapides dn̄r.

Fabulæ.xix.quarti libri argumētum.

¶ Diis trib⁹ &c. Meduſa Gorgo cū ppter pulchritudi nē a pluribus peteret̄ cōiugiū Neptuni effugere non potuit. Quæ cp in tēplo Mineruæ cū eo cōcubuit ppter re ligionē loci, quā obtrinerat: crines eius in ſerpentes ab eadē Dea ſunt mutati, ut quæ petita initio a plurimis pcis eſſet ob iecta deformitate obuios in fugā uerteret i quos ſerpētes in ægide portat Pallas: ut hoſtes terreat.

Vimen in æquore erat: fiat ſuper æquora ſaxū.
Diis tribus ille focos totidem de ceſpite ponit.
Læuum Mercurio, dextrum tibi Bellica uirgo.
Ara Iouis media eſt. mactatur uacca Mineruæ.
Alipedi uitulus, taurus tibi ſumme Deorum.
Protinus Andromeden, & tanti præmia facti
Indotata rapit. tædas Hymenæus, amorq;
Præcipiunt. largis ſatiantur odoribus ignes:
Sertaq; dependent tectis: & ubiq;, lyræq;
Tibiaq;, & cantus animi felicia læti
Argumenta ſonant. reſeratis aurea ualuis
Atria tota patent: pulchroq; inſtructa paratu
Cephenī proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtq̄ epulis functi generoſi munere Bacchi
Diffudere animos: cultuſq;, genuſq; locorum
Quærit Abantiades: quærenti protinus unus
Narrat Lyncides: moreſq;, habitumq; uirorum.
Quæ ſimul edocuit: nunc o fortiſſime dixit
Fare precor perſeu quanta uirtute, quibuſq;
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat Abantiades gelido ſub Atlante iacentem
Eſſe locum ſolidæ tutum munimine molis:
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas unius ſortitas luminis uſum.
Id ſe ſollerti, furtim dum traditur: aſtu
Suppoſita cœpiſſe manu: perq; abdita longe
Deuiaq;, & ſiluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſimq; per agros,
Perq; uias uidiſſe hominū ſimulachra, ferarūq;
In ſilicem ex ipſis uiſa conuerſa Meduſa.
Se tamen horrendæ clypei, quam læua gerebat,
Aere repercuſſo formam aſpexiſſe Meduſæ.
Dumq; grauis ſomnus colubros, ipſamq; tenebat:
Eripuiſſe caput collo: pennisq; fugacem
Pegaſon, & fratrem matris de ſanguine natos.
Addidit & longi non falſa pericula curſus:
Quæ freta, quas terras ſub ſe uidiſſet ab alto,
Et quæ iactatis tetigiſſet ſydera pennis.
Ante expectatum tacuit. tamen excipit unus
Ex numero procerum quærens cur una ſororum
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.

RAph. ¶ Diis tri. ille fo. Perſe⁹ ob monſtrū illud marinū debellatū Diis grās agere, ac ſacrificare decreuit. Ac primū tres aras trib⁹ Diis, Mineruę, Mercurio ac Ioui ex ceſpitibus i littore extruxit. deinde uaccā Mineruæ, uitulū Mercurio, taurū Ioui immolauit. ⁋ Alipedi: Mercurio alas in pedibus hn̄ti, ut q & uelociſſim⁹ ſit planetarū, & cui talaribus alatis pigat.

Alipes

⁋ Indotata: ualde dotata. In nanque ꝑpoſitio cum īterdū hēt intentiuā. Andromedā .n. accepit Perſe⁹ cū Aethiopiæ regno p dote. ⁋ Tædas Hy. amorq; Præ. amorique & Hymenæ⁹ nuptias Perſeo ſuadēt. A pte nāq; totū itelligimus, faces eni quæ fere ex tædis conficiuntur nouis nuptis ad maritos ſe cōferentibus, quoq; præferebant. Quare & nuptiarū apparatū deſcribit, & q̄cūq; in nuptiis fieri cōſueuere. Hymenęum āt Deū fuiſſe: q i celebrādis nuptiis iuocabat, nemo eſt fere q ignoret.

Meduſæ cædes

Hymenæus

⁋ Præcipiūt: ſuadēt atq; imperāt. ⁋ Largi: odoribus: copioſis thuribus ac aliis (ut ita dicam) odoramētis. ⁋ Sertaq;: coronę, a ſerēdis floribus appellatæ. ⁋ Argumēta: ſigna, i dicia. ⁋ Reſeratis ualuis, apertis foribus. ⁋ Aurea atria: aurata, auro ornata. Aureum .n. dr̄, qđ totū ex auro ē. ⁋ Cephenī proceres: Cephei primates & principes. Nā a Cepheo Cephen⁹ & Cepheius deriuat̄: & Cepheida terrā Nicāder Aethiopiā uocat. ⁋ Ineunt cōui. uadunt ad conuiuia. ⁋ Generoſi Bac. nobilis & optimi uini. ⁋ Diffudeř: ex hilarauere, lætificauere. Vinū .n. generoſum ai utres excitat, corq; lætū reddit. ⁋ Cultuſq;, genuſq; locorū: mores & ppſos locorū. ⁋ Quęrit: rogat, & ſciatur: ⁋ Lyncides: aui Lyncei fili⁹: aut certe pprīū ē nom. ⁋ Moreſq;: ad cult⁹. ⁋ Habitūq;: ad gen⁹ refert̄. Habitū p habitatiōe poſuiſſe poeta uř. Nā a qbus ppl'is il'a loca habitarent, expoſuit Lyncides.

Serta

Aureū

Auratū

Diffundere

⁋ Abſtuleris: reciderīs. ⁋ Crinita dra. ora. h̄ ē caput Meduſę p crinib⁹ habēs dracōes, atq; ſpētes. ⁋ Loci iacētem: planū & ſpacioſū cāpū. ⁋ Solidę molis: ſolidi muri atq; circuit⁹. ⁋ Geminas ſo. nō duas ſʒ ſiles. Tres .n. fuerūt ut diximus. ⁋ Phorcydas: Phorci filias i q̄ & phorcynides dn̄r: ut paulo ante diximus. ⁋ Vni⁹ lu. ſolius oculi. ⁋ Id ſe ſollerti: narrat ſe illđ unū lumē pcīda aſtutia rapuiſſe: dū p uices ab altera alteri traderet̄. ⁋ Fragoſis: fragore ac ſtrepitu reſonātib⁹. ⁋ Ex ipſis: hoib⁹ & feris. ⁋ Se tñ ho. tacitę rn̄det obiectiōni. Poſſet .n. qs dicere: qua rōne tu o perſeu uiſa meduſa i lapidē nō fuiſti cuerſus, cp inqt p clypeū criſtallinū illā dormientē aſpexi, atq; obtrūcaui. Se aūt eſt legēdū: nō ſed, ut fere i exēplarib⁹ ē deprauatū. ⁋ Aere repcuſſo: pars clypei tranſlucidū. ⁋ Eripuiſſe: trūcaſſe: recidiſſe. ⁋ Pēniſq; fugacē Pegaſon & fratrē: Pegaſus equus alatus: & Chryſaor enſem aureū i manu tenens: finguntr̄ ex collo Meduſæ reciſo capite ſtatim exiliiſſe. Quāuis Aratus dicat pegaſuʒ Neptuni & Meduſæ filiū fuiſſe. Chryſaora ergo fratreʒ pegaſi uocat poeta: quāuis in exemplaribus fratres plurali numero corrupte legatur. Niſi fratres forte accipiamus ſerpētes ex Meduſæ ſanguine ortos: ita nāq; frēs recte legeret̄. ⁋ Lōgi cu. ſpatioſi uolatus. ⁋ Ab alto: ab aere. ⁋ Pēnis: alis, quæ ex pennis conſtant. ⁋ Ante expecta. ta. narrationi antequam putaretur: finem impoſuit. per quod ſignificatur gratiſſimam omnibus conuiuis fuiſſe Perſei orationem. ⁋ Vna ſororū: cur meduſa ſola ex Gorgonibus immixtos capillis habuerit ſerpentes.

Andromedæ nuptiæ

Fragoſus

Chryſaor

Pegaſus e ſāguine Meduſæ

RAph. ¶ Scitaris: rogas: ut ſcias. ¶ Digna relatu: digna quę te ferantur, atq; commemorentur. ¶ Accipe: audis cognoſce. ¶ Quæ ſiti: rei quæſitę & rogatæ. ¶ Spes inuidioſa: Inuidiæ plena. ¶ Multorum procorum: amatorum: qui illam uxorem petebant. ¶ Cōſpectior: pulchrior. Capillos enim pulcherrimos habuit. ¶ Inueni q ſe uidiſſe referrēt: hoc eſt audiui hoc ex iis qui aiebant ſe Meduſam uidiſſe: antequā a Neptuno uitiata foret. ¶ Auerſa eſt: ſe auertit pallas: ne uideret Neptunum cum Meduſa coeūtē. ¶ Et caſtos ægide uultus: Aegis thorax eſt: & Aegis

Hoſpes ait, quoniam ſcitaris digna relatu:
Accipe quæſiti cauſam. clariſſima forma,
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa, nec in tota conſpectior ulla capillis
Pars fuit. inueni: qui ſe uidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo uitiaſſe Mineruæ
Dicitur. auerſa eſt: & caſtos ægide uultus
Nata Iouis texit. neue hoc impune fuiſſet:
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.
Nūc quoq; ut attōitos formidine terreat hoſtes:
Pectore in aduerſo quos fecit: ſuſtinet angues.

ſcutum Palladis dicta non [illegible] ut quidā putarunt: ſed [illegible] quod eſt in ruo: & impetum facio: q illa munita pallas in hoſtes impetum faciat. Nām cum alii poetæ: tum Virgilius iratæ palladi ægida attribuunt. Aegidaq; horriferam tur batæ palladis arma. ¶ Gorgoneū crinem: Meduſę capillos. ¶ In turpes hydros: i tetros ſerpentes. Hydri autem aquarum ſerpentes Hydri dicunt [illegible] hoc eſt ab aqua. ¶ Nunc quoque: pallas inquit ad terrendos hoſtium animos caput meduſæ cum ſerpentibus in ægida ſuā tranſtulit. Medusæ capilli in ſerpentes

Fabulæ primæ quinti libri argumentum.

LActā. ¶ Dumq; ea Cephenum &c. Andromedā Cephei & Caſſiopes filiam in Aethiopia expoſitā belluæ marinę Perſeus Iouis & Danaes fili⁹ Meduſæ Gorgonis caput ferens pacīſcitur cōiugem ſi eā periculo liberaſſet. Cauſa autem proſtituēdæ extiterat ob Nereidum irā: quarum pulchritudini ſe mater prætulerat. perfecto igit a perſeo pollicito cū fides promiſſa a cepheo eſſet præſtita: & nuptiarū cōiugalium epulis regalibus principes intereſſent: phineus Cephei frater: cui Andromeda deſpōſata fuerat: contumeliam ſibi exiſtimās grauiſſimam iniunctam: q aduenæ cōſanguineus poſt poſitus eſſet: ueſcentium animos pugna confudit. Et cum rea miſerabilis dimicātium agerettur in regia: ac multi ex utraq; pte armis: qbus caſus obtuliſſet: cecidiſſent: nouiſſime perſeus pertimens multitudinem aduerſarioꝶ imperauit: ut diſcederēt ex conſpectu ſui: caputque Gorgonis extulit: quo uiſo phineus cū auxiliantibus diriguit in ſaxū. Nomina aūt eoꝶ ſunt: Theſſalus: Ampix: Nile⁹. Acōteus aūt perſei miles dū proſpicit dimicans ꝑim prudē tiam aſpectū Gorgonis faciem proindein lapidem ceſſit. Itē Aſtyages. Rhœt⁹. Ind⁹. Atys. phorbas. Amphimedon. Actorides Erithus. polimedon. Abaris. Lycetus. Helice. phlegias. Clyt⁹. Idas. Clymenus. Protenor. Hypſeus. Lyncides. Emathiō. Cromis. Broteas. Ammō. Alphit⁹. Iapetides. petalus. Lycormas. Pelates. Corit⁹. Abas. Menale⁹. Dorilas. Halcyone⁹. Clytius. Dan⁹. Aethion. Agyrtes. Molphe⁹. Ethemō. Itē in lapides Theſſalus. Ampix. Lyncides. Nileus. Eryx. Nouiſſime phineus & ipſe cum ſuis ſociis diriguit in ſaxum.

Tumultus magni deſcriptio

¶ RAPHAELIS Regii in quintum Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



Vmque ea Cephenum. RAph. Ita hunc librum cū ſuperiore poeta connectit: ut res e re naſci: narratioq; continuari uideatur. Primū aūt tumultū iniquiſſime a phineo Cephei fratre: cui Andromeda priuſq̄ belluę obiiceretur: deſpōſata fuerat: excitatū deſcribit. Deide ei⁹ cū ſociis in lapides mutationē. ¶ Cephenum medio agmine: i medio coetu Cephenū. Cephenū ꝗ populi ſunt Aethiopiæ a Cepheo denoīati: ut & paulo āte diximus. Cephenes aūt ſuci & ueſpæ dicunt. Cepheni Cephenes ¶ Danaeius heros: perſeus Danaę filius. Eſt aūt poſſeſſiuū nomē quatuor ſyllabarū nō quatuor: ut quidā legunt. ¶ Nec coniugalia feſta: nuptialia. Non erat inqt clamor nuptiis cōuenientis: ſed bello & pugnæ. ¶ Aſſimulare: cōparare ac ſilia putare: Sane ſimulare dicimus & aſſimulare: nō aūt ſimilare: ut quidā indocti ꝓpiūt. Aſſimulare ¶ Exaſperat: aſperū & tempeſtuoſum reddit.

P. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber qnt⁹.

Vmq; ea Cephenū medio Danaei⁹ heros
Agmine cōmemorat: fremitu regalia turbę
Atria complētur: nec coniugalia feſta
Qui canat, ē clamor: ſz q fera nūciet arma.
Inq; repētinos cōuiuia uerſa tumultus
Aſſimulare freto poſſis: quod ſæua quietum
Ventorum rabies motis exaſperat undis.

¶ Primus in

Aph. Phinei duo

¶ Primus in his phineus: duo a poetis phinei celebrantur, Cephei frater: & qui Argonautas hoſpitio ſuſcepit de quo in ſeptimo libro meminit poeta. ¶ Auctor: excitator. ¶ En ait, en adſum: En aduerbium fere affectui & indignationi ſeruit, quæ ex illa conduplicatione magis magiſque declaratur. ¶ Pennæ: talaria. ¶ Falſum aurum: ſimulatum, non uerum.

pulatur, quamuis ſine illa integer ſenſus habeatur. ¶ Leuabere: leuior fies, a dolore ſubintelligat. ¶ Scilicet haud ſatis: Ironia qua phineo inſultat frater Cepheus. Cum enim & patruus & ſponſus eſſet Andromedæ aliquid certe auxilii afferre debebat: cum uero nihil prorſus tulerit impudentiſſime eam repetit, quã tutari nõ eſt auſus.

Primus in his Phineus belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens æratæ cuſpidis haſtam
En ait, en adſum præreptæ coniugis ultor.
Nec mihi te pennæ, nec falſum uerſus in aurum
Iuppiter eripiet. conanti mittere Cepheus
Quid facis exclamat? quæ te germane furentem
Mens agit in facinus? meritis ne hæc gratia tãtis
Redditur? hac uitam ſeruatæ dote rependis?
Quam tibi nõ perſeus, uerum ſi quæris: ademit:
Sed graue Nereidũ numẽ: ſed corniger Hammõ:
Sed quæ uiſceribus ueniebat bellua ponti
Exſaturanda meis. illo tibi tempore rapta eſt:
Quo peritura fuit. niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis ut pereat: luctuq; leuabere noſtro.
Scilicet haud ſatis eſt: q te ſpectante reuincta eſt,
Et nullam q opem patruus, ſponſuſue tuliſti:
Inſuper a quoq̃ q ſit ſeruata dolebis:
Præmiaq; eripies? quæ ſi tibi magno uidentur:
Ex illis ſcopulis, ubi erant affixa, petiſſes.
Nunc ſine qui petiit: p quẽ hæc nõ orba ſenectus
Ferre, quod & meritis, & uoce eſt pactus: eumq;
Non tibi, ſed certæ prælatum intellige morti.
Ille nihil contra: ſed & hunc, & perſea uultu
Alterno ſpectans petat hunc ignorat, an illum:
Cunctatuſq; breui contortam uiribus haſtam,
Quantas ira dabat: nequicquam in Perſea miſit.
Et ſtetit illa toro: ſtratis tum demq; perſeus
Exiluit: teloq; ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet: niſi poſt altaria Phineus
Iſſet: & indignum ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen Rhœti non irrita cuſpis adhæſit:
Qui poſtq̃ cecidit: ferrumq; ex oſſe reuulſum eſt:
Calcitrat: & poſitas aſpergit ſanguine menſas.
Tum uero indomitas ardeſcit uulgus in iras:
Telaq; coniiciunt: & ſunt qui Cephea dicant
Cum genero debere mori, ſed limine tecti
Exierat Cepheus teſtatus iuſq;, fidemq;,
Hoſpitiiq; Deos, ea ſe prohibente moueri.

Phinei Perſei certamen.

¶ Conanti mittere: uolenti Phineo iacere haſtã in perſeum. ¶ In facinus: in ſcelus. ¶ Seruatæ: Andromedæ. ¶ Rependis: remuneras. ¶ Hac dote: ut illũ interficias: qui Andromedam monſtro marino obiectã ſeruauit, iuſtum autẽ, gratumque uirum Cepheum fuiſſe poeta oſtẽdit. ¶ Sed graue Nereidum numen: graue, ideſt potens. Nereides autem nymphæ ſunt marinæ: quibus ſe pulchriorem Caſſiepe eſſe iactarat. Earum uero precibus fatigatus Neptunus cetos immiſit, quo Cepheorum agros uaſtante conſultus Hammon reſpondit Caſſiepes prolẽ mõſtro eſſe obiiciendam.

Hãmõ

¶ Sed corniger Hammon: Iuppiter Hammõ ſub forma arietis cornuti colebatur in Libyæ deſertis, ubi magnificentiſſimum templũ illi Bacchus ab India cum exercitu rediens ædificauit, quod cum ſiti laboraret, obuium arietem ſecutus fontem inuenit, quo totus exercitus fuit recreatus. Arietem igitur illum Iouem eſſe ratus, & Hãmonem illũ ab harenis uocauit, & ſub arietis forma coli uoluit, ut Lucanus quoq; in nono teſtatur, Catonis iter deſcribens. Ventum erat ad tẽplum Libycis quod gentibus unum Inculti Garamãtes habent, ſtat corniger illic Iuppiter ut memorant, ſed non ut fulmina uibrans, Aut ſimilis noſtro: ſed tortis cornibus Hammon. Sic autem dictus eſt, q in harenis colatur. Vnde & Hammoniacum genus gummi appellatur. ¶ Viſceribus meis: mea filia: quæ ex meis uiſceribus atque corpore concepta eſt. ¶ Niſi ſi crudelis id ipſum Exigis ut pereat: niſi inquit forte eſſes crudelis: ut expoſcas & optas filiam meam perire. illa autem coniunctio Si, eleganter cum niſi co

Hãmoniacum

¶ Affixa: alligata. Vna enim cum Andromeda regia quoq; dotalia alligata uidebant. ¶ Petiſſes: petere, acceptumq; ire debuiſſes. ¶ Nunc ſine: nunc inquit permitte eum qui meruit, pactuſq; eſt illã habere. ¶ Per quem nõ orba ſenectus: hoc ẽ per quem ego iam ſenex liberis non careo: unica nanque filia illi erat Andromeda. ¶ Hæc ſenectus: hæc mea ſenectus. Manu autem cum hæc diceret, canos tangens phineo indicauit. ¶ Et uoce: & uerbis. ¶ Certæ morti: ſiquidem Andromeda proculdubio mortua fuiſſet, niſi a perſeo e faucibus belluæ illius marinæ erepta eẽt. ¶ Ille nihil contra: reſpondit ſubintelligatur. ¶ Ignorat: dubitat. ¶ Cunctatuſque breui: parumper remoratus. ¶ Nequicquam: fruſtra. ¶ Stratis: lectis, in quibus priſci diſcumbebãt. ¶ Remiſſo: reiecto. Eandem nanq; haſtam in phineum perſeus reiecit. ¶ Et idignũ: Et copula affectui ſeruit. Indignatur enim poeta, quod ara in qua Dii iuſtiſſimi coluntur, ſcelerato atque neſario homini tuitioni profuerit. ¶ Non irrita: non uana, ut quæ Rhœtum unum ex phinei ſociis iteremit. ¶ Calcitrat: calcibus terrã percutit. ¶ Hoſpitiiq; deos: Iouem hoſpitalẽ, de quo Virgilius. Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. Hoſpites autem nefas eſt uiolari. Eo priſci hoſpitibus ſalem in primis apponebant: quem cum una guſtaſſent: ita unius mentis & amicitiæ eos debere eſſe cenſebant: ut ſal in unam naturam ex terra & aqua congelatur. ¶ Bellica Pallas adeſt: auxilio eſt. Quo nanque pacto unus perſeus tot in ſe ruentibus uiris ſine palladis auxilio reſiſtere potuiſſet? ¶ Datque animos: Audaciam addit.

Iuppiter hoſpitalis.

Bellica Pallas adeſt:& protegit ægide fratrem:
Datq; animos:erat Ind⁹ Atys:quẽ flumine Gãge
Edita Limniace uitreis peperiſſe ſub undis
Creditur:egregius forma:quam diuite cultu
Augebat bis adhuc octenis integer annis
Indutus Tyriam chlamydẽ:quam limbus obibat
Aureus:ornabant aurata monilia collum:
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.
Ille quidem iaculo q̃uis diſtantia miſſo
Figere doctus erat:ſed tendere doctior arcus.
Tum quoq; lenta manu flectẽtem cornua Perſe⁹
Stipite qui media poſitus fumabat in ara
Perculit:& fractis confudit in oſſibus ora.
Hunc ubi fœdatos iactantem ſanguine uultus
Aſſyrius uidit Lycabas iunctiſſimus illi,
Et comes,& ueri non diſſimulator amoris,
Poſtq̃ exhalantem ſub acerbo uulnere uitam
Deplorauit Atyn:quos ille tetenderat arcus
Arripit:& mecum tibi ſint certamina dixit.
Nec longum pueri fato lætabere:quo plus
Inuidiæ,q̃ laudis habes.hæc omnia nondum
Dixerat:emicuit neruo penetrabile telum:
Vitatumq; tamen ſinuoſa ueſte pependit.
Vertit in hunc harpen ſpectatam cæde Meduſæ
Acriſioniades:adigitq; in pectus.at ille
Iam moriens oculis ſub nocte natantibus atra
Circunſpexit Atyn:ſeq; acclinauit ad illum,
Et tulit ad manes iunctæ ſolatia mortis.
Ecce Suenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedõ auidi committere pugnã:
Sanguine quo late tellus madefacta tepebat:
Conciderãt lapſis.ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis iugulo Phorbantis adactus.
At non Actoriden Erithum,cui lata bipennis
Telum erat:admoto Perſeus petit enſe:ſed altis
Extantem ſignis,multæq; in pondere maſſæ
Ingentem manibus tollit cratera duabus:
Infligit uiro.rutilum uomit ille cruorem:
Et reſupinus humum moribundo uertice pulſat.

RAph. Et protegit Aegide fratrem:& defendit ſcuto ſuo a
iaculis hoſtium Perſeum fratrem ſuum.Nam perſe⁹ ut
Pallas Iouis fuit fili⁹. Erat Indus Atys:ad differẽtiã
Phrygii a Cybele matre Deorum adamati eleganter
Indus eſt appoſitus.Fuit & alius Atys Crœſi Lydorũ
regis filius. Limniace:nympha fuit Gãgis Indiæ flu
uii filia:uidetur añt eſſe
palus iuxta Gangẽ.λιμ
νη nãq; paludẽ ſignificat.
Egregi⁹ forma: excel
lẽs pulchritudine. Di
uite cultu:pretioſo orna
tu. Tyriam chlamy
dem: purpuream ueſtẽ.
Tyros Nam Tyros urbs Phoe
niciæ purpuræ officinis
maxime celebrabatur.
Chla/mys. Chlamys autem ueſtis ẽ
militaris:quæ aliis ueſti
bus ſuperimponitur:ex
γα τὸ χλαίνειν dicta:quod
eſt calefacio:chlamys &
per ſyncopen chlamys.
Limbus:faſcia. Obi
bat:circuibat. Aurata
monilia:aurata pro aure
Monile is poſuit.Monilia nanq;
colli ornamẽta aurea eẽ
ſolent:hoc eſt ex auro ſo
lo conſtãtia, non aurata
& auro ſolum ornata.
Myrrha:unguẽto:cui
Myrrha quoq; adhibet.
crinale; Crinale:ornamentum
eſt crinis:unde etiam eſt
denominatũ. Ille qdẽ
iaculo:ſignificat eum &
iaculãdi & ſagittãdi fuiſ
ſe i pmis peritũ. Quã
uis diſtantia: quantũuis
longe poſita ac remota.
Sed tẽdere doctior ar
cus:locutio eſt græca:lati
ne enim doctior tenden
di diceretur. Lẽta cor
nua:flexibilia arcus cor
nua. In me.ara:q̃ Hy
mẽneo nuptiarũ Deo ex
tructa erat. Perculit:p
cuſſit. Et fractis confu
dit in oſſibus ora:ſic qui
dem legitur:ſed forſitan
minus recte. Ablati
uus enim ille fractis oſſi
bus modum ſignificat:
cui in præpoſitio appo
ni non ſolet. Quare mi
hi illa & copula ac in ppoſitio utraq; in alterius locum
transferenda uidetur:ut legamus:Infractis confudit &
oſſibus ora: hoc eſt ualde ac penitus fractis oſſibus fa
ciem ita cõfudit:ut non agnoſceret. Iactantem: non
oſtentantẽ,ſed concutientẽ.id qd facere ex uulnere mo
rientes ſolẽt. Fœdatos:deturpatos. Aſſyrius: Sy
rus.Nam Aſſyria puincia eſt eadem cũ Syria:ut ſcribit
Aſſyria Herodotus:q ait eos,quos Græci Syras uocãt, a Bar

baris Aſſyrios uocari:quis alii Syriã ab Aſſyria diſtin
guant:ac Syriã Phœniciæ,Aſſyrium Babyloniæ finiti
mã eſſe cõtendãt. Non diſſimulator:non occultor ſed
oſtentator. Exhalantẽ:ex ore emittentẽ. Vitã:ani
mã. Sub ace.uul.p p acerbũ & aſperũ uulnus. De
plorauit:defleuit. Ille:Atys. Tetenderat:neruo in
tenderat,ut in Perſeum
ſagittã emitteret. Arri
pit:celeriter rapit. Et
mecum tibi ſint certami
na:hoc eſt & mecũ in cer
tamẽ deſcẽde. Nec lõ
gũ:nec diu. Fato:mor
te. Quo: ex quo fa
to. Emicuit: exiliuit,
euolauit. Penetrabile
te:pphraſis eſt ſagittæ,q̃
facile penetrat. Vitatũ
declinatũ.nã perſeus ſa
gittã a Lycaba miſſaʒ ui
tauit. Sinuoſa ueſte: ſi
nus ac plicas multas ha
Harpe. bẽte. Vertit i hũc harpẽ:harpe enſis ẽ Mercu
rii falcatus(ut diximus)
quo Perſeus Meduſæ ca
put amputauit. Spe
Adigeſ ctatã:approbatã. Adi
gitq; in pectus:ipellit,iſi
git. Adigi ãt pprie enſis
dr i pect⁹ cũ iſigit. Na
tantibus:errãtibus in hu
mor ac lachrymis. Ad
Suenit ma.ad iferos. Ecce ſu.
ab oppido Aethiopiæ Sue
nio, Suenites nomẽ gẽti
Phorbas. le diductũ.Elegãter at &
pr̃iaʒ & gen⁹ illius Phor
bãtis deſcribit poeta, ne
quis Phorbãta Priami fi
lium illi pugnæ iterfuiſſe
putet.Hi autẽ oẽs quos
hoc loco poeta enume
rat obſcuri ſũt,nec a quo
q̃ alio ſcriptore,qd ſciã,
celebrãt. Auidi cõ.pu.
cupidi pugnandi.Eſt.n.
figura loquendi græca.
Surgentibus : ſurgere
uolẽtibus. Adact⁹:in
fix⁹. Enſis:harpe,quo
illos Perſeus tranſfixit.
Actoridẽ Eri. Actoris
filiũ. Sed al.extã.ſig.
eminẽtẽ cælatura atq; ma
gnitudie ac põdere crat
tereʒ deſcribit. Altis ſi
gnis:alte eminentibus ſignis & cælaturis. Multæq;
in põ.maſ.hoc eſt magni ponderis. Crater aũt uas eſt Crater.
menſariũ,miſcendo cum aqua uino accõmodatum παρὰ
τὸ κεράω:qd eſt miſceo dictum. Cratera aũt eſt accu
ſatiuus græcus,unde fit interdũ noiatiuus latinus. In
fligit:incutit,imittit. Rutilũ cruo. rubicundũ ſangui
nem. Moribundo uertice:ipſe moribundus capite
percutit terram.Eſt enim hypallage.

Semiramio

RAph. Semiramis.

℄ Semiramio ſanguine: regio. Semiramis nanq; regi na fuit que condidit Babylon miut coploſe in ſuperio te ſcripſimus libro. ⁋ Polydæmona: Polydæmon mul tiſcius poteſt interpreta ri. ⁋ Caucaſeum: a Cau caſo Scythię mõte. ⁋ Sp cheſiadem: Sperchesii cu iuſdam filium. ⁋ Expertem fru. belli: fruſtra ſe a bello & pugna abſtinen tem, interfectus nanque fuit. ⁋ In partes: i factio nes. partes enim in plu rali ſolum factiões ſigni ficant: unde Ciceronem partes Pompeii diximus ſecutum. ⁋ Penſaq;: pon dera. ⁋ Hoc uul. qđ tibi ſum illaturus. ⁋ Vuln⁹: quod tu mihi intuliſti. ⁋ Cephenum poſt re. poſt Cepheum regẽ An dromedæ patrẽ. ⁋ Lyn cides: Lyncei fili⁹. ⁋ Er inceſſit: irritat, prouocat. ⁋ Deuouet: execratur. ⁋ Scelerata: in Perſeum ſcelerate ac nefarie ſum pta. ⁋ Decutit: deiicit, detruncat. ⁋ Incidit aræ: cecidit in aram. ⁋ In me dios ignes: qui in ara fue rant excitati. ⁋ Semiani mis lingua: ſemimortua, moribunda. Accidit aũt ut capite reciſo interdũ lĩgua loquatur, uerbaq; uel incondita emittat. ⁋ Execrantia: deteſtan tia, blaſphemãtia. ⁋ Cæ ſtibus Inuicti: inſupera biles. Cęſtus autẽ arma ſunt pugillum: quę ex co rio bouis crudo conficie bantur, cui & plumbum inſuebatur, quo ualidio res ictus inferri poſſent. Virg. in quĩto Aeneidos maximos Erycis cæſtus deſcribit. In medium ge minos immani pondere cæſtus Proiicit, quibus acer Eryx in prælia ſue tus Ferre manũ: duroq; intendere brachia tergo. Obſtupuere animi, tãto rum ingentia ſeptẽ Ter ga boum plumbo inſuto ferroq; rigebant. Eſt aũt nomen quartæ declina tionis: nã ceſtus ſecũdæ & citra diphthongũ, eſt Veneris cĩgulũ uarius ſu turis diſtinctus: unde & nomẽ παρὰ τὸ κεντεῖν qđ eſt pungere, ſumptũ eſt. Nec audiendi quidam, qui a cæſuris ipm deducunt, cũ ſit nomen græcum: nec origi nem latinam agnoſcat. ⁋ Velatus tem. uelata & tecta tempora habẽs. ⁋ Iapetide: Iapeti filius. ⁋ Ad hos uſus: bellicos. Citha riſtę nãq; & lyriſtæ a pu gnis ſunt alieni. ⁋ Mo ueres: pulſares. ⁋ Ple ctrum: inſtrumentũ eſt quo lyra pulſat: ἀπὸ τοῦ πλήττειν hoc eſt percu tiẽdo dictũ. ⁋ Imbelle: imbellibus ac mollibus aptũ. ⁋ Stygiis ma. infe ris. Styx. n. palus eſt infe rorũ notiſſima. Manes autẽ inferorũ animæ di cuntur. ⁋ Læuo tẽpore: ſiniſtra capitis pte. ⁋ Re tentat: iterum tentat & tangit. ⁋ Fila lyræ: chor das, ante quarum inuen tionem filis utebantur. ⁋ Caſuq; fuit miſerabi le car. forte inquit lyra emiſit carmẽ triſte & mo rienti cõueniẽs. ⁋ Repa gula: repagula dicuntur aſſeresq; clauſis hoſtiis opponunt. ⁋ Illiſit: infixit ⁋ Procubuit: in caput in terrã cecidit. ⁋ Cinyphe us Pe. Garamãticus. Ci nyps. n. (ut ſcribit Hero dotus) fluui⁹ ẽ Garamã tum, q inter duas Syrtes in mare Libycũ labit. unde Cinyphei. iii. Geor. lib. apud Virg. dicunt hirci. Nec minꝰ interea barbas incanaq; mẽta Cinyphei tondent hirci: ſetaſq; co mãtes. ⁋ Marmaridæ Co riti: Marmaces (ut Ste phan⁹ refert ex ſnia Hę catei) gens ẽ Aethiopica: unde forſitan Marmari des Coritus appellatur. Sed a Marmaro quoq; patre: Marmarides dici põt. ⁋ Læui po. ſiniſtri. ⁋ Cohæſit: affixa fuit. ⁋ Lat⁹ ha. percuſſit. ⁋ Et Naſa. Naſamones popu li ſunt Libyæ iuxta Syr tes naufragiis (ut ſcribit Pli.) admodum infeſti. ⁋ Latius: latiores cãpos ⁋ Tollebat: capiebat. ⁋ Farris acer. frumenti cumulos.

Inde Semiramio Polydæmona ſanguine cretum,
Caucaſeumq; Abaeim, Sperchesiademq; Lycetũ,
Intõſumq; comas Heliceen, Phlegianq;, Clytũq;
Sternit: & extructos morientum calcat aceruos.
Nec Phineus auſus concurrere cõminus hoſti
Intorquet iaculum, quod detulit error in Idam
Expertem fruſtra belli: & neutra arma ſecutum.
Ille tuens oculis immitem Phinea toruis,
Quãdoq̃dẽ i partes ait abſtrahor: accipe Phineu
Quem feciſti hoſtem: penſaq; hoc uulnere uuln⁹
Iamq; remiſſurus tractum de corpore telum
Sanguine defecto cecidit colapſus in artus.
Hic quoq; Cephenum poſt regem prim⁹ Odites
Enſe iacet Clymeni. Protenora percutit Hypſe⁹.
Hypſea Lyncides. fuit & grandæuus in illis
Emathion æqui cultor, timidusq; Deorum:
Qui quoniam prohibent anni bellare: loquendo
Pugnat: & inceſſit: ſcelerataq; deuouet arma.
Huic Cromis amplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput: quod protinus incidit aræ:
Atq; ibi ſemianimus uerba execrantia lingua
Edidit: & medios animam expirauit in ignes:
Hic gemini fratres Broteaſq;: & cæſtib⁹ Ammõ,
Inuicti, uinci ſi poſſent cæſtibus enſes:
Phinea cæcidere manu: Cererisq; ſacerdos
Alphitus albenti uelatus tempora uitta.
Tu quoq; Iapetide non hos adhibendus ad uſus:
Sed qui pacis opus citharam cum uoce moueres;
Iuſſus eras celebrare dapes, feſtumq; canendo.
Quem procul aſtãtem, plectrumq; imbelle tenẽtẽ
Pettalus irridens ſtygiis cane cætera dixit
Manibus: & læuo mucronem tempore fixit.
Concidit: & digitis morientibus ille retentat
Fila lyræ: caſuq; fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hunc impune ferus cecidiſſe Lycormas:
Raptaq; de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit mediæ ceruicis. at ille
Procubuit terræ mactati more iuuenci,
Demere tentabat læui quoq; robora poſtis
Cinypheus Pelates tentanti dextra fixa eſt
Cuſpide Marmaridæ Coriti: lignoq; cohæſit
Hærenti latus hauſit Abas. nec corruit ille:
Sed retinente manu moriens de poſte pependit.
Sternitur & Menaleus Perſeia caſtra ſecutus:
Et Naſamoniaci Dorilas ditiſſimus agri:
Diues agri Dorilas: quo non poſſederat alter
Latius: aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferrum.
Letifer ille locus: quem poſtq̃ uulneris auctor

partes.

Decutere

Cęſtus

Plectrũ

Styx.

Manes

Repagula.

Cinypſ

Marmaces

Naſamones.

Singultantem animam, & verſantē lumina uidit
Bactriꝰ Halcyoneꝰ: hoc qđ premis īquit, habeto
De tot terræ agris: corpuſq; exangue reliquit.
Torquet in hunc haſtā calido de uulnere raptā
Vitor Abantiades: media quæ nare recepta
Ceruice exacta eſt: in parteſq; eminet ambas.
Dumq; manū fortuna iuuat, Clytiumq;, Danūq;
Matre ſatos una diuerſo uulnere fudit.
Nam Clytii per utrunq; graui libratā lacerto
Fraxinꝰ acta femur. iaculū Danꝰ ore momordit.
Occidit & Celadon Mindeſius. occidit Aſtreus
Matre Palæſtina, & dubio genitore creatus.
Aethionq; ſagax quondam uentura uidere,
Nunc aue deceptus falſa, regiſq; Thoactes
Armiger: & cæſo genitore infamis Agyrtes.
Plus tamen exhauſto ſupereſt. nanq; omnibꝰ unū
Opprimere eſt animꝰ. coniurata undiq; pugnāt
Agmina pro cauſa meritum impugnante, fidēq;.
Hac pro parte ſocer fruſtra pios, & noua coniūx
Cum genitrice fauent: ululatuq; atria complent.
Sed ſonus armorum ſuperat: gemituſq; cadētū:
Pollutoſq; ſimul multo Bellona penates
Sanguine perfundit: renouataq; prælia miſcet.
Circueunt unum Phineus, & mille ſecuti.
Phinea tela uolant hyberna grandine plura
Præter utrūq; latus, præterq;, & lumen, & aures.
Applicat hic humeros ad magnæ ſaxa columnæ:
Tutaq; terga gerens, aduerſaq; in agmina uerſus
Suſtinet inſtantes. inſtabat parte ſiniſtra
Chaonius Molpheꝰ. dextra Nabathæꝰ Ethemō.
Tigris ut auditis diuerſa ualle duorum
Extimulata fame mugitibus armentorum
Neſcit utro potius ruat: & ruere ardet utroq;:
Sic dubius Perſeus: dextra, leua ne feratur,
Molphea traiecti ſummouit uulnera cruris.
Contentuſq; fuga eſt. neq; eni dat tēpꝰ Ethemō:
Sed furit: & cupiens alto dare uulnera collo,
Non circunſpectis exactom uiribus enſem
Fregit: & extrema percuſſa parte columnæ
Lamina diſſiluit: dominiq; in gutture fixa eſt.
Non tamen ad letum cauſas ſatis illa ualentes
Plaga dedit: trepidum Perſeus, & inertia fruſtra
Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
Verum ubi uirtutem turbæ ſuccumbere uidit:
Auxilium Perſeus: quoniam ſic cogitis ipſi:
Dixit, ab hoſte petam. uultus auertite ueſtros:
Si quis amicus adeſt: & Gorgonis extulit ora.

RAph. ¶ Singultātem: per ſingultus animam emittentem. ¶ Bactrius Halcyoneus: Bactra nomine tantum plurali urbs eſt: unde etiam Bactriana regio Indiæ contermina fuit appellata. ¶ Vitor Abantiades: Perſeus. ¶ Ceruice exacta eſt: p ceruicē electa. ¶ In partes ambas: & anteriorē & poſteriorem. ¶ Librata: uibrata. ¶ Fraxinus: haſta fraxinea. Eſt enim metonymia. ¶ Acta: miſſa. ¶ Iaculum Danꝰ ore momordit: hoc eſt iaculum in os Dani fuit coniectum. ¶ Occidit & Celadon Myndeſius: Myndeſos urbs eſt Syriæ & Myndones populi ſunt Libyæ. ¶ Matre Palæſtina: regio eſt Syriæ Palæſtina contermina Iudææ a Paleſtina urbe dicta. ¶ Sagax uidere: ſciens præuidere atq; prænunciare futura, augur nanq; erat. Eſt autē græca locutio, ſagax uidere. ¶ Aue falſa: falſo augurio, futuram nanq; mortem præuidere neſciuit. Sic Virgilius: Sed non augurio potuit depellere peſtem. ¶ Regiſq; Thoactes Armiger: Phinei fratris regis. ¶ Plus tamen exhauſto ſupereſt: quamuis tot interfecerit Perſeus plus tamē, inquit, eo quod factum eſt, ſupereſt conficiendum. Exhaurire nanq; interdum conficere ſignificat. ut Virgil. Quæ bella exhauſta canebat. ¶ Nanq; omnibus unū: omnibus inquit animus eſt unum Perſeum opprimendi. ¶ Pro cauſa meritū impugnante: hoc eſt pro Phineo: qui & meritum Perſei: quo Andromedam ſeruauerat: & fidem ipſi a rege datā impugnabat. ¶ Hac p parte pro fide autem ac meritis: & iuſta cauſa pauci admodum ſtabāt. ¶ Pollutos: uiolatos: infectos. ¶ Bellona: Pallas dea belli. ¶ Circueunt unum: circundant Perſeum ſolum. Hic autem maxima Perſei uirtus declaratur: qui ſolus tantæ multitudini: totq; te

Bactra

Myndeſos.

Palæſtina.

Exhaurire.

iis reſiſtere potuerit. ¶ Præter utrunq; latus: iuxta utrūq; latus & dextrū & ſiniſtrum: propeque & oculos & aures. ¶ Applicat hic humeros: tunc inquit Perſeus humeros magnæ columnæ appoſuit: ut a tergo tutus in ſe ruentes hoſtes repellere poſſet. ¶ Chaonius Molpheꝰ: Epyrota: Chaonia nanq; pars eſt Epyri a Chaone Troiano: ut carmine Virgiliano etiam pueris notū eſt: appellata. Chaoniamq; omnem Troiano a Chaone dixit. ¶ Nabathæus: Nabathæa regio eſt felicis Arabiæ: unde Nabathæus nomen gentile deriuatur: ut latius in primo diximus. ¶ Tigris ut auditis: hac ſimilitudine poeta oſtendit Perſeum addubitaſſe utrum prius percuteret: cum ambo inſtarent alter a dextra: alter a ſiniſtra: Molpheū an Ethemonem: ¶ Diuerſa ualle: in diuerſa uallis parte. ¶ Vtro: in unam partem. ¶ Summouit: repulit. ¶ Traiecti: tranſfixi. ¶ Contentuſq; fuga eſt: ſatis Perſeo fuit Molpheum fugaſſe: ab altera nanq; parte Ethemon inſtabat: neq; Perſeo interficiendi Molphei tempus dabat. ¶ Non circunſpectis uiribus: hypallage ēt ipſe enim non circunſpectus: hoc eſt imprudens ac temerarius. Circūſpectus enim cū nomen eſt: prudens qui oīa circunſpicit dicitur. ¶ Exactū: electum. ¶ Valentes cauſas: potentes. ¶ Cyllenide harpe: p Cyllenia. Patronomycum pro poſſeſſiuo eſt poſitum. Cyllenius autem Mercuriꝰ dr̄ a Cyllene Arcadiæ mōte, ubi ex Maia natus eē fingit. Virgilius in octauo. Vobis Mercurius pater eſt, quem cādida Maia Cyllenæ gelido conceptum uertice fudit. ¶ Verum ubi uirtutē: poſteaq; inquit Perſeus: cenſit uirtutem ſibi ingenitam a multitudine ſuperari: cum amicos admonuiſſet ut oculos auerterēt: Gorgonis caput hoſtibus

Chaonia.

Nabathæus.

Circunſpectus

Cyllenia.

Quære alium: tua, quem moueāt miracula, dixit
Theſſalus: atq; manu iaculum letale parabat
Mittere: In hoc hæſit ſignum de marmore geſtu.
Proximus huic Ampix animi pleniſſima magni
Pectora Lyncidæ gladio petit: inq; petendo
Dextera diriguit: nec citra mota, nec ultra eſt.
At Nileus, qui ſe genitum ſeptemplice Nilo
Ementitus erat: clypeo quoq; flumina ſeptem
Argento partim, partim cælauerat auro:
Aſpice ait Perſeu noſtræ primordia genris.
Magna feres tacitas ſolatia mortis ad umbras
A tanto cecidiſſe uiro. pars ultima uocis
In medio ſuppreſſa ſono eſt: adapertaq; uelle
Ora loqui credas. nec ſunt ea peruia uerbis.
Increpat hos: uitioq; animi non uiribus inquit
Gorgoneis torpetis Eryx. incurrite mecum:
Et proſternite humi iuuenē magica arma mouētē.
Incurſurus erat. tenuit ueſtigia tellus:
Immotuſq; ſilet: armataq; manſit imago.
Hi tamen ex merito pœnas ſubiere: ſed unus
Miles erat Perſei, pro quo dū pugnat Aconteus:
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto.
Quem ratus Aſtyages etiam nunc uiuere: longo
Enſe ferit. ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dum ſtupet Aſtyages: naturam traxit eandem:
Marmoreoq; manet uultus mirantis in ore.
Nomina longa mora eſt media de plebe uirorum
Dicere, bis centum reſtabant corpora pugnæ.
Gorgone bis centum riguerunt corpora uiſa.
Pœnitet iniuſti tunc deniq; Phinea belli.
Sed quid agat? ſimulachra uidet diuerſa figuris:
Agnoſcitq; ſuos: & nomine quemq; uocatum
Poſcit opem: credenſq; parum ſibi proxima tāgit
Corpora. marmor erāt. auertitur, atq; ita ſupplex
Confeſſaſq; manus, obliquaq; brachia tendens,
Vincis ait Perſeu. remoue tua monſtra: tuæq;
Saxificos uultus: quæcunq; ea tolle Meduſæ:
Tolle precor. non nos odium, regniq; cupido
Compulit ad bellum. pro cōiuge mouim⁹ arma.
Cauſa fuit melior meritis tua. tempore noſtra.
Non ceſſiſſe piget. nil o fortiſſime præter
Hanc animam concede mihi: tua cætera ſunto.
Talia dicenti, neq; eum, quem uoce rogabat:
Reſpicere audenti, quod ait timidiſſime Phineu
Et poſſum tribuiſſe: & magnū eſt munus inerti:
Pone metum tribuam. nullo uiolabere ferro,
Quin etiam manſura dabo monumenta p æuū.
Inq; domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri:
Vt mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniunx.

hoſtibus aperuit, quo uiſo illi e ueſtigio in lapides fuere conuerſi. Eſt autem ordo. Verum, Perſeus dixit, ego petam & ſumam auxilium ab hoſte, & Meduſæ capite: quoniam uos ipſi ſic cogitis: hoc eſt me ad hoc cōpelliitis. Vbi uideſt poſt q̄ uidit uirtutem ſuccumbere turbæ: hoc eſt a multitudine ſuperari.

RAph. ¶ Miracula: monſtra. ¶ Diriguit: rigida & dura facta eſt. ¶ In hoc ſignum hæſit: hoc ē Theſſalus in ſtatuam marmoream ita eſt cōuerſus, ut iaculum emittere uelle uideatur. ¶ Signum de marmore: ſtatua marmorea. ¶ Hæſit: ſtetit. ¶ Septemplice Nilo: Nilus fluuius eſt Aegypti clariſſimus, qui ſeptem hoſtiis in mare exit. Vnde Virgilius quarto Georgicorum. Diuerſa ruēs ſeptē diſcurrit in ora: Vſq; coloratis amnis deuectus ab Indis. ¶ Cælauerat: ſculpſerat, ornauerat. ¶ Primordia: principia. ¶ Noſtræ gentis: noſtri generis. ¶ Ad tacitas um. ad animas uoce carentes & mutas. ¶ Cecidiſſe: interfectum fuiſſe. ¶ A tāto uiro: tam generoſo. ¶ Suppreſſa: cohibita, atq; coercita. ¶ Adapertaq; uelle: cum enim per ſeum alloqueretur Nileus in ſtatuam lapideam: quæ loqui uelle uidetur: fuit tranſmutatus. ¶ Nec ſunt ea peruia uerbis: neq; enim uerba egredi poſſunt. ¶ Vitio animi: quia puſillanimes eſtis. ¶ Nō uiribus Gorgoneis: non uiribus capitis Meduſæ Gorgōis. ¶ Torpetis: pigri & immobiles eſtis. ¶ Magica arma: magicos cantus, incantamenta, atque ueneficia. ¶ Incurſurus erat: impetum facturus in Perſeū. ¶ Veſtigia: pedes. ¶ Immot⁹: immobilis. Nam in ſtatuam lapideam fuerat conuerſus. ¶ Pœnas ſubiere: paſſi ſunt. ¶ Oborto ſaxo: repēte orto. ¶ Tinnitibus acutis: uocibus & ſonis acutis. Tinnire autem uerbum eſt factitium a ſono, quem percuſſa æra emittere ſolent. ¶ Naturam traxit eandem: nam & ipſe in ſtatuam marmoream fuit conuerſus. ¶ Riguerunt: rigida & dura & ſaxea facta fuerūt. ¶ Tūc deniq;: poſteaquam ipſius ſocii in marmoreas ſtatuas fuere tranſmutati. ¶ Marmor erant: marmoreæ ſtatuæ. ¶ Auertitur: a perſei conſpectu oculos auertit. ¶ Cōfeſſaſq; manus: manus iunctas, quales qui ſe uictū fatentur tendere ſolent. ¶ Vincis: uictor es, hoc eſt fateor te eſſe uictorem, me autem uictum. ¶ Saxificos uultus: ora in ſaxa homines tranſfigurātia. ¶ Quæcūq;: ea ſit ſubauditur. Ignorat autem Phineus quænam fuerit Meduſa. ¶ Pro cōiuge: pro uxore pugnauimus. Quæ quidem cum honeſta ſit cauſa, ſe dignum uenia eſſe phineus innuit. Si nanq; odio regnoue cupiditate arma ſumpſiſſet in perſeum: indign⁹ uenia foret. ¶ Tēpore noſtra: nam Andromeda antequā Ceto obiiceretur (ut diximus) Phineo fuerat deſponſata. ¶ Non ceſſiſſe piget: me inquit phineus pœnitet tibi Andromedam non reliquiſſe. Cedere autē uerbum eſt de iure ſumptum: quod quidem eleganter cum datiuo, ablatiuoq; conſtruitur: ut cedo tibi mea ſpōſa. ¶ Hāc animam: hanc uitam. ¶ Inerti: imbelli, ignauo. ¶ Monumenta: ſigna.

Nileus. i ſtatuā lapideā

Nilus

Phine⁹ i ſtatuā.

Tinire

Rigere

R.Aph. ❡Phorcynida: Meduſam Phorci filiā. ⸿Trepido ore: timido uultu. ⸿Obuerterat: cōuerterat. ⸿Sua fle. lu. ſuos oculos cōuertere; ne Meduſæ caput uideret. ⸿Di riguit: rigida & dura facta ē. ⸿Induruit ſa. in ſaxū trāſ mutatus, durus ē factus. ⸿Facies ob. ſubiectæ ſiſis.

lariaq; alata, & peram habētes oſtēdant. Illæ uero cū nymphas illas indicaſſent oculū, dentēq; acceperūt a perſeo, q ad nymphas una cū Mercurio pfectus, & cal ciamēta alata pedibus alligauit: & perā humeris ipoſu it: & iferni galeā capiti adaptauit. Volās deide ad ocea nū peruenit, pallade i Mercurioq; ſubſeqntibus: a qbus

Fabulæ ſecundę quarti libri argumentum.

LAct. ❡Victor Abā. &c. poly dectes rex iſulæ Seriphi ad quā perſe⁹ cū Danae mr̄e icluſus arca puene/ rat: cupiēs allegare arbi triū, ut mr̄e ei⁹ potiret: ad Gorgonis Meduſę reſe/ cādū caput eū miſit: qđ il le Minerua uolēte ad Po lydectē ptulit: ſi ficta ātig la borē opis oñdit: ac pri⁹ il le diriguit q̄ ſe ulciſceret.

R.Aph. ❡Victor Abātiades: Per ſeus uotoꝝ cōpos, cū Ar gos i patriā rediiſſ; proe tū a quo Acriſi⁹ auus re/ gno fuerat priuat⁹, oſten ſo Meduſæ capite i lapi dē cōuertit, auoq; (licet imerito, qđ ipm cū Da/ nae mr̄e arcæ īpoſitū in mare piceſſet) regnū re/ ſtituit. ⸿Cōiu. Andro/ meda. ⸿Immeriti pa. p auo parētē poſuit: q male & de filia Danae: & de Perſeo nepote tūc merit⁹ fuit, cū eos arcæ impoſi/ tos mari cōmiſit. ⸿Ag/ gredit proe. proetus Abā tis regis Argiuorum fu/

proetus in ſaxū.

proetus

Dixit, & in partem Phorcynida tranſtulit illam:
Ad quam ſe trepido Phineus obuerterat ore.
Tunc quoq; conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit: ſaxoq; oculorum induruit humor.
Sed tamē os timidū, uultuſq; i marmore ſupplex,
Summiſſæq; manus, facieſq; obnoxia manſit,
Victor Abantiades patrios cum coniuge muros
Intrat: & immeriti uindex, ultorq; parentis
Aggreditur Prœtū. nam fratre per arma fugato
Acriſioneas Prœtus poſſiderat arces.
Sed nec ope armoꝝ, nec quā male cœperat: arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen o paruæ rector Polydecta Seriphi:
Nec iuuenis uirtus per tot ſpectata labores,
Nec mala mollierant: ſed inexorabile durus
Exerces odium: nec iniqua finis in ira eſt:
Detrectas etiam laudem, fictamq; Meduſæ
Arguis eſſe necem. dabimus tibi pignora ueri:
Parcite luminibus: Perſeus ait: oraq; regis
Ore Meduſæo ſilicem ſine ſanguine fecit,
Hactenus aurigenæ comitem Tritonia fratri
Se dedit. inde caua circundata nube Seriphum

admonet oportere ipm auerſum caput Meduſæ amputare: illa nāq; Gor gonū ſola mortalis erat. Ad ipſas igr̄ dormientes cū acceſſiſſ; harpe caput Meduſę amputauit: quo qdē in perā cōiecto au/ fugit. Gorgones uero a/ liæ excitatæ illū pſeqbāt ſed pp inferni galeā non uidebāt. perſeus igr̄ i Se riphum reuerſus: polyde cten iubet populū cōgre gare: ſe. n. Gorgonis ca/ put oſtēdere uelle: Scie/ bat aūt oēs q uidiſſent i lapides conuerſum iri. Multitudine igr̄ cōgrega ta polydectis iuſſu ex pe ra caput Gorgonis auer ſus perſe⁹ excedit: atque oñdit. Q đ q uiderūt oēs ac i primis polydectes i lapides fuere conuerſi. Tūc pallas caput Gorgo nis a perſeo acceptū ægi di ſuæ affixit. Mercurius uero & perā & calceos a/ latos & iferni galeā nym phis reſtituit. Tūc uero

polydectes in ſaxum.

it fili⁹, atq; Acriſii fr̄, cui⁹ filias i uaccas fuiſſe cōuerſas i fabulis tradit. ⸿Frē fu. expulſo Acriſio. ⸿Acriſiōeas arces: Acriſi regnū. ⸿Male: iniq;, ac iniuſte. ⸿Te tn̄ o par. hac apoſtrophe poeta Polydectē Seriphi regē i o/ diū: iuidiāq; adducit, q Perſei: neq; uirtute, neq; labori bus quos perpeſſus eſt: neq; periculis, qb⁹ ſe expoſue/ rat ab ira, odioq; deduci, remouerīq; poterat. Polyde/ ctes aūt Magnetis fuit filius, ut quidā ſcribunt: ut uero Pherecydes piſthēis & Androthoes, fraterq; Dictyis, a quo Danaen cum perſeo diximus hoſpitio fuiſſe ſu/ ſceptam. Polydectes aūt Danaes amore captus, uim il/ li afferre perſei metu nō audebat. Cōuiuiū igit appara uit, ad qđ & alios multos, & in primis perſeum inuita/ uit. Interrogante autem perſeo qua in re conuiuii pmiū ſymbolumq; conſtitueret, Polydecte uero in equo aſſe rente: imo in Gorgonis capite perſeus inqt: poſt ſymbo lum aūt conſtitutū, & alii ſodales, & perſeus equū ad po lydecten adduxerūt, quem aſpnatus Gorgonis caput ex pmiſſo repoſcebat. Q đ qdē niſi fuerit allatū, ipſius matrē accepturū uxorē eſſe minat. perſeus igit triſtitia affectus in ultimā inſulæ ptē diſcedit ſuam deflēs cala mitatē. Mercuri⁹ aūt ipm uidens cū fletus cām cogno/ uiſſet bono aīo ſis inqt. Ego nāq; tibi dux ero, ac pmū qdem illū duxit ad phorci uetulas, Penphredo: ac Ento & Ieno, pallade ſic admonente, ipſiſq; oculum & dentē qbus uiciſſim utebant furatus eſt. Illę uero cū ſenſiſſent clamātes rogabāt, ut ſibi oculus, denſq; redderet. perſe us aūt ſe redditurum ait ſi nymphas inferni galeā, ta/

polydectes.

phorci uetulæ.

perſeus Dictyi: a quo benigne acceptus i educatuſq; fuerat: Seriphioꝝ: q ſupfuerāt regē cōſtituit. Ipſe uero cū matre & Andromeda Argos ē reuerſus. Hæc phere cydes: unde & Ou. ſumpſiſſe uſ. ⸿Te tn̄ o par. q̄uis inqt tot mirāda geſſerit perſeus: totq; lapides conuerte rit: tu tn̄ o polydecta odiuz moliri: nedū deponere po tes. ⸿Seriphi: inſula eſt una ex Sporadibus Seriphus uñ Serephius nomē gentile deriuat. ⸿Detrectas: dimi nuis. ⸿Arguis: arguere uis: & pbare. ⸿Parcite lu. noli te reſpicere. Hæc iis ait: q cum polydecte aderant: ad monet. n. ut oculos auertāt ne & ipſi in lapides mutēt. Q uāq̄ Stra. ſcribit uniuerſos Seriphios una cū polyde cte in lapides fuiſſe cōuerſos: idq; in ultionem matris a perſeo factū: q a illis adiutoribus Seriphi rex polyde/ ctes nuptiis iurā adegiſſet. Adeo aūt lapidoſam eē Se riphum: ut qui conuiciant: id inſpecta obue niſſe Gor gone cauſentur. parcere autem oculis dicitur: qui illos continet clauſos.

Seriphus
Detrectare.
parcere

Fabulæ tertiæ quarti libri argumentum.

LAct. ❡Hactenus &c. Muſæ cū parnaſi montē petiiſſent: ad uerſis tēpeſtatibus inuitatæ a pyreneo: q Daulida pho/ cidis urbem incolebat: tecta ſubierūt: q pulchritudine captus uirginum: cū reginam claudi impaſſet ad uim inferendā: ne cupiditatem eius experirent in uolucres cōuerſæ ſunt: quas ille dū p ardua montium pſeqret: plapſus altitudine ſcopuloꝝ præcipitatus eſt: ita ut to to corpore eliderētur: uitamq; finiret.

R.Aph. ❡Hactenus aurigenæ: nulla qdē hoc loco poeta expo nit

Deſerit a dextra Cypro,Gyaroq; relictis.
Quaq; ſuper põtum uia uiſa breuiſſima,Thebas,
Virgineumq; Helicona petit:qoo monte potita
Conſtitit:& doctas ſic eſt affata ſorores.
Fama noui fonris noſtras peruenit ad aures:
Dura Meduſæi,quem præpetis ungula rupit.
Is mihi cauſa uiæ. uolui mirabile factum
Cernere.uidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipir Vranie,quæcunq; eſt cauſa uidendi
Has tibi diua domus animo grariſſima noſtro.
Vera tamen fama eſt;& Pegaſus huius origo
Fontis:& ad latices deduxir Pallada ſacros.
Quæ mirata diu factas pedis ictibus undas
Siluarum lucos circumſpicit antiquarom:
Antraq;,& innumeris diſtinctas floribꝰ herbas,
Feliceſq; uocar pariter ſtudiiq;,lociq;
Mæonidas:quam ſic affata eſt una ſororum.
O niſi te uirtus opera ad maiora tuliſſet:
In partem oentura chori Tritonia noſtri:
Vera refers:meritoq; probas,artemq;,locumq;.
Et gratam ſortem:tutæ modo ſimus:habemus:
Sed uetitum eſt adeo ſceleri nihil.omnia terrent
Virgineas mentes:diruſq; ante ora Pyreneus
Vertitur:& nondum me rota mente recepi.
Daulia Threicio,Phoceaq; milite rura
Cœperat ille ferox.inioſtaq; regna tenebat.
Templa petebamus Parnaſia.uidit euntes:
Noſtraq; fallaci ueneratos numina uultu
Mæonides(cognorat enim)conſiſtite dixit.
Ne dobitate precor tecto graue ſydus,& imbrẽ
(Imber erat)uitare meo.ſubiere minores
Sæpe caſas ſuperi.dictis & tempore motæ,

nit trãſformationẽ,ſed rẽ ſane admirãdã deſcribit:quo concinnius muſaꝝ in aues tranſformationẽ ſubnectat. Narrat.n.quẽadmodum Pegaſus equus alatus (quem paulo ãte diximꝰ)una cum Chryſaore e ſanguine colli Meduſæ exiliiſſe ad Heliconẽ Bœotiæ mõtẽ peruenerit: ubi cũ terrã pedis ungula p.cuſſiſſet,illico fons(q̃ iππο κρήνη:hoc ẽ caballinꝰ fons eſt appellatꝰ)exortꝰ fuiſſe memorat. Ad eũ igit uidẽdum relicto Perſeo Pallas pfecta ẽ,q̃ a muſis accepta q̃ promptiſſime ad ipſum fuit deducta.

RAph.

Dextrã Cypro,Gyaroq; relictis: Cypro qdẽ legit,ſed cũ hæc inſula lõge a Gyaro diſtet:utpote quæ ſit in mari pãphilio, cũ Gyaron ẽ in Aegeo cõſtet:minꝰ huic loco cõuenire uidet. Forſitan ãt p Cypro legẽdũ eſt Scyro.Nã Scyros ĩſula ẽ una ex Cycladibus Gyaro ppinqua,q̃ & ipſa una ex Cycladibus,in q̃ mures ferrum rodere dicunt.Inde Gyareꝰ nomẽ gentile triſyllabũ declinat.Mendũ eſt apud Plin. ubi legit Scyros a Naxo q̃tuordecim millia paſſuũ Homeri ſepulchro ueneraudaũ nõ Scyros ſed Ios ex ſnia etiã Strabonis legendũ ſit.qdam uero alii legũt Gythno. Virgineũ Helicona: uirginibꝰ muſis,nymphiſq; dicatũ. Doctas ſorores: periphraſi: eſt muſarũ.Nam muſæ Iouis & Mnemoſynes filiæ ſunt:quæ πα ρὰ τὸ μῶσθαι:hoc eſt ab inquirendo dicuntur: ut inquit Diodorus:q; ea inquirant: hoieſq; doceãt, quæ ab indoctis ignorantur:& q̃ quærendo ſcientia pariat.Nouem aũt fuiſſe muſas fere inter omnes cõſtat:etſi quidam tres tñ eſſe contendant.Quibus noĩa a proprio cuiq; munere idita fuerũt.Clio ἀπὸ τοῦ κλέους.hoc eſt a gloria:quæ ex poetarum laudibus orit, dicta eſt.Enterpe ἀπὸ τοῦ εὐτέρπους:hoc eſt a iucundo ppter uoluptatem:quæ ab audientibus ex honeſti perceptione ſentitur.Thalia ἀπὸ τοῦ θάλλειν:hoc eſt a uirendo:q; in longum tempus poetarum gloria uireſcat. Melpomene ἀπὸ τοῦ μελπεσθαι:hoc eſt a modulãdo q; melodia audiẽtes maxime demulceant.Terpſichorẽ ἀπὸ τοῦ τέρπειν:hoc eſt a delectando:q; doctrina hominum animi maximopere delectant. Erato ἀπὸ τοῦ ἐρᾶν:hoc eſt ab amando:q; docti homines ab omnibus ament.Polymnia:q; cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortales.Vrania ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ:hoc eſt a cælo: q; uiri eruditi ad cælum gloria tollant.Calliope ἀπὸ

Hippocrene fons

Scyros Gyaros

Ios pyreneus Helicõ.

Muſæ.

Muſaꝝ noĩa

τοῦ καλλους τῆς ὀπὸς:hoc eſt a pulchritudine uocis:q; cantus ſuauitate alios antecedens magni ab audientibus æſtimet:alii uero aiunt duas eſſe muſaꝝ generationes ex Muſei ſnia. Antiquioꝝ qdẽ:q̃ una cum Saturno ferunt natæ. Iunioꝝ aũt,q̃ Ioui & Mnemoſynes filiæ fuiſſe dñr. Haꝝ inuẽta & hæc fuiſſe phibent. Clio nãq; hiſtoriã inueniſſe ſcribit. Thalia agriculturã & curam quæ plãtis adhibet. Euterpe mathematicas artes. Terpſichore erudi tionẽ.Erato ſaltationes. Polymnia lyram.Melpomene cãtũ.Vrania aſtrologias. Galliope poeſin. Meduſæi pr.e.uolucris & alati equi. Vidi ipſum ma.ſan.na.ipſum Pegaſum.Aderat enĩ Perſeo Pallas,cũ Meduſam obtruncauit. Excipit Vranie:una eſt ex nouẽ muſis,q̃ cęleſtis interp̃tari pt οὐρανός.n.unũ uenit,cælũ ſignificat. Et peg.hu.ori.fon.pegaſus equꝰ alatus ex ſanguine Meduſę natus,cũ Bellorophontẽ excuſiſſet in cælũ ſubuolaſſe:& inter ſydera ab Ioue ferẽ collocatus fuiſſe. Euſebius aũt & ante illũ palæphatus ait Bellerophontis naues pegaſum fuiſſe. pli.i.viii. pegaſos pẽnates equos: & cornibus armatos ĩ Aethiopia naſci ſcribit. Idẽ in.x.pegaſos equo capite iſigneſ inter aues numerat fabuloſas. Pedis ictibus: pcuſſiõe pedis. Hæc ãt narrant ut fabulã ſeq̃ntẽ apte connectat cũ ſupioribus. Felices ſtudiiq; lociq;:cã ſubaudiẽda ẽ: ut intelligamus cã ſtudii ac loci muſas felices eſſe. Mæonidas: muſas. Mæonides aũt nõ a Mæonis filiabus deuictis: ut quidã ſomniarũt,ſed a Mæonia dñr:ut Aonides ab Aonia,Pierides a pieria,Theſpiades a Theſpiis fuerũt denoiatæ. Quãq̃ Myonides prima p y græcã uocalẽ forſitan rectiꝰ ſcriberet.Nã Myonia urbs ẽ Phocidis:de qua pauſanias in prio mẽtionẽ facit. Opa ad ma.ad bellica geſta:q̃ qdẽ ſtudiis diſciplinaꝝ ſunt maiora. Sed ue.eſt ad ſce.ni.oia inqt ſcelerati audẽt:neq; ſibi qcq̃ p hibitũ eſſe putãt. Adeo:certe. Oia ter. Vir,mẽtes: ſnia eſt generalis:uirgines enim natura ſunt timidæ. Diruſq; an.ora Pyre. Vertit:uerſari uidet.pyreneus autem ut hinc colligere poſſumus Thrax fuit tyrãnus qui Daulida Phocidis urbem occupauit:ubi cum quodam die pluuioſo muſas ad parnaſum euntes uidiſſet ut tecta ſua ſubirent:dum pluuia ceſſaret:inuitauit. Cum uero iam imber ceſſaſſet: muſæque diſcedere

Muſaꝝ inuenta

pegaſus

Mæonides.

Myõia

R Aph. Typhoeus — ¶ Emiſſumq; Typhoea: Typhoeus qui & Typhō dicitur Titani & terræ fuit filius tanta audacia: ut Iouē in pugnam prouocare ſit auſus: Quare Iuppiter illum fulmine ſtrauit: Trinacriæq; inſulę ſubiecit. Sane Typhoeus ita triſyllabū eſt: nō o & e ſed e & u in diphthōgum copulentur. Quidam enim de ortographia ſcribē tes cū œ diphthongo hoc nomen ſcribendum ſtulte precepiſſe. ¶ Donec feſſos Aegyptia tellus Cœperit: gigantes Titanoꝝ filii (ut primo quoq; diximus) Typhoeo duce impetum in Deos fecerunt: ac eos in Aegyptum uſq; fugere coegerunt: ubi ſe Typhoei metu in uaria animalia: ut perſpicue deſcribit Ouidius conuerterunt: inde factum eſt: ut Aegyptii multa animalia pro Diis colant. In quoꝝ ſtultitiam Iuuenalis eam ſcripſit Satyram: cuius ē initium. Quis neſcit Voluſi Bithynice qualia demens Aegyptus portenta colat. ¶ Duxq; gre. periphraſis eſt arietis. Nam Iuppiter ſe in arietem cō mutauit: cuius rei argumentum eſt: q̄ Iuppiter Hammon i Libya ſub figura arietis colitur. Tametſi aliā huius Metamorphoſeos rationē ſuperius deſcripſimus. ¶ Delius in coruo: Apollo ſe i coruum mutauit, Bacchuſq; in caprum. ¶ Fele ſoror phœbi: Diana ſoror eſt Apollinis: quæ ſe in feles domeſticum animal muribus, auibuſq; maxime infeſtū, cōuertit. ¶ Cyllenius Ibidis alis: Ibis auis Ciconiæ ſimilis Aegypti peculiaris, immunda, ut quę roſtro anum purget. ¶ Poſcimur Aōides: nos inquit muſæ ad cantandum inuitamur. Significat autem ſe & prudentes & modeſtas eſſe: quę niſi rogatæ non ſurrexerint ad cantandum: id qd impudentes Pieri filiæ fecerunt: quæ ne iacta quidem forte canere cœperunt. Aonides uero muſę dicunt̄ ab Aonia Bœotiæ parte montana. ¶ Leui umbra: ſuaui ac iucunda. ¶ Dedimus ſummas certaminis uni: hoc eſt totum certamen uni ex ſororibus cōmiſſim⁹. ¶ Calliope: una eſt ex muſis: cui a pulchritudine ac bonitate uocis nomē inditum ē. Nā κ·λλος pulchritudo: ὄψ uox dr̄. Morē autē citharœdorū expreſſit, qui citharæ chordas anteq̄ uerū incipiant cantum tētare ſolent. Chordæ autē proprie dn̄r muſicoꝝ inſtrumētoꝝ. ¶ Neruis: chordis. ¶ Prima Ceres a laudibus Cereris carm̄ ſuū calliope auſpicatur. Ceres aūt Saturni & Opis filia fuiſſe dr̄: q̄ oium prima agrorum cultum ac frumenta hoib⁹ mōſtrauit, legeſq; adinuenit: qbus hoies ciuiliter uiuere cœperunt. Dicta eſt aūt Ceres a gerēdis frugibus prima lr̄a pp affinitatē mutata, ut de natura Deoꝝ Cic ſit. ¶ Alimētaq; mi. piphraſis eſt frumēti, ante cuius inuētionē glādibus hoies ueſcebāt̄. ¶ Prima de. le. repetitio ē q̄ maxime laudationē exornat. Q d aūt Ceres prima leges inuenerit, illd̄ quoq; eſt argumento: q̄ Theſmophora a græcis uocat̄: hoc ē Legifera, & eius ſacra Theſmophoria: quæ a noſtris cerealia dn̄r. ¶ Vaſta gi. Typhoeo gigāti fulmine percuſſo Iuppiter Siciliā inſulā ſuperiecit, ne q̄n reſurgēs e cælo Deos pellere tentaret. ¶ Trinacris: Sicilia quidē Trinacris a poeta, ſed ab aliis Trinacria frequētius dr̄: q̄ tria ακρα hēat & pmontoria, Peloꝝ, Lilybeū, & pachynū. Quidā ex āti͞qs hiſtoricis Trinacriā illā uocant a Trinaco rege denominatā: ut ſcribit Apollonii enarrator. ¶ Magnis mo. montib⁹, ponderib⁹. ¶ Nititur il. q. hoc idcirco fingit: ut quia Sicilia terrę motu ſæpenumero quatit̄. ¶ Auſonio Pe. Italo, quippe q & ad Italiā uergat: & ab ea mille & quingentis paſſibus diſtet. Dictus eſt aūt Pelorus a peloro claſſis Hānibalis gubernatore: quem interfectū Hānibal cū crederet, ſe i inſidias adductū ibi ſepeliendū curauit. ¶ Lęua pa. tibi: apoſtrophe ad mōtē, qua maxie oro exornat̄. Pachynus uero Siciliæ ē promōtoriū i Greciam uergens. ¶ Lilybeo crura premuntur: Lilybeus quoq; Siciliæ eſt pmontorium Africam reſpiciēs.

Marginal notes: Iuppiter i arietē — Apollo i coruū — Bacch⁹ i caprā — Diana i felem — Iuno in uaccam — Venus in piſcē — Mercurius in ibidem — Cereris laudes — chordę — Trinacris — Trinacria — Pelorus — Pachynus — Lilybe⁹ — Calliope

Emiſſumq; ima de ſede Typhoea terræ
Cæliribus feciſſe metum: cunctoſq; dediſſe
Terga fugæ. donec feſſos Aegypria tellus
Cœperit: & ſeptem diſcretus in hoſtia Nilus,
Huc quoq; terrigenam ueniſſe Typhoea narrat,
Et ſe mentitis ſuperos cælaſſe figuris:
Duxq; gregis dixit fit Iuppiter: unde recuruis
Nūc quoq; formatus Libys ē cū cornib⁹ Hāmō.
Delius in coruo: proles Semeleia capro:
Fele ſoror phœbi: niuea Saturnia uacca:
Piſce Venus latuit: Cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam uocalia mouerat ora,
poſcimur aonides. ſed forſitan otia non ſunt:
Nec noſtris præbere uacat tibi cantibus aures.
Ne dubita, ueſtrumq; mihi refer ordine carmen:
Pallas ait. nemoriſq; leui conſedit in umbra.
Muſa refert. dedimus ſummam certaminis uni,
Surgit: & immenſos hedera collecta capillos
Calliope querulas prætentat pollice chordas.
Atq; hæc percuſſis ſubiungit carmina neruis.
prima Ceres unco glebam dimouit aratro.
prima dedit fruges: alimentaq; mitia terris.
Prima dedit leges. Cereris ſunt omnia munus.
Illa canenda mihi eſt. utinam modo dicere poſſē
Carmina digna Dea. certe ē Dea carmine digna,
Vaſta gigātis iniecta eſt inſula membris
Trinacris: & magnis ſubiectum molibus urget
Aethereas auſum ſperare Typhoea ſedes.



Nititur ille quidem: tentatq; reſurgere ſæpe:
Dextra ſed auſonio manus eſt ſubiecta peloro:
Læua pachyne tibi: Lilybeo crura premuntur:

Frondibus ut uelo phœbeos ſummouet ignes.
Frigora dant rami: uarios humus hūida flores.
Perpetuum uer eſt: quo dum Proſerpina luco
Ludit: & aut uiolas, aut candida lilia carpit:
Dumq; puellari ſtudio, calathoſq;, ſinumq;
Implet: & æquales certat ſuperare legendo.
Pene ſimul uiſa eſt: dilectaq;, raptaq; Diti.
Vſq; adeo ē ꝓperatus amor. Dea territa mœſto,
Et matrem, & comites: ſed matrem ſæpius ore
Clamat: & ut ſumma ueſtem laniarat ab ora,
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis:
Tantaq; ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hæc quoq; uirgineum mouit iactura dolorem.
Raptor agit currus: & nomine quenq; uocando
Exhortatur equos: quorum per colla, iubaſq;
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas.
Perq; lacus altos, & olentia ſulfure fertur
Stagna palicorum rupta feruentia terra,
Et qua Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæquales poſuerunt mœnia portus,
Eſt medium Cyanes, & piſææ Arethuſæ,
Quod coit anguſtis incluſum cornibus æquor:
Hic fuit: a cuius ſtagnum quoq; nomine dictū ē:
Inter Sicelidas Cyane celeberrima nymphas,
Gurgite quæ medio ſumma tenus extitit aluo:
Agnouitq; Deam. nec longius ibitis inquit.
Non potes inuitæ Cereris gener eſſe. roganda,
Non rapienda fuit. quod ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt: & me dilexit Anapus:
Exorata tamen, nec, ut hæc exterrita, nupſi.
Dixit: & in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit: haud ultra tenuit Saturnius iram:
Terribileſq; hortatus equos in gurgitis ima
Contortum ualido ſceptrum regale lacerto

R Aph. ¶ Summouet repellit, penetrare nō ſinit. ¶ Phœbeos ig. Solis feruores. ¶ Puellari ſtu. puellę ducību. ¶ Vſq; a. pro. iam. Acclamatione hac ſignificat q̄ uehemens ad amandū ſagitta Cupidinis effectus fuerit Pluto. ¶ Ab ora ſu. a ſupremo limbo. ¶ Hæc qu. ia. quā amiſſerat flores. ¶ Raptor a. c. agitat & concitat in curſum. ¶ Et no. qu. uo. Exhortat equos nomine equorum Plutonis hæc eē ferunt. Orphnęus: qui obſcurus interpretari poteſt & niger, Aethō qui urens. Is autem unus eſt etiā ex Solis eq̄s, Nyctęus qui nocturnus a nocte, q̄ νύξ græce dr̄, Alaſtor qui infeſtus & pnitioſus. Sūt enim Alaſtores Dæmones hoībus pernitioſi & infeſti. ¶ Excutit concutit. ¶ Obſcura ferru. ferrugineo colore, q̄ fuſcus eſt ac ferro ſiīs. ¶ Stagna pa. Palici (ut Aeſchylus in Aetnis ſcribit) Iouis & Thaleæ nymphæ a Vulcano genitæ filii fuerunt: ut uero alii, in primiſq; Silenꝰ ſcriptor græcus: Vulcani ex aetna Oceani filia. Dicti ſunt autē Palici ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι: hoc eſt ab iterū ueniēdo in uitā: cū mortui iā eſſent. Nam cū Thalea nympha a Ioue fuiſſet cōpreſſa Iunonis timore optauit: ut ſibi terra dehiſceret. Q̄d q̄dem ubi factū eſt: maturi partus tēpus aduenit: ex terra igit̄ adaperta: duo ſimul infantes exiliere: q̄ Palici ſunt appellati. Nō aūt paliſci ſūt putat Tortel. qui in hoc quoq; fœde nimiū fallitur: nā paliſcos ἀπὸ τοῦ πάλιν: q̄d eſt iterum: & hiſcere uerbo latino ſcribit cōponi: eoq; ſecūdæ ſyllabę s literam præcipit aſcribendā: cū & nomē græcum procul dubio ſit: nec illo modo componeretur: gręci unq̄ huiuſmodi uerbo uterentur. Iuxta Palicos aūt fons eſt Palicinæ, q aquā in altū ſex cubitis eiaculari dr̄: quæ in eundē fontē iterū reuertat̄. Ius quoq; iurādū ibi ſanctum fuiſſe ſcribunt. Quæ .n. quis iuraſſet ea in tabella ſcripta in aquam proiiciebātur: ac ſi quidem uera fuiſſent tabella fluitabat, ſiquis uero peieraſſet, tabella ſubmergebat̄ nec uſq̄ apparebat. In periurio uero deprehēſus cōburebatur. ¶ Feruētia: innuit poeta ibi eſſe fontes calidarum aquarum. ¶ Et q̄ Bacchiadæ: hoc eſt originē a Bacchia ducētes. Bacchias .n. Dionyſii filius Corinthū habitauit: ab eo autem genus ducētes (ut ſcribit & Strabo, & expoſitor Argonauticon Apollonii) generoſiſſimi corinthiorū habebātur. Cęterū expulſi Corintho pp Actęōis mortē dr̄r fuiſſe. Meliſſus enim pater cū uidiſſet filiū a Bacchiadis dilaceratū, tūq; Iſthmia forent celebrāda: aſtans altari multa in Corinthios eſt imprecatus, niſi filii cædē uindicarēt, cūq; ea dixiſſet ſe præcipitem ex alto dedit. Quare corinthii, ne inultam eā cædē relinquerent, oraculoq; id iubēti obtēperarent: Bacchiadas expulerūt. Cherſicrates aūt unus bacchiadū Cercyrā ædificauit: cum illinc Colchos eieciſſet. Videt̄ autē poeta innuere Drepanū a Bacchiadis ædificatū: q̄ q̄ & Cercyra Drepane fuerit appellata: q (ut Timæus inquit) δρέπανον: hoc eſt falx illic abſcondita eſt: qua Cronus Vranū: hoc eſt cæli pudenda: aut Iuppiter croni reciderit. ¶ Bimari corintho: Corinthus idcirco bimaris appellat̄: q in Iſthmo peloponneſi ædificata ab altera parte Aegęū mare: ab altera Ioniū ſpectet. ¶ Inter inæquales portus: alter nanq; maior eē: alter minor perhibet̄. ¶ Poſuerunt mœnia: urbem Drepanum ædificarunt. ¶ Eſt medium cyanes: locum deſcribit: ubi cyane nympha plutonē inhibere uoluit: ne Proſerpinā aſportaret: cæterum a Plutone contēpta dolore in fontem ſui nominis fuit conuerſa: qui Anapi fluuio commixtus iuxta Ortygiam inſulam in mare labitur. Cyane autem (ut ſcribit Plutarchus ex ſententia Doſithei) puella fuit Syracuſana: quæ ex oraculo & cyanippum patrē: & ſe ipſam mactauit: cum patris deſyderium ferre nō poſſet. cū āt illius morte peſtis foret ſedata, Syracuſani diuinos honores ei decreuerunt, ac perennem & maximum fontem ab eiuſdem nomine appellarunt. Eſt autem iuxta Syracuſas Proſerpinæ facer (ut ſcribit Diodorus) q prope illum rapta fuerit Proſerpina: ut etiam Cicero teſtatur. ¶ Et Piſææ Arethuſæ: Arethuſa fons eſt Siciliæ iuxta Syracuſas urbem: quam idcirco Piſæam poeta uocat: q (ut diximus) creditur eſſe Alpheus: qui fluuius iuxta Piſam Olympiæ urbem labens abſorbetur a terra, ac ſubter mare fluens in Siciliam uſq; Arethuſam efferre dicitur. ¶ Componere: comparare. ¶ Anapus: qui & Anapis dicitur, fluuius eſt Siciliæ: qui idcirco Cyanen amare fingitur: q iuncti in mare defluunt. ¶ Saturnius: Pluto Saturni filius.

Eq plutonis
Orphnæus
Aethoꝰ
Nyctæꝰ
Alaſtor
Palici
Cyane in aquā
Bacchiadæ
Corinthus bimaris
Cyane
Arethuſa
Cōpōere
Anapꝰ

RAph. ℭ Condidit:fecit tantis uiribus ut totum ſceptrum occultaretur. ꝑ Icta uia3 tellus:nã ſceptro percuſſa ita hiauit,ut facile Plutonis currus illac ad inferos ptranſierit. ꝑ In tartara:ad inferos,Eſt.n.tartarus iſimus inferorꝫ locus & obſcuriſſimus:dictus παρα το ταττειν τα χαη hoc eſt ex eo:q omnia in eo perturbata & cõfuſa ſunt. Mutat ãt genus:nã in ſingulari maſculinum eſt:in plurali neutrũ. ꝑ Medio cratere:in mediã uoraginẽ.Nã crater nõ ſolũ uas dicit:ſed ad eius ſimilitudinẽ hiatus quoq terræ: unde flamma præſertim egrediatur:crater appellat.unde Em°edoclẽ ſe i Aetnæ craterẽ præcipitaſſe legimus. ꝑ Incõſolabile uulnus:maximũ dolorẽ:qui nullã cõſolationẽ admittere poſſet. ꝑ Cis:tota. ꝑ Oſſa pati flexus: oſſa fieri flexilia. ꝑ Exilibus:tenuibus ac paruis. ꝑ Euanida:extaneſcẽtia: reſoluta. ꝑ Reſtatq nihil quod prendere poſſis:nihil qđ prendere poſſis:nihil iquit duri de Cyanes corpore fuit relictũ:qđ q̃ſq manibus ꝑhẽdere poſſit.

Tartarus

Crater

Euãid⁹

Condidit.icta niam tellus in tartara fecit:
Et pronos currus medio cratere recepit.
At Cyane,raptamq Deam,contemptaq fontis
Iura ſui mœrens inconſolabile uulnus
Mẽte gerit tacita:lachrymiſq abſumitur omnis.
Et quarum fuerat magnum modo numen:i illas
Extenuatur aquas.molliri membra uideres:
Oſſa pati flexus:ungues poſuiſſe rigorem:
Primaq de tota tenuiſſima quæq liqueſcunt:
Cærulei crines,digitiq,& crura,pedeſq.
Nam breuis in gelidas membris exilib⁹ undas
Tranſitus eſt. poſt hæc humeri,tergũq,latuſq,
Pectoraq in tenues abeunt euanida riuos.
Deniq pro uiuo uitiatas ſanguine uenas
Lympha ſubit:reſtatq nihil:qđ prendere poſſis.
Interea pauidæ nequicq̃ filia matri
Omnibus eſt terris,omni quæſita profundo.
Illam non udis ueniens Aurora capillis
Ceſſantem uidit:non heſperus.illa duabus
Flãmiferas pinus manibus ſuccendit ab Aetna:
Perq pruinoſas tulit irrequieta tenebras.
Rurſus ubi alma dies hebetarat ſydera:natam
Solis ab occaſu,ſolis quærebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat:oraq nulli
Colluerant fontes.contectam ſtramine uidit
Forte caſam:paruaſq fores pulſauit.at inde
Prodit anus:Diuamq uidet:lymphãq roganti
Dulce dedit,teſta,quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum:duri puer oris,& audax
Conſtitit ante Deam:riſitq,auidamq uocauit.
Offenſa eſt:neq adhuc epota parte loquentem
Cum liquido mixta perfudit Diua polenta.
Combibit os maculas:& quæ mõ brachia geſſit:
Crura gerit.cauda eſt mutatis addita membris.
Inq breuem formam,ne ſit uis magna nocendi
Contrahitur:paruaq minor menſura lacerta eſt.
Mirantem,flentemq,& tangere monſtra parẽtẽ
Fugit anum:latebraſq petit:aptumq colori
Nomen habet uariis ſtellatus corpora guttis.

Fabulæ quin:æ quinti libri argumentum.

LAct. ℭ Interea &c. Ceres cũ orbẽ terrarũ peragraſſet requirẽs filiã Proſerpinã æſtu torrida ad caſum cuiuſdã anus nomine Miſmes deuenit:petitq ab ea ut ſibi aquam ad colluendum ieiunium porrigeret. Quæ cũ polentatã potionem ei dediſſet:& illa auidius biberet: puer quidam ex eiuſdem caſæ nomine Stelles procaci⁹ eſt proſecutus: prædicans auiditatem eius in bibendo:cuius Dea audacia pueri offenſa i malus:partem potionis in eum effudit:fecitq ut in ſtellionẽ ſparſam polẽta oſtẽderet.

Puls

Puer impudẽs i ſtellionem

RAph. ℭ Interea pauidæ:ceres proſerpinã filiã quærens cũ defeſſa ſiti laboraret: quandã rogauit anũ:ut ſibi aquã ad os colluendũ exhiberet.Ea cum muſtum polenta commixtũ a uetula traditũ bibere cœpiſſet:puer audacior & riderẽ & Cererẽ gulæ deditã eẽ iactare auſus ẽ.Quare idignata ceres in faciẽ impudẽtis pueri muſtũ ſimul & polentã exſpuit:eũq in ſtellionẽ aial uariis maculis iſectũ cõmutauit. ꝑ Omni ꝑ fundo:in omni mari. ꝑ Udis capillis:humidis:propter rorem autem nocturnum Aurora humidos capillos fingitur habere. ꝑ Ab Aetna:ab Aetnæ incendio & cratere. Unde & i ſacrificiis Cereris:quæ myſteria & initia uocantur:faces accenſas iactare ſolebant ad imitationem ipſius filiam inquirentis. ꝑ Flãmiferas pinus:pinus arbor eſt ex qua optimę faces cõficiuntur. Duas autem integras pinus maximas Ceres accẽdit illiſq pro facibus utebat. Claudian⁹ uero duas cedros ab illa geſtatas fuiſſe ſcribit. ꝑ Hebetarat ſydera:lumẽ ſyderum retuderat & occultarat. Nam adueniẽte die ſyderæ fulgor nõ uidetur. ꝑ Oraq nulli Colluerant fontes: hoc eſt nihil aquæ biberat.Proprie autem os colluit dicitur:quando abluitur. ꝑ Stramine:palea. ꝑ Prodit anus:procedit egreditur. Quæ nam uero fuerit hæc anus poeta quidem reticet:ſed C:p in Virgilium ſcribit fuiſſe Megaram Celei ancillãt quæ Cererem manu prehenſam introduxit. Huic aſtipulatur & Diomedes grãmaticus: qui & illud addidit:puerum a cerere in ſtellionem conuerſum Iambã fuiſſe uocatũ: unde Iambus uidetur eſſe nominatus. ꝑ Dulce dedit:non mulſum:quod eſt dinorum:ſed muſtum quod ruſtici quoq non carent: puto accipiẽdum. ꝑ Teſta:terreo uaſe:per quod ſignificat poeta uetulam eã inopẽ admodũ fuiſſe. ꝑ Polenta:cum ꝑpoſitio ſubintelligat. Polenta uero cibus eſt græcis olim tam familiaris:q̃ puls romanis:uterq uero cibus eſt quo ruſtici præcipueq montani utuntur. ꝑ Duri oris:impudentis.Illi.n. duri eſſe oris dicunt: qui ſunt impudentes. ꝑ Auidam:guloſam. ꝑ Epota præterpot⁹ modo actiuã: modo paſſiuã hẽt ſignificationẽ:ut hoc loco. Sic Iuue. Epotaq flumina Medo Prandẽte. ꝑ Cõbibit os maculas:contrahit. ꝑ Aptumq colori Nomen hẽt:ſtellio uocatur:q paruis ſtellis inſignitus eẽ uideat. Eſt aũt paruũ aial:qđ (ut inqt Pli.) rore tñ uiuit. A ſtelliõe uero ſtellionat⁹ crim a iure cõſulus deductũ eſt:ut.n.ſtelliões uarii ſunt & uerſicolores:ita impoſtores atq deceptores:ut ulta uideat ꝑnoſa,arte q̃dã ac ſimulatione mẽdaciſq efficiũt. ꝑ Stellat⁹ corpora: ſtellatũ habẽs corpus:& guttis infectũ quæ ſtellę uideant.

Mos ſacrorum Cereris

Pinus

Colluit os

Megara

Iãbus Iamb⁹

Polenta

duri homines oris

Epota

Stellio

Stellionat⁹ crimen

Stellat⁹

ℭ Quærenti

Quas Dea per terras,& quas errauerit undas
Dicere longa mora eſt,quærenti defuit orbis.
Sicaniam repetit.dumq́ omnia luſtrat eundo:
Venit & ad Cyanen:ea ni murata fuiſſet:
Omnia narraſſet:ſed & os,& lingua uolenti
Dicere non aderant:nec qua loqueretur ;hẽbat.
Signa tamen manifeſta dedit:totamq́ parenti
Illo forte loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephones zonam ſummis oſtendit ĩ undis.
Quam ſimul agnouit:tanq̃ tum denicq́ raptam
Sciſſet:inornatos laniauit Diua capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc ubi ſit.terras tñ increpat omneis,
Ingrataſq́ uocat:nec frugum munere dignas,
Trinacriam ante alias.in qua ueſtigia damni
Repperit.ergo illic ſæua uertentia glebas
Fregit aratra manu:pariliq́ irata colonos,
Ruricolaſq́ boues leto dedit:aruaq́ iuſſit
Fallere depoſitum:uitiataq́ ſemina fecit.
Fertilitas terræ latum uulgata per orbem
Sparſa iacet.primis ſegetes moriuntur in herbis.
Et modo Sol nimi⁹,nimius modo corripit imber:
Syderaq́,& uenti nocent,auidæq́ uolucres
Semina iacta legunt:lolium,tribuliq́ fatigant
Triticeas meſſes,& inexpugnabile gramen.
Tum caput Eleis Alpheias extulit undis:
Roranteſq́ comas a fronte remouit ad aures.
Atq́ ait:o toto quæſitæ uirginis orbe,
Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores:
Ne ue tibi fidæ uiolenta iraſcere terræ.
Terra nihil meruit:patuitq́ inuita rapinæ.
Nec ſum pro patria ſupplex.huc hoſpita ueni:
Piſa mihi patria eſt:& ab Elide ducimus ortus.
Sicaniam peregrina colo.ſed gratior omni
Hæc mihi terra ſolo ẽ.hos nũc arethuſa penates,
Hanc habeo ſedem:quam tu mitiſſima ſerua.

Fabulæ ſextæ quinti libri argumentum.

LAAã. ¶ Quas Dea &c. Cũ Arethuſa nympha Siciliç fõtis, q̃ humo preſſus ab Elide fluit:indicauiſſet Cereri a Dite raptã Proſerpinã:& illa ab Ioue impetraſſet ſi fratris nuptiis contenta non eſſet,ea lege ab iferis duceret eã ſi nihil guſtaſſet.Quã ob cauſam cum iudiciũ fieret:aſcalapus hoſpes Acherontis filius ad iudicium prim⁹ deſcẽdit:docuitq́ eã mali punici granũ guſtaſſe. Quãobrem in auẽ bubonem abominandi ominis cõuerſus eſt.Iuppiter aũt ex æquo Cereri, fratriq́ tribuitur partẽ anni proſerpina apud utrũq́ parteꝫ antẽ apud matrẽ ageret.

RAph. ¶ Q uęrẽti defuit orbis: nã cum totum pluſtraſſet Ceres terraꝶ orbem ubi quæreret filiã nihil ei loci reſtabat,quare in Siciliaꝫ eſt reuerſa.

Sicania ¶ Sicaniã: Siciliam a Sicano rege appellatam. ¶ Nec qua loba.hoc eſt nec linguã qua loq poſſet hẽbat.

Perſephone ¶ Perſephones zonã:proſerpinç cingulũ.Q uã enim latini proſerpinã græci perſephonen uocant.

Trinacria ¶ Trinacriaꝫ ante alias: Trinacria,quç & Trinacris uocatur,q̃ tria acra & promontoria habeat,cognominata fertur: ut ſupius quoq́ diximus.Alii a trinacro rege,cuius memiuit Sibylla(ut Stephan⁹ refert)ſiciliã fuiſſe dictã. A latinis ẽt Triquetra:a triãgulari figura noiatur. A qbuſdam uero gręcoꝶ Trinacia ἀπὸ τοῦ τριναϰ-ϰος.i.tridente uocaf:q̃ ei ſit ſimilis.Multa uero loca a regũ ſimilitudine noĩaſſẽ:ut Lyrneſus t Brũduſiũ: Sardinia. ¶ In q̃ ueſtigia dãni Repperit: cã eſt cur Siciliã ĩ primis frugũ munere indignã putet ceres:q̃a illic mille ſuç iacturæ ſigna inuenit & amiſſæ filiæ. ¶ Sæua manu:magna & robuſta. ¶ Parili leto:ſimili ac pari morti. Dare aũt leto & morti interficere eſt.

Dare leto ¶ Aruaq́ iuſſit Fal.de.hoc ẽ aruis mãdauit:ne ſibi credita ſemina redderẽt.

Depoſitum Depoſitũ aũt dr̃ q̃cq̃d apũ aliquẽ cuſtodiæ gr̃a collocat.Eſt uero figurata ac poetica locutio,fallere depoſitũ,pro eo qd̃ ẽ fallere hoies nõ reddẽdo ſemĩa credita atq́ depoſita. ¶ Sparſa iacet: diſperſa marceſſit ac nullo eſt in honore:nulloq́ fructum hominibus præbet. ¶ Segetes:frumenta ſeminata. Elegãter autẽ ea oĩa enumerat:qb⁹ ſegetes corrumpuntur. ¶ Et modo Sol nimi⁹:nimia ſiccitas a calore Solis proueniens. ¶ Nimius imber:nimia humi dĩtas. Nã imber (ut ait Plini.)in herba tm̃ ſegetibus eſt utilis: florẽtibus autẽ frumento & hordeo nocet. ¶ Syderaq́ & uẽti nocent:ſydera tunc nocere ſegetibus uidenſ cum rubiginẽ contrahunt.

Rubigo Nam rubigo(ut idem ſcribit Plinius)cęleſte eſt frugum,uinearumq́ malum nullominus noxiũ. Vẽti aũt tribus ıp̃ibus nocẽt frumento & hordeo: in flore aut p̃tinus cum defloruere,uel matureſcere incipiẽtib⁹. ¶ Semina iacta:grana ſemiata. ¶ Legunt:colligunt, & deuorant.

Lolium Tribuli ¶ Lolium,tribuliq́ fatigant:lolium ac tribuli herbæ ſunt ſegetibus infeſtæ. ¶ Fatigant:laborioſiores efficiunt. ¶ Triticeas meſſes:tritici ſegetes.

Meſſis Meſſis autẽ proprie dicitur tẽp̃us metendi & colligendi frumenti: ſed pro ſegete quoq́ interdũ accipit,ut hoc loco.

Gramẽ ¶ Et inexpugnabile gramẽ: indomabile:q̃ nulla ratione ita domari poteſt: ut non renaſcatur. Videtur aũt felicis eẽ periphraſis. Gramen ſane ſpecies eſt herbę fere ubiq́ naſcẽtis: quãuis ſimpliciter p̃ herba frequenter gramen accipiatur. ¶ Eleis undis: per ſubterraneas cauernas ab elide Olympię urbe uenientibus.

Elides tres Tres aũt ſunt urbes hoc nomine: una in Aegypto ab Eleo Tãtali filio cognominata:altera in Arcadia: tertia in Hiſpania:earũ Eleus poſſeſſiuum modo triſyllabum:modo Elie⁹ quadriſyllabũ:modo Elieius quĩqueſyllabũ declinaſ.

Eleus ¶ Alpheias ex. Arethuſa:q̃ Alphei Elidis fluuii filia eẽ uidef.

Alpheias Nã Arethuſa(ut paulo ãte diximus) eadẽ cum Alpheo eẽ putatur.Q uç enim apud piſam in Alpheum proiiciũtur(ut ſcribit Plinius) eadem in Sicilia ab Arethuſa eiiciuntur:unde fabulæ datus eſt locus,Alpheum Elidis fluuium Arethuſæ nymphæ amore captum,eam in Siciliam uſq́ fuiſſe pſecutum. ¶ Rorantes co.ſtillantes capillos. ¶ A frõte re.ad au.a fronte uſq́ ad aures repulit.

Vrinantiũ geſt⁹ Geſtũ autem expreſſit urinãtium,& ſub aqua natantium:q cumprimum ex aqua caput extulerint,capillos a frõte ad aures uſq́ manibus ambabus repellunt. ¶ Immẽſos ſiſte la.hoc ẽ immenſis deſiſte laboribus filiæ quærẽdæ.Eſt ãt trãſitiuũ ſiſto:quod ſignificat firmo ac ſtare facio. ¶ Violenta:indignata. ¶ Patuitq́ Patuit:ſe aperuit:ut Plutoni una cum rapta

Proſerpina ad inferos ꝑperā̃t aditū ꝑberet. ⸿ Nec ſuę pro patria ſupplex: nec ubi ꝑ patriæ meæ excuſatione ſupplico. Hęc aũt idcirco ait ne mētiri puteṫ. ⸿ Piſa mihi
Piſa patria ē: Piſa Arcadiæ oppidū iuxta qd Alpheus fluuiꝰ labiṫ: unde Piſæus deriuaṫ. Piſæ uero piſaꝝ numero tantū plurali urbs eſt Hetruriæ clariſſima: unde Piſanus.

Mora loco cur ſim: tantiq; per æquoris undas
Aduehar Ortygiam: ueniet narrantibus hora
Tempeſtiua meis: cum tu curaq; leuata,
Et uultus melioris eris. mihi peruia tellus
Præbet iter: ſubterq; imas ablata cauernas
Hic caput attollo: deſuetaq; ſydera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor:
Viſa tua eſt oculis illic Proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis, neq; adhuc interrita uultu,
Sed regina tamen: ſed opaci maxima mundi:
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit ceu ſaxea uoces:
Attonitæq; diu ſimilis fuit: utq; dolore
Pulſa graui grauis eſt amentia: curribus auras
Exit in æthereas. ibi toto nubila uultu
Ante Iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proq; meo ueni ſupplex tibi Iuppiter inquit
Sanguine: proq; tuo, ſi nulla eſt gratia matris
Nata patrem moueat. neu ſit tibi cura precamur
Vilior illius, quod noſtro eſt edita partu.
En quæſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire uocas amittere certius, aut ſi
Scire ubi ſit reperire uocas. quod rapta feremus:
Dummodo reddat eam. neq; eni prædōe marito
Filia digna tua eſt: ſi iam mea filia non eſt.
Iuppiter excepit. commune eſt pignus, onuſq;
Nata mihi tecum. ſed ſi modo nomina rebus
Addere uera placet: non hoc iniuria factum:
Verū amor eſt: neq; erit nobis gener ille pudori:
Tu modo Diua uelis: ut deſint cætera quantū ē
Eſſe Iouis fratrem? quid? q; non cætera deſunt?
Nec cedit niſi ſorte mihi. ſed tanta cupido
Si tibi diſſidii eſt: repetet Proſerpina cælum:
Lege tamen certa: ſi nullos contigit illic
Ore cibos. nam ſic parcarum fœdere cautum eſt,
Dixerat. at Cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt. quoniam ieiunia uirgo
Soluerat: & cultis dum ſimplex errat in hortis
Puniceum curua decerpſerat arbore pomum:
Sumptaq; pallenti ſeptem de cortice grana

R Aph. Mora loco cur ſit: Are
Arethuſa thuſa uenatrix fuit nympha Dianæ cōmesq; quæ cū forte ſe in Alpheo fluuio lauaret: ita Alpheū in ſui amorē pellexit: ut ipſam retinere conatus ſit: ſed cū in Siciliā uſq; fugientē Alpheus ſecutꝰ eſſet: implorato Dianæ auxilio i fontē ſui nois fingiṫ fuiſſe cōuerſa. Qđ idcirco (ut diximus) fictū eſt: ꝙ quę iaciunṫ in Alpheum purgamenta etiā ab Arethuſa in Sicilia fere eſt obſeruatū. Sūt aũt multę Arethu
Arethuſæ multæ ſæ & urbes & fontes. Nā & Syriæ & Eubocæ eſt Arethuſa & Ithacę fons. Quanq̃ nō ignobiles grāmatici græci ſcribant oēm fontem Arethuſam poſſe uocari ἀπὸ τοῦ ἀρδεύειν: hoc ē ab irrigādo. ⸿ Aduehar Ortygiā: Ortygia
Ortygia duarū inſularꝫ eſt nomē, quarū altera ē in Aegęo, quę & Delos dṙ, altera Siciliæ adiacet: de qua Virgilii. lib. Aeneidos. iii. Sicano prætenta ſinu iacet inſula cōtra Plēmirium undoſum nomē dixere priores Ortygiam: Alpheū fama eſt huc Elidis amnē Occultas egiſſe uias ſubter mare: qui nūc ore Arethuſa tuo Siculis confundiṫ undis. Hę uero duæ inſulæ ab Ortygia urbe Aetoliæ Ortygiæ fuerūt denominatæ (ut phānedicus & Nicander ſcribunt) nō autē a trāſmutatione Aſteriæ Latonæ ſororis in Ortygiam: hoc eſt coturnicē: Delos Ortygia fuit appellata: ſed ꝙ oēs Ortygiæ coloniæ illius, q̃ eſt in Aetolia fuerunt, inde q; nomen acceperunt. ⸿ Hora tempeſtiua: tempus cōmodū. ⸿ Leuata: liberata. ⸿ Cura: dolore, & ſollicitudine. ⸿ Subterque imas ab. ca. per ſubterrāeas uias abducta. ⸿ Hic caput attollo: hic exeo. ⸿ Deſuetaq; ſydera cer. aſpicio hic igr ſydera mihi deſueta, & nō uiſa tātiſper dum ſui ſub terra. ⸿ Sed regina tamen: hęc ad Cereris con'olationē referunt: quibus tamen ipſa magis eſt exacerbata. Repetitio autē illius copulæ ſed & rem amplificat, & orationē exornat. Cum. n. unum dicatur plura tamē eſſe uideṫ. ⸿ Opaci mū. umbroſi inferni. ⸿ Pollēs ma. potēs uxor. ⸿ Dolore pul. gra. ꝑculſa, affecta magno dolore. ⸿ Nubila: triſtis, mœſta. ⸿ Inuidioſa: inuidiam Ioui factura.

⸿ Nata patrem moueat: Proſerpina. n. Iouis ex Cerere filia fuit. Conaṫ aũt Ceres Ioui perſuadere: ne patiatur filiam a Plutone detineri. ⸿ Neu ſit tibi cura Vilior illius: ne q; illius loquit minorem curam hēas, ꝙ ego ipſam peperi. ⸿ En quæſita diu: En ecce: & indignationē autem ſignificat. ⸿ Si reperire uocas: ac ſi diceret: hoc eſſe potius amittere: q̃ reperire. ⸿ Quod rapta feremus: hoc eſt qđ ſit rapta æquo animo tolerabimꝰ, dummodo eā Pluto nobis reddat. ⸿ Neq; enim prędone marito: cauſa eſt cur Proſerpina marito prædone non ſit digna, q: filia tua eſt. Prędones autē proprie dicū
tur, qui in mari latrocinā Prædones
tur, qui a græcis pyratæ uocantur. ⸿ Sed ſi modo nomina rebus: ſed ſi ingr nomina uera īponere uolumus rebus: & his factis non iniuriā hoc, ſed amorem eſſe cognoſcemus. Diffinitiua autem utitur conſtitutione ad raptum excuſandum. ⸿ Pudori: dedecori. Pudor eſt enim
timor iuſtæ uituperatio Pudor
nis. ⸿ Tu modo diua uelis: illum nobis eſſe generum. ⸿ Vt deſint cætera: ut demus oīa alia Plutoni deeſſe. ⸿ Nec cedit ni ſi forte mihi: nec Pluto inquit potentia a quoq̃ ſuperatur, præterq̃ a me ſola: qui mundi partem meliorē q̃ ipſe ſortitus ſum. Nam mihi cælum, inferi illi in mūdi diuiſione obtigerunt. ⸿ Diſſidii: ſeparationis, ac repudii. ⸿ Cęlum: aerem. ⸿ Si nullos cōtigit illic Ore cibos: hoc eſt ſi nihil apud inferos comedit. Qui enim ibi aliquid guſtaſſet: ei illinc reditus non datur. ⸿ Certum eſt: decretum ē. ⸿ Ieiunia ſoluerat: aliquid comederat. ⸿ Simplex: rerum imperita. ⸿ Puniceum pomum: malum granatū. ⸿ Curua arbore: depreſſa pomorum multitudine.

Preſſerat

RAph. ¶ Preſſerat o͞r ſuo:comederat. ⸿ Soluſq; Aſcalaph⁹ ui
dit:Aſcalaphus,ut hoc loco narrat Ouidius. Acherõtis,
ex Orphne nympha fuit filius:q cũ teſtat⁹ eſſet Proſer
pinã in Plutonis hortis ſeptẽ grana mali punici comediſ
ſe:ab ipſa idignata i Bubonẽ peſſimi ominis auẽ fuit cõ
mutat⁹. ⸿ Auernales:iſernales. ⸿ Furuis antris:nigris
ſpeluncis. ⸿ Et indicio redi
tũ crudelis ademit: dela
tione ſua Aſcalaph⁹ redi
tũ proſerpinæ eripuit:nec
illã ad ſuperos redire p̃
Hereb⁹ miſit. ⸿ Regina Herebi:
proſerpina iſerorũ regia.
Eſt.n.Herebus iferni ps.
Phlege thon ⸿ Profanũ:i execrãdum.
⸿ Phlegethontide lym
pha.Phlegethõtis aq̃.Eſt
.n.phlegethõ unus ex iſe
rorũ fluuiis α πο του φλε
γειν:hoc ẽ ab ardẽdo co
gnominatus. Forma aũt
patronymica p poſſeſſi
ua ẽ poſita. ⸿ Ille ſibi ab
latus:hoc ẽ ſua figura ac
forma ſpoliatus. ⸿ Amici
tur:ueſtit,coopit. ⸿ Inq;
In ca put cre ſcere caput creſcit:illi in caput
creſcere dicitur,quorum
caput q̃ reliqua membra
grãdi⁹ efficit. ⸿ Lõgoſq;
reflectit ungues:i ſyneg
doche poetica.Si.n. eſſet
ſoluta orõ lõgi ungues re
flectunt diceremus:hoc ẽ
ĩflexi & adũci fiũt. ⸿ Fœ
da:turpis aſpectu. ⸿ I
gnau⁹ bubo:uilis ac ibel
Bubo lis.Bubo ãt nom ẽ fictitiũ
a uoce auis ipſius dictũ.
Fabulæ.yii.libri quinti
argumentum.
LAct. ¶ Hic tamẽ &c. Sirenes
Acheloi & Melpomenes
muſæ filiæ,cũ proſerpinã
raptã requirerent:neq; eã
ullo modo poſſent iuenĩ
re,& a Deis nouiſſime impetrauiſſent:ut uerſæ in uolu
cres non tantũ in terrã:ſed ẽt in mare requiſitã conſequi
poſſent:nouiſſime deuenerũt ad petrã maris:q̃ imiebat
pxima pelago,hanc ita factũ fuit q̃diu earũ uox audita
nõ eẽt mortalibus:manerent incolumes.Forte Vlyxes
monitu Circes prætereuectus eſt:tũ ſe præcipitauerũt.
RAph. Sirenes trea ¶ Hic tñ indicio:fabulam fabulæ(ut ſolet)elegãter an
nectit poeta.Nã Sirenes tres fuiſſe dñt acheloi fluuii &
Calliopes muſæ filiæ,ac proſerpinæ comites fidiſſimæ:
quã qdẽ cũ & ipſæ p totũ orbẽ terrarũ quæſiſſent:nec uſq̃
in terris eã reperirẽt:Deos rogarũt:ut alatæ efficerẽtur:
quo cõmodius etiã i aquis proſerpinã inq̃rere poſſent.
Quare ita in aues fuere conuerſæ:ut facies tñ uirginea,
uoxq; humana illis remaneret. Hæ iuxta fretũ Siculũ i
ſulas Sirenuſas habitãtes tã ſuauiter canebãt:ut nautas
illac tranſeũtes:aut ad ſe pellicerent:aut ſopitos ſpoliat
rẽt,atq; ſubmergerẽt.Quãr Vly.illac trãſiturus admoni
tus a Circe & ſociorũ aures cera obtu:auit,& ſe ad trite
mis malũ alligari iuſſit.Illæ uero indignatæ ſe in mar p̃

Preſſerat ore ſuo:ſoluſq; ex omnibus illud
Aſcalaphus uidit:quẽ quondam dicitur Orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex Acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Vidit,& indicio reditum crudelis ademit.
Ingemuit regina Herebi:teſtemq; profanum
Fecit auẽ,ſparſũq; caput Phlegethõtide lympha
In roſtrum,& plumas,& grandia lumina uertit.
Ille ſibi ablatus fuluis amicitur in alis:
Inq; caput creſcit:longoſq; reflectitur ungues:
Vixq; mouet natas per inertia brachia pennas.
Fœdaq; fit uolucris uenturi nuntia luctus
Ignauus bubo.dirum mortalibus omen.
Hic tamen indicio pœnam,linguaq; uideri
Commeruiſſe poteſt.uobis Acheloides unde
Pluma,pedeſq; auium,cum uirginis ora geratis?
An quia cum legeret flores Proſerpina uernos:
In comitum numero mixtæ Sirenes eratis?
Quam poſtq̃ toto fruſtra quæſiſtis in orbe:
Protinus ut ueſtram ſentirent æquora curam:
Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis:facileſq; Deos habuiſtis:& artus
Vidiſtis ueſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tamen ille canor mulcendas natus ad aures:
Tantaq; dos oris linguæ deperderet uſum:
Virginei uultus,& uox humana remanſit.
At medius fratriſq; ſui,mœſtæq; ſororis
Iuppiter ex æquo uoluentem diuidit annum.
Nunc Dea regnorum numen commune duorũ
Cum matre eſt totidẽ,totidẽ cũ coniuge mẽſes.

crepitarunt.Earũ ãt prima Parthenope,altera Leucoſia,
tertia Ligia fuit appellata.Dñr aũt ſeirenes απο του ει
ρειν:qd eſt dico:p̃poſita.s.lĩa:uñ falluntr q illas putãt lati
ne tracto s dici:cũ p ei diphthongũ græcã ſcribantr:nõ p
y:ut ſcribit συρω:qd ſignificat traho. ⸿ Acheloides: A
cheloi filiæ.Achelo⁹ uero Calydoniæ fluui⁹ eſt Oceã:(ut Ache lous
in Theogonia ſcribit He
ſiodus)& Tethyos fili⁹:
Hic p Deiãira cũ Hercu
le acriter pugnãs tandem Aſcala
fuit ſuperatus. Achelous phus in
quidem (ut refert Macro bubonẽ
bius) apud priſcos aqua
dicebatur.unde Virgili⁹
libro Georgi.primo.Po
culaq; inuentis Acheloia
miſcuit uui. ⸿ Cu3 uirgi
nis ora geratis:cum faciẽ
uirginis habeatis. ⸿ An An
qa cũ legeret:an pticula ẽ
interrogatiua:q̃ elegãter
utimur i ſoluẽdis quæſtio
nibus.p q̃ ipenũ aut cõ
iũctionẽ reponũt. ⸿ Pro
tinus ut ueſtrã:hoc ẽ ut di
ligẽter i mari quoq; poſſe
tis inq̃rere proſerpinam.
⸿ Alarũ remis:alarũ remi
gio & agitatione. ⸿ Faci
les:benignos:utpote qui
uobis ea:q̃ optabatis:cõ
ceſſerunt. ⸿ Ne tñ ille ca
nor:cãm exponitur:cur
in aues nõ fuerint cõmu Sirenes
tatæ Sirenes:ſ3 uirgineos in aues
uultus retinuerint. ⸿ Ca Canor
nor nat⁹:i facultas canẽdi
igenita & a natura data.
⸿ Ad mulcẽdas aures:d
lectãdas. ⸿ Tãtaq; dos
oris:ſi.n.totæ in aues fuiſ
ſent mutatæ:nã3 ſuauiter
canere nunq̃ potuiſſent.
Fabulæ.yiii.quinti libri
argumentum.
¶ At medi⁹ fratriſq; &c. LAct.
Iuppiter diuiſit annum:ut proſerpina partim apud ui
rum,partim apud matrẽ moraret:ergo Cerer exigit ab
Arethuſa:ut ſibi originẽ ſuã exponit·Arethuſa Achaidũ
nympharũ formoſiſſima cũ ab Alpheo amne pſequere
tur,cuperetq; pſequẽtis ipetũ effugere: iuocauit Dianã:
cuius comes & uernula ſtudii fuerat,ut laborãti iferret
auxilium:obiectaq; ea nubi ne in conſpectum cupiẽtis
poſſet uenire:tellure rupta i inſulã Aetnã admiſit p ob
ſcurũ iter:& in fontẽ cognominis ſui Ortygiã uerſam ad
ſuperos euocauit,cui⁹ liquore Alphei amnis infundit. RAph.
¶ At medius fratriſq; ſui Iuppiter ingt medi⁹ iter Plu
tonem fratrẽ,& Cererem ſorori ẽ:ne eorũ alteri diſplice
ret ex æquo annum diuiſit:ut ſex quidẽ mẽſes proſerpi
na cũ matre:totidẽq; cum marito foret. ⸿ Ex æquo diui
dit:i duas æquales partes diſtribuit. ⸿ Duorũ regnorũ:
& iferi & ſuperi.Quandiu.n.eſt cum matre proſerpina
apud ſuperos,quandiu cũ Plutone apud inferos regna
re dr. ⸿ Hic aũt idcirco fingit q Luna:q̃ eadẽ ẽ cu3 pro
ſerpina tãto tpe i cælo lucere,quãto ſub terra uſ latere.

Vertitur extemplo facies,& mentis,& oeis:
Nam mō quæ poterat Diti quoq; mœſta uideei.
Læta Deæ frons eſt,ut Sol,qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit:uictis e nubibus exit.
Exigit alma Ceees nata ſecuea recepta.
Quæ tibi cauſa fugæ?cur ſis Arethuſa ſacer fōs?
Conticuere undæ:quaeum Dea ſuſtulit alto
Fonte caput:uirideſq; manu ſiccata capillos
Fluminis Alphei ueteres nareauit amoees.
Pars ego nympharum,quæ sūt in Achaide : dixit
Vna fui:nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit:nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed quamuis formæ nunq̄ mihi fama petita eſt:
Quamuis fortis eram:formoſæ nomē habebā.
Nec mea me facies nimium laudata iuuabat.
Quaq; aliæ gaudere ſolent:ego ruſtica dote
Corporis erubui:crimenq; placere putaui.
Laſſa reuertebar:memini:Stymphalide ſilua.
Aeſtus erat:magnuſq; laboe geminaueeat æſtū.
Inuenio ſine uortice aquas:ſine murmure eūtes
Perſpicuas ad humū:pee quas numeeabilis alte
Calculus omnis erat. quas tu uix ire putares.
Cana ſalicta dabant,nutritaq; populus unda
Sponte ſua natas ripis decliuibus umbras.
Acceſſi:primumq; pedis ueſtigia tinxi.
Poplite deinde tenus.neq; eo contenta recingor:
Molliaq; impono ſalici uelamina curuæ.
Nudaq; meegor aquis:quas dum feeioq;,trahoq;
Mille modis labens,excuſſaq; brachia iacto:
Neſcio quod medio ſenſi ſub gurgite murmur:
Territaq; inſiſto propiori margine fontis.
Quo properas Arethuſa?ſuis Alpheus ab undis
Quo peoperas?iterum rauco mihi dixeeat ore.
Sicut eeam fugio ſine ueſtibus:altera ueſtes
Ripa meas habuit:tanto magis inſtat:& ardet.
Et quia nuda fui:ſum uiſa paratior illi.
Sic ego currebam:ſic me ferus ille premebat:
Vt fugere accipiteem penna trepidāte columbæ,
Vt ſolet accipitee trepidas urgere columbas.
Vſq; ſub Orchomenon,pſophidaq;, Cyllenenq;,
Mænalioq; ſinus,gelidumq; Erimanthon, & Eli
Currere ſuſtinui:nec me uelocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego uiribus impar
Non poteeam:longi patiens eeat ille laboris.
Per tamen & campoſ,& opeetos arbore montes,
Saxa quoq;,& rupes,& qua uia nulla,cucueri.

RAph. ¶ Vertitur:conuertitur,ac mutatur. ¶ Facies:figura. ¶ Læta deæ frons eſt : Cereris & Proſerpinæ lætam eſſe frontem accipere poſſumus. Ambæ nanque e mœſtis,ac triſtibus lætæ atque hylares ſunt effectæ. De proſerpina tamē præcipue eſſe intelligēdum,quæ ſubiecta ſimilitudo aperte oſtendit. ¶ Victis e nu.ex diſſolutis nebulis atq; depulſis. Tūc.n. nubes a Sole uinci dicuntur,cum reſoluuntur, atq; expelluntur. ¶ Exigit:expoſcit. ¶ Secura:ſine cura & læta. Cōcinne autē ingredit poeta ad exponendam metamorphoſin Arethuſæ nymphæ in eiuſdē nominis fontē. *Aretħuſa* Arethuſa nanq; (ut ipſa Cereris filiæ recuperatiōe lætæ rogatu narrat) nympha fuit uenatrix, Dianæ comes : quæ æſtu defatigata, depoſitis ueſtibus nuda in Alpheum fluuiorum limpidiſſimum cū deſcēdiſſet: forte in Alphei fluminis ipſius Dei amorem incidit. Cum igitur Alpheus nudam eam perſequeretur,iamq; aſſecuturus foret, Dianam ipſa rogauit ut ſibi opē ferret. Diana uero eā curſu laſſam : ita nube texit:ut Alpheus quidem ea potiri non potuerit. Sed cum eam ob nimium ſudorem in aquas eſſe conuerſam animaduertiſſet:& ipſe humana depoſita figura eam uſq; in Ortygiam inſulam Siciliæ adiacentem per ſubterraneas cauernas eſt proſecutus. ¶ Sacer fons:omnes fontes nymphis ſacri eſſe dicuntur. ¶ Fluminis Elei : periphraſis eſt Alphei. ¶ In Achai. in Achaia. ¶ Legit:elegit aptas ad uenandum ſiluas. ¶ Saltus:ſiluas:in quibus feræ ſaliunt. ¶ Poſuit caſ.tetendit retia:per quæ ſignificat ſe uenatricem fuiſſe. ¶ Formoſæ nomen habebam: tamen eſt ſubaudiēdum. ¶ Iuuabat : delectabat. ¶ Quaque ali.gau.ſo. pulchritudinis: inquit : qua aliæ nymphæ ſolent gaudere me pudebat:alicuique placere crimen ac flagitium eſſe putabam. ¶ Stymphalide ſil. *Stymphalus* Stymphalus urbs eſt Arcadiç:& planicies & fons: unde Stymphalius poſſeſſiuum & Stymphalis deducuntur. ¶ Sine uorti.ſine aquarum uertigine. *Vortex* Vortex dicitur aqua in ſe contorta. ¶ Perſpicuas ad humū: claras ac limpidas uſq; ad harenam. ¶ Calculus:lapillus. ¶ Numerabilis erat:poterat numerari ꝓpter aquæ perſpicuitatem. ¶ *Poples* Poplite deinde tenus:hoc eſt uſque ad genu. Eſt enim poples genu pars poſterior. ¶ Labens:natans. ¶ Mille modis : uariis modis. Numerus.n.finitus ꝓ infinito ſæpe a poetis pōitur. ¶ Excuſſa:cōcuſſa. Geſtū autem exprimit natātium: qui & concutere & iactare brachia ſolent. ¶ Propiori margi. propinquiori ripa. *Margo* Margo enim dicitur uniuſcuiuſq; rei extremitas. ¶ Suis Al.ab un. *Alphe⁹* Alpheus fluui⁹ ē Elidis: dictus ꝙ α λφευσ.i.impetiginis curet. Hic autē fluuius multa ſecum in mare flumina refert(ut Pauſanias narrat)memoratu digna. ¶ Rauco ore:rauca uoce : quale murmur ſolet eſſe fluentiū aquarū. ¶ Altera ue.cū eſſet cur ſine ueſtibus fugeret : in altera nāq; ripa fuerāt relictæ. ¶ Et quia nu.fui:hoc laſciuius:q̄ ut heroico carmini cōueniat dictū eſſe uidet. ¶ Paratior : ad uiſ patiēdā. ¶ Premebat:urgebat. ¶ Vt fugere accipitrē:ſolet ſubintelligat : eſt .n.hypozeugma. His autē ſimilitudinibus & Arethuſæ fugiētis:& Alphei pſequētis celeritas declarat. ¶ Vſq; ſub orchomenon:uaria enumerat loca:ad quæ fugiens peruenit Arethuſa. *Orchomenos* Orchomenos autem urbs eſt Bœotiæ fōte muſis dicato nobiliſſima. Theſſaliæ quoq; ē & mons & urbs:ac et Arcadiæ & pōti. ¶ Soph_idaq;: ſic quidem corrupte in exemplaribus legit:Pſophida nanq; ab Ouid.ſcriptum fuiſſe facile contenderim. *Pſophis* Eſt enim pſophis uariarum urbiū nomen. Nam & Arcadiæ urbs eſt a pſophide Lycaōis uel (ut alii uolunt)Erycis filia denomiata:& Arcanāiç:& Achaiæ

A chaia:unde Pſophidius deducit. Eſt & Libyæ urbs Pſophis,unde Pſophites nomē patriū more gētis declinat arx quoq; zacynthiorū Pſophis uocabatur: ut Pauſanias ait. Cyllenen autem & Mænalon,& Erimāthon Arcadiæ montes tam ſæpius diximus. Elim uero eiuſdē Arcadiæ urbem ab Eleo Tantali filio appellatam.

Elim

gidus. In laticeſtio aquas. Poſito ore:depoſita figura:ac forma uiri. Delia:Diana una cum Apolline in inſula Delo nata. Cæcis cauernis:occultis terræ foraminibus. Hoc aūt idcirco fingit:quia Alpheum per ſubterraneas uias(ut diximus)ad Ortygiam uſq; inſulā: ubi Arethuſa uocat puenire fuit obſeruatum. Aduehor Ortygiam: Ortygia & Delos dicit,q in ea primum Ortyges fuerint ut ſæpe quibuſdam placet:& iſula Siciliæ adiacēs. Quidam uero aiunt utianq; ab Ortygia oppido Aetoliæ denominatā fuiſſe q illinc profecti coloni utranq; tenuerint. Cognomine Diuæ:Dianā & Delia & Ortygia ab eadem inſula Diana cognominatur.

Os oris Delia

Ortygia

RAph. Sol erat a tergo:ex poſt Arethuſa quo modo cognouerit ſibi Alpheū imminere ac ppinquū eē. Sol inqt poſt terga erat: eoq; ante me umbras ſa ciebat. Niſi ſi timor illa uidebat:niſi forte,iqt, perterrita mihi eam umbra uidere uidebar. Notandū aūt ſi coniunctio nē interdū cū niſi elegan ter copulari: quis ſenſui neceſſaria non uideatur. Videbam uidere facte bat. timore nāq; oculi ſæpenumero decipiuntur. Ingens anhelitus:maximus ſpirit. Feſſa labore fugæ: defatigata iam quit fugiēdi labore Diana rogauit ut mihi opitularet. Deprēdimur:cōprehēdimur. Deprehendi,n.pprie dicit qui mali aliqd cōmittētes iueniuntur. Armigeræ tuæ:ppie dixit,na armigeri ſi oēs milites dicunt(ut uulgus putat)ſed q principibus arma gerunt: in puguaq; ſubmiſtrāt. Ferre tercēdos.uerbū ebiſ p participio poſitū eſt. Sic Vir. Magoū dat ferre ta lentū. Me ſup iniecit ὑστερον πρότερον ppoſitio.n.e præponi debet poſtpoſita ē. Luſtrat circumiuit me inqt nube cooptam. Alpheus qrens circumiuit. Ignar?:ubi eēt. An ne q agna:an & ne iteidum q̃ a poetis copulatiui,ſed frequētius ſeparatim ponunt. Qui ue pre latens:occultus in ſpinis. uepres nāq; ſpinæ dicunt. Nō tñ abſcedit Alpheus. Seruat:cuſtodit. Occupat obſeſſos:pulchra phātaſia ſingit poeta Arethuſam in aquam fuiſſe cōuerſam. Qu.i.n.p? æquo ſudat, facile in aquā uidetur reſolui. Sudor frigidus: ſudor qui ex nimio labore puenit calidus eſſe ſolet. qui uero ex nimio timore,fri

Neu Si

Deprēhēdere.

Armiger


Arethuſa i fontem.

An Ne

Vepres

Sudoris diſte renus

Sol erat atergo:uidi præcedere longam
Ante pedes umbram:niſi ſi timor illa uidebat.
Sed certe ſonituq; pedum terrebat:& ingens
Crinales uittas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fugæ fer opem,deprēdimur inquā:
Armigeræ Diana tuæ:cui ſæpe dediſti
Ferre tuos arcus:incluſaq; tela pharetra.
Mota Dea eſt:ſpiſſiſq; ferens enubibus unam
Me ſuper iniecit,luſtrat caligine tectam
Amnis:& ignarus circum caua nubila quærit.
Biſq; locum,quo me Dea texerat:inſcius ambit:
Et bis Io Arethuſa,Io Arethuſa uocauit.
Quid mihi tūc animi miſeræ fuit?an ne q agnæ
Si qua lupos audit circū ſtabula alta frementes?
Aut leporis qui uepre latens hoſtilia cernit
Ora canum:nulloſq; audet dare corpore motus?
Non tamen abſcedit:neq; enim ueſtigia cernit
Longius ulla pedum:ſeruat nubemq;,locumq;.
Occupat obſeſſus ſudor mihi frigidus artus:
Cæruleæq; cadunt toto de corpore guttæ.
Quaq; pedem moui:manat locus:eq; capillis
Ros cadit:& citius,q̃ nunc tibi fata renarro:
In latices mutor.ſed enim cognoſcit amaras
Amnis aquas:poſitoq; uiri:quod ſumpſerat:ore
Vertitur in proprias,ut ſe mihi miſceat:undas.
Delia rupit humum:cæciſq; ego merſa cauernis
Aduehor Ortygiam:quæ me cognomine Diuæ
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.



Hac Arethuſa ten?.geminos Dea fertilis angues
Curribus admouit:frenifq; coercuit ora.
Et medium cæli,terræq; per aera uecta eſt.

Fabulæ nonæ quinti libri argumentum.
Hac Arethu.&c. Triptolem?a Cerere fruges diuidendas accepit p terras: curruq; dracōib? iunctū cū ſeciſſet,nouiſſime delat?eſt in Scythiā: & a Lynco rege except? hoſpitio:eū cū expoſuiſſet qualiter a Dea eēt honoratus,inuidia honoris inſtinctus dormiētē;ut interficeret aggreſſus ē. Dea memor nñcii ſui: ut quē dignū habuerat diui ni honoris conſeruaret, anteq̃ occideretur,hoſpitem in lyncem feram conuertit.

LAct.

RAph. Hac Arethuſa tenus: hactenus inquit Arethuſa fuit locuta: Lynci autem Scythiæ regis Metamorphoſin i lynca ferā. eleganter cum ſuperiore fabula connectit poeta. Ceres enim recepta filia Arethuſaq; auditā Alphe pas aduolauit:currumq; a draconibus alatis uectum Triptolemo donauit:quo frumēti uſum & agriculturā mortales doceret. Is igit cum ad Scythiam uſq; peruenīſſet: Lynco Scytharum rege hoſpitio ſuſcept?,pau um adfuit quin interficeretur. Nā Lyncus eū a diuētus cauſam pcepiſſet, Triptolemi gloriæ inui dēs eum ſomno oppreſſ im ſum aggreſſus ē. Quare Ceres indignatā Lyncum in lynca ferā cōmutauit.Hac

Triptolemus.

gidus eſſe ſolet.

autem gloria Triptolemum Ceres affecit,q̄(ut Pauſa/
nias narrat)filiæ Celei Cererem ipſaꝫ laſſam & triſtē.
q̄ quæreret filiam in puteū noīe floridū:q in Attica re/
ligionis gr̄a mōſtrabať,ceciderat:a Nili ſpecie tāq̄ Argi/
uam mulierē ad mr̄em Meganirā deduxerūt,q̄ qdē illi
Triptolemū filiū tradidit educandū. Ceres auteꝫ p no
ctē igne puerū fouebat:
ut ipſum efficeret imor/
talē. Sed mater excitata
filiuꝫ ex igne extraxit: ita
dea uoto fruſtrata,ut ſal
tē hoc modo ipm̄ clariſſi
mū redderet,cōceſſit illi
currū ſuū:quo frumēti ſa
tionē p̄mus oīum morta
lib⁹ īdicaret. Dea ferti
lis:Ceres dea fertilitatis
RAph. In urbē Tritoni. peri
phraſis eſt Athenaꝝ,q̄
ab Athēa,hoc ē pallade:r
Lyncus q & Tritonia, & Trito/
i lyncē nis dr̄, fuit cognomiata.
Tr iōſf Triptolemo: Tripto/
Tripto lem⁹ filius fuit Celei &
lemus. Meganirę uel(ut qdam
aiunt)Menalines uel(ut
alii)Deiopes:q(ut Tro/
gus ſcribit) prim⁹ oīum
in Attica ferēdi frumēti
rōnē monſtrauit. Itaq̄ lo
cus fabulæ datus: quā in
quarto Faſtoꝝ pleniſſi/
me exequit̄ poeta. Ru
di humo: incultæ terræ.
Scythæ Et Aſida terrā: Aſiā.
Scythicas oras: ad ſe/
ptentrionē. Scythæ nāq̄
populi ſunt ad ſeptētrio
nem: quos uulgus Tar/
taros uocat. Qua ue/
niat: per quę loca: & quo
modo. Peruius æther:
penetrabilis aer. Do/
na Ce. periphraſis ē fru
menti. Barbarus inui/
dit:q̄a Barbarus inuidia
motus eſt. Ferro: enſe
per metonymiā. Ferruꝫ
enim ex quo conficit̄ en
ſis,pro ipſo ponitur en/
ſe. Figere: tranſfigere.
Lynca: accuſatiuus eſt
Lynx græcus. Lynx autem fera eſt maculoſa Baccho dicata.
Mepſoptum iuuenem: Athenienſem. Attica.n.etiaꝫ
Mopſo Mopſopia a Mopſopo rege fuit appellata. Nā(ut Stra
pia bo refert)Athenaꝝ urbis uaria nomina fuerūt:naꝫ ab
Athena Actæone Acticā. ab Attide Cranai filia Attidē & Att
rum. cā,a quo & inq̄liní Cranai uocant̄. Mopſopiam a Mo/
nomia pſopo: Ioniā a filio Xuthi Ione. Poſſidoniā ſiue Neptu
niā a Poſſidone: ſiue Neptuno. Athenas ab Athena.i.
Minerua,denominatas fuiſſe aiunt. Sacros iugales:
dracones eidem iugo ſubiectos.

Fabulæ decimæ quinti libri argumentum.

LAſtā. Finierat doctos &c. Pieri,q Macedoniā poſſedit,&
Euipes nouē filiæ iſolēt⁹ dum gloriarenť muſas in cer/

tamina puocarunt:cantuſq̄ quæ: una carmē exorſa ēt
q̄ gigātes aduerſus Deos cōtēderint:ex qbus Typhoe⁹
terrigena deformitate terruiſſet Deos cōpulſos i Aegy
ptum:ubi Iuppiter ob metū i arietē uerſus eſt. Apollo
in coruū. Liber in caprā. Diana i felē. Iuno i uaccā. Ve
nus in piſcē. Inuicē aūt muſæ cū Cereris laud: cecīniſ
ſent,& qualr Typhoe⁹
Aetnæ mōtis Siciliç ſub
iect⁹ ēēt. Pierides uictę i
picas ſunt trāſfiguratæ.
Finierat doctos: Pieri RAph.
filiæ nympharum ſnia a
Calliope muſaꝝ p̄ſtātiſ
ſima ſupatæ cœperūt &
nymphas,& muſas ipſas
cōuiciis inſectari:quā rē
qdē ægre ferētes muſæ,
eas in picas conuerterūt,
q̄ ingenitam retinuiſſe ui
dent loq̄citatē. Deas
Helicona co. muſas He
liconē habitātes. Con
cordi ſono:una oīum ſen
tētia. Maledicta: cōui
cia,cōtumelias. Et nō
eſt patiētia libera nobis:
hoc ē qm̄ has cōtumeliaſ
pati nō poſſum⁹. Ibi
m⁹ i pœnas:nos pœnis
ac ſuppliciis afficiemus.
Ridēt Euippe. Euip/
pes filię,patronymica nā
q̄ eſt forma. legit̄ ēt pęo
nides. Spernūt: cōtē
nunt. Intentare: i nos Intētaſ
frequenter intēdere:qd̄
minātes facere ſolent.
Concreſcere: coaleſce
re. Accedere: adiici:ad
iungi. Plangere dūq̄
uoluntdum inq̄t pecto/ Pieri
ra ſua manibus plāgere des i pi
uellēt,in aera leuatæ pē/ cas
dere cœperūt. Nemo/
rū cōuicia: q̄ in nemori/
bus conuicia iactare non
deſiſtunt. Facūdia pri
ſca: loquacitas priſtina.
Studiumq̄ immane:
maxima cupiditas.

Atq̄ leuem currum Tritonida miſit in urbem
Triptolemo: partimq̄ rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo: parti poſt tēpora lōga recultæ,
Iam ſuper Europen ſublimis, & Aſida terram
Vectus erat iuuenis: Scythicaſq̄ aduertitur oras,
Rex ibi Lyncus erat. tegis ſubit ille penates.
Qua ueniat: cauſamq̄ uiæ, nomenq̄ rogatus,
Et patriam. patria eſt claræ mihi dixit Athenæ.
Triptolemus nomen. ueni nec puppe per undas:
Nec pede per terras. patuit mihi peruius æther.
Dona fero Cereris: latos quæ ſparſa per agros
Frugiferas meſſes, alimentaq̄ mitia reddant,
Barbarus inuidit: tantiq̄ ut muneris auctor
Ipſe ſit. hoſpitio recipit: ſomnoq̄ grauatum
Aggreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca Ceres fecit: ruſuſq̄ per aera iuſſit
Mopſopium iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphæ uiciſſe Deas Helicona colentes
Concordi dixere ſono. conuicia uictæ
Cum facerent, quoniam dixi certamine uobis
Supplicium meruiſſe parū eſt: maledictaq̄ culpæ
Additis: & non eſt patientia libera nobis:
Ibimus in pœnas: & qua uocat ira: ſequemur.
Rident Euippedes: ſpernuntq̄ minantia uerba:
Conatæq̄ loqui, & magno clamore proteruas
Intentare manus, pennas exire per ungues
Aſpexere ſuos, operiri & brachia plumis.
Alteraq̄ alterius rigido concreſcere roſtro
Ora uidet: uolucreſq̄ nouas accedere ſiluis,
Plangere dunq̄ uolūt per brachia mota leuatæ,
Aere pendebant nemorum conuicia picæ.
Nunc quoq̄ in alitibus facundia priſca remāſit:
Raucaq̄ garrulitas, ſtudiumq̄ immane loquēdi.

Fabulę primæ ſexti libri
argumentum,

Præbuerat &c, Arachnes Lydia Idmonis filia: cuius LAſtā.
mater genitu Hipellis ſtudio lanificii famam quæſie/
rat,cum materna induſtria cunctas præceſſiſſet in ope
faciendo iſtis diebus inſolentius gloriata q̄ mortalem
decuit,elocuta eſt. Nam Mineruam a qua docta fuerat
ad certamen prouocauit. Quæ in anum uerſa in hoc ad
eam uenerat,ut audaciæ impetum octo futurum com/
peſceret. Quam cum uidiſſet in certamine permanen/
tem: reuerſa in ſuam ſpeciem opere propoſito in certa
men deſcendit: & ſingula quæ ſequuntur, inſeruerunt
telæ. Tandem prius Minerua, dehinc Arachne. Sunt
enim quædam neceſſaria poſita inter uerſus, quæ re/
preſentant opus utrunq̄.

Præbuerat

❨RAPHAELIS Regii in Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.



P. Ouidii Naſonis Metamor. Liber Sext⁹.

Præbuerat dictis Tritonia talibus aures:
Carminaq; Aonidũ, iuſtãq; pbauerat irã:
Tũ ſecũ, laudare parũ eſt laudemur & ipſæ
Numina nec ſpni ſine pœna noſtra ſinam⁹
Mæoniæq; aium ſatis intendit Arachnes:
Quam ſibi lanificæ non cedere laudibus artis
Audierat. non illa loco, nec origine gentis
Clara: ſed ante fuit. pater huic Colophoni⁹ Idmō
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater: ſed & hæc de plebe, ſuoq;
Aequa uiro fuerat. Lydias tamen illa per urbes
Quæſierat ſtudio nomen memorabile: quamuis
Orta domo parua paruis habitabat Hypæpis.
Huius ut aſpicerent opus admirabile ſæpe
Deſeruere ſui nymphæ uineta Tymoli.
Deſeruere ſuas nymphæ pactolides undas.
Nec factas ſolum ueſtes ſpectare iuuabat:
Tunc quoq; cum fierent: tãtus decor affuit arti
Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes:
Seu digitis ſubigebat opus: repetitaq; longo
Vellera mollibat nebulas æquantia tractu:
Siue leui teretem uerſabat pollice fuſum:
Seu pingebat acu: ſcires a Pallade doctam.
Quod tamē ipſa negat: tantaq; offenſa magiſtra
Certet ait mecum. nihil eſt quo uicta recuſem.

RAph. Præbuerat dictis. Certamina muſarũ cum Pieri filiabus cum Pallas audiſſet, forte ei in mentem uenit, qua pœna & ipſa Arachnen Lydiam puellam: q̃ ſe Pallade ipſa lanificii peritiorem eſſe cōtendebat, afficere deberet. Si aſi & librum libro: & fabulas fabulæ elegãter poeta cōnectit. ❡ Tritonia: Pallas a Tritonide palude Libyæ, ubi primũ ĩ uirginali habitu appar uit (ut Herodotus in quarto narrat) Tritonia fuit cognominata. Vnde aiunt Palladem Neptuni & Tritonidis palludis fuiſſe filiã eam autẽ neſcio quid a patre reprehēſam donaſſe ſe Ioui, ac Iouẽ ſibi illam filiã aſciuiſſe. Steſichorus autē primus aſſeruit palladem armatã ex capite Iouis proſiluiſſe: eoq; Tritoniam appellatam: q τριτω caput uocatur. Sane Tritō palus eſt & fluuius Bœotiæ & Libyæ: apud quarũ alterum pallas uidetur nata: ut ſcribit Argonauticon enarrator. Vnde & Tritonia, & Tritogenia uocaſ: quamuis quidam ἀπὸ τοῦ τρεῖν: hoc eſt a terrendo: q; aduerſariis terrorem incutiat, Tritoniã declinari putent: uel q τριτη: id eſt tertiam poſt Apollinē & Dianã genita ſit: uel q τριτα: i. tertia die menſis appareret. Eadem enim cuz Luna putatur. Tertiam uero menſis diem τρίτομηνίδα uocabant: qua quidē die pallas nata eē uidetur. Vnde & feſtus is dies, ut ipſius natalis agebatur Athenis, quemadmodum Romæ quinquatria. ❡ Aonidũ: muſarũ. ❡ Probauerat: laudauerat. ❡ Tum ſecum dixit aut locuta eſt ſubaudiaſ. ❡ Laudare parũ eſt: non ſatis eſt ingt alios laudareruiſi & nos laudemur. ❡ Mæoniæ: Lydiæ a Mæone rege. ❡ Arachnes: Arachne Lydia fuit puella Idmonis Colophonii filia lanificii piriſſima: q̃ cū ſe palladi anteferret: eãq; in certamen puocare auſa eſſet, ab ipſa quidem in Vetulam conuerſa admonef, ut ab incœpto deſiſtat: ac temeritatis ſuæ ueniã a Dea ſuppliciter petat. Cæterũ Arachne ea admonitione inſolentior facta nullo pacto Mineruę cedere aium inſtuxit. Quare Dea indignata depoſita uetulę forma: & in certamen deſcēdit, & Arachnen ſupatam in araneã cōmutauit, q priſtinæ artis non imemor tenuiſſimas telas nunq̃ cōtexere deſiſtit. Hoc uero i deſcribēdo certamie poeta multas expōit trãſformatiões. Nã utraq; telam: quaz conficit, uariis imaginib⁹ diſtinguit, q̃s aperte poeta deſcribit. ❡ Lanificæ ar. lanificii. ❡ Colophonius Idmō: Colophō Lydiæ urbs ē Apollinis oraculo clara. ❡ Phocaico mu. phocaica purpura. Eſt enĩ murex piſcis: ex cui⁹ ſanguine purpureus cōficiſ color. Phocæa ãt & Ioniæ & Cariæ urbs ē a Phocis, q̃ Ionicæ cōditores ſecutæ dñr, appellata. Vñ ſoluta diphthõgo Phocaicus declinaſ. ❡ Aequa: par & æq̃lis. ❡ Paruis Hy. Hypæpa Lydiæ urbs ē mōti adiacēs. Vñ ēt nomen fuit iditũ, q̃ ὑπὸ αἰπύος hoc ē ſub cacumie & uertice, ea dono Veneris pulcherrimas mulieres dicit ferr. ❡ Tymoli: Tymolus, q & Tmol⁹ dr mōs eſt Lydiæ uitib⁹ cōſit⁹. ❡ Pactolides: Pactoli Lydiæ fluuii harenis aureis clariſſimi filiæ. ❡ Tunc quoq; cū fie. Sed eſt ſubaudiēdũ, ut intelligam⁹: Sed tũc quoq; cũ fierēt ſpectare iuuabat. ❡ Tãtus decor: acclamatio eſt admirationē artis ſignificãs. ❡ Subigebat: domabat. ❡ Mollibat: mollia reddebat. ❡ Longo tractu: lōgo pductiōe. Lanæ .n. illæ ſic ptrahebanf, ut nebulæ uideri poſſent. ❡ Seu uerſabat: uoluebat, hoc eſt filabat. ❡ Scires: ſcire poſſes. ❡ Offenſa: indignata. ❡ Tanta magiſtra: quanta eſt pallas. ❡ Nihil eſt qđ uicta recuſem: nullã eſt inquit pœnã: quam ego uicta recuſare uelim.

Margin notes: Trito/nia. — Triton — Arach/nes ge/nus. — Mæōia. — Colo/phon. — Murex — Phocæa — phocai/cus — Hypæ/pa — Tymo/lus — Pactol⁹

Aph Pallas i anum

¶ Pallas anum ſimulat: Mineruæ in uetulā Metamorſis aperte deſcribit. ⸿ Falſos ſimulatos. ⸿ Infirmos ar. membra, quæ infirma eſſe fingebat. ⸿ Grandior æt. ſenectutis eſt periphraſis. ⸿ Vſus: pei itia rerū. Recte aūt ſenilem cōmendat ætatem, ut maior ſibi fides adhibeat. ⸿ Cede Deæ: ne cōtēdas cū Dea. ⸿ Vixq; ma.re. a uerberanda Dea ſubītelligat. ⸿ Cōfeſſa irā: præ ſe ferēs & oſtēdens indignationē. ⸿ Vultibus: uultus mutationibus. ⸿ Obſcuram Pallada: ſub figura anus latentem. ⸿ Reſecuta ē: pſecuta ē, ac reſpondit. ⸿ Mētis inops: ſtolida ac demēs. ⸿ Cōfecta i exhauſta: euacuata oībꝰ & aī & corpis uirībꝰ. ⸿ Et ni. uixiſ. diu no. eā ſignificat delirare. ⸿ Palladaq; exhi. p̄ſe tulit ac oſtendit ſe palladē eē. ⸿ Migdonideſq; nu. Migdonia Macedoniæ pars eſt, & phrygiæ a Mygdone cognominata: e phrygia uero multæ cōuenerāt mulieres ut Arachnes opera ſpectarent: q̄ oēs pter unā Arachnen: ueneratæ ſunt Deā. ⸿ Inuita ora: hypallage ē: nā ipſius inuitæ ora itelligunt. nolebat. n. Arachne pudēs uideri. ⸿ Euanuit: repente & ſubito abiit. ⸿ Cū primū Aurora mouetur: qū primū Aurora icipit oriri. ⸿ Cādeſceret: cādidꝰ fieri. ⸿ Perſtat in incœp.: perſeuerat in icœpta pugnacia, ut cū pallade contēdat. ⸿ Stolidæ pal. ipa ſtolida. eſt. n. hypallage. ⸿ In ſua fa. in finē ſibi fatorū lege ſtatutū. ⸿ Intendunt: dirigunt, ordiunt. ⸿ Gracili ſta. tenui: ſubtili. ⸿ Tela iugo iuncta eſt: mirādā utriuſq; oſtēdit celeritatē. Iugū aūt dē lignū illud cui ſtamia appēdunt & alligant. ⸿ Secernit: diuidit: diſtīguit. ⸿ Sub teg. i. qđ ſtamini iſerit: qđ ēt trama uocat. ⸿ Radiis acu. radius inſtrumentum eſt: quo textores ſubtegmē inſerunt ſtamini. Elegāter āt oīa deſcribit poeta, quæcūq; in conficienda tela fieri ſolent. ⸿ Expediunt ap-

Mygdonia

Euaneſcere

Iugum

Palladis tela

Radius

Pallas anum ſimulat: falſoſq; in tempore canos
Addit: & infirmos baculo quoq; ſuſtinet artus.
Tunc ſic orſa loqui, non omnia grandior ætas,
Quæ fugiamus habet. ſeris uenit uſus ab annis.
Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petatur
Inter mortales faciendæ maxima telæ.
Cede deæ. ueniamq; tuis temeraria dictis
Supplice uoce roga. ueniam dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis, inceptaq; fila reliquit:
Vixq; manꝰ retinēs: confeſſaq; uultibꝰ iram
Talibus obſcuram reſecuta eſt Pallada dictis.
Mentis inops, longaq; uenis confecta ſenecta:
Et nimium uixiſſe diu nocet. audiat iſtas,
Si qua tibi nurus eſt: ſi qua eſt tibi filia: uoces.
Conſilii ſatis eſt in me mihi: ne ue monendo
Profeciſſe putes: eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa uenit? cur hæc certamina uitat?
Tunc Dea uenit: ait: formamq; remouit anilem:
Palladaq; exhibuit. uenerātur numina nymphæ:
Mygdonideſq; nurus. ſola eſt interrita uirgo.
Sed tamen erubuit: ſubituſq; inuita notauit
Ora rubor: rurſuſq; euanuit: ut ſolet aer
Purpureus fieri: cum primum Aurora mouetur:
Et breue poſt tempus candeſcere Solis ab ortu.
Perſtat in incepto: ſtolidæq; cupidine palmæ
In ſua fata ruit. neq; enim Ioue nata recuſat:
Nec monet ulterius: nec iam certamina differt.
Haud mora. conſiſtunt diuerſis partibus ambæ:
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.
Tela iugo iuncta eſt. ſtamen ſecernit harundo.
Inſeritur medium radiis ſubtegmen acutis:
Quod digiti expediunt: atq; inter ſtamina ductū
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Vtraq; feſtinat: cinctæq; ad pectora ueſtes,
Brachia docta mouent ſtudio fallente laborem.
Illic & Tyrium, quæ purpura ſenſit ahenum
Texitur: & tenues parui diſcriminis umbræ.
Qualis ab imbre ſolet percuſſus Solibus arcus
Inficere ingenti longum curuamine cælum:
In quo diuerſi niteant cum mille colores:
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumina fallit.
Vſq; adeo quod tāgit idē eſt. tamē ultima diſtāt.
Illic & lentum filis immittitur aurum:
Et uetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia Pallas ſcopulum Mauortis in arce
Pingit: & antiquam de terræ nomine litem.
Bis ſex cæleſtes medio Ioue ſedibus altis

tant: accommodant. ⸿ Atque inter ſta. du. periphraſis eſt ſubtegminis. Id enim dentibus pectinis inculcatur. Eſt autem pecten textorium inſtrumentum notius q̄ ut ſit deſcribendum. ⸿ Cinctæq; ad pectora ueſtes: morē textricum exprimit: ad pectus enim uſq; ueſtes ſubducunt. ⸿ Studio i uincendi cupiditate. ⸿ Illic & Tyrium i purpura inq̄t Tyria nobiliſſima intexit. Nā Tyrꝰ phœniciæ inſula eſt a Tyro phœnicis filio appellata: ubi olī pretioſiſſima purpura fiebat. ⸿ Et tenu. um. ex uariis coloribus umbræ cōſtituūt: quo imagines extare uideant. qđ in pigēdo difficillimum eſſe putatur. ⸿ Ab imbre i poſt pluuiā. hac āt ſiltitudine oſtendit q̄ uariis telæ ſilæ coloribus diſtinctæ forent. ⸿ Solibus: Solis radiis. ⸿ Arcus: Iris. ⸿ Lōgū cæ. longā aeris ptem. ⸿ Tranſitus: unius inq̄t coloris ad alium tranſitꝰ oculos decipit. quia cum ſint diuerſi: idem tamen eē uident. ⸿ Vſq; adeo: quod tangit idem eſt: tantum inquit is qui alii coniungit color ſimilis ei eſt, ut idem eſſe uideat: cum tamen diſtet & differat. Eſt autem acclamatio artificis continens admirationem. ⸿ Lentum au. flexibile. ⸿ Vetus ar. antiqua fabula. ⸿ Deducitur: effingitur. proprie autem deduci & fila & carmina dicuntur: & quid in longū protrahit.

Pecten

Tyrus

Deducit Arachnet cum Pallade certamen

¶ Certamen Mineruæ ſub uno capite.

Fabulæ primæ certaminis Mineruæ argumētū.

¶ Cecropia Pallas &c. Minerua incipit: itaq; telæ ſuæ intexuit contentionem Athenarum inter ſe Neptunumq; habitam: qui ictu ſalſo in arce edito ſuam poſſeſſionem uendicabat: ipſa oliua a ſe arbore inuenta.

LActū.

Neptuni cum Pallade certamen.

Fabulæ ſecūdæ argumentum.

¶ Threiciam &c. Item Rhodopen Threiciam & Hemum: qui pari inſania & amore coniugii Iouis ac Iunonis abuſi erāt noibus: i trāſfigurati ſūt.

Fabulæ

Fabulæ tertiæ argumentum.
¶ Altera &c. Pigmæa caſu ab Iunone in grué verſa ẽ.
Fabulæ quartæ argumentum.
¶ Pinxit & Antigonen &c. Itẽ Antigonen. Laomedõ/
tis filiam, quæ cum Ioue coiſſet ob amiſſum Iuno eam
transfigurauit in Ciconiam.
Fabulæ q̃ntæ argumẽtũ.
¶ Qui ſupereſt &c. Cy
naræ regis Aſſyrio℞ p/
terea filias ob inſolentiã
ab eadẽ Dea in gradus
templi ſui lapidem muta
tas: per q̃ exempla fran/
gi poſſet de Mineruę nu
mine: ſinẽq; operis ſui ex
plicuit: Is modus ẽ: opis
q; ſua facit arbore finẽ.

Auguſta grauitate ſedent ſua quenq; Deorum
Inſcribit facies. Iouis eſt regalis imago.
Stare Deum pelagi, longoq; ferire tridente
Aſpera ſaxa facit: medioq; e uulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum: quo pignore uindicet urbem.
At ſibi dat clypeum: dat acutæ cuſpidis haſtam:
Dat galeam capiti: defenditur ægide pectus:
Percuſſamq; ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fœtum canentis oliuæ.
Mirariq; Deos. operis uictoria finis.
Vt tamen exemplis intelligat æmula laudis,
Quod pretium ſperet pro tam furialibus auſis
Quatuor in partes certamina quatuor addit.
Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.
Threiciã Rhodopẽ habet angul⁹ un⁹, & Hemũ:
Nunc gelidos mõtes, mortalia corpora quondã:
Numina ſummo℞ ſibi qui tribuere Deorum.
Altera Pygmææ fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc Iuno iuſſit certamine uictam
Eſſe gruem: populiſq; ſuis indicere bellum.
Pinxit & Antigonem auſam contendere quondã
Cum magni conſorte Iouis. quam regia Iuno
In uolucrem uertit, nec profuit Ilion illi:
Laomedonte pater: ſumptis qui candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui ſupereſt ſolos Cynaran habet angul⁹ orbũ.
Iſq; gradus templi natarum membra ſuarum
Amplectens, ſaxoq; iacens lachrymare uidetur.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt: operiſq; ſua facit arbore finem.

RAph. ¶ Cecropia arcer Athe
nienſi, a Cecrope Athe/
narum rege. ¶ Scopulũ
Mauortis: Ariopagum
Ariopagus. dicit: qui Martis uilla in
terpretatur ἄρειος nãq;
Martius: πάγ. uilla dici
tur. Eſt autem Athenis
promontorium idcirco a
Rhodope & hemus in montes Marte cognominatum:
q; Halirrhothium Neptu
ni filium eo in loco inter
fecit propter Alcippen
Pygmæa in gruem eius filiam: ut Philocho/
rus ſcribit in ſecundo de
attica libro. Telam au/
Antigone in ciconiam tem palladis primũ de
ſcribit poeta: in cuius ini
tio & Ariopagus erat de
Cynaræ filiæ in ſaxa. pict⁹: & Dii iudices erãt
effecti: qui ſententiis de
ciderẽt utrum pallas an
Neptunus urbi illi con/
ditæ nomẽ imponere de
beret. De hoc enim cõtẽ
debatur. Dii autẽ ſic ſta/
tuerũt: ut qui rem huma
no generi cõmodiorem
inueniſſet eius urbi nomẽ
imponeret. Cum igit̃ Neptunus tridente percuſſiſſet ter/
ram, equus exiliuit. Pallas uero haſtæ cuſpide terra p/
cuſſa oliuam in lucem eduxit: quæ mortalibus commo
dior iudicata Palladem uictricem effecit.
RAph. auguſtũ ¶ Auguſta grau. ſacra maieſtate. Auguſtũ. n. dr̃ augu
rio cõſecratũ. ¶ Sua quẽq; Deo℞ Inſcr. fa. hoc eſt unuſ
quiſq; Deo℞ ꝓpria effingit figura. ¶ Stare Deũ pelagi:
Neptunum iugi ſtantẽ pingit. ¶ Ferum: equũ. ¶ Vindi
cet: ſuam eã ꝓpriam eſſe affirmet. ¶ At ſibi dat clypeũ:
palladiſ ſimulachrum Pallas ita ſeipſam in tela effingit ut & clypeo & ægide
& haſta & galea armata uideatur. Sic enim Miner/
uæ ſimulachrum Athenis erat effigiatum: ut Pauſanias
ſcribit. ¶ Aegide: ægis munimentum eſt pectoris Mi/
neruæ cum capite Meduſæ, quo in bello potiſſimum
Baccæ utit̃. ¶ Edere: emittere. ¶ Cum baccis: baccæ fructus
ꝓprie dicunt̃ oliuæ, & ſimilium arborum, qui & exigui
Oliua palladiſ ſunt & rari: ac a ſe inuicem ſeparati naſcunt̃. ¶ Canen
tis: quæ cana ac ſubalba uidetur. Eam autem oliuamq̃
ex ictu haſtæ Palladi uictoriam peperit arſiſſe aiũt (ut
Pauſanias narrat) cum Medorum incendio Athenę cõ
flagrarunt, exuſtamq; eodem die in duorum cubitorũ
proceritatem germinaſſe. ¶ Nã ſupra quatuor cubito
rum amplitudinem Athenis effingebatur. ¶ Operis ui
ctoria finis: in fine inquit telæ uictoriam ſuam Pallas
effinxit. Eſt autem uerbum quod eleganter ſæpenume
ro prętermittitur: eſt ſub
audiendum. ¶ Vt ta/
men exemplis: quam/
uis inquit uictoria Palla
dis operi finem impoſue
rit, adiecit tamen in qua
tuor telæ angulis exem
pla quorundam in De/
os impiorum, ex quibus
facile cognoſcere poſſet
Arachne, quam pœnam
& ipſa expectare debe/
ret. ¶ Quod pretium:
quam pœnã. ¶ Speret:
expectar̃ debeat. ¶ Pro
tam furialib⁹ auſis: pro
tam furioſa temeritate.
¶ Breuibus ſigillis: par/
uis ſignis. ¶ Threiciam
Rhodopen i Hemus (ut
hinc colligere poſſum⁹)
rex fuit Thraciæ poten
tiſſimus: qui Rhodopen
Strymonis fluuii filiã: ex
qua Neptunus iã Atho
gigantem ſuſtulerat: du
xit uxorem: qui in tan/
tam arrogantiam elati
ſunt: ut Hemus ſe eẽ Io/
uem: Rhodope uero Iu
nonem prædicarent: ac
ut Deos ſe adorari iube
rent: qua inſolentia Iup/
piter indignatus in mon
tes eos cõmutauit. Rho/
dope autem (ut Stepha
nus ſcribit) etiam Ioniæ
urbs eſt: unde Rhodope
us & Rhodopeius dici
tur. ¶ Sũmo℞ Deo℞:
Iouis & Iunonis: ¶ Altera pygmęæ: in ſecundo inquit
telæ angulo depicta erat mutatio Pygmęæ mulieris in
gruemq; ſe ut pulchriorem Iunoni anteferre auſa fu
ret. ¶ Fatũ miſe. ſortẽ miſerabilẽ. ¶ Pygmęæ ma. Pyg
pygmęi męæ mulieris. Pygmęi nanq; ſunt ꝑpli (ut ſcribit Pli.)
montana indiæ incolẽtes, quo℞ longiſſimi pedes duos
nõ excedũt. Hi aſſiduũ cũ gruibus bellũ gerere dicunt̃.
¶ Suis: pygmæis: a qbus ipſa originẽ ducebat. ¶ Pixit
& Anti. Antigone Laomedõtis filia fuit formoſiſſima:
quæ cũ ſe Iunone pulchriorem eſſe iactaret: ab ea in ci
coniã fuit cõuerſa. ad quod alludere uĩ Virg. in primo
Æneid. cũ inqt. Spretæq; iniuria formæ. ¶ Qui ſupereſt
ſo. Cy. Cynaras Aſſyrio℞ rex filias habuit pulcherri
mas: q̃ ſe Iunoni ꝓferre auſæ fuerũt, quare indignata
Iuno eas in gradus templi ſui cõmutauit, ac patrẽ gra/
dus ipſos ꝓ filia℞ corporibus amplectẽtem ibidẽ in ſa
xum cõmutauit. ¶ Orbum: liberis priuatũ. ¶ Iacẽs: ad
hærens. ¶ Pacalibus: paciferis: ac pacẽ ſignificantibus:
¶ Modus: finis. ¶ Sua arbore: oliua.

¶ Item Arachnes certamen ſub eodem capite.

Fabulæ primæ certaminis arachnes argumentum.

LAct. ¶ Mæonis eluſam &c. Arachne autem ut uideret per opera reſpondiſſe contentionem telæ intexuit Iouem in taurum uerſum ob Europæ amorem.

Fabulæ ſecundæ argumẽtum.

Mæonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam. uerum taurum. freta uera putares.
Ipſa uidebatur terras ſpectare relicta:
Et comites clamare ſuas: tactumq; uereri
Aſſilentis aquæ. timidaſq; recondere plantas.
Fecit & Aſterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis Ledam recubare ſub alis.
Addidit ut Satyri cælatus imagine pulchra
Iuppiter implerit gemino Nycteide fœtu.
Amphitryon fuerit cum te Tirynthia cœpit.
Aureus ut Danaen, Aſopida luſerit ignis.
Mnemoſynen paſtor, uariuſq; Deoida ſerpens.

Arachnes tela & uariæ Iouis metamor. ¶ Fecit & Aſterien &c. Eundẽq; fecit i aquilã, ut comprimeret Aſteriẽ.

Fabulæ tertiæ argumẽtũ.

¶ Fecit olorinis &c. Eũdem in olorem, ut Ledã Teſti filiã comprimeret.

Fabulæ q̃rtæ argumẽtũ.

¶ Addidit ut Satyri &c. Eundem in Satyrũ, ut Nycteida Nyctei filiam comprimeret.

Fabulæ q̃ntæ argumẽtũ.

¶ Amphitryõ fuerit &c. Eundem in Amphitryona ut Alcmenã Electrionis filiã comprimeret.

Fabulæ ſextæ argumentum.

¶ Aureus ut Danaen &c. Eundẽ in aurũ, ut Danaen Acriſii filiam comprimeret, ut Aſopidam in ignẽ: duo ſenſus iſti in unum uerſum continentur.

Fabulæ ſeptimæ argumentum.

¶ Mnemoſynen paſtor &c. Eundem in paſtorem: ut Mnemoſynen comprimeret: in ſerpentẽ, ut Deoidã: & hi duo ſenſus in unum uerſum ueniunt.

Fabulæ octauæ argumentum.

¶ Te quoq; mutatum &c. Neptuni etiam cupiditates inſeruit: ita ut doceret eum in iuuencum eſſe mutatũ, ut Aeoli filiam ſtupraret. In amnem Enipeũ, ut Aeolã. In arietem, ut Biſaltidam comprimeret: hi tres ſenſus in tribus uerſibus aliter cadere non poſſunt.

Fabulæ nonæ argumentum.

¶ Et te flaua comas &c. Eundem in equũ uolucrem: ut Cererem, & Gorgonem Meduſam: ex qua equ⁹ Pegaſus pdit fuiſſe. In delphinum, ut Melãtho cõprimeret: & hi ſenſus continentur in tribus uerſibus.

Fabulæ decimæ argumentum.

¶ Omnibus &c. Apollinis præterea in eadẽ contentione amoris furta intexuit reddita: indicat eum in accipitrem: interdum in leonem: aliàs in paſtorẽ, ut Iſſen Macarei filiam comprimeret.

Fabulæ undecimæ argumentum.

¶ Liber ut Erigonen &c. Liber pater quoq; in uuam uerſus: ut Erigonen comprimeret.

Fabulæ duodecimæ argumentum.

¶ Ut Saturnus equo &c. Saturnus præterea uerſus in equum: ut Phyliram Oceani filiã, ex qua Chirona centaurum uidetur procreaſſe, comprimeret.

Fabulæ decimætertiæ argumentum.

¶ Ultima pars telæ &c. Poſtquam Arachne ordinata tela cũ contumelia a Dea pulſa eſſet, ſuſpẽdio ſe affecit. Sed in ultimo caſu ꝑpter ſtudium, quod a Dea acceperat in araneam uerſa: ut opere inutili nullũ ſui effectũ capere poſſet. Plura uero opera Arachnes poeta retulit fuiſſe q̃ Mineruæ: ut hanc ſcientia artis, quæ potior eſt, illam labore contendiſſe demonſtraret.

RAph. ¶ Mæonis elu. fabulas in Arachnes tela depictas exequit poeta, celebres qdẽ ac nondũ expoſitas copioſius, ignobiles uero ac minus celebratas paucis attingens.

¶ Mæonis: Arachne Mæonia ſiue Lydia. Europæ uero rapt⁹ in. ii. uolumie fuit a poeta pleniſſime expoſit⁹. Iuppiter aũt idcirco i tauꝝ cõuerſus Europã rapuiſſe fingit: q; nauis, q̃ ẽ i Cretã uecta picto tauro fuit iſignita. ¶ Timidas re. plã. hypallage poetę familiaris. Europa .n. timida uidebat retrahere pedes ab aq̃ tactu. ¶ Fecit & Aſte. Aſterie fuit Cei Titãis filia, ac Latõę ſoror, quã Iuppiter tã ardẽter amauit, ut eã i cothurnicẽ uerſam p aquilã rapuiſſe dicat. ¶ Fecit ol. Iuppiter Ledæ amore captus i cygnũ mutatus ea potitus eſt, q̃ ouum dr̃ peperiſſe ex quo Caſtor, Pollux & Helẽa orti eẽ fingũt. De Ledę aũt pr̃ia & parẽtib⁹ uariæ ſunt antiquoꝝ opiniões. Ibicus nãq; Pleuroniã, Hellanic⁹ aũt Calydoniã illã fuiſſe ait: Theſpii uero filiã fuiſſe pleriq; aſſerit ex Androdice: Eumelus aũt ex Glauco Siſyphi filio, & Pãtidyia natã eſſe ſcri. narrãs Glaucũ poſt eq̃s amiſſas Lacedæmõa puẽiſſe: ubi cõgrẽ cũ Pãtidyia habuiſſe, q̃ poſtea Theſpio nupſerit. Sicq; Ledã q̃ glauci fuerit Theſpii exiſtimatã: appellatãq; fuiſſe. Pherecydes uero ex Laophõte: Pleuronii filia Ledã & Althęã a theſpio ſuſceptas fuiſſe ait: Pollucẽ qdẽ ex Ioue, Caſtor ẽ aũt ex Tyndaro generatos ſcribit. ¶ Olorinis: cygneis. Nã olor ẽ, quẽ græci ac tã latini quoq; cygnũ appellãt. ¶ Addidit ut Sa. cę. ima. pul. Iuppiter i Satyꝝ cõuerſus Antiopã Nyctei filiã cõpreſſit, q̃ geminos Amphionem & zethũ fingit pepiſſe. Antiope uero ſic a Ioue corrupta: Nyctei patris minas timẽs Sycionẽ ad Epopeũ cõfugit. Ubi cũ Amphionẽ & zethũ peperiſſet illos in Cithęrone expoſuit, cuidãq; paſtori cõmẽdauit. Nycte⁹ aũt ꝑpter filiæ audaciam dolore affectus interiit, cum prius Lycũ fratrem oraſſet: ne filiã negligeret. Veꝝ Sicyonẽ pfectus illius miſereret. Lycus igit & urbem expugnat & Epopeum iterficit, & Antiopen captiuam Dirce uxori ſuæ tradit cuſtodiendam. Hæc aũt fugit: captaq; iterum ſuis ipſius filiis Amphioni & zetho tradit: quibus paſtor: q̃ facta erant oĩa aperit. Ipſi uero Antiopen qdẽ conſeruant: Dircen uero fero tauro alligantes diſcerpſerunt. Ac Lycum accerſentes tanq̃ Antiopen tradituri interemiſſent, niſi a Mercurio phibiti fuiſſent: qui qdem ipſum Amphioni & zetho regno cedere iuſſit. ¶ Amphitryon fuerit: Iuppiter Alcmenæ amore captus: in Amphitryonem illius maritum conuerſus cum ea concubuit: Herculemq; ex eo concubitu ſuſcepit. Amphitryon autem Alcæi Thebani filius fuit: qui Alcmenã Electrionis filiam uxorem duxit. ¶ Tirynthia: Alcmena a Tirynthe urbe dicta. nam Tiryns urbs eſt Peloponneſi, a Tirynthe Hali filia: quæ Amphitryonis fuit ſoror: unde etiam Hercules Tirynthius appellatur. ¶ Aureus ut Danaen: Danae Acriſii Argiuoꝝ regis filia a Ioue in aureas guttas mutato compreſſa, Perſeum genuiſſe in quarto narratur. Hoc autem fingitur: q; Danaen uiolaturus Iuppiter aureos nummos largiter in ſinum eius infudit. Hæc (ut ſcribit Lactantius) merces ſtupri fuit. ¶ Aſopida luſerit ignis: Aeginam Aſopi filiam. nam Iuppiter in ignem conuerſus Æginam Aſopi fluuii filiã cõpreſſit: ex q; ea Aeacũ ſuſcepit. ¶ Vari⁹ Deolida ſerpens: ſic qui dem legi: & ego hanc olĩ ſecutus lectionem: ut qui aliam nõ uideram: expoſui Deolida nympham

Aſterie

Ledæ ouum

Olor

Antiopa

Amphitryon.

Tiryns

Tirynthius

Danae

Aegina

Te quoq; mutatum toruo Neptune iuuenco
Virgine in Aeolia poſuit. tu uiſus Enipeus
Gignis Aloidas. aries Biſaltida fallis.
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equum. te ſenſit equum crinita colubris
Mater equi uolucris. ſenſit delphina Melantho.
Omnibus his faciemq; ſuam, faciemq; locorum
Reddidit. eſt illic agreſtis imagine Phœbus.
Vtq; modo accipitris pennas, modo terga leonis
Geſſerit, ut paſtor Macareida luſerit Iſſen.
Liber ut Erigonen falſa deceperit uua:
Vt Saturnus equo geminum Chirona crearit.
Vltima pars telæ tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud Pallas: non illud carpere liuor
Poſſit opus. doluit ſucceſſu flaua uirago.
Et rupit pictas cæleſtia crimina ueſtes.
Vtq; Cytoriaco radium de monte tenebat:
Ter, quater Idmoniæ frontē percuſſit Arachnes.
Non tulit infelix: laqueoq; animoſa ligauit
Guttura. pendentem Pallas miſerata leuauit.
Atq; ita. uiue quidem, pēde tamē improba, dixit:
Lexq; eadem pœnæ, ne ſis ſecura futuri:
Dicta tuo generi, ſeriſq; nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis hecateidos herbæ
Sparſit: & exemplo triſti medicamine tactæ
Defluxere comæ. cum quis & naris, & aures.
Fitq; caput minimum: totoq; eſt corpore parua.
In latere exiles digiti pro cruribus hærent.
Cætera uenter habet. de quo tamen illa remittit
Stamen: & antiquas exercet aranea telas.



lida nympham uideri fuiſſe: quæ a Ioue in ſerpentem uerſo uitiata ſit. Nuper uero in ueteſto exemplari ani-
Deois maduerti Deoida ſine litera. l. caſtigate ſcriptum eſſe. Nam Deois Proſerpina eſt Cereris filia: quæ Δηώ quoq; a græcis nominatur: unde fœmininum patronymicum Deois declinatur. Ceres autem dio appellata fuit (ut Græci tradunt) παρὰ τὸ δηεῖν: quod ſignificat inuenire. Quādo. n. Ceres quærens filiā ua-
Variæ Neptuni metamor. ria loca circuibat: omnes bene illi ominantes dicebant δήεις: i. hoc eſt inuenies. Hinc factum eſt, ut Δηώ uocaretur: quam
Apollinis metamor. uis aliæ quoque eiuſdem nominis origines ferantur, quæ breuitatis cauſa uidentur prætermittendæ. Iouem autem in
Bacchus in uuam. Saturnus in equum. Draconem uerſum cum Proſerpina concubuiſſe in ſecundo libro de præparatione euangelica teſtatur Euſebius: cum inquit (ut eorum uerbis qui in latinum uerterunt utar) Ceres peperit, educatur puella, Perephatem nonnulli appellant, cui Iuppiter qui genuit, draco factus coniungitur. Vnde in ſacrorum myſteriis Draco in ſpiram conuolutus ad factorum memoriam: ac potius in teſtimonium tantæ turpitudinis adhibetur. Hæc Euſebius, ex quibus apertiſſime colligitur Proſerpinam Cereris & Iouis filiam, quā Ouidius Doida uocat, ab Ioue ipſo in ſerpentem mutato fuiſſe uitiatam. Quare non Deolida, ut eſt fere in exemplaribus deprauatis: ſed Deoida contenderim eſſe legendum.

R. Aph. ¶ Te quoq; mutatum: Neptuni uarias deſcribit transfigurationes: nam modo in iuuencum, modo in Enipeum fluuiū, modo in arietem: modo in equum: modo in delphinem conuerſus fuiſſe narrat. ¶ Aeolia: Aeoli filia. Quæ uero hæc Aeolia uirgo fuerit non memini me legiſſe. ¶ Enipeus: fluuius eſt Theſſaliæ Enipeus: in quem
Tyro mutatus Neptunus. Tyro Salmonei filiam circa fluuiū ſpatiantem rapuit, ex eaq; ſuſcepit Peliam & Neleum. ¶ Gignis Aloidas: Neptunus in eundem fluuium conuerſus Iphimediam Aloi uxorem compreſſit: ex qua nati ſunt Othus & Ephialtes: qui Aloidæ a poetis uocā- Aloidæ
tur. Virgilius in ſexto. Hic & Aloidas geminos immania uidi Corpora: qui manibus magnum reſcindere cælum Aggreſſi: ſuperiſq; Iouem detrudere regnis. ¶ Aries Biſaltida fallis: Neptunus in arietem trāſfiguratus Biſaltiden uitiauit: de qua nil memini me alibi legiſſe. ¶ Et te flaua comas: Neptunus in equum mutatus cum Cerere & Meduſa concubuit. ¶ Frugum mitiſſima mater: periphraſis eſt Cereris: ex qua Neptunus Arionē equū & Teleſto filiā ſuſtulit: ut Pauſanias narrat. Ceres nanq; filiam quærēs: ut Neptuni ſuum concubitum appetentis inſidias fugeret: ſe in equam mutauit: ac una cum Oncei equabus in paſcua ibat. Quod cum Neptunus reſciuiſſet: in equum & ipſe conuerſus illam iniuit. Id uero cum Dea ſenſiſſet: adeo indignata fertur: ut Erinnys fuerit cognominata. Nam ἐρινύειν Arcades iraſci dicūt. ¶ Crinita colubris: p crinibus colubros ac ſerpētes habens. ¶ Mater equi uolucris: Meduſa mr̄ Pegaſi equi alati. ¶ Senſit del. Melā. Melātho Deucaliōis filia fuit (ut Lycophronis interpēs ſcribit) quam Neptunus in Delphinum conuerſus cognouit: ac filium nomine Delphum ſuſcepit. Melantho.
¶ Eſt illic agreſtis imagine Phœb⁹: Apollo diuinitate priuat⁹ ꝓpter interfectos Cyclopas Admeti regis Theſſaliæ armēta pauiſſe fingit. ¶ Vtq; mō acci. pē. Apollo interdū in accipitrem: interdū in leonem ſe commutaſſe in Arachnes tela uidebat. ¶ Macareida Iſſē: Macarei filiā: quā Apollo in paſtorali habitu uitiauit: ut hoc loco poeta narrat. ¶ Vt Sat. equo: Iſſe
Saturnus cū Phylira Oceani filia cōcumbēs quer... ne

Opis uxoris aduētu deprehenderet, in equum ſe commutauit, ſicq; centaurum genuit Chironē. Vnde Virg. lib. Geor. iii. Talis & ipſe iubam ceruice effudit equina Coniugis aduentu pernix Saturnus & altum Pelion hin
Chiron nitu fugiens impleuit acuto. Geminum Chirona: cētaurum, q ab anteriore parte homo a poſteriore equus
Limb⁹ uidebat. Tenui lim. ſubtili faſcia. Eſt.n. limbus faſcia ultimaq; ueſtis partē ambiens, Virg. Sydoniam picto chlamydē circūdata limbo. Flaua uirago: Pallas formoſa. Cæleſtia crimina: Deorum flagitia. Hoc aūt p̄textu Pallas peſtes illas merito dilaceraſſe uidet.
Cytorius. De mōte Cytoriaco: Cytorus mons eſt Paphlagoniæ buxis abundās: q̄q; Cyreriaco corrupte fere legat. Ter q̄ter: ſæptus. Idmoniæ: Idmōis filiæ. poſſeſſiuū .n. p patronymico ē poſitū. Lexq; eadē pœnę: eadem inqt pœna etiā poſteri tui afficiāt. Dicta eſto: ſit ſtatuta. He
Hecate catcidos herbę: ab Hecate Medeæ matre inuentæ, quæ prima ueneno ſas herbas inueniſſe narratur: illiſq; Perſeum patrē peremiſſe. Hecate & Proſerpina dicit & Luna & Diana. q̄nam uero he
hecates herba cates ſit herba: nō memini me legiſſe. Cæterū ueneficiis apta eſſe uidet. Triſti: noxio. Exiles: tenues, ſubtiles. Et antiquas exer. aranea telas: hoc eſt priſtinas conficit telas: q̄ quidem & ipſę Araneę
aranea arane⁹ dicuntur. Araneus uero maſculini generis ſemper de animali dicitur. Catullus in Furiū. Furi cui neq; ſeru⁹ eſt: neq; arca: nec cimex: neq; araneus: neq; ignis. Virg. quoq; in Culice diminutiuū protulit. Atq; ut Araneoli tenuem formauimus orſum.

Fabulæ ſecundæ ſexti libri argumentum.

RAcii. Lydia tota fremit &c. Niobe Tantali filia Sipylo Lydiæ orta ob inſolētiā Apollinis ac Dianæ numē experta eſt. Nā ex Amphione ſeptē filiis: totidēq; uirginibus editis dū comitata gauderet: & quodā tpe Manto Tireſię filia rūſo monuiſſet Thebanos: ut Latonæ & liberis eius p p̄ces thura redderēt: ſola ex ritiiſq̄ ſacrificio intereſſe noluerit, p̄dicans potentiorem ſe numine Deæ ac liberis ei⁹ eſſe. Itaq; oroне inſtructa Latona queſta eſt filiis q ſuarę iniuriarę nō exiſterēt ultores: confeſtim itaq; Apollo & Diana tecti nubibus (ut præceperat genitrix) Thebas uenerunt: ac Niobes filios cū in campo eq̄s exercerent: ſagittis necauerūt. Quorū noia hęc ſūt. Iſmenus. Sipylus. Phedius. Tantalus. Archenor. Damaſitpn. Ilioneus. Pater Amphion poſt necem filiorum ferro ſe interfecit. Nec minor uiolentia deſiit eſſe Niobes, q Diana indigne tūlit: nam uirgines partcala

Lydia tota fremit: Phrygiæ per oppida facti
Rumor it: & magnum ſermonib⁹ occupat orbē.
Ante ſuos Niobe thalamos cognouerat illam,
Tunc cum Mæoniam uirgo, Sipylumq; colebat.
Nec tamē admonita ē pœna popularis Arachnes
Cedere cælitibus, uerbiſq; minoribus uti.
Multa dabāt animos. ſed eni nec coniugis arces,
Nec genus amborum, magniq; potenria regni
Sic placuere illi: quamuis ea cuncta placerent:
Vt ſua progenies. & feliciſſima matrum
Dicta forer Niobe: ſi non ſibi uiſa fuiſſet.
Nam ſata Tireſia uenturi præſcia Manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata uias. Iſmenides ite frequentes:
Et date Latonæ, Latonigeniſq; duobus.
Cum prece thura pia, lauroq; innectite crinem.
Ore meo Latona iubet. paretur. & omnes
Thebaides iuſſis ſua tempora frondibus ornant:
Thuraq; dant ſanctis, & uerba precātia flammis.
Ecce uenit comitum Niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto Phygiis ſpectabilis auro:
Et quantum ira ſinit formoſa, mouenſq; decoro
Cum capite īmiſſos humerū p utrūq; capillos,
Conſtitit: utq; oculos circuntulit alta ſuperbos:
Quis furor auditos inquit præponere uiſis
Cæleſtes? aut cur colitur Latona per aras?

mitate affecit: uita nouiſſime Niobe flens deceſſit: turbine q; uentorum in patriam Sipylum dilata eſt: ceſſitq; in ſilicem uoluntate Apollinis & Dianæ.
Lydia to. fre. hæc ideo a poeta inferunt, ut cōmodi⁹ RAph.
Niobes mutationē in ſaxū cū ſupiore fabula cōiungat.
Niobe Niobe nāq; Tātali filia cū ex Amphiōe marito ſeptē filios: ac totidē filias genuiſſet: eſſe poti⁹ q̄ Latonam uenerandā eſſe cōtendebat: phibebatq; neq; in ſuo regno Latonæ ſacrificare auderet. Quare indignata Latona Apollinē ac Dianā rogauit: ne ſe tāta iniuria affici pateret. Ille ſimul arcubus & ſagittis ad unū oēs primum Niobes filios itereme runtq; qdē Amphiō cū ferre nō poſſet, ſeipm iterfecit. Niobe uero morte filiorū idignata cū diis maledixiſſet: & filias ſagittis cōfectas uidit: & ipſa i ſaxū qd ēt nūc lachrymare uidet fuit cōmutata. Añ ſu. Nio. tha. añ ſuas nuptias. Nā anteq̄ Amphioni traderet Niobe, in Phrygia & Lydia cū Tātalo p̄re, q illic regnabat: habitauit: ubi facile Arachnē cognouit.
Niobes oratio Mæoniā: Lydiā. Mæonia uero dicta ē a Mæone fluuio, q p illā fluit. Si
Sipyl⁹ Sipyle nō mar mor pylūq; cole. Sipyl⁹ urbs eſt & mōs Phrygiæ. Vnde Sipyle nū marmor cognominat. Popularis: nō plebeiæ, ſed q̄ de ill⁹ populo fuerat. Minoribus: humanioribus. Multa da. ani. multa inqt illam reddebant ſupbam. Nec cō.
Amphion at. Amphion maritus Niobes rex Thebarū fuit: cuius urbis muros: arceſq; ædificaſſe ferē. Horatius. Fertur & Amphion Thebanæ cōditor arcis Saxa mouiſſe ſono teſtudinis, & p̄ce blanda Ducere quo uellet. Nec ge. am. nam ab Ioue ambo ducebant genus. Amphion.n. Iouis ex Antiopa fili⁹ fuiſſe dr̄. Niobe uero Iouis ipſi⁹ Neptis cum Tantali filia fuerit. Nam ſata Ti. Man.
Manto Mātua. Manto filia fuit Tireſiæ uatis p̄ſnæ artis peritiſſima, a qua Mantua urbs fuit appellata. Iſmenides: Thebanæ mulieres ab Iſmeno fluuio dictæ. Date thura: ſacrificate, & rogate. Latonigenis duo. Apollini & Dianę. Lauroq; in. cri. caput lauro coronate. Ore meo la. iu. ac ſi diceret: ore meo Latona loqt: hocq; uobis mādat.
Spectabilis Spectabilis: ſpectatu digna pp ueſtes auro intextas. Vtq; ocu. cir. al. ſup. hypallage eſt familiaris. Superba.n. oculos altos circūtuliſſe Niobe itelligēda ē. Alta: elata. Quis fu. au. oro indignatiōis plena Niobe decenter attribuit: ut q̄ adeo erat felicitate elata, ut ſe Latonæ auderet p̄ferre. Auditos cæ. auditos Deos. Viſis: Diis quos quotidie uidetis. Certior.n. aure arbiter eſt oculus: nimiū autem ſuperbe ſe quoq; Deam eſſe: ac maritum Deum Niobe ait.

Numen

Numé adhuc ſine thuř meũ ẽ.mihi tâtal⁹ auctor:
Cui licuit ſoli ſuperorum tangere menſas.
Pleiadum ſoror eſt genitrix mea.maximus Atlas
Eſt auus:æthereum qui fert ceruicibus axem.
Iuppiter alter auus.ſocero quoq; glorior illo.
Me gentes metuunt phrygiæ,me regia Cadmi
Sub domina eſt:fidibuſq; mei commiſſa mariti
Mœnia cum populis a meq;,uiroq; reguntur.
In quancunq; domus aduerti lumina partem:
Immenſæ ſpectantur opes.accedit eodem
Digna Dea facies.huc natas adiice ſeptem.
Et totidem iuuenes:& mox generoſq;,nuruſq;.
Quærite nũc habeat quã noſtra ſuperbia cauſã:
Quoq; modo audetis genitam Titanida Cæo
Latonam præferre mihi:cui maxima quondam
Exiguam ſedem pariture terra negauit:
Nec cælo,nec humo,nec aqs dea ueſtra recepta ẽ.
Exul erat mundi:donec miſerata uagantem
Hoſpita tu terris erras.ego dixit in undis,
Inſtabilemq; locum Delos dedit.illa duorum
Facta parens.uteri pars hæc eſt ſeptima noſtri.
Sum felix.quis enim neget hoc:felixq; manebo.
Hoc quoq; quis dubitat:tutam me copia fecit.
Maior ſum,q̃ cui poſſit fortuna nocere.
Multaq; ut eripiat:multo mihi plura relinquet.
Exceſſere metum mea iam bona,fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorum:
Non tamen ad numerum redigar ſpoliata duorũ.
Ite ſacris propere ſacris:laurumq; capillis
Ponite.deponunt:& ſacra infecta relinquunt.
Quodq; licet:tacito uenerantur murmure numẽ
Latonæ.turba quantum diſtabat ab orba.
Indignata Dea eſt:ſummoq; in uertice Cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego ueſtra parens.uobis animoſa creatis,
Et niſi Iunoni nulli ceſſura Dearum:
An dea ſim dubito:perq; omnia ſecula cultis
Arceor:o nati niſi uos ſuccurritis:aris.
Nec dolor hic ſolus:diro conuicia facto
Tantalis adiecit:uoſq; eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:& me,quod in ipſam recidat:orbam
Dixit:& exhibuit linguam ſcelerata paternam.
Dicturã preces erat his Latona relatis:

RAph. ℂ Numen adhuc ſine thure meum eſt:& copula ſubaudiatur. ¶ Sine thu.ſine cultu,ſine ſacrificio. ¶ Mihi Tãta.au.pater,Niobe.n.Tãtali filia fuit. ¶ Cui li.ſoli:cui ex hominibus ſoli cõceſſum fuit epulis Deorũ accumbere. ¶ Pleiadũ ſo.ẽ ge.mea:Niobes mater Taygeta fuit (Taygeta) una ex Pleiadibus Atlantis filiab⁹. ¶ Iuppiter al.au.paternus.nã Tãtalus Iouis (Tãtal⁹) fuit filius ex Plote. ¶ Socero quoq; glo.illo: Amphion.n.filius fuit Iouis ex Antiopa. ¶ Fidibuſq; mei cõmiſſa mariti: Amphion tantum muſica ualuiſſe narratur,& cithara ut ſaxa illum ſequerẽtur, quibus omnium primus Thebas una cum zetho fratre muniuerit Home. quoq; ſcribit. Pherecydes uero etiam cauſam aſſignat,qua moti Amphiõ (Amphionis lyra) & zethus muro Thebas cinxerint,Phlegyas.n.hoſtes regnãti Cadmo timebãt.Quod autẽ ſaxa Amphionis lyram ſpõte ſint ſecuta:narrat etiam Antimẽdas,ac lyrã Amphioni a muſis dono datã,Dioſcorides ab apolline,pherecydes a muſis traditã fuiſſe ait. ¶ Cõmiſſa:cõpoſita,conſtructa. ¶ Aduerti:conuerti. ¶ Accedit eodem:ad idem adiungitur. ¶ Genitam Ti.Cæo: (Latõæ genus) Latona filia fuit Cęi gigãtis:quæ a Ioue compreſſa Apollinẽ ſimul & Dianam concepit:quod quidem adeo ægre tuliſſe Iuno dicit:ut pythonẽ immiſerit ſerpentem:qui eã per totum terrarũ orbem inſectaret:nec uſq̃ parere permitteret.Fugiẽs igitur Latona ab Aſterie ſorore(quæ & ipſa a Ioue amata primũ in Ortygiã:hoc eſt i cothurnicẽ:deinde in ſcopulũ mobilẽ,atq; inſtabilem fuit conuerſa) ſuſcepta ſtatim Apollinẽ (Latõæ oratio) ſimul & Dianã peperit: qui & pythonem ſerpentem ſagittis confixerunt & inſulã in qua nati erãt immobilem reddiderũt quæ quidem poſtea Delos fuit appellata:q cum diu ſub aquis latuiſſet:tandem apparuiſſet:ſeq; oſtendiſſet.δῆλος nanq; manifeſtus interpretatur. ¶ Titanidam:eptem Titanum a quibus gigantes originem traxere. ¶ Maxima quondam Exiguam:antitheton,hoc eſt cõtrarium.Maxima enim exiguæ opponitur.ira autem Iunonis nuſq̃ in tota terra locum inuenit Latona:ubi parere poſſet. ¶ Nec cæ.in nullo elementorũ Latona locũ inuenit,ubi parere poſſet. ¶ Dea ueſtra:cum quodã contẽptu hęc a Niobe dicũt. ¶ Exul erat mũdi:a toto exulabat mũdo. ¶ Inſtabilẽq; locũ Delos dedit:Delos (ut dixit) q̃ & Ortygia fuit appellata:idcirco inſtabilis fuiſſe (Delos) dicitur:q crebro terręmotibus quateretur:donec oraculo admoniti illic cadauera deſierũt ſepelire. ¶ Ite ſacris:diſcedite a ſacris execrandis:ut Virgi. Auri ſacra fames. ¶ Infecta:non facta,non finita. ¶ Quodque licet:qd̃ poſſunt etiã Niobe prohibẽte. ¶ Turba quantum diſtabat ab orba:Latõa inquit tam eſt indignata,q̃ ipſa Niobe propter liberorum multitudinem ab orbitate aberat:per qd̃ ſignificatur uehementer indignatam fuiſſe. ¶ Ab orba:a muliere liberis carẽte.Orbus enim dicitur ali (Orbus) qua re chara priuat⁹.Vnde & oculis & filiis priuati,orbi uocantur. ¶ Turba:multitudine liberorũ. ¶ Sũmoq; in uertice:i alto cacumine. ¶ Cynthi: Cynthus mons eſt Deli (Cynthus) uñ & Apollo Cynthius,& Diana Cynthia uocitur. ¶ En ego ueſtra pa.hac oſone Latona Apollinẽ ſimul & Dianã lcẽdit ad ulciſcẽdã iniuriã a Niobe acceptã.En aũt particula eſt affectus & idignationis plẽa. ¶ Aioſa: magnanima,ac ſuperba. (Aioſa) ¶ An dea ſi3 dubito:licẽtia poetica dubitor·i paſſiua & uoce,& ſignificatiõe poeta finxit:cũ dubito ũbũ ſit abſolutũ. (Dubitor) ¶ Cultis aris: exornatis altarib⁹. ¶ Cõuicia:contumelias. ¶ Tãtalis:Tãtali filia.cũ quodã aũt cõtemptu Tantalida Nioben Latona appellat:ac ſi diceret filia Tãtali:q; propter impietatẽ i Deos detruſus ad inferos maximis afficiẽ pœnis. ¶ Orbã Dixit:carentẽ filiis uocauit.Hoc ã Niobe nõ dixit,ſed duos tantum illam liberos peperiſſe:id quod ægerrime Latona tulerat:& ideo crimen amplificat.

Define Phœbus ait·pœnæ mora longa querela ē.
Dixit idem Phœbe.celeriq̧ per aera lapſu
Contigerant recti Cadmeida nubibus arcem.
Planus erat,lateq̧ patens prope mœnia campus
Aſſiduis pulſatus equis:ubi turba rotarum,
Duraq̧ mollierat ſubiectas ungula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis Amphione fortes
Conſcendunt in equos:tyrioq̧ rubentia ſucco
Terga premūt.auro grauidis moderātur habēis.
E quibus Iſmenos:qui matri ſarcina quondam
Prima ſuæ fuerat:dum certum flectit in orbem
Quadrupedis curſum,ſpumantiaq̧ ora coercet:
Hei mihi conclamat:medioq̧ in pectore fixa
Tela gerit:freniſq̧ manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetræ
Frena dabat Sipylus:ueluti cum præſcius imbres
Nube fugit uiſa,pendentiaq̧ undiq̧ rector
Carbaſa deducit:ne qua leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Conſequitur:ſummaq̧ tremens ceruice ſagitta
Hæſit:& extabat nudum de gutture ferrum.
Ille ut erat pronus per crura admiſſa,iubaſq̧
Voluitur: & calido tellurem ſanguine fœdat.
Phædimus infelix,& auiti nominis hæres
Tantalus,ut ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierant ad opus nitidæ iuuenile palæſtræ:
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus:cum tento concita neruo,
Sicut erant iuncti:traiecit utrunq̧ ſagitta.
Ingemuere ſimul.ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere.ſimul ſuprema iacentes
Lumina uerſarunt.animam ſimul exhalarunt.
Aſpicit Alphenor:laniataq̧ pectora plangens
Euolat:ut gelidos complexibus alleuet artus:
Inq̧ pio cadit officio.nam Delius illi
Intima fatifero rupit præcordia ferro.
Quod ſimul eductū eſt:pars ē pulmonis ī hamis
Eruta:cumq̧ anima cruor eſt effuſus in auras.
At non intonſum ſimplex Damaſichthona uulnꝰ
Afficit.ictus erat qua crus eſſe incipit:& qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumq̧ manu tentat trahere exitiabile telum:
Altera per iugulum pennis tenus acta ſagitta ē.
Expulit hanc ſanguis:ſeq̧ eiaculatus in altum

¶ Pœnæ mora longa querela eſt:pœna inquit in lōgū protrahitur iſtis querimoniis. ⁋ Linguam paternā: linguam inquit Tantali patris præ ſe tulit:qui Deorū arcana uulgauit. ⁋ Delectura preces:cum hæc inquit Latona retuliſſet:preces adiectura erat. ⁋ Phœbe:Diana, quæ eadem eſſe cum Luna dicitur. ⁋ Cadmeida arcem:Thebanam arcē a Cadmo extructā. Cad- (cadmeis) meis autem non ſolum arx Thebana uocaf: ſed interdū pro tota Bœotia accipitur:ut Thucydides narrat. ⁋ Planus erat:topographia,hoc eſt locī deſcriptio:in quo Niobes filii & equos agitare,& ſe conſueuerant exercere. (Niobes filiorum nex) ⁋ Aſſiduis eqs:aſſiduo equorum curſu. ⁋ Mollierat:in puluerem reſolu-erat. ⁋ Tyrio ſucco: purpura Tyria. ſignificat autem ephippia purpurea fuiſſe. ⁋ Auro grauidis: grauibus auro & ornatis,atq̧ auratis. ⁋ E quibus Iſmenos: maximus natorū Amphionis & Niobes Iſmenos fuit, (Iſmenos) ab Iſmeno Bœotiæ fluuio,appellatus. ⁋ Prima ſarcina:primū uteri onus. Nam primogenitus erat. ⁋ Quadrupedis:equi. ⁋ Defluit:decidit. ⁋ Per inane:per aerem. ⁋ Sipylus:a Sipylo urbe cognominatus,cum ſagittæ ſtridorē audiſſet:fugere cœpit,cæterum Apollinis ſagittam uitare nō potuit. (Sipylus) ⁋ Frena dabat:equū currere permittebat. ⁋ Præſcius:præcognoſcens futurā tempeſtatē. ⁋ Summa ceruice:in colli ſummitate. (Extare) ⁋ Extabat:eminebat,extra ſtabat: p quod ſignificat collum ſagitta fuiſſe tranſfixum. ⁋ Per crura admiſſa: ppinqua, iūcta,aſtricta. (Fœdat) ⁋ Fœdat: maculat,inficit,deturpat. ⁋ Solito labori:conſuetę equorū agitationi. ⁋ Nitidæ palæſtræ:ſplendidę propter oleum,quo ſe luctaturi perungebant. Palæſtra autem latine dicitur lucta:dicta eſt autem a paleſtra filia Pandoci (palęſtra) in triuio habitantis, omneſq̧ aduenientes interficientis:quem quidem Mercurius cum ad ipſum ue[...]

differet interemit admonitus a Palęſtra. Vnde & hoſpitū habitacula pandoceia uocant. Alii palæſtraʒ deducunt ἀπὸ τῆς πάλης: hoc eſt a puluere quo luctatorum corpora perfundebantur. Alii ἀπὸ τοῦ παλαίειν: hoc eſt a uenando & obſeruando aliquam partē corporis aduerſarii,qua ipſum euertere ac in terram deiicere poſſit. ⁋ Et iam cōtulerant: iam inquit luctari cœperāt. ⁋ Arcto nexu:ſtricto amplexu. ⁋ Cōcita ſagitte:emiſſa,īpulſa. ⁋ Traiecit:trāſfixit. ⁋ Lumina uerſarunt: oculos uoluerunt,ut ſolent morientes. ⁋ Exhalarunt:expirauerunt. Spondæus autem ī quinto loco poſitus moram animæ a corpore inuitæ abeuntis ſignificat. ⁋ Laniataq̧ pectora plāgens:hoc eſt laniās & pcutiens pectora ſua ob mortem fratrum. ⁋ Alleuet: extollat. ⁋ Præcordia:inteſtina,quæ cordi prætēduntur. (Præcordia) ⁋ In hamis:in hamato ſpiculo. ⁋ Fatifero: mortifero. ⁋ Cumq̧ anima: corū uidetur hoc loco poeta ſequi opinionē: qui ſanguinem animæ ſe dem eſſe aiunt. ⁋ Intonſum Damaſichthona: comatū. ⁋ Afficit:cōficit:interficit. ⁋ Ictus erat qua crus eſſe incipit: ſignificat illius genu fuiſſe percuſſum. Nā a genu crus incipit:procēditur enim crus (Crus) a genu uſq̧ ad talos ex tibia & ſura cōſtans: unde cruſculum fit diminutiuum. (Cruſculum) ⁋ Internodia poplitis:internodium ſpatiū dicitur inter duos nodos ſitum. (Internodium) (Poples) Poples autem poſterior genu pars ē. Quē quidem idcirco nodoſū uocat poeta:q̧ totum genu ex oſſibus & neruis conſtat. ⁋ Tentat: conatur. ⁋ Trahere: extrahere. ⁋ Exitiabile: peſtiferum: quod etiam exitiale dicit. (Exitiabile) ⁋ Pennis tenus: uſq̧ ad pēnas. Tenus autem poſtponitur quidē: (Tenus) ac fere ſi plurali numero coniungitur cum genitiuo copulatur:ut Virg. Et crurum tenus a mēto palearia pendent. Cum ſingulari autem iuncta ablatiuum expoſcitur Capulo tenus abſcidit enſem.

¶ Terebrata

RAph. ¶ Terebrata aura: perforato aere. ¶ Ignarus nõ omnes eſſe rogãdos: ſola namque Latona cum Apolline & Diana placãda erat. ¶ Motus erat arcite. Apollo inquit precibus Ilionei ultimi Niobes filii motus eſt, uerum iam ſagittam miſerat irreuocabilem. ¶ Certam fecere: admonuere, quod in ſoluta oratione certiorem facere dicimus. ¶ Mirantem potuiſſe: Deos ſubintelligamus tot filios ſuos interficere. ¶ Tantum iuris: tantum poteſtatis. ¶ Adacto ferro: impulſo gladio. Amphion enim de filiorum morte certior factus doloris impatiens ſeipſum interfecit. ¶ Cũ luce: cũ uita. ¶ Heu quantũ Niobe: miſeretur poeta Niobes, quæ paulo ante ſuperbiſſima: nũc abiectiſſima filiorum morte uidetur eſſe facta. ¶ Diſtabat: differebat. ¶ Latois aris: Latonæ altaribus. Nam Latous a græco nominatiuo λητω deriuatur. ¶ Reſupina: ſuperba, elata. ¶ Inuidioſa: in ſe inuidiam concitans. ¶ Vel hoſti: etiam inimicis, non ſolũ amicis. Quod quidem maxime eſt miſerandum, unde prouerbium in eos qui maxima patiuntur mala a græcis uſurpatur νιόβης πάθη: hoc eſt Niobes paſſiones. ¶ Gelidis: mortuis. ¶ Liuentia: pallentia, nigricantia propter percuſſiones. ¶ Paſcere crudelis: Niobe morte filiorum in furorem acta Latonæ inuidiam facit. Eſt autem repetitio eiuſdem uerbi maxime indignãtibus cõueniens. ¶ Cor ferum: cor crudele. ¶ Efferor: ad ſepulturam feror. Videbatur enim ſibi Niobe una cum filiis efferri. ¶ Victrixque: uoti compos. Hinc autem ſtulta Niobes ſuperbia colligitur: quæ ne filiorum quidem morte in Deos maledicta iactare deſinat. ¶ Miſeræ felici: antithetõ elegantem maxime reddẽs orationem. Hæc ãt idcirco Niobe furioſa iactat: q̃ ſeptem ei filiæ ſupererant. ¶ Atris: pullis, nigris. ¶ Ante toros: ante lectulos fratrum, in quibus erant compoſiti, ut efferrentur. ¶ Demiſſo crine: diſſolutis capillis, ut fieri in luctu ſolet. ¶ Viſcere: in uiſceribus. ¶ Impoſito ore fratri: ſignificat eam inter oſculandum fratrem periiſſe. ¶ Duplicata: incuruata. ¶ Vulnere cæco: occulto, quod non apparebat. ¶ Oraq; compreſſit: os clauſit. ¶ Niſi poſtq̃ ſpiritus ibat: hoc eſt niſi dum ſpiritũ emittebat: tunc enim os non compreſſerat ſed apertum tenebat. ¶ Illa ſorori immoritur: inhærens ſubaudiatur. ¶ Sexq; leto datis: ſex interfectis. ¶ Occidit: mortua eſt ea pro qua rogat. ¶ Orba reſedit: filiis omnibus priuata: id quod ipſa paulo ante obiecerat Latonæ. ¶ Exanimes inter natos: inter filios mortuos. ¶ Diriguit: rigida ac dura eſt facta. ¶ Malis: infortuniis ac liberorum acerbiſſima morte. ¶ Nullos mouet aura capillos: iam enim in ſaxum fuerat commutata. ¶ Mœſtis genis: genæ & mœroris & laticiæ ſunt indices. ¶ Cõgelat: frigida & dura fit. ¶ Et uenæ deſiſtunt poſſe moueri: poſſe palpitare deſinunt. Carebant enim pulſu. Venæ autem pro arteriis poſitæ uidẽtur. Sunt enim arteriæ conceptacula ſpiritus: ut uenæ ſanguinis. ¶ Ceruix: collum per ſynegdochen. Eſt enim ceruix pars colli poſterior. ¶ Intra quoq; uiſcera ſaxum eſt: etiam inteſtina inquit ſaxea fuerunt effecta. Hoc autem idcirco fictum eſt: q̃ in liberorum ſepulchro Niobe ſibi lapideam ſtatuam erexiſſe narratur.

Certum facere

Reſupina

Efferre

Niobe in marmor

Arteriæ
Venæ
Ceruix

Emicat: & longe terebrata proſilit aura.
Vltimus Ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat. Diiq; o communiter omnes
Dixerat: ignarus non omnes eſſe rogandos,
Parcite motus erat: cum iam reuocabile telum
Non fuit: arcitenens minimo tamen occidit ille
Vulnere: non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali, populiq; dolor, lachrymæq; ſuorum
Tam ſubitæ matrem certam fecere ruinæ.
Mirantem potuiſſe, iraſcentemq; quod auſi
Hoc eſſent ſuperi. quod tantum iuris haberent.
Nam pater Amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quantũ hæc Niobe Niobe diſtabat ab illa:
Quæ modo Latois populorũ ſummouerat aris:
Et mediam tulerat greſſus reſupina per urbem
Inuidioſa ſuis, at nunc miſeranda uel hoſti
Corporibus gelidis incumbit: & ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad cælum liuentia brachia tollens,
Paſcere crudelis noſtro Latona dolore:
Paſcere ait: ſatiaq; meo tua pectora luctu:
Corq; ferum ſatia: dixit. per funera ſeptem
Efferor. exultat: uictrixq; inimica triumpha.
Cur autem uictrix? miſeræ mihi plura ſuperſũt,
Quam tibi felici. poſt tot quoq; funera uinco.
Dixerat: & ſonuit contento neruus ab arcu.
Qui præter Nioben unam, conterruit omnes.
Illa malo eſt audax. ſtabant cum ueſtibus atris
Ante toros fratrum demiſſo crine ſorores.
E quibus una trahens hærentia uiſcere tela,
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito: duplicataq; uulnere cæco eſt:
Oraq; compreſſit: niſi poſtq̃ ſpiritus ibat.
Hæc fruſtra fugiens collabitur, illa ſorori
Immoritur. latet hæc. illam trepidare uideres.
Sexq; datis leto, diuerſaq; uulnera paſſis,
Vltima reſtabat: quam toto corpore mater,
Tota ueſte tegens unam, minimamq; relinque
De multis: minimam poſco clamauit: & unam
Dũq; rogat: pro qua rogat: occidit. orba reſedit
Exanimes inter natos, natasq;, uirumq;:
Diriguitq; malis. nullos mouet aura capillos:
In uultu color eſt ſine ſanguine. lumina mœſtis
Stant immota genis. nihil eſt in imagine uiuum.
Ipſa quoq; interius cum duro lingua palato
Congelat: & uenæ deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix, nec brachia reddere geſtus,
Nec pes ire poteſt. intra quoq; uiſcera ſaxum eſt.

Oui. meta.

RAph. ℂ Flet tamen: quamuis Niobe in ſaxum fuerit trāſformata: flere tñ uidet. ⸿ Turbine ua. uē. impetu uehemētis uēti. Eſt. n. turbo uentus cū fragore uiolentus proxia queq; pſternens. ⸿ In pa. ra. eſt: hoc ē Sipylū delata ē: ubi ēt nunc flere uidet: qd idcirco fingit: quia Sipylenū marmor ſudare phibet. ⸿ Liquitur: liqueſcit. ⸿ Manāt la. mittunt lachrymas.

Turbo

Sipyleū marmor

Flet tamen: & ualidi circundata turbine uenti
In patriam rapta eſt: ubi fixa cacumine montis
Liquitur: & lachrymis etiā nunc marmora manāt.
Tunc uero cuncti manifeſtam numinis iram
Fœmina, uirq; timent: cultuq; impenſius omnes
Magna gemelliparæ uenerantur numina Diuæ.
Vtq; fit a facto propiore priora renarrant.
E quibus unus ait. Lyciæ quoq; fertilis agris
Non impune Deam ueteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidem eſt ignobilitate uirorum:
Mira tamen. uidi præſens ſtagnumq;, locumque
Prodigio notum. nam me iam grandior æuo,
Impatienſq; uiæ genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues, gentiſq; illius eunti
Ipſe ducē dederas: cum quo dum paſcua luſtro:
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara uetus ſtabat tremulis circundata cannis.
Reſtitit: & paruo fauens mihi murmure dixit
Dux meus: & ſimili faueas mihi murmure dixi.
Naiadum, Fauni ne foret tamen ara rogabam:
Indigenæ ue Dei, cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanum numen in ara eſt.
Illa ſuam uocat hanc: cui quondā regia coniūx
Orbem interdixit: quam uix erratica Delos
Errantem accepit tunc: cum leuis inſula nabat.
Illic incumbens cum Palladis arbore palmæ,
Edidit inuita geminos Latona nouerca.
Hinc quoq; Iunonem fugiſſe puerpera fertur:
Inq; ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Iamq; Chimæriferæ, cum Sol grauis ureret arua:
Finibus in Lyciæ, longo Dea feſſa labore
Sydereo ſiccata ſitim collegit ab æſtu:
Vberaq; ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacum mediocris aquæ proſpexit in imis

Fabulæ. iii. ſexti libri argumentum.

LAcū: ℂ Tunc uero &c. Latona Cei filia: cū Iunōis ira ob adulteriū ex Ioue cōceptos apollinē & Dianā parere nō poſſet: & nulla eā errātē regio reciperet: nouiſſime uenit i Lyciā: & cū ex ardore æſtus ac longitudine uiæ ſitim ſedare uellet: ab iis q uuluā & iuncū fecundū lacū legerent: prohibita eſt propius accedere. Quāobrē accēſa ira digrediēs petiit a Diis: ut accolę nunq̄ ſtagno carerent: auditis itaq; precibus eius Iuppiter agricolas in ſpeciem ranarum transfigurauit.

RAph. ℂ Tunc ue. cū. narraturus poeta quo mō Latona a quibuſdā Lyciæ ruſticis bibere phibita eos in ranas uerterit: more ſuo quædā interſerit: quibus cōmodius fabulæ iungant. ⸿ Gemelliparæ Diuę: latonę: q̄ gemellos peperit: Apollinē & Dianā. ⸿ Vtq; fit: ac quēadmodū fieri ſolet. ⸿ Renarrāt: cōmemorant Thebani. ⸿ Lycię quoq; fertilis agris: latona cū Apollinē: Dianā q; pepiſſet: irā Iunōis fugiēs in Lyciā uſq; una cū infantibus puenit: ubi feſſa ſitiq; cōfecta cū bibere e quodā lacu uellet: a ruſticis quibuſdam pedib⁹ aquā pculcātibus phibita fuit: qua iniuria Dea indignata eos oēs in ranas conuertit. Lycia autem eſt Aſiæ regio finitima Lydiæ. ⸿ Spreuere: contempſerunt. ⸿ Nō impu. nō ſine ſupplicio: ſed cū maxima pœna. Nā in ranas oēs fuerunt cōuerſi. ⸿ Ignobilitate ui. ruſtici nā q; erant uiliſſimi. ⸿ Prodigio: miraculo. ⸿ Notū: nobilē. ⸿ Impatiēs uiæ: qui uiæ laborē pp ſenectutē ferr nō poterat. ⸿ Lectos: electos: egregios. ⸿ Ducē gē. illius. ducē Lyciū. ⸿ Luſtro: circūeo ad eligēdos boues. ⸿ Sacrorū fauillas ſacrificiorū cineſ. ⸿ Stabat: erecta erat. ⸿ Reſtitit: ſubſtitit. Ex p'corū autem cōſuetudine nos quoq; ſacella prætereuntes Deos rogamus: ut nobis ſint adiumento. ⸿ Naiadū: Fauni ne foret: memo dubitat & rogat cuiuſnā Dei ſit ara: qa eſt peregrinus. Naiades autē (ut diximus) nymphæ ſūt fon

Gemelli para

Lycia

Naiades

tiū: ut ait Heſiodus ... quod eſt fluo: q; in fluētis habitēt. Faunus uero Deus ē ſiluestris: q Pā grçce dicitur: Mercurii ex Penelope (ut alii ſcribūt) fili⁹: ut uero Duris Samius: procorū omniū: unde & Pana fuiſſe appellatū. Quidā Cœli & terræ filiū fuiſſe cōtendūt. ⸿ Indigenæ ue Dei: q nō aliunde uenerint: ſed ibi ort⁹ ſit: ubi colit: ut hoies idigenæ uocantur: qui nō aliunde uenerunt: ſed in ipſis locis: quæ habitāt: origines habuerūt: quos Græci autochthōas appellāt. ⸿ Rettulit: reſpōdit. ⸿ Montanū numen: qualis eſt Faunus. ⸿ Regia cōiūx: Iuno regis Deorum: hoiumq; uxor. Nam Iuno (ut diximus) cū reſciuiſſet Latonā ex Ioue concepiſſe: illā per totū terrarū orbē exagitauit: ſic ut nuſq̄ cōſiſtere poſſet. ⸿ Orbē interdixit: cū interdico uerbū datiuo & ablatiuo iungat: orbe mihi legendū uidet: nō orbē: ut eſt fere in exēplaribus deprauatum. Vt. n. aqua & igni interdixiſſe alicui populum Romanum dicimus: ſic orbe Iunonē Latonæ iterdixiſſe poeta eleganter dixit. ⸿ Erratica Delos: quā errātē: inſtabilēq; eē idcirco poetę finxerūt: qa crebro terræ motu uexabat: donec ex oraculo Apollinis (ut ſcripſi) deſiuerūt illic cadauera ſepelir. ⸿ Leuis: cauſa eſt: idcirco. n. nabat: qa leuis erat. ⸿ Nabat: fluitabat. Nare. n. proprie dicit̄ur aīata. fluitare inaīata. ⸿ Cū Pal. ar. cū oliua. Significat ait illā & palmæ & oliuę innixā peperiſſe. ⸿ Edidit: emiſit: peperit. ⸿ Inuita no. cōtra uolūtatē Iunonis: q̄ nouerca eē uidebat Apollinis & Dianæ: cū Iouis ſit uxor. Nā & Latōa Iouis ipſi⁹ uxor eſſe uſ. Tametſi tres dūtaxat uxores Iuppiter hūiſſe feratur. Iunonē: Cererē: Themin: ex q̄ & Mineruā aſſert ſuſtuliſſe. ⸿ Puerpera: mulier a partu recēs puerpera dicit. ⸿ Iāq; Chimæriferæ: Chimęra mōs Lycię carminib⁹ poetarū notiſſim⁹. Fingit āt a poetis fera eē pedes hñs ſerpētinos: capræ uentrē: caput leonis flāmas uomēs: eo q; ad mōtis radices ſint ſerpētes: i medio capræ: leones ad uerticē: q; Aetnę modo ardet dr. Sane Chimęrā grçci caprā uocant. ⸿ Chimæriferæ: Chimęras ferētis. i. capras. ⸿ A b æſtu ſydereo: a calore Solis. Nā ſyd⁹ q̄uis pprie ſignū ex multis ſtellis cōſtans uocet: ... tñ interdū p Sole ponit. ⸿ Ebiberāt: exuxerāt. ⸿ Lactētia: lac emittentia. ⸿ Mediocris aq: nec magnæ: nec paruæ.

Faunus

Indigenę

Interdicere

Nare Fluitat

Tres Iouis uxores

Puerpe

Chimęra

Sydus

ℂ Fruticoſa:

Vallibus.agreſtes illic frutieoſa legebant
Vimina eum ioncis:gratamq; palodibus uluá.
Aceeſſit:poſitoq; genu Titania terram
Preſſit:ut hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba uetar.Dea ſie affata uetantes:
Quid prohibetis aquas?uſus cômonis aquarũ é.
Nee Solem proprium natura:nee sera feeit:
Nec tenues undas.ad publiea munera ueni,
Quæ tamé:ot detis:ſopplex peto.nõ ego noſtros
Abluere hie artus:laſſataq; membra patabam:
Sed releuare ſitim.caret os humore loqoentis,
Et faoces arent:uixq; eſt uia uocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar etir:uitamq; fatebor
Accepiſſe.ſimul uitam dederitis in ondis.
Hi quoq; uos moueãt:qui noſtro braehia tẽdũt
Parua ſinu:& eaſu tendebant brachia nati.
Quem non blãda Deæ potuiſſẽt oerba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere:minaſq;
Ni procul abſcedat:eonoiciaq; inſoper addont.
Nec ſatis eſt:ipſos etiam pedibuſq;,manuq;,
Turbauere lacus:imoq; e gurgire mollem
Hue,illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulitira ſitim:neq; enim iam filia Cæi
Supplieat indignis,nec dueere ſuſtinet ultra
Verba minora Dea:tollenſq; ad ſydera palmas:
Aeternum ſtagno(dixit)uioaris in iſto.
Eueniunt optata Deæ:iuuat eſſe ſub undis:
Et modo tota caua ſũmergere membra palude:
Nunc proferre caput:ſummo modo gurgite naſ.
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere:ſæpe
In gelidos reſilire laeos:ſed nunc quoq; turpes
Litibus exereent linguas:poſſoq; pudore
Quãuis ſint ſub aqua:ſub aqua maledicere tẽtãt.
Vox quoq; iã ranea eſt:inflataq; colla tumeſeũt:
Ipſaq; dilataut patulos conuicia rictus.
Terga caput tangunt:colla intereepta uidẽtor:
Spina uiret:uenter pars maxima corporis, albet:
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite ranæ.
Sie ubi neſeio quis Lycia de gente uirorum
Rettulit:exitium Satyri reminiſcitur alter:
Quem Tritoniaca Latous harundine uictum
Affecit pœna,quid me mihi detrahis inquit?
Ah piget:ah non eſt:clamabat,tibia tanti.

R.Aph. ¶ Fruticoſa:parua,n'pote e fruticibus naſcentia. Sunt
Frutico enim frutices medii iter herbas & arbores. ¶ Legebãt:
ſum colligebant. ¶ Cum iuncis:iuncus herba eſt paluſtris ſi-
Frutex ne nodo. ¶ Gratamq; paludibus uluam: ulua herba ẽ
Iuncus in paludibus naſcens. Vnde etiam paludibus grata ab
Vlua Ouidio perhibetur. ¶ Poſitoq; genu:eleganter geſtum
exprimit de lacu ore aq̃
haurire uolentis. ¶ Ru-
ſtica turba uetat: ruſtico-
rũ multitudo prohibet.
¶ Vſus communis aqua-
rum eſt:iure gentiũ aquæ
omnibus hominibus ſũt
communes. ¶ Nec So-
lem propriũ:priuatum.
¶ Nec tenues undas:nec
labiles aq̃s. ¶ Ad publi-
ca munera ueni: publica
Publica ſunt,quæ nulli⁹ quidem
ſunt,ſed omniũ. ¶ Sed
teleuare ſitim: diminue-
Releuare re,& leuẽ facere. ¶ Os lo
quentis:os meum,quæ nobi-
ſcum loquor. ¶ Et fauces
arent ſiccæ ſũt. ¶ Vixq;
eſt uia uocis: uix emitte-
re uocem poteſt. ¶ Hau-
ſtus aquæ: potus aquæ
mihi loco nectaris ac ſua-
uiſſimus erit. ¶ Simul ui
tã dederitis in undis:poſt
quam mihi uitam aquis
inſtaurauerítis:uidetur eſ
ſe hemeſtichiũ Ennii poe
tæ,unde & dederitis uer
bi penultima eſt produ-
cta. ¶ Hi quoq; uos mo-
ueant:infantes enĩ Apol-
linẽ,& Dianam illis oſtẽ-
Lycii dit,ut ſaltem eorum æta
ruſtici te moueantur. ¶ Ten-
i ranas dunt: extendunt, porri-
Ranaq; gunt. ¶ Noſtro ſinu: e no
de ſcru- ſtro gremio. Præpoſitio-
puo nes enim cum prætermit
tuntur, ſubaudiẽdæ ſũt.
Brachiũ ¶ Brachia natos,i quas
brachia terminant. Bra-
chium autem qui maſcu-
lino genere βραχίων ef-
fertur a Græcis, a breui
dictum eſt: quod βραχυ
uocant Græci. ¶ Hi tamẽ
orantem: pulchre ruſtico
rum ſeruatur decorũ,qui
rogati contumacius: ſu-
perbiuſq; ſe gerũt. ¶ Per
ſtant:perſeuerant: & in-
Marſiæ ſtant. ¶ Conuitia:contu-
pœna melias. ¶ Mouere: com
uerũt. ¶ Saltu maligno:
hypallage eſt. ipſi namq;
maligni intelligunt. ¶ Di
ſtulit ira ſitim: hoc eſt ira fuit cauſa differendæ ac
prolongandæ ſitis. ¶ Filia Cæi: Latona. ¶ Vltra:ulte
rius. ¶ Minora Dea:humiliora, q̃ ut Deæ conuenictia
ſint. ¶ Aeternum:ſemper,& in æternum.nomen p ad
uerbio poſitum. ¶ Et modo tota:eleganter ranarum &
naturam & corpus deſcribit poeta. ¶ Summo gurgite:
in ſummitate gurgitis & ſtagni. ¶ Turpes linguas:con-
tumelioſas. ¶ Patulos rictus:hiantia ora. ¶ Colla inter
cepta:de medio reciſa.nã
ranæ collo carent. ¶ Spi
na uiret:tergũ uiride eſt.

Fabulæ quartæ ſexti
libri argu-
mentum.

¶ Sic ubi neſcio qs &c.
Satyr⁹ nomine Marſias LActã.
dum cum Apolline tibiis Latonæ
contendit:quas Minerua uerba
iueniſſe proditur:per au ad ruſti
daciam: q Deo cedẽdũ cos
non putaret ſuſpenſus a
cute eſt nudatus tergore:
quem nymphæ ac Saty-
ri, cæteriq; ruris incolæ
ita fletu proſecuti ſunt:q
eius cantu caſturi eſſent:
ita ut lachrymis eorum
flumen increuerit: quod
eius nomine in Phrygia
Marſias priorib⁹ noſtris
nuncupari uidetur.
¶ Sic ubi neſcio qs. igno R Aph.
bilem hac locutione eum
fuiſſe ſignificat,qui ſupe-
riorem retulit fabulam.
¶ Exitium Satyri:calami
toſum exitum. Marſias
autem Satyrus fuit ti-
bias inflãdi adeo peritus,
ut cum Apolline certare
ſit auſus, quem ſupera-
tum, indignatus Apollo
pelle,atq; cute priuauit.
Ex eius uero corpore tan
tus defluxit ſanguis: ut a
terra exceptus in fluuiũ
fuerit commutatus:qui a
Satyri nomine Marſias Marſias
fuit appellatus. Eſt autẽ
Phrygiæ fluuius in Mæã
drum labens. ¶ Remini
ſcitur: in memoriam re-
ducit, cõmemorat. ¶ La
tous:Apollo Latonæ fi-
lius. ¶ Tritoniaca harun
dine: tibia ex harũdine
Tritoniaca confecta: eſt
enim metonymia. Trito Tritõis
nis autẽ palus eſt Libyæ:
iuxta quam Pallas in uir
ginali habitu apparuiſſe
fertur:unde Tritonia uo
cat. ¶ Affecit pœna:pu
niuit & uictus ẽ. ¶ Quid
me mihi detrahis?cur mi
hi meam pellem deripis? ¶ Ah non eſt tanti: ut
ego hac pœna affici debeam.

RAph. ℭ Micant:palpitant. ℱ Fibras:ſi hę uenulę ſunt mino
Fibræ res. ℱ Armẽta bucera:hoc ẽ boues ualde cornutos:βου
Buc:r⁹ nanq; particula eſt intentiua:κέρας autẽ dicitur cornu.
ℱ Concepit:excepit. ℱ Ripis decliuibus:pronis,atq; i/
clinatis. ℱ Liquidiſſimus:puriſſimus,limpidiſſimus.

Fabulæ quintæ ſexti libri argumentum.



Clamanti cutis eſt ſummos direpta per artus:
Nec quicquã niſi uulnꝰ erat:cruor undiq; manat:
Detectiq; patent nerui:trepidæq; ſine ulla
Pelle micant ueuæ.Salientia uiſcera poſſes,
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
Illum Ruricolæ ſiluarum numina Fauni,
Et Satyri fratres:& nunc quoq; clarus Olympus,
Et Nymphæ flerunt:& quiſquis montibus illis,
Lanigeroſq; greges:armentaq; bucera pauit.
Fertilis immaduit:madefactaq; terra caducas
Concepit lachtymas:ac uenis perbibit imis.
Quas ubi fecit aquas:uacuas emiſit in auras.
Inde petens rapidum ripis decliuibus æquor:
Marſya nomẽ habet,phrygiæ liquidiſſimꝰ amnis.
Talibus exemplis redit ad præſentia dictis
bœotiā uergebāt mari deuoratis. Oppida (ut dixi) q̄tuor
hēbat: Iulidā: Carthæā: Coreſſā: Phœceſſā: ex qbꝰ duo in
tercidēſ coreſſa & phœceſſa. Ex hac pfectā delectatiōē
fœmis ueſtē auctor ē Varro. ⸿Carcheſia mœ. ſic qdē
legiſ, ſ3 corruptū eē mihi uſ: carthæa uero ē legēdū. Nā
carthæa una ē ex quatuor urbibus Cęæ iſulę a carthęo carthęa
ibi mortuo cognominata. Carthæa ūē urbs eſt Iberiæ.
Fabulæ

Fabulæ.xiii.libri ſeptimi argumentum.

LAcū. ℭInde &c.Poſt hęc lacū Hyries & Cygni Tēpe:i qbꝰ locis cū grauia amore pueri teneret: & impio eius uolucres idomitas, ac leonē magnū pati coegiſſet, taurūq; ui aſſetneq; ideo labor eius potiendi merces extitiſſet: in dignatꝰ ex ꝓcipiti loco cū ſe odio laboꝝ iaceret: i uolucrē olorem conuerſus eſt.

Fabulæ.xiiii.libri ſeptimi argumentum.

Hyries filius in cygnū — ℭAt genitrix &c.Hyrie aūt mr eiꝰ flēdo aſſidue caſum filii ſui: i ſtagnū delicuit miſericordia Deorū, qd̄ eſſet ſui nominis.

Fabulæ.xv.libri ſeptimi argumentum.

ℭAdiacet &c.Ab his digreſſam Pleorona peruenisse: i qua urbe Iābe cū Phaſnei filii occiderent: deoꝝ miſericordia effectū eſt ut i auē trāſformaret.

Hyrie i lacum. Cōbe i auem.

Fabulę.xvi.libri ſeptimi argumentum.

Cæix cū Halcyone i aues. — ℭInde &c.Ab his Calaurean Lathoum regē cū cōiuge in uolucrem.

Fabulæ.xvii.libri ſeptimi argumentum.

Menephron. Puer in Phocā. — ℭDextera &c. Deinde cyllenē adiiſſe: hic Menephrō ne cum matre concūberet: ab Ioue ē trāſfiguratus in feræ ſpeciem.

Puella i auem. Fūgi in hoies.

Fabulæ.xviii.libri ſeptimi argumentum.

Medea ad Aegeum. — ℭCephiſon &c.Poſt hoc cāſum uidiſſe Cephiſon nepotis exitio deflētem, q ab Apolline i Phocen tranſfiguratus eſt.

Phineꝰ & Periphas in aues.

Fabulæ.xix.libri ſeptimi argumentum.

ℭEumeliq; &c.Itē Eumeli domū adiiſſe lugentis filiā i uolucrē ceſſiſſe.

Fabulæ.xx.libri ſeptimi argumentum.

Inde lacus Hyries uidet, & Cygneia Tempe,
Quæ ſubitus celebrauit olor. nam Phyllius illic
Imperio pueri, uolucreſq;, ferumq; leonem
Tradiderat domitos: taurum quoq; uicere iuſſus
Vicerat: & ſtricto toties iratus amori
Præmia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus: cupies dare: dixit: & alto
Deſiluit ſaxo. cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix Hyrie ſeruatum neſcia, flendo
Delicuit: ſtagnumq; ſuo de nomine fecit.
Adiacet his Pleuron: in qua trepidantibus alis
Ophphias effugit natorum uulnera Combe.
Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arua:
In uolucrem uerſi cum coniuge conſcia regis.
Dextera Cyllene eſt: in qua cū matre Menephrō
Concubiturus erat ſæuarum more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidam Ph ocen ab Apolline uerſi.
Eumeliq; domum lugentis in aere Naram.
Tandem uipereis Ephyren Pirenida pennis
Contigit. hic æuo ueteres mortalia primo
Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed poſtq̄ Colchis arſit noua nupta uenenis:
Flagrantemq; domum regis male uidit: utroq;
Sanguine natorum perfunditur impius enſis.
Vltaq; ſe mater male, Iaſonis effugit arma.
Hinc Titaniacis ablata draconibus, intrat
Palladias arces, quæ te iuſtiſſime Phineu,
Teq; ſenex Peripha pariter uidere uolantes.
Innexamq; nouis neptem Pholyphemonis alis.

ℭTandem &c.Aliquando etiam Ephyren contigiſſe uerſam pennis uipereis: in qua urbe primum ex fungis edita æſtimantur corpora.

Fabulæ.xxi.libri ſeptimi argumentum.

ℭSed &c.Indicat Colchis cū parēte Creōte creuſā cōſūptā ueneni arſiſſe. Nec minꝰ natos a ſe iterēptos Iaſone relicto. Inſpectis itaq; caſibꝰ miſeroꝝ uēiſſe ēt Athēas.

Fabulæ.xxii.libri ſeptimi argumentum.

ℭInnexamq; nouis &c.Item neptē Pholyphemonis uolucrum expleſſe numerum.

Aph. Hyriæ — ℭInde la.Hyr.Hyrie fluuiꝰ ē Bœotiæ: de quo Hom. i.ii. Iliados. ē & Hyria regio iuxta Aulidē: ē & urbs Iſauriæ iuxta Seleuciā: ē ēt i Iapygia cretēſiū opus: ſed lacus Hyries iuxta tēpe eē Inuii poeta: ſic dictos a caſu Hyries, q̄ flēdo amiſſum filiū I fontē ſui nois ɔuerſa fuit. Nā Phyllius qdā amore filii Hyries captꝰ: cū multa impio pueri peregiſſet, ei taurū domitū negauit. Quod qdem ægre ferēs puer: ſe ex alto mōte ꝑcipitē dedit: ſed miſeratiōe Deoꝝ in cygnū fuit cōuerſus. ℱDelicuit: ſic qdē

Delīq̄ie

legiꝰ, ſed cū a deliq̄ſcēdo ueniat: delicuit p c ſcribendum uideꝰ: ut intelligamus eam in liquorem fuiſſe reſolutā. ℱAdiacet his Pleuron in qua: Pleuron Aetoliæ urbs ē: unde Pleuroniꝰ. ℱOphphias Combe: Ophphii filia, q̄ perperam Iambe ab interꝑte græco dicta: in nauē ne a filioꝝ multitudine (ad centū.n.ferꝰ peperiſſe) uulneribus cōficereꝰ: fuit cōmutata. Hæc oiuꝫ prima æs in Euboea iueniſſe narraꝰ: unde & Chalcis ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ.i.ab ære fuiſſet appellata. ℱInde Calaureæ Latoidos: Calaurea iſula ē iuxta cretam a Calauro Neptuni filio declinata. Eſt ēt urbs Locroꝝ I q̄ maxime Latona colebaꝰ: uñ & Latois uocaꝰ. ℱIn uo.uer. hic fuiſſe uideꝰ Cæix rex Trachynæ, q cū tēpeſtate in mari periſſet, Halcyōeq; ipſius uxor Aeoli filia flēdo perire uellet: ambo I aues Halcyonides ɔuerſi fuerunt. ut in.xi. poeta plene deſcribit. ℱDextera Cyl.ē: Cyllene mōs ē Arcadię Mercurii natiuitate notiſſimꝰ, a cyllene nympha cognominatꝰ. Eſt ēt cyllene Eliēſiū naualē. ℱIn q̄ cū ma.me.iacēt Menephrōs quēdā poeta: quē cū mr̄e coire nō puduit. ℱCephiſon pro.hic Cephiſus fluuiꝰ eſt Bœotię ꝑterlabēs delphos: cuiꝰ filius ab Apolline in Phocā: hoc eſt uitulū marinū, fuit cōuerſus. ℱEumeliq; do. Eumelꝰ filius fuit Admeti regis Theſſaliæ, cuius filiā in auē conuerſam fuiſſe ait Oui. ℱEphyren Pi. Corinthū I q̄ fons ē Pirene. Scite āt Pirenida adiecit: nā multę urbes eodē noie uocanꝰ: ut diximꝰ. Apud Corinthum uero antiqtus hoies ferunꝰ ex fungis ortos eē. ℱSed poſtq̄ Col. Medea dolēs Creuſam Creōtis corinthioꝝ regis filiā a Iaſone ſibi fuiſſe ꝑlatā, quo die nuptiæ celebrabanꝰ: coronā ex naphta: q̄ igni uel lōgiꝰ poſito ſtati accēdiꝰ: cōfectā, uelut muneri nouæ nuptæ miſit, q̄ ex funalibus ignē cōcipiēs cū totā regiā cōbureret, Medea ſpectāte Iaſone filiis iaulatis a draconibꝰ alatis in aerē ſublata Athenas aduolauit: ubi Aegeus eā nō hoſpitio ſolū, ſed ēt lecto ſibi copulauit: ex q̄ cū iā Medū filiū ſuſcepiſſet, Theſeus ipſius qdē Aegei filꝰ: ſed quē pr̄ nōdū uiderat, Athenas aduenit, quē cū & ſibi & filio ualde Medea timeret aconitum uenenum: qd̄ e cerberi ſpūa natū eſſe aiūt: ꝑparauit: Aegęoq; pſuaſit: ut illi tanq̄ hoſti ꝑberet: id uero cū Theſeus foret hauſturus: capulo enſis uiſo agnitus a pr̄e ꝓhibitus eſt. Quare Medea nubes carminibus excitauit: quibus tecta una cum filio Medo Theſei gladium fugiens in Aſiam aduolauit. Vbi (ut Strabo narrat) a quibuſdam dicitur cum Ia/

Pleurō. cyllene. Cephiſus. Eumelꝰ. Ephyr. Pirene. Creuſa. Medeę filioꝝ latio

ſone regnaſſe, ac ueſtem tenuiſſimam: qua utebatur de ſuo nomine Medeam appellaſſe. Cum.n. p rege exi/ ret faciem ſuam occultabat: huic Medus filius regni ſuc ceſſor regiōi nomen fertur impoſuiſſe. ⸿ Colchis: Col chicis. ⸿ Noua nupta: Creuſa Creontis corinthiorum re/ gis filia. ⸿ Vita male: quoniam cum mater eſſet cōmu/ nes filios interfecit. ⸿ Titaniacis draconibus: qui ex Titanū ſanguine na/ ti eſſe dicunt. ⸿ Palladi/ as arces: Athēas ubi Phi neus: Periphas: & Poly/ phemōis nepōs in aues fuere conuerſi. Hæ uero fabulæ mihi ſunt ignotę.

Fabulæ. xxiii. ſeptimi li bri argumentum.

LActi. ⸿ Excipit hanc Aeg. &c. Ab iis nouiſſime excipit ab Aegęo, nec minus iun git fœdus: inter hæc The/ ſeus Aegei filius errore & laboribus plenus exci pitur a patre: cui protinus

Spuma cerberi in aconitum Medea parat uenenum: quod aconitū appellāt. Hercules enim cum ad inferos deſcendiſſet miſ/ ſus ab Euryſtheo ut canē tricipitē ad ſuperos per/ duceret: poſtq̄ eū i regio nē Ponticā perduxit: ter/ ritū animaduertit ex n/ uitate aeris uomitū pro/ fudiſſe. Notato itaq; loco ſpumā eius i uenenū eē conuerſam: qđ græci aco nitū nominant: quia na/ ſcitur in cautibus.

RAph. aegęus ⸿ Excipit hanc Aegęus facto: Aegęus rex Athe/ narum conſuluit oracu/ lum, quo modo prolem uirilem ſuſcipere poſſet: a quo cum accepiſſet ut prius q̄ Athenas reuerteretur: cum muliere coiret, ad Pittheum Trœzenis regem p fectus ei oraculum cōmunicauit. Quo cognito Pittheus ei filiam Aethram a Neptuno uitiatā copulauit. Inde ue ro Aegęus diſceſſurus uxorem iam grauidam ad ſaxum ſolam cū adduxiſſet, illi calceos, gladiūq; ſubiecit. Vxori deinde mādauit ut ſi maſculū pareret: eū ad ſe nō ante mitteret, q̄ adultus ipſe p ſe reuoluto ſaxo gladiū & cal ceos tollens ſecum ferret. Hinc enim Aegęus ſe cognitu rum ſperabat an quem Aethra foret paritura: ſibi filius eſſet. Theſeus igitur ex illa natus Aegei qdem filius pu tatus eſt: cum Neptuni foret: ut Iſocrates in Helenes lau datione ait. Is uero cū adoleuiſſet indicante matre & ſa xum reuoluit: & calceos & gladium ſuſtulit, Athenaſq; pficiſcens multos latrones Iſthmum obſidentes interfe cit: cum uero Athenas peruenisset non ante a patre agni tus eſt, q̄ capulū gladii ſub quem ſaxo pr̄ ipſe ſubiecerat, aſpexit. Quo cognito poculū uenenatū ſtimulāte Me dea iam porrectū e filii manib⁹ excuſſit. ⸿ Facto in uno: in hoc uno facto, quo medeam hoſpitio ſuſcepit. ⸿ Pro les ignara: ignota legendum mihi uidet: q̄uis fere ignara

aconitū legatur. ⸿ Aconiton: herba eſt præſentiſſimi ueneni

Excipit hanc Aegæus facto damnandus in uno.
Nec ſatis hoſpitiū ē. thalami quoq; fœdere iūgit
Iamq; aderat Theſeus proles ignara parenti:
Qui uirtute ſua bimarem pacauerat Iſthmon.
Huius in exitium miſcet Medea: quod olim
Attulerat ſecum Scythicis Aconiton ab oris.
Illud Echidnææ memorant e dentibus ortum
Eſſe canis. ſpecus eſt tenebroſo cæcus hiatu.
Eſt uia decliuis, per quam Tirynthius heros
Reſtantem, contraq; diem, radioſq; micantes
Obliquantem oculos, nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros.
Has concreſſe putant: nactaſq; alimenta feracis,
Fœcundiq; ſoli, uires cœpiſſe nocendi.
Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute,
Agreſtes Aconita uocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens Aegæus nato porrexit, ut hoſti.
Sumſerat ignara Theſeus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa ſui generis, facinuſq; excuſſit ab ore.
Effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor quamquam lætatur ſoſpite nato:
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine, paruo
Committi potuiſſe nefas: fouet ignibus aras:
Muneribuſq; Deos implet: feriuntq; ſecures
Colla toroſa boum uinctorum cornua uittis.

Aconitum a ἀπὸ τῆς ἀκόνης: hoc eſt a cote dictum: q in cotibus naſcatur: ut non ſolum Plinius, ſed ipſe quoq; ſcribit Ouidius. ⸿ Echidnææ canis: Cerberi canis trici/ pitis. Nā (ut refert Pli. in. xxvii. Naturalis hiſtoriæ) fabu læ narrauere aconitum e ſpumis cerberi canis ortum: extrahente eum ab inferis Hercule. Ideoq; apud Hera cleā Ponticam: ubi mon ſtratur eius ad inferos a/ ditus gigni. Euphorion ait & Herodotus narrāt Cerberum ex inferis ab Hercule extractū atram bilem euomuiſſe: ex qua aconitū ſit natum. ⸿ Spe cus eſt: iuxta Heracleam Ponticā: ubi Herculis ad inferos deſcēſus mōſtra/ tur. Nā (ut in ſecūdo Ar/ gonauticon Apollonius ait) iuxta Heracleā Pon/ ticam eſt Acheruſias pro montorium, ex cuius ua ſto ſpecu per quem deſcē ditur ad inferos: ⁊ Ache/ ron oritur. ⸿ Tirynthi/ us heros: ⁊ Herculea a Tiryntho patria cogno/ minatus. ⸿ Reſtantem: ⁊ reſiſtentem. ⸿ Nexis ada mante cathenis: hoc eſt ex adamante confectis, ac per hoc firmiſſimis. ⸿ Ternis latratibus: q tria habet capita. ⸿ Quę quia naſcuntur: ſic & Pli nius, quamuis aliam quo q; nominis originem aſſi gnet: his quidem uerbis. Naſcitur in nudis cauti/ bus, quas aconas uocāt: & ide aconitū dixere: nul lo iuxta ne puluere quidē nutriente. Hanc alii rō/ nē nois attulere. Alii q̄m

acheruſias

Reſtan

uis eadem in mortem eēt, q̄ cotibus ad ferri aciem dete renda: ſtatimq; admota uelocitas ſentiretur. ⸿ Coniu/ gis aſtu: uxoris aſtutia. ⸿ Ignara de. ipſe inſcius. ⸿ Faci nuſq; exc. uenenum ab ore filii repulit.

Fabulæ. xxiiii. ſeptimi libri argumentum.

LActi. ⸿ At genitor &c. Poſt hæc referunt feſtos dies agentes laudes Theſei: quēadmodū taurū Marathoniū interet miſſet: ut ēt Procuſtēr Cercyoniſq; necē, q trabes oppo/ nebat poſtibus ita, ut uicti exanimarent ab eis. Scyro/ nē quoq; Neptuni ſolitū iter facientibus tendere inſidias qui poſtq̄ a Theſeo eſt interfectus, eius fluctibus agita tum ppter crudelitatem ſcopulo inhæſit: unde Scyroni des petræ ſunt nominatæ ab eius nomine.

RAph. ⸿ At genitor q̄q̄: Theſei geſta cōmemorat poeta, quo cōmodius Metamorphoſin Scyllæ in auem cum ſupe/ riore fabula cōnectere poſſit. ⸿ Diſcrimine par. parua diſta. Paulū.n. abſuit qn uenenum Theſeus hauriret. ⸿ Colla toro. craſſa ac pinguia. Nā torus iterdū p pul/ pa eminētiore accipit: ut Virg. in Geor. ⸿ Luxuriatq; to Torus ris animoſum pectus. Interdum p ſede a tortis herbis. Vir. ſecūdo Aen. Inde toro pr̄ Aeneas ſic orſus ab alto. ⸿ Vinctorum cornua: habentiū cornua uittis colligata.

⸿ Nullus

Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant conuiuia patres:
Et medium uulgus: necnon & carmina, uino
Ingenium faciente, canunt. te maxime Theſeu
Mirata eſt Marathon Cretæi ſanguine tauri:
Quodq; ſuam ſecurus arat Cremyona colonus:
Munus, opuſq; tuum eſt. tellus Epidauria per te
Clauigeram uidit Vulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem Cephiſias procuſten.
Cercynios lerum uidit Cerealis Eleuſis.
Occidit ille Scinis magnis male uiribus uſus:
Qui poterat curuare trabes: & agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad Alchatoen Lelegeia mœnia limes
Compoſito Scirone patet: ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem: ſedem negat oſſibus unda:
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos: ſcopulis nomen Scironis inhæret.
Si titulos, annoſq; tuos numerare oelimus,
Facta prement annos: pro te fortiſſime uota
Publica ſuſcipimus: Bacchi tibi ſumimꝰ hauſtꝰ.
Conſonat aſſenſu populi, precibuſq; fauentum
Regia: nec rota triſtus locus ullus in urbe eſt.

RAph. ¶ Nullus Erechthidis: Athenienſibꝰ, ab Erechtheo re/
Erech/ ge dictis. Ea āt feſta Theſeia, a Theſeo uocata fuerūt:
thidæ qđ in illius honorē cū pp alia multa, tū q primꝰ oīum
Theſe/ ſtatū popularē Athenis cōſtituit: qui tantiſper durauit,
ia feſta dum Piſiſtratus tyrānidem occupauit: ut Pauſanias ait.
¶ Agitant: celebrant. ¶ Vino ingenium faciente: ſic Hora
tius: Fœcūdi calices: quē
nō fecere diſertū? ¶ Te
maxime Theſeu: carmi/
Theſeꝰ na referet: q i Theſei lau/
dē canebanť. Theſeꝰ .n.
Aegei filꝰ ex Aethra Pit
Theſei thei filia tot pclara geſſit:
geſta ut iter Hercules unꝰ nu/
mereť. Nā & taurum ab
Euryſtheo imiſſum Atti
Mara/ cā totā uaſtantē in Mara
thon thone iterfecit: & uarios
Græciæ latrones ſuſtulit.
¶ Marathon: Marathon
aūt cāpus eſt, & ſilua iux
ta Athenas a marathone
Taurꝰ heroe (ut Pauſanias ſcri/
cretēſis bit) cognominatæ: unde
Cſſa marathonius declinať.
Scirōis ¶ Cretæi tau. Cretēſis.
in ſco/ ex Creta .n. ab Hercule
pulos ad Euriſtheū ductus eſt.
Nā minos (ut ferť) Neptu
no ſacrificaturꝰ uictimā
optauit maieſtate illius
dignā: cui Neptunus tau
rū obtulit pulcherrimū.
Et cum ſeruare uellet mi
nos: iratꝰ Neptunus tau/
ro furorē imiſit, a quo to
ta fere iſula fuit deuaſta
ta. Ad eū domandū miſſus eſt Hercules, quē uictū ad
Euryſtheū duxit. Ab eo uero dimiſſus, cū Atticam de/
Cremy uaſtaret: a Theſeo fuit iterfectus. ¶ Quodq; ſuā Cre.
on Cremyon uicus eſt iuxta Corinthū: q diu a Cremyo/
Cre// nia ſue matre & Calidonii & Erimāthii aprorū fuit ue/
myonia xatus, q̄ a Theſeo interfecta ſecuros illius loci colonos
ſus pſtitit. Eſt ēt Cremyon urbs Libyæ, unde Cremyoniꝰ
deriuať. Cremyon qdem a græcis p duplex m ſcribiť:
ſed alteꝝ ab Ouidio uerſus grā pętermiſſum uř. ¶ Tel
Epidau lus Epidauria: Epidaurus urbs eſt Peloponneſi Aeſcu
rus lapii tēplo nobilis: q (ut Stra. refert) Epidaurus antea
Periphi uocabať. ¶ Clauigerā plem Vulcani: periphraſis ē Peri
tꝰ latro. phiti latronis: q iuxta Epidauꝝ cū hoſpitea perimeret
Cory/ claua quadā: q coryna uocabať: Corynetus fuit cogno/
netus minatus. Is a theſeo tandē (ut ſcribit Diod.) fuit interfe
Procru/ ctus. ¶ Vidit & immitem: Procruſtes (ut idē ſcribit Dio
ſtes do.) eo in loco terræ Atticæq; Curdalus dř: latrocinia
exercens: cogebat hoſpites ſupra lectū aliquē aſcēdere,
quo ſi longiores fuiſſent: pars ſupeminens amputabať:
qui uero breuiores fuiſſent, pedibus diſtendebantur:
a qua re Procruſtes ēt fuit cognominatus: nā προκρουω
unde declinať: ſignificat ipello. Is quoq; a Theſeo fuit
interfectus. ¶ Immitē: crudelē. ¶ Cephiſias ora: regio,
cercyō q̄ a Cephiſo Bœotiæ fluuio alluiť. ¶ Cercyonis letum:
Cercyon itē latro Arcadicꝰ: q apud Eleuſinā uiatores
Eleuſis ad certamen puocabat, uictoſq; interficiebat, a Theſeo
fuit interemptus. ¶ Eleuſis: Eleuſis aūt uicus eſt & urbs
Atticæ: ubi Cereris eſt tēplū: a qua Cerealis fuit cogno
minata. Apud Eleuſina aūt Cereris myſteria cognomē Myſte/
to maiora celebrabanť: ſicut Argis: q & ipſe atticæ uicus ria ma/
eſt: minora in honorem Proſerpinæ: in Herculis gratiā iora
inſtituta cū maioribus initiari: q a ciuis, & indigena non
eſſet: legibus phiberet. Eſt ēt Eleuſis Alexādriæ uicꝰ: i
quo Callimachus lřas narrať fuiſſe edoctus. ¶ Occidit Scinis
ille Sci. Scinis latro fuit
Iſthmum obſidens (ut in
quarto refert Diodorus) q
duas pinus flectebat, ac
utriq; hōis brachia alli/
gabat: deīde ſurſuꝫ emit
tēs corpus ui diſcerptuꝫ
maximo cruciatu afficie
bat: iſtū quoq; Theſeus
iteremit. ¶ Tutꝰ ad Al/
cathoē: Alcathoe eadē ē Alca/
uideť cum Megaris: urbs thoe
media inter Peloponne/
ſum: Atticā: & Bœotiaꝫ:
q̄ ab Alcathoo Pelopis fi
lio: qui Megareo regi (ut
Pauſanias ſcribit) i regno
ſucceſſit: fuit denomina/
ta. Cum .n. leo quem Ci Leo Ci
theronium appellarunt: thero/
Euippum Megarei regis nius.
filiū iterfeciſſet: Megare
us ipſe & filię nuptias &
regni ſucceſſionē ei ppo/
ſuit, qui leoneꝫ Cithero/
niū ſtrauiſſet: Alcathous
uero Pelopis filius, cum Alca/
ppter cædis Chryſippi thous
fratris ſuſpitionē Mega
ram cōfugiſſet: feram ag
greſſus cū uictor euaſiſ/
ſet: regnū ſuſcepit: ac inter alia: q̄ geſſit, templū ædifica/
uit: qđ agreſtis & Apollinis & Dianæ uoluit appellari.
¶ Lelegia mœnia: a Lelege ędificata. ¶ Nā (ut idē Pau Leleges
ſanias narrat) Megarenſes aiunt duodecim poſt Cara
Phoronei filiū ſeculis Lelega ex Aegypto pfectū regnū
obtinuiſſe: eoq; regnāte ſe Leleges uocatos fuiſſe: quod
qdē & Strabo ſignificat: cū inqt. Cares cum prius Lele/
ges & inſulares eſſent: fauentibus Cretenſibus: q Mile
tum condidere, in cōtinēte habitare cœpiſſe. ¶ Cōpoſi Cōpo/
to Scirone: interfecto: ſublato. Nā cōponere interdū fini ſito
re ſignificat: q aūt necanť: finiunť. Sciron aūt latro fuit, Sciron
qui ea Megaridis loca habitauit: quę ab eo Scyronia ſa .Sciroia
xa uocanť. Is peregrinos illac tranſeuntes cogebat ſe i/ ſaxa
pſos de pcipiti loco iactare, uel deductos ſupra ſcopu/
lū abruptū ipſe calce in mare pĩciebat: Theſeus aūt in
de illū in mare deiecit, unde multos ante ipſe deturba/
uerat: ut ex ſtatua q̄ Athenis i regia ſpectabať: colligi po
terat. Nā Theſeus Scironē in mare pĩciens effictꝰ erat:
ut Pauſanias refert. ¶ Scopulis nomen Scironis inhæ/
ret: ut refert Stra. Scironides petræ Atticis finibus imi/ Scironi
nēt, iuxta mare trāſitū nō relinquētes. Sopra eas autem des pe/
uia eſt in Atticā: atq; Megara ab Iſthmo ducens. Cau/ træ
rum quoq; uentū ab illis ſaxis flantem: procellaſq; ciet Caurū
tem Scirona Athenienſes uocant. Fingit aūt poeta oſſa Scirona
Scironis in mare piecta fuiſſe in ſcopulos cōuerſa. ¶ Fa uocari
cta pment annos: hoc eſt geſta tua numero annos ſupe
rabunt. ¶ Pro te fortiſſime uota: Theſeia ſignificat quę
feſta in Theſei honorem Athenienſes inſtituerunt.

RAph. ℭ Vſq; adeo nulla eſt: parentheſis eſt, ſoiam loco maxi me accommodatã continẽs. Sumpta autem hæc ſententia eſſe uidetur ex quarto Argonauticon Apollonii, ubi Iaſonis Medeæq; nuptiæ in Cercyræ antro celebratæ deſcribuntur. Semper enim inquit miſerorum hominũ lætitiis amara aliqua ineſt triſtitia.

tera in Samo, unũ Aſtypalæe⁹ & Aſtypalæata deducit. ſ Hic hu. Myco. Myconeq; & Myconus a Stra. uocat: Mycõe una eſt ex Cycladibus. In ea uero inſula dñr iacere no uiſſimi gigantũ ab Hercule lapidibus obruti. Fere uſt Myconii ſunt calui. ſ Cretoſaq; rura Tymoli: ſic qdẽ Mycõii calui corrupte: Cimoli uero p recte legit. Eſt. n. Cimolus: q Cimolus & Echinuſa dicit: inſula in Cretico mari una ex Sporadibus, a qua terra Cimolia terra Cimolia nuncupatur: ut Strabo ſcribit. Ad qđ alludẽs poeta cretoſa Cimoli rura appellat. In illa nãq; effodit creta: quę cimolia dr purgãdis ueſtib⁹ apta. ſ Florentẽq; Tyrõ: Cypron: hic quoq; uerſus mihi uidet eẽ deprauatus. Cũ. n. poeta enumeret iſulas Cretæ uicinas: quas ſibi Minos adiunxit: ipertite admodũ Sporadibus atq; Cycladibus Tyron, q Phœniciæ adiacet: ac Cypron: q Syriæ: admiſceret. Forſitan adi nõ Tyron ac Cyprõ: ſz Cythnon & Scyron eſt legendũ. Cythnos. n. inſula ẽ Cimolo ppinqua uiſu Cythnos ſpectabilis: a Cythno Sanio dicta. Nam ante illũ Merobe uocabat & Aes ut Pli. ſcribit. Scyros au- Scyros tẽ una eſt & ipſa ex Cycladibus pfia Lycomedis, Achillis: & Deidamię nuptiis clara. ſ Planãq; Seriphon: Seriphos Seriph⁹ una eſt ex Cycladibus adeo lapidoſa, ut qui Seriphiis cõuinciant. id inſpecta obueniſſe Gorgone cauſent. Nã (ut refert

Fabulæ. xxv. ſeptimi libri argumentum.

LActã. ℭ Bella parat Mi. &c. Arne cũ inſulã Sithon, in qua genita eſſet, hoſti Athenas oppugnanti capta pulchritudie auri uẽdidiſſet patriã, ne p meritus ſupplicia penderẽt i uolucrẽ monedulã ẽ traſfiguratã q̃ adhuc amore ſplẽdoris eius tenetur.

Nec tamen (uſq; adeo nulla eſt ſyncera uoluptas:
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit) Aegæus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.



RAph. ℭ Bella parat Mi. Minoem Iouis filiũ ex Europa regem fuiſſe Cretæ notius eſt, q̃ ut ſit exponendum. Huic Androge⁹ fili⁹ fuit Athletico certamine clar⁹: q cũ Athenis ex palæſtra uictoriã reportaſſet, maximã in ſe inuidiã cõcitauit. Quapp illi dũs Aegei Athenienſiũ regis occiſus cũ domũ non rediret, Minos pater ad- Minos uerſus Athenienſes bellũ mouit ipſis & peſtilentiã & famẽ imprecat⁹: ut Androgei cædẽ ulciſceretur: auctores Plutar. & Diod. Pri⁹ ãt q̃ oppugnare cœpiſſet Athenas, uaria ſibi auxilia cõparauit: quaſdã inſulas expugnauit, q̃s enumerat poeta: ac ſi qua l his Metamorphoſis fuit facta deſcribit. ſ Firmiſſimus: feroeiſſimus. ſ Ira pa. patri

Bella parat Minos, qui quãquã milite: quanquã
Claſſe ualet, patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bello uires acquirit amicas,
Quaq; patent aditus uolucri freta claſſe perrat.
Hinc Anaphen ſibi iungit, & Aſtypaleia regna.
Promiſſis Anaphen. regia Aſtypaleia bello.
Hinc humilem Myconen, cretoſaq; rura Cimoli:
Florẽtemq; Cythnon, Scyron, planãq; Seriphon,
Marmoreamq; Paron: quãq; impia pdidit Arne
Sithonis accepto, quod auara popoſcerat, auro,
Mutata eſt in auem, quæ nunc quoq; diligit aurũ
Nigra pedes: nigris uelata monedula pennis.

conueniente ob filii cædẽ. ſ Iuſtis armis: bello iuſto, qppe qđ fuit ſuſceptũ p filii cæde ulciſcẽda. ſ Quaq; patent adi. quocũq; nauibus poterat puenire. ſ Hic Anaphen ſibi iũgit: Anaphe iſula eſt in Cretico pelago una anaphe ex Sporadibus, iuxta Therã: q̃ a Membliaro q una ex Cadmo ad q̃rendam Europã nauigauit: Membliaros fuit appellata. Deinde Argonautis a tẽpeſtate uexatis: caligineq; opertis: ſtatim Apollinis opere (ut Apolloni⁹ in q̃rto narrat) cũ apparuiſſet Anaphe: ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνειν fuit cognominata. ſ Et hic Stymphalea regna: Stymphalus qdẽ urbs ẽ Arcadiæ: ſed de hac mihi poeta ſentire non uidet: cum inſulas enumeret ſibi a Minoe conciliatas. Forſitan adi deprauatus eſt hic uerſus: qui hinc aduerbio eraſo: Aſtypaleia expoſcere uidet. Eſt. n. Aſtypalæa inſula: una ex Cycladibus ab Aſtypalæa Ancæi matre denominata. Nam antea a Caribus habi- Aſtypalæa tata Pyrrea primũ, deinde Palæa: tum θεῶν τράπεζα hoc eſt Deorum menſa: fuit appellata. Eſt autem etiam alia eiuſdẽ nois cũ urbe inter Rhodon & Cretã. Eſt & nomen duaæ urbium: quaæ altera eſt in Co inſula: al-

Stra.) in illa facta uulgauit: q̃ a poetis ficta fuerunt. Dictyẽ piſcatorẽ arcã adduxiſſe retibus in qua Perſe⁹ cũ matre Danae continebat: cũ utrũq; pf Acriſi⁹ in mare pieciſſet. In illa uero inſula Perſeus educatus fuiſſe pdit q cum caput Gorgonis allatũ Seriphiis oſtendiſſet, uni- Paros uerſos mutaſſe in lapides, idq; in matris ultionẽ fecitaſſe: q a illis a diutorib⁹ Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitã adegiſſet. ſ Marmoreãq; Pa. Paros ẽt una eſt ex Cycladibus: primo plateæ deinde Minois appellata: q̃ lapidẽ pducit: quẽ pariũ uocant, ad marmoreas ſculpturas aptiſſimũ. Ex ea natus eſt Archilocus poeta: q corrupte apud Stra. Antilochus eſt ſcriptus. Ad qđ alludẽs Hora. inqt: Parios ego primus iambos Oſtendi Latio. ſ Quãq; im. pro. Ar. Si. quænã fuerit illa Sithonis puella: q̃ accepto auro hoſtibus Arnẽ inſulam pdiderit at q in monedulam auem auri maxime furacem conuer- Sithõis ſa fuerit: nõ memini me legiſſe. ſ Sithonis: Thracia mu- Sithõia lier. eſt. n. Sithonia Thraciæ ps Macedoniæ finitima: Monedula unde Sithoniæ niues apđ Virg. dñr. ſ Velata mo. tecta, cooperta: Monedula uero auis eſt e gracculorũ generes ſic dicta

ſic dicta,quaſi monetula:q monetæ & pecuniæ amore capiatur. Nam (ut Plinius ſcribit)huic ſoli aui mira in genita eſt furacitas aurı & argẽti.Sunt autem cornicib⁹ ſimiles,niſi quod ſunt nigriores:quibus pedes & roſtra rubẽt:quare nõ Nigra pedes,ſed Rubra forſitã ab Oui dio ſcriptũ fuit:ꝗuis nigra in exemplaribus legat̃.

At non Oliaros,Didymeq́,& Tenos,& Andros,
Et Gyaros,nitidæq́ ferax Peparethos oliuæ
Gnoſiacas iuuere rates.latere inde ſiniſtro
Oenopiam Minos petit Aacideia regna.
Oenopiam ueteres appellauere.ſed ipſe
Aeacus Aeginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit,tantaq́ uirum cognoſcere fama
Expetit·occurrunt illi Telamonq́,minorq́,
Quam Telamon,Peleus,& proles tertia Phocus.
Ipſe quoq́ egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus, & quæ ſit ueniendi cauſa requirit.
Admonitus patrii luctu s ſuſpirat:& illi
Dicta refert rector populorum talia centum,
Arma iuues oro pro nato ſumpta:piæq́
Pars ſis militiæ .tumulo ſolatia poſco.
Huic Aſopiades petis irrita:dixit,& urbi
Non facienda meæ.neq́ enim coniunctior ulla
Cecropidis hac eſt tellus:ea fœdera nobis.
Triſtis abit:ſtabuntq́ tibi tua fœdera magno,
Dixit.& utilius bellum putat eſſe minari,
Quam gerere,atq́ ſuas ibi præconſumere uires
Claſſis ob Oenopiis etiam nunc Lyctia muris
Spectari poterat,cum pleno concita uelo
Attica puppis adeſt:& portus intrat amicos:
Quæ Cephalum:patriæq́ ſimul mãdata ferebat.
Aeacidæ iuuenes longo poſt tempore uiſum
Agnouere tamen Cephalum,dextraſq́ dederũt,
Inq́ patris duxere domum.ſpectabilis heros,
Et ueteris retinens etiam nunc p ignora formæ
Ingreditur:ramumq́ tenens popularis oliuæ,
Et dextra,leuaq́ duos ætate minores.
Maior habet Clyton:& Buten Pallante creatos.
Poſtq̃ congreſſi primi ſua uerba tulerunt
Cecropidæ,Cephalus peragit mãdata,rogatq́
Auxilium:fœduſq́ refert,& iura parentum:
Imperium peti totius Achæidos addit.
Sic ubi mandatam iuuit facundia cauſam,
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra

Fabulæ.xxvi. ſeptimi libri argumentum.

LActã. ¶ At nõ Oliaros Didymeq́ &c. Aeac⁹ Iouis & Aeginæ filius cũ Aſopi dem inſulam cõiugis no mine incoleret: & graui peſtilẽtia Iunonis ira populum amiſiſſet, precibus & miſericordia a Ioue impetrauit:ut uaſtata inſula,quot formicę i ea apparuiſſent:tot uerſæ i hominum facies deſyderatam multitudinem explerent.Neq́ immerito: ſiqdẽ ex huiuſmodi animalibus creuerant,Myrmidones ſunt appellati. Formicæ.n. græce Myrmices appellant̃. Porro aũt hos ſenſus Cephalo ſciſcitanti edocet Aeacus

RAph. Oliaros Didyme ¶ At nõ Oliaros Didymeq́:inſulæ ſunt Aegęi ex Cycladibus:quæ Minoi aduerſus Athenienſes auxiliũ non tulerunt. Oliaros aũt p i non p e i antepenultima ſcribit̃,inſula ẽ una ex Cycladibus Sidoniorum colõia: ut Heraclides Ponticus ſcribit. ¶ Didymeq́:Didyme iſula eſt ex Cycladib⁹ una,a figura ſic ap Didymus pellata,gemella nãq́ uidetur. Didymi enim gemelli dicuntur:eodẽ nomine iſula ẽ i freto Siculo una ex Aeoliis. ¶ Et Tenos:iſula ẽ una ex cy Tenos cladib⁹ Tenos(ut Strabo refert)urbem non ſane magnam habens,uerum Neptuni fanum amplıſſimum in luco extra muros ſpectatu dignũ. in eã capaciſſima diſcumbentiũ conuiuarum ædificata ſunt triclinia,quod ſignum eſt frequentem finitimorum multitudinẽ eo cõuenire ſolitam,q una Neptuno ſacrificia celebrarent.

Andros ¶ Et Andros:una ex Cycladibus Andros,ab Andro Anii filio cognominata. ¶ Et Gyaros:Gyaros aũt una eſt ex Sporadibus. ¶ Nitidæq́ ferax Peparethos oliuę Peparethos Peparethos iſula eſt una ex Cycladibus oleo abũdãs. ¶ Oenopiam Minos petit:ſic qdem in omnibus,q̃ mihi uidere contigit,exemplaribus legitur.Sed niſi apud Strabonem eſt mendum,Oenonam legendum eſt.Nã Oenona quæ Aegina q inſula poſtea Aegina fuit appellata:ab Aegina Aeaci matre,quam Iuppiter(ut ſcribit Dio.)ex Philunte raptam in illam inſulam tranſtulit,antea Oenona(ut Stephanus etiam ſcribit)appellabatur:unde Oenoneus: Oenoniuſq́ declinat̃.Deniq́ apud Grçcorum quemq̃ nõ memini me Oenopiã legiſſe.Fuit autẽ inſula nobiliſſima,ut quę & maris olim tenuerit imperium:& Aeacidarum origo fuerit. Sane Aegina locus eſt etiã Epidauriæ terræ. ¶ Sed ipſe Aeac⁹ Aeginã:Aeacũ Iouis fuiſ Aeacus ſe filium conſtat:cui tres filii fuerũt,Telamon,Peleus,Phoc⁹. ¶ Admonitus patrii luct⁹:paternæ mœſtitiæ:quã de filio cõceperat. ¶ Populorũ centũ:nã Creta cẽtũ olim urbes habuiſſe fert̃. ¶ Pro nato:pro ulciſcenda filii cæde. ¶ Piæ militię:quę pro filii nece uindicanda ſuſcepta ẽ. ¶ Tumulo:filii ſepulchro. ¶ Huic Aſopiades:Aeacus Aſopine po[…]gina.n.Aſopi mater filia fuit Aſopi fluuii. ¶ Petis irrita:uana & mihi ñ facıẽda. ¶ Ea fœdera nobis:ſunt ſubaudiendũ,ut amici ſimus,& nos inuicem iuuem⁹. ¶ Triſtis abit:mœſtus inqt diſceſſit Minos,q a quę uolebat nõ ĩpetrauit. ¶ Stabunt ma.cõſtabũt. ¶ Lyctia:cretẽſis,a Lycto cre Lyctus tæ urbe a Lycto Deucalionis filio cognominata. ¶ Veteris formę:p̃ſtinę pulchritudinis. Nam Ce Cephalus phalus(ut ẽt Pauſanias ſcribit)formoſiſſim⁹ fuit. ¶ Popularis oliuæ:i Attica natæ,populoue gratę. ¶ Maior habet:cauſa Mos ciuilis cur a dextra,leuaq́ Cliton & Butẽ haberet.Maiores.n.natu i medio minorũ incedere ſolent.Hic autem Pallas un⁹ e filiis Pallas Pãdionis Athenarũ regis fuit:quatuor enĩ filii(ut Pãdiõis filii.iiii. ſcribit Strabo)Pãdioni fuerunt:Aegęus:Lycus:Pallas: Niſus. ¶ Peragit mandata:exponit mandata i quæ ab Athenienſibus acceperat. ¶ Fœduſq́ refert: cõmemorat fœdus a ſuis maioribus cum Aeginetis percuſſum. ¶ Imperium:regnum. ¶ Totius Achæidos:Achaiæ & Græciæ. ¶ Petis:appeti a Minoe.Hoc autem ait:quo facilius Aeaco perſuadeat:ut Athenıẽſibus cõtra Minoẽ ferat auxilium. ¶ In capulo r[e]gni:in ſceptro.

Ne petire auxilium:ſed ſumite dixit Athenæ.
Nec dubiæ uires,quas hæc habet inſula, oeſtras
Ducite,& omnis ear rerum ſtarus iſte mearum.
Robora noo deſunt.ſuperat mihi miles,& hoſti.
Gratia Diis:felix,& inexcuſabile tempus.
Immo ita ſir Cephalus,creſcat tua ciuibus opto
Vrbs air,aduenieos equidẽ modo gaudia cœpi,
Cum tam pulchra mihi:tam par ætate iuoentus
Obuia proceſſit:multos ramen inde requiro,
Quos quondam uidi ueſtra prius urbe receptus.
Aeacus ingemuit:triſtiq; ita uoce locurus.
Flebile principium melior fortuna ſecura eſt.
Hanc utinam uobis poſſem memorare.ſine ullo
Ordine nũc reperã,neu lõga ambage morer uos:
Oſſa,ciniſq; iacent,memori quos mẽte requiris,
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira Iunonis iniquæ
Incidit exoſæ dictas a pellice terras.
Dum uiſum eſt mortale malum,tantæq; latebat
Cauſa nocens cladis,pugnarũ eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat opes,uictæq; iacebant.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Preſſir,& ignauos incluſit nubibus æſtus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna:quater plenum tenuata retexuit orbem:
Letiferis calidi ſpirarunt æſtibus Auſtri.
Conſtat & in fontes uitium ueniſſe,lacuſq;
Milliaq; incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe,atq; ſuis fluuios temeraſſe uenenis.
Strage canum primo,uolucrũq;,ouiumq;,boũq;:
Inq; feris ſubiti depręnſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros,medioq; recumbere ſulco.
Lanigeris gregibus balarus danribus ægros
Sponte ſua,lanæq; caduot,& corpore tabent.
Acer equus quõdam,magnæq; in puluere famæ
Degenerat palmæ,ueterumq; oblirus honorum
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.
Noo aper iraſci meminit.nec fidere curſo
Cerua,nec armentis incurrere fortibus urſi.
Omnia languor haber.ſiluis,agriſq;,uiiſq;
Corpora fœda iacent.uitiantur odoribus auræ.
Mira loquar.non illa canes,auidæq; uolucres:
Non cani terigere lupi.dilapſa liqueſcont,
Afflaruq; nocent:& agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis,& in magnæ dominatur mœnibus urbis.

R Aph. ℭ Athenæ:Athenienſes,continens.n.pro contento fre quenter ponitur a poetis. Aeaci autem oratio maximã præ ſe fert in Athenienſes & beneuolentiam & benigni tatem. ⸿ Et omnis eat:ueniat uobiſcum ſubaudiatur. ⸿ Robora:uires. ⸿ Superat mihi miles & hoſtis hoc eſt mihi milites ſuper ſunt:& adiuuandos ami cos,& ad repellendos ho ſtes. ⸿ Gratia Diis: ſit ſubaudiatur Diis enim gratias agit Aeac⁹. ⸿ Fe lix & inexcuſabile tem pus: mihi eſt ſubintelli gatur.hoc autem uerbum eſt,ſæpenumero elegan ter prætermitti. ⸿ Ob uia proceſſit:obuiam ue nit. ⸿ Inde:ex iis. Hęc ãt narrantur, ut condnuius ad formicarũ Metamor phoſin in hoies exponen dã deſcẽdat. ⸿ Memora re:plixius narrare. ⸿ Si ne ullo ordine: ſine ullo procemio. ⸿ Longa am bage: ſuperflua oratiõe. Deſcribit au:ẽ poeta for micarum mutationem in Myrmidonas. Cũ enim Iunonis ira Aeginæ inſo

Peſtilẽtiæ deſcriptio.

læ peſtilentia fuiſſent ab ſumpti,Aeacus Iouẽ pa trem rogauit, ut aut ſibi populum ſuum reſtitue ret,aut ſe quoq; uita pri uaret. Cũ autem magnã formicarum multitudi nem in uetuſta quercu ui diſſet Iouem rogauit: ut ſibi tot ciues quot illę for micæ erant concederet. Iuppiter uero Aeaci pręcibus motus: quotquot formicæ in illa qrcu erãt in homines cõmutauit: qbus Aeacus ipſe agros diuiſit. ⸿ Oſſa,ciniſq; ia cent: mortui ſunt. ⸿ Et quota pars: ac ſi diceret minima. ⸿ Dira lues:in ſanabilis peſtis, cui nihil remedii poterat afferri. ⸿ Exoſæ:odio perſequẽ tis. ⸿ Dictas terras:deno minatam inſulam. ⸿ Nã Oenona inſula (ut dixi mus) Aegina ab Aeaco ex matris nomine fuit ap pellata. ⸿ A pellice: Ae gina:quam Iuno odio p ſequebatur:quippe cum qua Iuppiter coiuiſſet. Eleganter autem, ſcite q; ea omnia deſcribit poe ta, quæ tempore peſtis accidere ſolent. ⸿ Mortale malum:humanum.non au tem a Iunonis ira miſſum. ⸿ Cauſa nocens:ira Iunonis quæ in cauſa erat tantæ calamitatis. ⸿ Pugnatum eſt: repugnatum peſti. ⸿ Exitium:clades. ⸿ Opes:auxilia. ⸿ Preſſit:oppreſſit, occupauit. ⸿ Et ignauos æſtus:ab effectu q; ignauos homi nes reddant, & pigros. ⸿ Dumq; quater plenis: per quatuor inquit menſ ſes Auſtri uenti morboſi ſpirarunt.Luna enim ſin gulis quibuſq; menſibus creſcit ac decreſcit. ⸿ Te nuata:diminuta. ⸿ Rete xuit: diſſoluit. ⸿ Letife ris æſtibus:peſtiferis fer uoribus. ⸿ Vitium:aeris corruptionem. ⸿ Teme raſſe:corrupiſſe. ⸿ Stra ge canum primo:hæc ex primo Iliados ſumpta eẽ uidentur. nam Homer⁹ peſtem in exercitum grę corum Apollinis ira im miſſam deſcribens aſſe rit primo canes, muloſq; interiiſſe. ⸿ Miratur: q̃a mali cauſam ignorat. ⸿ Inter opus: inter aran dum. ⸿ Recumbere:pro cumbere,cadere. ⸿ Lani geris gregibus:ouibus, quæ proprie balare dicũ tur. Eſt autem factitium uerbum. ⸿ Tabent: pu treſcunt:ac macilẽtę fiũt. ⸿ Magnæq; i puluere fa mæ:i certaminibus: in quibus maximus puluis excitatur. ⸿ Degenerat: a generoſitate ſua rece dit. ⸿ Palmæ:uictoriæ. ⸿ Veterum honorũ:anti quæ gloriæ. ⸿ Nõ aper iraſci meminit:p:ozeug ma eſt.Meminit enĩ uer bum ad duos qui ſequũ tur nominatiuos eſt refe rendum. ⸿ Incurrere:im petum facere. ⸿ Omnia languor habet:omnia inqt animalia languida & in firma ſũt effecta. ⸿ Cor pora fœda:cadauera fœ tentia. ⸿ Odoribus:cada uerum fœtoribus, quãq̃ odores fere in bonam ac cipiuntur partem:ac pro iis quæ narea delectant: ponantur. ⸿ Et agunt cõ tagia late: corruptionem inquit longe mittunt. ⸿ Liqueſcunt:reſoluun tur.

Temerare.

Balare.

Odores

ℭ Flammiſq;

R Aph. Fatiſceſce. ¶ Flammiſque fatiſcunt: hoc eſt ardore quodam interiori reſoluuntur. eleganter autem omnia deſcribit poe

Viſcera torrentur primo, flammiſq; fatiſcunt.
Indicium rubor eſt: & ductus anhelitus igni.
Aſpera lingua tumet: tepidiſq; arentia uentis
Ora patent: auræq; graues captantur hiatu.
Non ſtratum, non ulla pati uelamina poſſunt.
Dura ſed in terra ponunt præcordia. nec fit
Corp⁹ humo gelidū. ſed hum⁹ de corpore feruet
Nec moderator adeſt. inq; ipſos ſæua medentes
Erumpit clades, obſuntq; auctoribus artes.
Quo propior quiſq; eſt: ſeruitq; fidelius ægro:
In partem leti citius uenit: atq; ſalutis
Spes abit: finemq; uident in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla quid utile cura eſt.
Vtile enim nihil eſt. paſſim: poſitoq; pudore
Fontibus, & fluuiis, puteiſq; capacibus hærent.
Nec ſitis eſt extincta prius: q̄ uita, bibendo.
Inde graues morbo nequeunt cōſurgere: & ipſis
Immoriuntur aquis. aliquis tamē haurit & illas,
Tantaq; ſunt miſeris inuiſi tædia lecti.
Proſiliunt: aut: ſi prohibent conſiſtere uires,
Corpora deuoluūt in humum: fugiūtq; penates
Quiſq; ſuos. ſua cuiq; domus funeſta uidetur.
Et quia cauſa latet, locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare uiis: dum ſtare ualebant:
Aſpiceres: flentes alios: terraq; iacentes:
Laſſaq; uerſantes ſupremo lumina motu.
Membraq; pendentis tendunt ad ſydera cæli
Hic, illic: ubi mors deprenderat: exhalantes.
Quid mihi tūc animi fuit? aut quid debuit eſſe?
Vt uitam odiſſem: & cuperem pars eſſe meorum.
Quo ſe cunq; acies oculorum flexerat: illic
Vulgus erat ſtratum: ueluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis: agitatæq; ilice glandes.
Templa uides contra gradibus ſublimia longis:
Iuppiter illa tenet. quis non altaribus illis
Irrita thura dedit? quoties pro coniuge coniunx,
Pro nato genitor, dum uerba precantia dixit:
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inq; manu thuris pars inconſumpta reperta eſt?
Admoti quoties templis, dum uota ſacerdos
Concipit, & fundit purum inter cornua uinum:
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri?
Ipſe ego ſacra Ioui pro me, patriaq;, tribuſq;
Cum facerem natis: mugitus uictima diros
Edidit: & ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra quoq; ægra notas ueri, monituſq; Deorum
Perdiderat. triſtes penetrant ad uiſcera morbi.
Ante ſacros uidi proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas: quo mors foret inuidioſior: aras.

ta, quæ peſte laborantibus ſolent euenire. ¶ Indicium rubor eſt: rubor faciei inquit indicat uiſcera eſſe inflāmata. ¶ Tumet: inflatur. ¶ Arentia ora: arida, & ſicca. ¶ Vētis tepidis: auſtris. ¶ Patent: aperta ſunt & tenentur. ¶ Auræ graues: pernicioſæ. ¶ Non ſtratum: lectum. ¶ Dura præcordia: corpora inflata & aſpera: ut a parte totum intelligamus.

Præcordia. Sunt enim præcordia (ut Plinius in undecimo Naturalis hiſtoriæ ſcribit) membranæ tenuiſſimæ, quibus exta homini ab inferiore uiſcerum parte ſeparantur: ſic dicta, quia cordi phrenas appellant, q illis ſubtilitas mentis accepta feratur. ¶ Moderator: rector, medicus. ¶ Erumpit: inuadit. ¶ Obſuntq; auctoribus artes: medicæ inquit artes ſuis profeſſoribus nocent. ¶ Peſte. n. medici quoque corripiebantur. ¶ Leti: mortis. ¶ Finemq; uident in funere morbi: ordo eſt & ſenſus: finemq; morbi in funere & morte uident.

Indulgere aīs. ¶ Indulgent animis: hoc eſt faciunt quicquid ipſis libet. ¶ Quid utile: hoc uerbum ſit ſubintelligatur, ut ſit ſenſus: & nulla cura eſt quid ſit utile. ¶ Haurit: bibit. ¶ Et illas: etiam illas cadaueribus infectas, in quibus multi moriebant. ¶ Tātaq; ſūt miſeris: adeo autem inquit inuiſos habēt lectos, ut ex illis proſiliant. ¶ Aut ſi prohibent: hoc eſt ſi cui ſunt tam exiguę uires, ut ſtare nō poſſit, atq; e lecto deſilire, deuoluit ſe quoquo modo poteſt in humum.

funeſtū. ¶ Fūeſta: peſtifera, mortifera. Funeſtum etiam dicitur funere inquinatum. ¶ In crimine: in culpa. ¶ Semianimes: ſemimortuos. ¶ Pendentis: impendentis, imminentis. ¶ Hic, illic: paſſim & ubiq;. ¶ Exhalātes: expirantes. ¶ Quid animi: qualis animi. ¶ Vt uitam odiſſem: qualem animum habere debuerit Aeacus ipſe exponit. Talem inquit animū debui habere: ut uitam odiſſem, ac mortuus eſſe cuperem. ¶ Flexerat: cōuerterat. ¶ Putrida poma: nimis matura & corrupta. Putridū ¶ Cōtra: e regiōe. ¶ Sublimia: alta. ¶ Irrita thura: uana, nihilq; conferentia. ¶ Non exoratis: Diis ſubaudiatur. ¶ Admoti templis: adducti in templa. ¶ Dum uota ſacerdos Concipit: dum ſacerdos precatur Deos. ¶ Purum uinum: merum, ſine aqua. mero nanq; in ſacrificiis quemadmodum & nos priſci utebantur. ¶ Haud expectato uulnere: non expectato ictu. ¶ Fibra quoq; ægra: uitiata. Fibras autem uictimarum haruſpices inſpiciebant, quo pdicere futura poſſent. ¶ Notas ueri: ſigna quibus uerum cognoſcitur. ¶ Monitus: admonitiones Deorum. ¶ Triſtes morbi: ab effectu, q triſtitiam pariant morbi, triſtes uocātur. ¶ Ad uiſcera: ad inteſtina corrumpenda. ¶ Ante ſacros poſtes: ante ſacras templorum ianuas. Poſtis

RAph. ¶ Pars animam laqueo claudunt: pars inquit ſe ſuſpē/dunt & ſtrangulant. ¶ Venientia fata: uenientem mortem. ¶ Feruntur: efferū/ dos pſpero. ¶ Quæ das mihi pignoris omē: q̄ mihi pro pignoris ſigno oſtendis. ¶ De ſemine Dodonæo: i. laus

Pars animam laqueo claudunt: mortiſq; timorē
Morte fugant: ultroq; uocant uenientia fatā.
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur
Funeribus. neq; enim capiebant funera portæ,
Aut inhumata premunt terras: aut dātur i altos
Indotata rogos. & iam reuerentia nulla eſt.
Deq; rogis pugnant: alieniſq; ignibus ardent.
Qui lachryment: deſunt: indefletæq; uagantur
Natorumq;, matrumq; animæ, iuuenūq;, ſenūq;:
Nec locus in tumulos, ne ſufficit arbor in ignes.
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum
Iuppiter o dixi, ſi te non falſa loquuntur
Æginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe,
Nec te magne pater noſtri pudet eſſe parentem,
Aut mihi redde meos, aut me quoq; cōde ſepul-
Ille notā fulgore dedit: tonitruq; ſecūdo. (chro
Accipio: ſintq; iſta precor felicia mentis
Signa tuæ, dixi, quæ das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra Ioui quercus de ſemine Dodonæo.
Hic nos frugilegas aſpeximus agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes:
Rugoſoq; ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numerū miror, totidē pater optime dixi
Tu mihi da ciues: & inania mœnia ſupple.
Intremuit, ramiſq; ſonum ſine flamine motis
Alta dedit querc⁹. pauido mihi membra timore
Horruerant. ſtabantq; comæ. tamē oſcula terræ:
Roboribuſq; dedi. nec me ſperare fatebar:
Sperabam tamē, atq; animo mea uota fouebam.
Nox ſubit: & curis exercita corpora ſomnus
Occupat, ante oculos eadē mihi quercus adeſſe:
Et rami totidem, totidemq; animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt: pariterq; tremiſcere motu:
Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere in aruis.
Creſcere quod. ſubito. maius, maiuſq; uidetur:
Ac ſe tollere humo, rectoq; aſſiſtere trunco,
Et maciem, numerumq; pedū, nigrumq; colorē
Ponere: & humanam membris inducere formā.
Somnus abit. damno uigilās mea uiſa: quer orq;:
In ſuperis opis eſſe nihil: at in ædibus ingens
Murmur erat, uoceſq; hominū exaudire uidebar
Iam mihi deſuetas. dū ſuſpicor: has quoq; ſomni
Eſſe, uenit Telamon properus: foribuſq; recluſis
Speq;, fideq;, pater dixit maiora uidebis.
Egredere. egredior, qualeſq; in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros, ex ordine tales
Aſpicio, noſcoq;. adeunt, regemq; ſalutant.
Vota Ioui ſoluo, populiſq; recentibus urbem
Partior: & uacuos priſcis cultoribus agros

tem. ¶ Feruntur: efferū/tur. nam extra urbem cadauera ſepeliebantur. ¶ Nullis funeribus: nullis exequiarum honori/
Funus bus. Nam funus eſt pompa exequiarum, a funalibus dictum, quę cadaueri præferebantur. Noctu enim mortui efferebantur ad ſepulturam. ¶ Neque enim capiebant funera portæ: incredibilē funerum multitudinem fuiſſe Aeacus oſtendit, cum per urbis portas efferri non poſſent. ¶ Aut inhumata premunt ter/ras: aut inſepulta iacēt in terra. ¶ Aut dantur in al/
Formicæ i homines tos Indotata rogos: aut inquit ſine ullo ſepulturę honore i ignes mittūtur. Nam cadauera apud antiquos cū ſuis ornamentis comburebātur. ¶ In tumulos: ad ſepulchra facienda. ¶ In ignes: in rogos extruēdos, per quæ ſignificatur cadauerum maximam fuiſſe multitudinem. ¶ Tāto turbine: tanta perturbatione, & inuolutione rerū. ¶ Falſa: falſo. nomē enim pro aduerbio eſt poſitum. ¶ Loquunt. ſ. homines. ¶ Iſſe ſub amplex⁹ quōdam Aſopidos Æginæ: concubuiſſe cum Ægina Aſopi filia. Hic autē uerſus aliquid uitii contraxiſſe uidetur, quod quidem ſi opus poeta emendaſſet, facile ſuſtuliſſet. Forſitan autem ſic eſſet legendum. Iſſe ſub amplexus Æginæ Aſopidos olim. Nam Aſopus ſecundam producit. Sic autem uerſus mendis caret. In quodam tamen exemplari ſic ſcriptum legitur: Æginæ amplexus quondam ſub Aſopidos iſſe: quæ lectio ſi tibi placet, accipe. ¶ Aſopidos Æginæ: Aſopi filiæ: Eſt
Aſopus enim Aſopus Bœotiæ fluuius in ſinum Corinthiū labēs. ¶ Notā: ſignū. ¶ Fulgore: fulgoris ſplēdore. ¶ Tonitru ſecun/

Dodōa a loco. Dodona enī urbs eſt Moloſſidis in Epiro, iuxta quam fuit ſilua Ioui dicata, in qua columbæ reſponſa dabant. Dicta eſt autem Dodona, uel a Dodona una ex Oceani nymphis, uel a Dodono Iouis & Europæ filio, uel a Dodone fluuio: ut Stephanus ait. Vnde Dodonius, Dodonæus deriuatur. Hinc eſt prouerbium: Aes Dodonæum, in eos qui nimium multa loquuntur. ¶ Fru **Frugilegus.** gilegas: fruges ac grana colligentes. ¶ Grande onus exiguo: antitheton eſt, grande nanq; exiguo opponitur. ¶ Rugoſo cortice: aſpero. ¶ Inania mœnia: euacuata, hominibus uacua. ¶ Sine flamine: ſine uento. ¶ Stabant: erectæ erāt. ¶ Nox ſubit: ſubſequitur. ¶ Exercita: defatigata. eſt autem ſententia generalis. ¶ Graniferum agmen: multitudinem formicarum grana ferentium. ¶ Spargere in aruis ſubiectis: ſi eſſet ſoluta oratio in arua ſubiecta diceretur. ¶ Recto trunco: corpore erecto & pectore. ¶ Mea uiſa: mea in ſomnis. ¶ Speq;, fideq; maiora: hoc eſt maiora, q̄ ut ſperanda credendaq; ſint. ¶ Adeūt: accedunt ad me. ¶ Vota Ioui ſoluo: gratias Ioui ago & ſacrifico. ¶ Partior: diuido, diſtribuo.

¶ Myrmidonaſq;

RAph. ❡ Myrmidonaſq; uoco: ἀπὸ τοῦ μυρμήκων: hoc eſt a for‑micis quidẽ myrmidonas appellatos fuiſſe ait poeta, ut qui fabulæ aſtipulet. Strabo autẽ ſcribit Aegineſes myrmidonas dictos, nõ ut in fabulis cantitur, q̃ magna inualeſcente peſtilẽtia formicę Aeaco precãte i homines ver‑ſæ fuerint, ſed quia formicarũ more terrã fodiẽtes ad petras eam apportarent, ut

Vnde myrmidones agri colendi materiã haberent, ac foſſas icolerẽt, ne lateritiam facere, atq; ædificare cogerentur. ❡ Fraudo: priuo. ❡ Pares annis: eadẽ nãq; nocte oẽs nati eẽ uidebantur. ❡ Eurus. n. attulerat: parẽtheſis eſt expoſitionem continẽs a poeta inſerta.

Fabulæ. xxvii. ſeptimi libri argumentum.

LAct. ❡ Talibus &c. Cephal⁹ de donis refert iudicẽ Aeaco de Procride cõiuge: & cur aut unde telum gereretur in mõte Himeto Atticæ regionis uenaret; ab Aurora ob ſpeciem raptus eſt: quę ut comperit Dea Procridis prioris cõiugis ipſi citũ a ſe uelle diuertere fecit, ut mutata ſpecie remiſſus cephalus Athenas cõtenderet: ut eã pollicitis, muneribuſq; tentaret an pudicitiã purã poſſit ſeruare. Plurimis itaq; rebus ad uſuz fœminarũ comparatis, quibus capi poſſet, fallacia mentẽ eliciut q̃d ut illa comperitã marito ſe eẽ deceptã: pudore exterrita ut conſpectũ ei⁹ uitare poſſit, altis ſe recõdit ſaltibus. Hic cũ aſſidue Dianę ſtudio feras pſequeret, & ambigua uox refrigerãtis Cephali ad eã eſſet perlata: q ex nimio æſtu auram ſæpius inuocaret: nõ immemor priſtini amoris, dum uirgulti ſe recõdit: ut ſpecularet an eẽt aliqua Aura nomine: cuius ille cupiditate impulſus a ſe alienaret: Cephal⁹ p̃cul ſpeculatus uehementius mo‑ueri uirgulta: dũ latere feram exiſtimat eo loco recondit: ã iaculo emiſſo cõiugem imprudẽs interfecit. Fertur autem & telũ cum cane ab eadem coniuge procride Cephalo tribu‑tum: cuius uim ob iram Auroræ ſimiliter ut feræ ab eo percuſſæ maximo cum luctu uiri experta eſt.

RAph. ❡ Mẽſq; coeng, conuiuio. ❡ Iubar: ſplẽdorẽ diei. ❡ Aure⁹

Myrmidonaſq; uoco: nec origie nomina fraudo.
Corpora uidiſti. mores: quos ante gerebant:.
Nũc quoq; hẽnt. parcũ genus eſt, patiẽſq; laborũ,
Quæſitiq; tenax, & quod quæſita reſeruet.
Hi te ad bella pares annis, animiſq; ſequentur:
Cum primum: qui te feliciter attulit, Eurus
(Eurus enĩ attulerat) fuerit mutatus in Auſtros.
Talibus, atq; aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima menſæ,
Eſt data. nox ſomnis iubar, aureus extulerat Sol.
Flabat adhuc Eurus: redituraq; uela tenebat.
Ad Cephalum Pallante ſati, cui grandior ætas,
Ad regem Cephalus: ſimul & Pallante creati
Conueniunt, ſed adhuc regẽ ſopor alt⁹ habebat.
Excipit Aeacides illos in limine phocus.
Nam Telamon: fraterq; uiros ad bella parabant.
Phocus in interius ſpatium: pulchroſq; receſſus
Cecropidas duxit: cum quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit Aeoliden, ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum: cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus,
Sum nemorum ſtudioſus ait: cædiſq; ferinæ.
Qua tamen a ſilua teneas haſtile receiſum
Iamdudum dubito, certe ſi fraxinus eſſet:
Fulua colore foret. ſi cornus, nodus ineſſet.
Vnde ſit: ignoro. ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit Actæis e fratribus alter: & uſum
Maiorem ſpecie mirabere, dixit, in iſto.
Conſequitur quodcunq; petit: fortunaq; miſſum
Non regit: & reuolat nullo referente cruentum.
Tum uero iuuenis Nereius omnia quærit.
Cur ſit, & unde datum, quis tãti muneris auctor.
Quæ petit: ille refert. & cætera nota pudore,
Qua tulerit mercede: ſilet: tactuſq; dolore
Coniugis amiſſæ lachrymis ita fatur obortis.
Hoc me nate Dea (quis poſſet credere) telum
Flere facit: facietq; diu, ſi uiuere nobis
Fata diu dederint. hoc me cum coniuge chara
perdidit: hoc utinam caruiſſem munere ſemper.
Procris erat, ſi forte magis peruenit ad aures

Dędalus uero ingenio pollēs pēnas ad ſe uarii generis afferri curauit, ex qbus & ſibi & filio alas cōfecit: itaq; aptauit, ut auium more e Creta euolarint. Ac Dædalꝰ quidē quo uoluit: incolumis peruenit. Icarus uero patris mandatoꝝ neglector: cum altius ꝙ pater euolare gauderet, reſolutis calore pēnis, in mare cecidit: quod ab eo Icarium ex ſententia Ouidii fuit cognominatum.

Icari caſus

Cum uero Dædalus filium ſepeliret: forte Perdix noua tunc auis ipſum inſpiciens mœrentem ualde eſt gauiſa. Cum enim eēt tunc nis ingenioſiſſimus: iamq; ſerram: circinumq; inuenisset a Dædalo inuidia moto ex Palladis arce deiectus auxilio ipſius Palladis in auem ſui nominis fuit commutatus. ℣ Loci natalis: patriæ in qua natꝰ erat. ℣ Obſtruat: claudat. ℣ At cælum certe patet: tamen aer apertus eſt. Cælum enim frequenter ꝑ aere ponitur. ℣ Omnia poſſideat: Licet coniunctio ſubaudiatur. ℣ Naturamq; nouat: rem nouam in natura excogitat. Nam homo qui natura uolare non pōt, ingenio Dædali aptꝰ ad uolatū effectus eſſe uiř.

Cælus

Dædalus interea Creten, longumq; peroſus
Exilium, tactuſq; loci natalis amore,
Clauſus erat pelago. terras licet, inquit: & undas
Obſtruat: at cælum certe patet, ibimus illac.
Omnia poſſideat: non poſſidet aera Minos:
Dixit: & ignotas animum dimittit in artes:
Naturamq; nouat. nam ponit in ordine pennas
A minima cœptas, longam breuiore ſequente:
Vt cliuo creuiſſe putes. ſi ruſtica quondam
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit auenis.
Tum lino medias: & cæris alligat imas.
Atq; ita compoſitas paruo curuamine flectit:
Vt ueras imitetur aues. puer Icarus una
Stabat: & ignarus ſua ſe tractare pericla
Ore renidenti modo: quas uaga mouerat aura:
Captabat plumas: flauam modo pellice cæram
Mollibat: luſuq; ſuo mirabile patris
Impediebat opus. poſtquā manus ultima cœpto
Impoſita eſt: geminas opifex librauit in alas
Ipſe ſuum corpus: motaq; pependit in aura.
Inſtruit & natum: medioq; ut limite curras
Icare ait: moneo: ne ſi demiſſior ibis:
Vnda grauet pennas: ſi celſior: ignis adurat.
Inter utrunq; uola. nec te ſpectare Booten:
Aut Helicen iubeo: ſtrictumq; Orionis enſem.
Me duce carpe uiam. pariter præcepta uolandi
Tradit, & ignotas humeris accōmodat alas.
Inter opus, monituſq; genæ maduere ſeniles:
Et patriæ tremuere manus. dedit oſcula nato
Non iterum repetenda ſuo: penniſq; leuatus
Ante uolat: comitiq; timet: uelut ales, ab alto
Quæ teneram prolem produxit in aera nido,
Hortaturq; ſequi: damnoſaſq; erudit artes;
Et mouet ipſe ſuas: & nati reſpicit alas.
Hos aliquis tremula dum captat arūdine piſces,
Aut paſtor baculo: ſtiuaq; innixus arator
Vidit: & obſtupuit: quiq; æthera carpere poſſētt
Credidit eſſe Deos: & iam Iunonia læua
Parte Samos fuerat: Deloſq;, Paroſq; relictæ.

℣ Vt cliuo creuiſſe putes: ut poſſis eas putare cliuo aliquo creuiſſe ꝑ ꝑ ipſaꝝ inæqualitatē. ℣ Tum lino medias: deinde inquit mediā pēnarū partē filis, infimā uero cæris alligauit Dædalus. ℣ Paruo curuamine flectit: paꝝ inflectit: ut ueræ auiū alæ eſſe uiderēť. ℣ Ore renidēti: hylari & ſ*c*to rēidēti. ℣ Mollibat: mollē faciebat. ℣ Poſtꝙ manus ultima cœpto Impoſita eſt: poſteaquā alæ cōpletæ fuerunt. Nā imponere manū ultimā operi, eſt opus ipſum finire.

Molire

Impo-nere ul-timam manuꝫ

℣ Opifex: artifex Dædalus. ℣ Librauit: ſuſpēdit. ℣ In aura mota: in aere alis agitato. ℣ Inſtruit & natū: alis ſubaudiať: hoc ē appōit ēt filio alas. ℣ Demiſſior: inferior. ℣ Grauet: graues reddat madefaciendo. ℣ Inter utrūq;: & ſummū & infimū locū: hoc eſt ꝑ mediū. ℣ Nec te ſpectare Bootem: Icaruꝫ admonet Dædalus, ut ſe ſequať. Neq;. n. opꝰ eſſe ut uolatū ſuū dirigat ad ſyderum rōnem, quæ nautę maxime obſeruāt. Bootes aūt ſydus ē: q & Arctophilax diciť: q agitare plauſtrum uideť: unde & a bobus nomē accepit. Septentriones auteꝫ ſignificat: quos nautę potiſſimū reſpiciūt. ℣ Aut He. Helice uero maior eſt urſa: ſic dicta ab Helice urbe Arcadię: in ꝙ Caliſto nata eſſe ferť. Dicta eſt aūt Helice (ut Stephanus ait) uel ab Helica Lycaonis filio: uel ab Helice Iouis uxore: Selinūtia autem filia. ℣ Strictumq; Orionis enſem: Orion ἀπὸ τοῦ οὔρου: hoc eſt ab urina fuit cognominatus: qd & Iouis & Mercurii urina fingatur natus: ut in quinto Faſtorum copioſe narrat Ouidius. Is uenator tantis uiribus fuit: ut feræ ſe ceſſurum iactaret. Quare terra permota Scorpionem maximum emiſit: qui illum interficere conareť. Iuppiter autem utriuſq; animum admiratus & Scorpium ſponte: & ꝑcibus Dianæ Orionem in ſydera ſuſtuliſſe narrať. Referuntur tamen & aliæ de

Bootes

Helice

Orion

Grauare

Orione opiniones ab Hygino. Sydus uero Orionis ita figuratur, ut enſem nudum in manu tenere uideat. ℣ Damnoſas artes: perniitioſas, quod exitu probatū ē. ℣ Tremula arundine: hamo ab arundine tremula dependente. ℣ Stiuæ: uel ſtiuæ. Que enim copulatiua cōiunctio pro uel diſiunctiua, poſita eſt. Stiua autē manubrium eſt aratri quo regitur. Virgilius: Stiuaque innix⁹ aratro. ℣ Iunonia Samos: Iunoni dicata, nā ibi Iuno & nata & educata & Ioui uxor tradita dicitur. Eſt autem inſula Carie adiacens, quæ prius tum Parthenia, tum Dryuſa, tum Anemuſa, tum Melamphylos fuit appellata. ē etiam al[...] Samos, quæ & Samothracia dicitur, quod Thraciæ adiaceat: unde Virgilius: Threiciamq; Samon: quæ nūc Samothracia fertur. Delos quoq; & Paros inſulæ ſunt Aegæi: ut iam ſupius diximus.

Stiua
Icari caſus
Samos

℃ Dextra Lebyn. erat: Lebyntos iſula ē una ex Cycladib⁹. ℣ Calydne: Calydne quoq; inſula ē Cycladū una mellis ferax. ℣ Mollit: molles reddit, & liquefacit. ℣ Odoratas cæras: odorē emittētes. ℣ Cærulea aqua: nigro mari. nam in mare Icar⁹ cecidit. ℣ Quæ nomen traxit ab illo: nam mare Icarium ab Icaro fuit appellatum, ut ſentit Ouid. ut uero alii ab Icaro inſula fuit cognominatum. ℣ At pater infelix, nec iam pater: pater quia genuerat: nō pater, quia filius iam erat mortuus. ℣ Deuouit: deteſtat⁹ eſt. ℣ Et tellus a nomine dicta ſepulti: Icaros enim iſula ab Icaro Dædali filio illic ſepulto dicta fuiſſe uidetur. ℣ Hunc miſeri tumulo: Tali pueri Metamorphoſin in autē deſcribere incipit poeta. nā Talus (ut & Diodor⁹ & Pauſanias ſcribunt) Dædali ſororis filius: cum &

R Aph.
Lebyntos
Calydne
Perdix in auē
Icarius mare
Icaros inſula
Talus ī auem

Dextra Lebyntos erat: fœcūdaq; melle Calydne:
Cum puer audaci cœpit gaudere uolatu:
Deſeruitq; ducem: cæliq; cupidine tactus
Altius egit iter: rapidi uicinia Solis
Mollit odoratas pennarum uincula cæras.
Tabuerant cæræ: nudos quatit ille lacertos:
Remigioq; carens non ullas percipit auras.
Oraq; cærulea patrium clamantia nomen
Excipiuntur aqua: quæ nomen traxit ab illo.
At pater infelix, nec iam pater: Icare dixit,
Icare dixit ubi es? qua te regione requiram?
Icare dicebat. pennas aſpexit in undis:
Deuouitq; ſuas artes: corpuſq; ſepulchro
Condidit: & tellus a nomine dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice Perdix:
Et plauſit pennis: teſtataq; gaudia cantu eſt.
Vnica tunc uolucris: nec uiſa prioribus annis,
Factaq; nuper auis, longum tibi Dædale crimen.
Nanq; huic tradiderat fatorum ignara docendā
Progeniem germana ſuam, natalibus actis
Bis puerum ſenis, animi ad præcepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplum: ferroq; incidit acuto
perpetuos dentes: & Serræ reperit uſum
Primus: & ex uno duo ferrea brachia nodo
Iunxit: ut æquali ſpatio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret: pars altera duceret orbem.
Dædalus inuidit: ſacraq; ex arce Mineruæ
Præcipitem miſit: lapſum mentitus. at illum,
Quæ fauet ingeniis: excepit Pallas: auemq;
Reddidit: & medio uelauit in aere pennis.
Sed uigor ingenii quondam uelocis, in alas,
Inq; pedes abiit. nomen, quod & ante, remanſit.
Non tamen hæc alte uolucris ſua corpora tollit:
Nec facit in ramis, altoq; cacumine nidos.
Præter humum uolitat, ponitq; in ſepibus oua:
Antiquiq; memor metuit ſublimia caſus.

rotam figuli: & ſerram ferream, & circinum inueniſſet a Dædalo inuidia moto fuit interfectus. Quare Dædalus ab Areopagitis damnatus in Cretam ad Minoē aufugit. ℣ Ponentem tumulo: tumulātem & ſepelientem. ℣ Et plauſit pennis: & alas cōcuſſit. ℣ Vnica: ſola. unicus enim ſecundo caret: unus habet ſecundum. ℣ Longum crimen: magnum. Nam Dædalus eum de Palladis arce deieciſſe criminatus ē. ℣ Fatorum ignara: inſcia eorū quæ fato filio ſuo euenire debebant. ℣ Germana: ſoror Dædali. ℣ Bis ſenis natalibus actis: exactis duodecim annis. Natus enim erat annos duodecim Talus, cum Dædalo fuit commendatus. ℣ Animi ad præcepta capacis: præceptoruꝫ capacis in ſoluta diceremus oratiōe. ℣ Ille etiam medio ſpinas: Talum ſerræ fuiſſe ait inuentorem ad exemplum illius ſpinæ: quæ eſt in medio piſciū. ℣ Et ex uno duo ferrea brachia nodo: illum circini quoque inuentorem fuiſſe ait poeta. ℣ At illū Pallas: Pallas, quæ & Minerua dicitur: omniuꝫ artium inuentrix fuiſſe perhibetur. ℣ Excepit: ſuſcepit. proprie autem excipi cadētia dicitur. ℣ Velauit: cooperuit. ℣ Sed uigor ingenii quondam uelocis: ſed uis, īquit, & acrimonia ingenii Tali pueri ī alas & pedes auis tranſiuit. Perdices enim acerrimi ſunt & uolat⁹ & curſus. ℣ Nomen qđ & ante remanſit: nā Talus perdix quoq; fuit cognominatus. ℣ Præter humuꝫ: iuxta terram.

Vnicus
Vnus
Serræ circini q inuētor.



Fabulæ

LActā. Fabulæ quartæ octaui libri argumentum.

¶ Iamq; fatigatum &c. Oeneus Parthaonis fili⁹, qa in ſacrificio cogendoq; fructuū cōſulto pterierat Dianam: Aper ab ea miſſus eſt, q Calydoniç agros uaſtaret. Perſeuerante Oeneo in deſpectu Deæ, Meleager iuſſu parētis cōuocatis pricipib⁹ græciæ aprū uenari igreſſus ē: cū qbus Atalanta Schœnei filia ex Arcadia digreſſa: quç prima aprum uulnerauit, cuius uirtutē & ſpeciē miratus Meleager, interēpto apro exuuias ei cōceſſit: q̄s Plexippus, Toxeus, & Agenor Theſtii filii uirgini ereptas cū interitu rependerūt. At Althęa mater Meleagri, ut fratrū cędē acceptā ſtipitē fatalē cōditum a Parcis in quo uita Meleagri cōtinebaſ flamma percuſſit. Quo conſūpto Meleager extinct⁹ ēuū ſorores ei⁹ flēdo in aues ſunt cōuerſę: q̄ a ſſe Meleag-ides cognominanſ.

RAph. ¶ Iamq; fatigatū tellus Aetnæa: narraturus poeta ſororum Meleagri cōuerſionem in aues Meleagridas a fratre uocatas, uenationē apri Calydonii prius deſcribit. Oe e⁹ Oeneus enim parthaonis filius rex Calydoniæ, cuȝ decimas frugū Diis omnibus præterq̄ Dianæ p ſoluiſſet, iram Deæ in ſe Aper Calydonius cōcitauit. Maximus naq; aper ab ea immiſſus Calydoniæ agros ita uaſtabat, ut oīa deſerta uiderētur. Quāſ Meleager Oenei patris iuſſu conuocatam Græciæ iuuentuteȝ in apri uenationem eduxit: quem cum Atalanta Schœnei filia ſpecioſiſſima prima uulneraſſet ſagitta, uiſa eſt Meleagro digna, cui ætate, formaq; placebat, quæ capite, pelleq; interempti apri donaretur. Cæterum Plexippus, Toxeus, & Agenor Theſtii filii, fratreſq; Althææ matris Meleagri ægre ferentes fœminam uiris præponi, cum ſpolia Atalantæ per uim auferre uelleſtra Meleagro fuerunt interfecti. Quo qdem cum Althæa reſciuiſſet: fratrum cædem ultura: ſtipitem, quem Parcæ in Meleagri natiuitate in ignem mittentes cediderant cum eo Meleagrum ipſum & uicturum & periturum, in ignem coniecit. Quo abſumpto: Meleager quoq; cum maximo toti us Calydoniæ mœrore interiit. Cum uero eius ſorores flere nunquam deſinerent, Deoruȝ miſericordia in aues a fratris nomine Meleagridas cognominatas cōuerſæ fuere.

Iamq; fatigatum tellus Aetnæa tenebat
Dædalon: & ſumptis p ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur. iam lamentabile Athenæ
Pendere deſierant Theſea laude tributum.
Templa coronantur: bellatricemq; Mineruam
Cum Ioue, diiſq; uocāt aliis: quo ſanguine uoto,
Muneribuſq; datis, & aceruis thuris honorant.
Sparſerat argolicas nomē uaga Fama p urbes
Theſeos: & populi, quos diues Achaia cœpit:
Huius opem magnis implorauere periclis:
Huius opem Calydon: q̄uis Meleagron haberet,
Sollicita ſupplex petiit prece. cauſa petendi
Sus erat infeſtæ famulus, uindexq; Dianæ.
Oenea nanq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum Cereri, ſua uina Lyæo,
Palladios flauæ latices libaſſe Mineruæ.
Cœptos ab agricolis ſuperos peruenit ad omnes
Ambitioſus honor: ſolas ſine thure relictas
Præteritas ceſſaſſe ferunt Latoidos aras.
Tangit & ira Deos. at non impune feremus:
Quæq; inhonoratæ, non & dicemur inultæ:
Inquit, & Oeneios ultorem ſpreta per agros
Miſit aprum: quanto maiores herbida tauros
Nō habet Epir⁹: ſed habēt Sicula arua minores.
Sāguine, & igne micāt oculi. riget horrida ceruix:
Et ſetæ denſis ſimiles haſtilibus horrent:
Stantq; uelut uallum, uelut alta haſtilia ſetæ.
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit, dentes æquantur dentibus Indis:
Fulmen ab ore uenit: frondes afflatibus ardent
Is modo creſcentes ſegetes proculcat in herba
Nunc matura metit fleturi uota Coloni:
Et Cererem in ſpicis intercipit: area fruſtra,
Et fruſtra expectant promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus:
Baccaq; cum ramis ſemper frondentis oliuæ.
Sæuit & in pecodes. non has paſtorue, caniſue,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi. nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putant tutos: donec Meleagros, & una

¶ Iamq; fatigatum: Dedalus Minois iram fugiens ad Cocalum Siciliæ regem peruenit, a quo & tu- Cocal⁹
tatus & hoſpitio ſuſceptus eſt: ac tandem Minos ipſe interfectus. ¶ Theſea laude: Theſei uirtute. Pro eo enim quod præcedit id quod ſequitur poſitum eſt. Virtutem nanq; laus conſequi ſolet. Theſei auteȝ uirtute Minotaurus fuit interfect⁹. Hæc uero ad connectendas fabulas narrantur. ¶ Pendere tributuȝ: per- Pēdere
ſoluere tributum ob cæ- tributū
dem Androgei Athenienſibus a Minoe impoſitum. ¶ Bellatricem Mineruā: nā & etiam Bellona uocatur. ¶ Vocant: inuocant. ¶ Voto ſangui. uictimarum quā uouerāt ſanguine: ſi Theſeus uictor ex Creta reuerteretur. ¶ Diues Achaia: potens Græcia. ¶ Implorauere, cū lachrymis petiere. ¶ Huius opem Ca-
lydon: Calydon urbs eſt calydō
Aetoliæ a Calydone Endymiōis uel Aetoli filio appellata: unde Calydonius deriuatur. ¶ Sus
erat: aper & quidem fe- Aprica
rociſſimus. ¶ Plenis ſuc- lydonii
ceſſibus anni: ob plenam deſcri-
& perfectam illius anni ptio
fertilitatem. ¶ Primitias Primi-
frugum: primas fruges. tiæ
prima nāq; frumēta matura Cereri dicebaſ, ut uina Baccho: oleū Mineruæ. ¶ Palladios latices: oleū dicit a Pallade inuētū. ¶ Cœptus ab agricolis: Cererē: Bacchū: & Mineruam agricolas uocat poeta: q ea iuenerint quibus agriculturę opa daſ. ¶ Ambitioſus honor: ab effectu: q ambitioſos reddat. Honor aūt Deoȝ ſacrificia ſunt. ¶ Sine thure: ſine ſacrificio. ¶ Latoidos: Dianæ filię Latonę. ¶ Herbida Epirus: her-
boſa. Epirus uero continentē ſignificat: ſed frequenter Epirus
quidem pro ea ponitur regione: quæ & Chaonia appellatur. ¶ Dentibus Indis: elephantinis. ¶ Ardentia t dere uidentur. ¶ Grauidi fœtus: racemi uua graues. ¶ Cum palmite: cum frōdibus uitium. ¶ Baccaq;: olea Bacca
& fructus oliuæ. ¶ Et una: & ſimul.

Lenta ſalix:uluæq; leues,iunciq; paluſtres,
Viminaq;,& longæ parua ſub arundine cannæ.
Hinc Aper excitus medios uiolentus in hoſtes
Fertur: ut excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus:& propulſa fragorem
Silua dat;exclamant iuuenes:protentaq; forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro.
Ille ruit:ſpargitq; canes:ut quiſq; furenti
Obſtat:& obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit:truncoq; dedit leue uulnus acerno,
Proxima ſi nimiis mittentis uiribus uſa
Non foret: in tergo uiſa eſt hæſura petito.
Longius iit,auctor teli pagaſeius Iaſon,
Phœbe ait Ampycides,ſi te colui,q;,coloq;,
Da mihi,quod petitur:certo contingere telo.
Qua potuit,precibus Deus ãnuit.ictus ab illo ẽ:
Sed ſine uulnere aper:ferrumq; Diana uolanti
Abſtulerat iaculo:lignum ſine acumine uenit.
Ira feri mota eſt:nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis.ſpirat quoq; pectore flammas.
Vtq; uolat moles adducto concita neruo:
Cum petit aut muros,aut plenas milite turres:
In iuuenes certo ſic impete uulnificus Sus
Fertur:& Eupalamon,pelagonaq; dextra tuentes
Cornua proſternit.ſocii rapuere iacentes,
At non leti ſetos effugit Enæſimus ictus
Hippocoonte ſatus.trepidantẽ,& terga parantẽ
Vertere,ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan & Pylius citra Troiana periſſet
Tempora:ſed ſumptó poſita conamine ab haſta
Arboris inſiluit:quæ ſtabat proxima, ramis:
Deſpexitq; loco tutus:quem fugerat hoſtem:
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio,fidenſq; recentibus armis
Orithyiæ magni,roſtro femur hauſit adunco.
At gemini nondum cæleſtia ſydera fratres,
Ambo conſpicui,niue candidioribus ambo,
Vectabantur equis:ambo uibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent:niſi Setiger inter opacas
Nec iaculis iſſet:nec equo loca peruia ſiluas
Perſequitur Telamon:ſtudioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc Peleus:celerem Tegeæa ſagittã
Impoſuit neruo:ſinuatoq; expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum diſtrinxit arundo
Corpus:& exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus,
Quam Meleager erat.primus uidiſſe putatur

R Aph. Vlua Arũdo ¶ Lenta ſalix:flexibilis. ⸿ Vlvæ leues:ulua herba eſt in paludibus naſcens. ⸿ Et longæ parua ſub arundine cannæ: arundinem appellare uidetur poeta cānarum corticem, qui & tenuis eſt & facile areſcit: unde arundinis nomen deductum eſſe uidetur. ⸿ Excitus: excitatus. ⸿ Fertur: ruit. ⸿ Vt excuſſis eliſus nubib⁹ ignis: periphraſis eſt fulminis: quod ex nubium concurſu eliditur. ⸿ Sternitur incurſu nemus: arbores inquit apri illius incurſu in terrā decidunt. Hinc uero colligitur, q̃ uaſtus aper ille,validusq; eſſet: cuius impetu nemus proſternebatur. ⸿ Propulſa: impulſa. ⸿ Dat fragorē: ſtrepitum facit. Fragor nanq; dicitur ſtrepitus rerum fractarum. ⸿ Protētaq; forti Tela tenent: geſtum exprimit uenatorũ apros excipientium. Protendere nanq; uenabula apris ruentibus ſolent. ⸿ Protenta tela: uenabula. ⸿ Diſſipat: diuidit. ⸿ Obliquo ictu: apri obliquos ict⁹ inferūt. ⸿ Cuſpis: iaculum, a parte totũ. ⸿ In tergo petito: in tergo apri. ⸿ Pagaſeius Iaſon: Theſſalus a Pagaſis urbe Theſſaliæ,ut diximus. ⸿ Phœbe ait Ampycides: Mopſus Ampyci filius Apollinis ſacerdos & uates clariſſimus. ⸿ Qua potuit: quaten⁹ & inquantum potuit. ⸿ Annuit precibus: preces exaudiuit. ⸿ Ferrūq; Diana uolanti: que copula hoc loco quia ſignificat. Idcirco nanque ſine uulnere fuit aper, q Diana ferrum iaculo abſtulerat. ⸿ Sine acumine: ſine cuſpide. ⸿ Nec fulmine lenius arſit: nec minus q̃ fulmen inflammatus ẽ aper. ⸿ Emicat ex ocu. flamma ſubintelligatur. ⸿ Moles: maximum ſaxum quantum e machinis bellicis emittit. ⸿ Cõcita: impulſa. ⸿ Neruo adducto: fune baliſtæ adducto. ⸿ Certo impete: impetu. Metri enim gra

Pagaſe

Ampycides mopſus

Qua

Moles

tia impete interdũ utunt poetæ. ⸿ Dextra tuẽtes Cornua: dextrum cornu defendẽtes. Aciem nanq; in aprũ direxerant, quæ in dextrum & ſiniſtrum cornu fuerat diſtributa. ⸿ Hippocoonte ſatus: Hippocoontis filius. ⸿ Et terga parantem Vertere: fugere uolentem. ⸿ Succiſo poplite: reciſo crure. Eſt enim poples pars genu poſterior, q poſt plicetur dictum. ⸿ Forſitā & Pylius: Neſtor a Pylo urbe Meſſeniæ cui imperauit. ⸿ Citra Troiana tempora: ante Troianum bellum. Tempora nanq; infelicia, calamitoſaq; ſæpe accipiunt. ⸿ Sũpto conamine: capio impetu. ⸿ Ab haſta poſita: fixa. ⸿ Inſiluit ramis: in ramos. Datiuus pro accuſatiuo cum in præpoſitione poſitus: ſic Virgilius. It clamor cælo: pro in cælum. ⸿ Deſpexitq; totus loco: deorſum aſpexit: inquit aprum altitudine arboris tutus & ſecurus. Neq; enim apri arborem aſcẽdere poſſunt. ⸿ Recentibus armis: dentib⁹. ⸿ Hauſit: aperuit, percuſſit. ⸿ Roſtro adunco: recuruo dente. ⸿ Nondũ cæleſtia ſydera: Gemini qui unum ex zodiaci ſignis conſtituunt, Caſtor ac Pollux eſſe dicuntur. ⸿ Vulnera feciſſent: uulneraſſent. ⸿ Setiger: ſetas gerens. ⸿ Opacas: umbroſas, arboribus dẽſas. ⸿ Studio eũdi: cupiditate currẽdi. ⸿ Leuat: alleuat, tollit. ⸿ Tegeæa: Atalanta. ⸿ Sinuato arcu: contracto. ⸿ Arũdo: arundinea ſagitta. ⸿ Diſtrinxit: uulnerauit.

Poples

Tẽpora

Hauriſte

RAph. ¶ Feres:habebis. ¶ Erubuere ui.puduit inqt uiros for tes aprũ a uirgine primũ fuiſſe percuſſum. ¶ Bipẽnifer ¶ Eminus eẽ:longe abeſſe. ¶ Temeraria uir.incõſiderata fortitudo. ¶ Graue cornu:graue haſtã ex cornu cõſectam. ¶ Torſit:iecit.

Et primus ſociis uiſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem.
Erubuere uiri:ſeq; exhortantur:& addunt
Cum clamore animos:iaciuntq; ſine ordine tela.
Turba nocet iactis:& quos petit,impedit ictus.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas
Diſcite fœmineis quid tela uirilia præſtent
O iuuenes:operiq; meo concedite dixit:
Ipſa ſuis licet hunc Latonia protegat armis:
Inuita tamen hunc perimet mea dextra,Diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
Ancipitemq; manu tollens utraq; ſecurim,
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem:quaq; eſt uia proxima leto:
Summa ferẽs geminos direxit ad inguina dẽtes.
Concidit Ancæus:glomerataq; ſanguine multo
Viſcera lapſa fluunt:madefactaq; terra cruore ẽ.
Ibat in aduerſum proles Ixionis hoſtem
Pirithous,ualida quatiens uenabula dextra.
Cui procul Aegides:o me mihi charior inquit
Pars animæ conſiſte meæ.licet eminus eſſe
Fortibus,Ancæo nocuit temeraria uirtus.
Dixit:& ærata torſit graue cuſpide cornu:
Cui bene librato:uotiq; potente futuro
Obſtitit Aeſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit & Aeſonides iaculum:quod caſus ab illo
Vertit:& in mentum figit latrantis:& inter
Ilia coniectum,tellure per ilia fixum eſt.
At manus Oenidæ uariat:miſſiſq; duabus,
Haſta prior terra,medio ſtetit altera tergo.
Nec mora:dũ ſæuit:dum corpora uerſat in orbẽ:
Stridentẽq; nouo ſpumam cũ ſanguine fundit:
Vulneris auctor adeſt:hoſtemq; irritat ad iram:
Splendidaq; aduerſos uenabula cõdit in armos.
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo:
Victricemq; petunt dextræ cõiungere dextram:
Immanemq; feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant:neq; adhuc contingere tutũ
Eſſe putant:ſed tela tamen ſua quiſq; cruentat.
Ipſe pede impoſito,caput exitiabile preſſit:
Atq; ita.ſume mei ſpolium Nonacria iuris
Dixit:& in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat:& magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alii:totoq; erat agmine murmur.
E quibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age:nec titulos intercipe fœmina noſtros:
Theſtiadæ clamant:nec te fiducia formæ
Decipiat:ne ſit longe tibi captus amore

Ancæ⁹ At. Ancæus Arcadicus bipẽnĩ ferẽs. Is aũt Ancæ⁹ (ut ſcri. Ariſtomenes) Lycurgi & Antiones filius: apd arcades colebaẽ. Pherec ydi do aſtipulaẽ Oui. q ſcribit Ancæũ a Calydonio apro pcuſſũ interiiſſe. Nã Ariſtomenes aliẽr de Ancæo ſcribit. Illũ.n. agri culturæ amãtẽ fuiſſe aiũt cũ aũt uineã plantaret:nimiũ graui labore ſeruos pmebat:quare illoꝝ qdã dixit dñs ex illa uinea fructũ nũq̃ pcepturũ. Ancæus uero poſteaq̃ uua fuit matura lætus uindemiabat,ſeruũq; iuſſit uinũ ſibi funderet: poculũ igr̃ cũ ori apponeret dictũ illi⁹ i memoriã reuocauit: cui ſeruus tñdit πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου:hoc ẽ multũ intereſt iter calicẽ & ſũmũ labrũ. His uero dictis q̃dã accurrit nũciãs q̃ maximũ aprũ uineã ingreſſum illã puerteret totã. Tũc Ancæ⁹ calicẽ cũ abieciſſet ad aprũ feſtinauit: a quo pcuſſus interiit. Vnde natũ ẽ illud puerbiũ in eos qbus pter ſpẽ aliqd euenit:qd̃ ſic a græco in latinum Cato uertit: Multũ intereſt iter os & offã. ¶ Cõcedite:locũ date. ¶ Operi meo:uirtuti meæ. Temeraria aũt tacita bũdiq; ẽ oratio. ¶ Protegat:defẽdat. ¶ Perimet: interficiet. ¶ Tumidus: elatus,ſupbus. ¶ Ancipitẽ ſecurim:ex utraq; pte incidẽtẽ,utrinq; acutam. ¶ Inſtiterat digitis:ſteterat i digitis. Geſtus aũt ex primit tollentis ſecurim, ut aliquem pcutiat. ¶ In pri.ar.in primas digitoꝝ ptes. ¶ Occupat:ante aggredit. ¶ Quaq; ẽ uia pxima leto:īguina.n.pcuſſa hoi mortẽ ſubito afferũt. ¶ Multo ſan.cum ppoſitio ſubaudiaẽ,ut cũ multo ſanguine itelligaẽ. ¶ Aegides: Theſe⁹ Aegei filius.timebat aũt Pirithoo ſibi amore cõiũctiſſimo Theſeus ab apro.

Prouerbium,

¶ Aerata:ære & ferro munita. ¶ Votiq; po.fu. hoc eſt aprum pcuſſuros. ¶ Aeſculea ar.æſcul⁹ arbor eſt glãdifera Ioui dicata. ¶ Aeſonides:Iaſon Aeſonis filius. ¶ Vertit: auertit:cõuertit. ¶ Et in mẽ.la. Canis ptẽ oris iferiorẽ mẽtũ iproprie poeta uocat,cũ nulli aialiũ pterq̃ hoi mentũ,& malæ ſint:ut in.xi. Naturalis hiſtoriæ Pli. tradit. ¶ Inter ilia:ilia i aliis aialib⁹ dñr: q̃ in bobus & ouibus lactes appellanẽ: ut idem Pli. ſcribit. ¶ Tellure: in terra. ¶ Bene librato:fortiter iacto. ¶ Oenidæ: Meleagri Oenei filii. ¶ Dum ſæ.furit. ¶ Dum cor.dum ſe rotat. ¶ Auctor uul. Meleager. ¶ Irritat:puocat. ¶ Petũt:appetunt,cupiũt. ¶ Cruentat:cruore inficit. ¶ Exitiabile:peſtiferũ,qd̃ multis exitii cã fuerat. ¶ Nonacria:Atalanta a Nonacri urbe Arcadiæ dicta. ¶ Spoliũ mei iu.quod iure ipſo mihi debeẽ. Nam Meleager aprũ interfecerat. Spolia uero proprie dñr q̃ hoſtib⁹ detrahunẽ. ¶ Exuuias:exuuiæ q̃ ab exuendo dñr,non ſolum holum tegmina, aut ueſtes ſunt:ſed pelles quoq; & ſerpentiũ & aliorũ aialiũ. Virgi.ii.Geor. de ſerpente loquens. Cũ poſitis nouus exuuiis, nitiduſq; iuuenta. ¶ Terga dat:tergora & pellem apri. ¶ Et mag.inſi.dentibus ora: caput quoq; apri Atalantæ traditũ fuiſſe a Meleagro poeta ait. ¶ Pone:depone. ¶ Noſtros ti.noſtrum honorẽ, noſtram gloriam. ¶ Fœmina:cum quodam contemptu Atalantam fœminam uocant. ¶ Theſtiadæ:Plexippus,& Toxeus Theſtii filii. ¶ Ne ſit longe tibi muneris auctor:ideſt ne interficiaris,ſicq; longe ab amatore tuo ſepareris.

Aeſcul⁹

Mentũ

Ilia

Lactes

Spolia

Exuuiæ

¶ Et huic

Auctor:& huic adimunt munus:ius muneris illi.
Non tulit,& tumida frendens Mauortius ira,
Diſcite raptores alieni dixit honoris:
Facta minis quantum diſtent.hauſitq; nefando
Pectora Plexippi nil tale timentia ferro,
Toxea,quid faciat:dubium:pariterq; uolentem
Vlciſci fratrem:fraternaq; fata timentem:
Haud patitur dubitare diu:calidumq; prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona Deum templis nato uictore ferebat:
Cum uidet extinctos fratres Althæa referri:
Quæ plangore dato mœſtis clamoribus,urbem
Implet:& auratas mutauit ueſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus:excidit omnis
Luctus:& a lachrymis in pœnæ uerſus amore eſt.
Stipes erat:quem cum partus enixa iaceret
Theſtias:in flammam triplices poſuere ſorores:
Staminaq; impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem:lignoq;,tibiq;.
O modo nate damus.quo poſtq̄ carmine dicto
Exceſſere Deæ:flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum:ſparſitq; liquentibus undis.
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis:
Seruatuſq; tuos iuuenis ſeruauerat annos
Protulit hunc genitrix:tædaſq;,& fragmina poni
Imperat:& poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flammis imponere ramum,
Cœpta quater tenuit,pugnat materq;,ſororq;:
Et diuerſa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri:
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem:
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat,modo quem miſereri credere poſſes.
Cumq; ferus lachrymas animi ſiccauerat ardor:
Inueniebantur lachrymæ tamen:utq; carina,
Quam uentus,uentoq; rapit contrarius æſtus
Vim geminam ſentit:paretq; incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat
Inq; uices ponit:poſitamq; reſuſcitat iram
Incipit eſſe tamen melior germana parente,
Et conſanguineas ut ſanguine leniat umbras:
Impietate pia eſt.nam poſtquam peſtifer ignis
Conualuit:rogus iſte cremet mea uiſcera dixit.
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat:
Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras:
pœnarumq; Deæ triplices furialibus inquit,
Eumenides ſacris uultus aduertite ueſtros:
Vlciſcor.facioq; nefas.mors,morte pianda eſt:
In ſcelus addēdum ſcelus eſt:in funera funus:
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.

Oui.meta.

RAph. Et huic adimunt munus: Atalantæ inquit munus eripiunt, ius autem muneris dandi Meleagro. Nō tulit:nō paſſus eſt Atalātā muneſ fraudari. Mauortius:bellicoſus, Marti ſimilis. Frēdēs: fremens. Nefando ferro:nefario,impio.Nā Plexippus Meleagri auūculus erat. Hauſit:pcuſſit. Timentia:timentis,ē enim hypallage. Toxea quid faciat:ordo eſt: haud patiſ dubitare diu Meleager Toxeū dubiū quid faciat,uolētemq; & fratrē ulciſci,& timentem fraterna fata. Cōſorti ſanguine:ſſuo. Editus dict⁹,nūciatus. In pœnæ amorē:in ſupplicii cupiditatē uin dictæ. Stipes erat:ſtipites deſcribit poeta in quo Meleagri uita continebatur. Part⁹ enixa Theſtias. Althæa Theſtii filia puerū enixa & puerpera. Triplices ſorores:tres Parcæ,Clotho,Lacheſis,& Atropos quas Martian⁹ Capella Deorū ſcribas eſſe ait & ſentētias Iouis ſtudio ueritatis excipeſ. Has latini Nonam,Decimā,& Mortē uocarunt a partus tempore. Nā a nono & decimo menſe pueri ſecundū naturā naſcunſ:eoq; Nonæ & Decimę aſcribunſ. Qui uero añ poſtue hoc tēpus naſcunſ:quaſi monſtra Mortę attribuuntur. Nā ſeptimo menſe raro pueri uitales naſcuntur: octauo nunq̄:nono ſępe: decimo ſæpius. Hæ uitæ humanæ pēſſe credūtur: eāq; nendo cōtineſ:unde & lanificæ:& puellę:& ſorores a poetis dicunſ. Martialis. Lanificas nulli treis exorare puellas Cōtigit: obſeruat quā ſtatueſ diē. Parcę aūt dictæ uela parcendo κατ αντιφρασιν:q nulli parcant:uel a partu unius lræ mutatione:ut Varro ſcribit:q(ut ait Heſiodus)hæ naſcētibus hominib⁹ bonū:malūq; parere & pſtare cenſeātur. has Cic. Herebi & noctis filias fuiſſe ſcribit. Tres autem Parcę tria ſūt fata numero(ut Apuleius ait)cum ratione temporis facientia. Nam Atropos pteriti temporis eſt fatumq̃ ne Deus quidem faceret infectū unde & Atropos dicta ē: q uerti:mutariq; nō poſſit. Lacheſis futuri:q ipſa nei & filū producit απο του λαγχανειν:hoc eſt a ſortiendo cognominata. Clotho præſentis:q torquendo fuſum colligit filum a Lacheſi deductū απο του κλωθειν:quod ē torquere. Fragmina: fracta ligna. & ſciſſa. Pugnat materq; ſororq;:hoc eſt affect⁹ matris ſororiſq; i animo Althęę inter ſe cōtendunt. Et diuerſa trahūt:& i diuerſuz trahūt. Vnū pect⁹: unū aium. Sæpe metu ſceleris:elegāter deſcribit poeta mulieris animum affectu miſericordiæ ſimul & indignationis uexatuz. Ferus animi ardor:magna animi idignatio. Vim geminam:duplicem uiolentiam & uenti & æſt⁹ maris. Errat: uagatur animo & mēte. Conſanguineas umbras:fratrū animas. Leniat:mitiget. Sanguine: filii morte. Impietate pia eſt:uidetur ſtulte eſſe dictum.Quo nanq; modo quis pius eē poſſit impietate? Sed pia uidetur fuiſſe Althæa fratruz cædem ulciſcendo:impia filium necādo. Lignum fatale:i quo Meleagri fata cōtinebantur. Ante ſepulchrales aras:quæ in ſepulchris erigebantur. Pœnarumq; Deæ triplices: furias infernales, quæ tres dicunſ eſſe:Tiſiphone,Alecto,& Megæra. Althæa uero teſtatur ſe per nefandum ſcelus fratrum cædem ulciſci. Eumenides:hæ furiæ dicunſ κατ αντιφρασιν:q nulli beniuolæ ſint aut mites. Aduertite: conuertite. Furialibus ſacris:a furore & indignatione prouenientibus. Mors morte piāda eſt: cædes fratrum morte filii purganda eſt.

Fratrū althææ cædes

Stipes i quo Meleagri uita

Tres parcæ

Nona decima Morta

Atropos

Lacheſis

Clotho

Fragmina

Eumenides

R Aph. ¶ Infelix Oeneus: cum magna indignatione hæc ab Althæa dicunt. ¶ Magnoq; paratas inferias: ſacrificia magno precio: & filii ſanguine comparata. Inferię autem dicunt ſacrificiaq; mortuis fiūt. ¶ Vteri mala pignora: filii ἐξήγησις & expoſitio inferiarum magno comparatarum. ¶ Hei mihi quo rapior: retrahit officiū matris a cæde filii Althæa. ¶ Quo rapior: in quod ſcelus trahor. ¶ Mortis mihi diſplicet auctor: nollem inquit Althæa ego eſſe mortis filii auctor. ¶ Ergo impune feret: indignationi iterū indulget Althæa. Ergo enim affectui & indignationi ſeruit. Sic Auguſtus de Virgilii teſtamento. Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirū mandare nefas. ¶ Spēq; patris: Oenei, qui totam ſpem ſuā in Meleagro filio collocarat. ¶ Mēs ubi materna eſt: ad pietatem qua filiū proſequit reuocat cogitationem ſuam Althęa in q̄ tamen indignatione uicta diutius non perſtat. ¶ Bis quinq; menſium: decem menſes in utero matres filios geſtare dicūtur: quamuis uulgus nouem tātummodo putet. Non autem menſes (ut fere in exemplarib⁹ eſt deprauatum) ſed menſum pro menſium (ut monet Priſcianus) eſt legendū: ut decem menſium labores intelligamus. ¶ O utinā primis arſiſſes ignib⁹ infans: utinam: inq̄t: tunc combuſt⁹ fuiſſes cū eras

Meleagri mors infans una cū ſtipite: quē a Parcis in ignem coniectum ego ardere paſſa n̄ ſum. ¶ Tuo merito: tuo delicto. ¶ Facti: peccati, ac ſceleris tui. ¶ Stipite rapto: ex igne erepto torre & titione. ¶ Et cupio: fratres ulciſci ſubintelligat. ¶ Et nequeo: nō poſſum i ignem cōiicere torrem pietate qua filiū pſequor impedita. ¶ Me miſeram: ibi eſt diſtinguendum. Eſt enim exclamatio, qua Althæa ſe oſtendit inuitam in filii perniciem armari. ¶ Maleſtū malō, & calamitatem meam. ¶ Dummodo quæ dedero i. de cōſolāda ſibi quoq; morte tam cogitat Althæa.

An felix Oeneus nato uictore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes, animæq; recentes
Officium ſentite meum: magnoq; paratas
Accipite inferias uteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. meruiſſe fatemur
Illum cur pereat: mortis mihi diſplicet auctor
Ergo impune feret: uiuuſq;, & uictor, & ipſo
Succeſſu tumidus, regnum Calydonis habebit?
Vos cinis exiguus, gelidæq; iacebitis umbræ
Haud equidem patiar. pereat ſceleratus. & ille
Spemq; patris, regnūq; trahat, patriæq; ruinam.
Mens ubi materna eſt? ubi ſunt pia uota parētū?
Et quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores?
O utinam primis arſiſſes ignibus infans:
Idq; ego paſſa forem: uixiſti munere noſtro.
Nunc merito moriere tuo: cape præmia facti:
Biſq; datam primum partu, mox ſtipite rapto,
Redde animā. uel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio: & neq̄o: quid agā? modo uulnera fratrū
Ante oculos mihi ſunt: & tantæ cædis imago.
Nunc animum pietas, maternaq; nomina frāgūt
Me miſeram, male uinceretis: ſed uincite fratres:
Dummodo quæ dedero uobis ſolatia: uoſq;
Ipſa ſequar: dixit: dextraq; uerſa, trementi
Funereū torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit: aut uiſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes: & inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius, atq; abſens flamma Meleagrus ab illa
Vritur: & cæcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus: ac magnos ſuperat uirtute dolores.
Quod tamen ignauo cadat, & ſine ſanguine, leto
Mœret: & Ancæi felicia uulnera dicit,
Grandæuumq; patrem: fratreſq;, piaſq; ſorores,
Cum gemitu, ſociamq; tori uocat ore ſupremo.
Forſitan & matrem. creſcunt ignisq;, dolorq;,
Langueſcuntq; iterum. ſimul eſt extinctus uterq;:
Inq; leues abiit paulatim ſpiritus auras:
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet Calydon. lugent iuueneſq;, ſeneſq;:
Et uulgus, procereſq; gemunt, ſciſſæq; capillos
Plangūt ora ſimul matres Calydonides heu heu.
Puluere caniciem genitor, uultuſq; ſeniles
Fœdat humi fuſus: ſpacioſumq; increpat æuum.
Nam de matre, manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas: acto per uiſcera ferro.
Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia linguis:
Ingeniumq; capax, totumq; Helicona dediſſet:
Triſtia perſequerer miſerarum uota ſororum.

¶ Funereum: funeſtum, funeriſq; ac mortis Meleagri cauſam. ¶ Et inuitis ignibus: rei inanimatæ dat ſenſum poeta: perinde atq; ſi ignes ipſi Meleagri miſererent. ¶ Virtute: fortitudine. ¶ Cæcis ignibus: occultis, quorū cauſa latebat. ¶ Ignauo leto: uili morte. ¶ Mœret: dolet. ¶ Sociam tori: uxorē. ¶ Langueſcūtq;: decreſcunt atq; diminuūtur. ¶ Simul eſt extinct⁹ uterq;: & ignis ſtipitis & Meleager. ¶ In leues auras: eorum ſequitur hoc loco opinionē poeta, qui ſentiunt animam auram eſſe & aerem. ¶ Cana fauilla: albo cinere. ¶ Velāte: tegente. ¶ Prunam: carbones. ¶ Alta iacet Calydon: ſi alta quo modo iacet? an mœrore ex morte Meleagri concepto cecidiſſe ac iacere uidebat: quæ paulo āte uirtute ipſius Meleagri alta potēſq; erat. ¶ Sciſſę capillos: ſcindentes ac lacerantes capillos, id quod in magnis luctibus mulieres facere ſolent. Eſt autē ſynegdoche maxime poetis uſitata. ¶ Plangūt ora: percutiunt ac genas lacerant. ¶ Heu heu: i. mimiſis & imitatio eſt gemit⁹ emittentium mulierum. ¶ Puluere caniciem: pater inquit Oeneus puluere caput: faciemq; deturpat. Hoc enim in magnis mœrorib⁹ fiebat apd' priſcos. ¶ Acto per uiſcera ferro: ſic quidem Ouidius: Diodorus uero ſcribit Althæam laqueo uitam finiſſe. ¶ Totum Helicona: omnium muſarum fauorem.

¶ Liuentia

Immemores decoris liuentia pectora tundunt:
Dumq; manet corpus:corpus refouétq;, fouétq;:
Oſcula dant:ipſi poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem:cineres hauſtos ad pectora preſſãt:
Affuſæq; iacent tumulo:ſignataq; ſaxo
Nomina complexæ lachrymas ĩ nomina fũdũt.
Quas poſtquam Oeneiæ tandem Latonia clade
Exſatiata domus:præter Gorgenq;,nurumq;
Nobilis Alcmenæ:natis in corpora pennis
Alleuat:& longas per brachia porrigit alas:
Corneaq; ora facit:uerſaſq; per aera mittit.
Interea Theſeus ſociati parte laboris
Functus:Erechtheias Tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter:fecit moras Achelous eunti
Imbre tumens.ſuccede meis ait Inclyte tectis
Cecropide:nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas,obliquaq; uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent.uidi contermina ripæ
Cum gregib⁹ ſtabula alta trahi:nec fortib⁹ illic
Profuit armentis:nec equis uelocibus eſſe.
Multa quoq; hoc Torrẽs niuib⁹ de mõte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia uortice merſit.
Tutior eſt requies:ſolito dum flumina currant
Limite:dum tenues capiat ſuus alueus undas.
Annuit Aegides:utorq; Acheloe:domoq;,
Conſilioq; tuo,reſpondit:& uſos utroq; eſt.
Pumice multicauo,nec leuibus atria toffis
Structa ſubit.molli tellus erat humida Muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamq; duas lucis partes Hyperione menſo,
Diſcubuere toris Theſeus,comiteſq; laborum:
Hac Ixionides,illa Trœzenius heros
Parte Lelex:raris iam ſparſus tempora canis:
Quoſque alios parili fuerat dignatus honore
Amnis Acarnanum lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis menſas:dapibuſque remotis

RAph. ¶ Liuentia pectora tundunt:percutiunt pectora:ac liuentia reddunt,& ſubnigra. ¶ Dũq; manet corpus: cadauer Meleagri. ¶ Ipſi lecto:pheretro ĩ quo Meleagri cadauer compoſitum fuit. ¶ Poſt cinerem:poſtq̃uam Meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutũ. ¶ Hauſtos: acceptos manibus. ¶ Preſſant:aſtringunt. Eleganter autẽ ea omnia effingit poeta:quæ in funeribus fratrum a ſororibus fieri cõſueuere. ¶ Affuſæq; incũbentes: inſtratæ : proſtratæ. ¶ Nomina ſaxo:ſigna. Epitaphium in ſaxo ſculptum:in quo nomen Meleagri erat. ¶ Oeneiæ domus: familię Oenei. ¶ Latonia:Diana Latonæ filia. ¶ Nurumq; Nobilis Alcmenæ:Deianirã Herculis uxorem. ¶ Alleuan:i aerẽ tollit. ¶ Corneaq; ora facit:hoc eſt ora in roſtra cõuertit. ¶ Verſaſq;: in aues cõmutatas,q̃ Meleagrides a Meleagro fratre fuerunt cognominatę.

Melea/gri ſorores ĩ aues Meleagrides

Fabulæ tertiæ octaui libri argumentum.

LAct. ¶ Interea Theſeus ſociati &c. Theſeus apro Calydonio interfecto cũ ſe reciperet Athenas, & torrentibus aquis interpellaretur ab Acheloo amne, qui imbribus ĩtumuerat inuitatus eſt:ut ſuis tectis ſuccederet:dum fluminis unda ſubſideret:cui⁹ ille hoſpitio cum reſidiſſet inter epulationẽ procul inſulas uiſas ab hoſpite accepiſſet nymphas fuiſſe Naiades:quæ cum Deis ſacra redderẽt:illeab his p̃teritus eſſet,motus offenſa in inſulas Echinadas eas conuertit.

Achelo⁹

RAph. ¶ Interea Theſeus:mira phantaſia quinq; Naiadum trãſmutationem in inſulas cum ſuperiore fabula poeta connectit. Interfecto niq; Calydonio Apro Theſeus cũ Athenas rediret :forte Achelous fluuius Aetoliam ab Acarnania diſterminans ſic intumuerat,ut tutus tranſitus non uideretur. inuitatus igitur Theſeus a fluminis Deo Acheloo domum illius intrauit tantiſper illic futurus,dum tuto tranſire poſſet. Cum uero poſt cœnam Theſeus in mare proſpiciens uidiſſet inſulas quaſdam, Acheloum rogauit, quot illæ inſulæ eſſent,ac quo nomine appellarentur:cui Achelous reſpondit,Naiades quinq; fuiſſe illorum locorum accolas,quæ cum aliis Diis ſe ſpreto ſacrificaſſent,eas cũ locis ſuis in mare a ſe indignato fuiſſe prouolutas,ac in inſulas quinq; nomine Echinadas & ſuis & fluctibus mari nis fuiſſe diſcretas. ¶ Sociati laboris:communicati ſibi cum multis aliis. ¶ Erechtheias Tritonidos arces:periphraſis eſt Athenarum: quæ & in palladis tutela ſunt:& ab Erechtheo rege Erechtheiæ dicuntur.

Echina/des inſulæ

¶ Fecitq; moras Achelous eunti Imbre tumens : Achelous Oceani & Tethios filius fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur. Is cum peteret Deianiram Oenei Calydoniæ regis filiam, Herculem i ſe cõuertit, a quo ſuperatus,in fluuio iuxta Calydoniam labẽti ſe occultauit,nomenq; flumini impoſuit:qđ quidẽ a Pindo Theſſaliæ monte oritur:Aetoliãq; ab Acarnania diſtinguit. Sane apđ antiquos aqua(ut Macrobius:Seruiuſque ſcribũt) generaliter Achelous dicebatur. Vnde Virgilius in Georgicorum primo. Poculaq; inuentis Acheloia miſcuit uuis. Sane Achelous cũ prius Thoas fuerit dictus: ab Acheloo: qui Alcmæonem ex Theſſalia ſecutus eſt:nomen accepit. hic & Terpſicore una muſarum Sirenas ſuſtuliſſe fertur. Videtur autem maximus eſſe omnium Græciæ fluuiorum Achelous : unde & omnem aquam ueteres acheloon uocarunt.

achelo⁹

¶ Turbineo uortice : in modum turbinis ſe uoluente. Vortex enim proprie dicitur contorta in ſe aqua. Turbo autem eſt uis uenti: & inſtrumentũ quo pueri ludunt,ſiue illud in terram incutiẽtes. ¶ Tutior eſt requies:ſecurior eſt mora. ¶ Nec leuibus toffis : aſperis, impolitis. Toffus eni lapis eſt cauernoſus. Deſcribit autem poeta ſpeluncam fluminis Deo conuenientem. ¶ Molli Muſco:Muſcus herba eſt tenuiſſima iuxta fontes ac in locis humidis naſcens. ¶ Summa lacunabant:ſuperiores inquit ſpeluncæ partes in lacunaria diſtinguebant conchæ alternis muricibus diſtinctæ. Nam lacunare eſt lacus ac lacunaria facere. ¶ Murice: Murex autem genus eſt cochleæ unde fit purpureus color. ¶ Hyperione: Sole. Hyperion nãq; Cæli fuit fili⁹ qui ex ſorore Solem fertur genuiſſe:uerum p Sole fere ponit. ¶ Hac Ixionides:Pirithous Ixionis filius perpetuus Theſei comes. ¶ Nudæ ueſtigia nymphæ: pedes nudos habentes nymphæ,eſt enim ſynecdoche.

Vortex

Turbo

Toffus

Muſcus

Lacunare

Murex

Hypion

In gemma poſuere merum.tum maximus heros
Aequora proſpiciens oculis ſubiecta:quis inquit
Ille locus:digitoq; oſtendit,& inſula nomen
Quod gerit illa,doce:q̄q̄ non una uidetur.
Amnis ad hæc:nō eſt īquit,quod cernimus:unū.
Quinq; iacent terræ:ſpatium diſcrimina fallit.
Quoq; minus ſpretæ factum mirere Dianæ:
Naiades hæ fuerant.quæ cum bis quinq; iuuēcos
Mactaſſent:ruriſq; Deos ad ſacra uocaſſent.
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui:quantuſq; feror cum plurimus unquā:
Tantus eram:paritérq; animis immanis,& undis
A ſiluis ſiluas,& ab aruis,arua reuulſi.
Cumq; loco,nymphas memores tū deniq; noſtri,
In freta prouolui.fluctus noſterq;,mariſque
Continuam diduxit humum:pariterque reuellit
In totidem,mediis,quot cernis Echinadas,ūdis.
Vt tamē ipſe uides:procul en procul una receſſit
Inſula grata mihi.Perimelen nauita dicit.
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi:
Quod pater Hippodamas ægre tulit:iq; profūdū
Propulit e ſcopulo perituræ corpora natæ.
Excepi:nantemq; ferens.o proxima terræ
Regna uagæ dixi ſortite Tridentifer undæ,
In quo deſinimus:quo ſacri currimus amnes:
Huc ades:atq; audi placidus Neptune precantē.
Huic ego:quam porto,nocui:ſis mitis,& æquus.
Si pater Hippodamas:aut ſi minus impius eſſet:
Debuit illius miſereri:& ignoſcere nobis.
Cui quondam tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem:merſæq; precor,feritate paterna
Da Neptune locum:uel ſit locus ipſa licebit.
Hūc quoq; cōplectar.mouit caput æquore⁹ rex:
Concuſſitq; ſuis omnes aſſenſibus undas.
Extimuit nymphe:nabat tamen:ipſe natantis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.
Dumque ea contrecto:totum dureſcere ſenſi
Corpus:& inducta condi præcordia terra.
Dum loquor:āplexa eſt artus noua terra natātes:
Et grauis increuit mutatis inſula membris.
Amnis ab his tacuit.factum mirabile cunctos
Mouerat:irridet credentes:utq; Deorum
Spretor erat,mentiſq; ferox Ixione natus:
Ficta refers:nimiumq; putas Acheloe potentes
Eſſe Deos,dixit ſi dant:adimuntq; figuras.
Obſtupuere omnes:nec talia dicta probarunt.

RAph. ¶ In gemma: in gemmatis poculis. ¶ Spatium di. ſa. breuitas inquit ſpatii diſcrimina atq; ſeparationes inſularum cōfundit. ¶ Spretæ:cōtēptæ. ¶ Cū plurimus unq̄: maxim⁹. ¶ Diduxit:diuiſit. ¶ Mediis quot cernis Echinadas undis: Echinades īſulæ & Echinæ dr̄r,inſulę ſūt ad hoſtiū acheloi Aetolię fluuii,q̄ limū aſſidue ingerēdo illas effeciſſe uī. Dictæ ſūt āt Echinades,uel ab Echinis,q̄bus abūdāt uel (ut ſcri. Appollodo.) ab Echino quodaȝ uate.

Echinades in ſulæ — Echinades

Fabulę ſextę octaui libri argumentum.

LAct. ¶ Vt tamen &c. Perimele hyppodamātis filia cū ab Acheloo amne p uim eēt oppreſſa:pater eā ob admiſſum præcipitauit i pelagus,ſtuprator expetiit ita,ut bn̄ficio Neptuni mare eā ſemotā ab Echinadibus efficeret īſulam.

Naiades in Echinadas inſulas

RAph. ¶ Vt tamē ipſe uides:pe rimele Hippodamātis filia ab Acheloo uim paſſa e ſaxo a patre i mare fuit præcipitata. Achelo⁹ uero de amicæ ſalute admodū ſollicitus Neptunū rogauit,ne eā ſubmergi pateret,ſed ei aut locū præberet,aut ipſam locū efficeret:precibus igiī Acheloi motus Neptunus eā in inſulaȝ haud lōge ab Echinadibus diſtantē cōmutauit. ¶ Virgineū nomē ademi:uirginitatem eripui. ¶ Propulit:piecit. ¶ In profundū:i mare altū. ¶ Sacri amnes:oēs fluuii numē habēt dr̄r,unde & ſacri nū cupantur. ¶ Feritate pa.crudelitate pr̄is. ¶ Mouit caput æquoreus rex. Neptunus annuit meis p̄cibus ¶ Saliētia:pa.uitātia,id qđ timoř pcuſſis accidere ſolet. ¶ Pręcordia: pectora hoc loco qđ cor/ di cōtendanī. Proprie uero p̄cordia dr̄r ptes cordi præiacentes. ¶ Grauis īſula:magna: Inſula uero dicitur,q̄ ſit in Salo: hoc eſt in mari collocata.

Sacri amnes — Perimele in iſulam — Precordia — Inſula

Fabulæ ſeptimæ octaui libri argumentum.

LAct. ¶ Amnis &c. Iuppiter & Mercurius i hominū figuras uerſi in regione phrygiæ cum animos īcolaȝ experti a nullo ultro exciperentur hoſpitio:a philemone & Baucide hoſpitaliſſime ſūt excepti:& cū maxima uolūtate rebus humilibus ad uictū & neceſſariis ſimpliciſſimos animos pauperȝ experti ſunt. Ergo ut numen ad uim oſtenderent ſuaȝ ſeuocatis ſenibus in excelſiorē collē,caſam eorū in tēplum cōuerterūt: eoſq; tpos optatos antiſtites ſacrati loci p̄ſtiterunt: ita ut cū ſenectute ſoluti eſſent:in arbores conuerterenī:ut Philemon cederet i ilicē,Baucis i Tiliā. Oppidū aūt eoȝ qđ cæteros ciues inhoſpitales habuerat aquaȝ multitudine obrutū ſtagnū factū ē.

RAph. ¶ Amnis ab his tacuit: hæc ad cōnectendas,quæ ſubiiciunī Metamorphoſis dr̄r. Narraturus.n.eſt poeta quēadmodū Iuppiter atq; Mercuri⁹ i hominum figuras conuerſi Phrygiā peragrarunt:ut hoium benignitatē experirenī. Cū uero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio:caſā philemonis ruſtici,atq; pauperis ſubiere,a quo benigne accepti cū ſe Deos eſſe idicaſſent,& anſerē quē unicuȝ habebat occidere uetuerunt,& ut ſecū collē aſcēderet cuȝ Baucide uxore admonuerūt. Profecti igitur domo cum eēnt, ecce oppidū illud in lacū uidēt cōuerſuȝ,omneſq; dom⁹ ſubmerſas præter unicā ſuā caſam:quæ & ipſa in magnificentiſſimum templū cū fuiſſet mutata:hortātibus Diis,ut quicquid uellēt peterēt:philemō reſpondit ſe uelle eſſe illius tēpli ſacerdotes:ea conditione,ut nec ipſe uxoris, nec uxor uiri mortē unq̄ uideret:id uero facile impetrarūt:nā una & eadeȝ hora cū ad extremā peruēniſſent ſenectutē,in arbores,alter quercū,altera tiliā tranſmutati fuerunt. Hęc autē adeo perſpicue a poeta deſcribunī,ut nihil expoſitionis indigere uideantur. ¶ Ab his:poſt hęc. ¶ Spretor Deoȝ:contemptor. ¶ Si dāt adimūtq; figuras:poſſunt & dare & eripere formas rebus.

Oppidū i ſtagnū — Baucis & philemon

¶ Animo

Antc omneſq; Lelex animo matotos,& æuo,
Sic ait. Immenſa eſt:finemq; potentia cæli
Non habet:& quidqd ſuperi uolucre peractũ eſt.
Quoq; minus dubites:Tiliæ cõtermina Querc⁹
Collibus eſt Phrygiis,medio circundata muro,
Ipſe locum uidi.nam me Pelupeia Pittheus
Miſit in arua,ſuo quondam regnata parenti:
Haud procol hic ſtagnũ eſt.tell⁹ habitabilis olĩ,
Nunc celebres mergis,fulicisq; paluſtribus ũdæ.
Iuppiter huc ſpecie mortalis,cumq; parente
Venit Atlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domus adiere,locum,requiemq; petentes:
Mille domus clauſere ſeræ:tamen una recepit
Parua quidem ſtipulis,& canna tecta paluſtri.
Sed pia Baucis anus:pariliq; ætate Philemon
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus:illa
Conſenuere caſa:paupertatemq; ferendo
Effecere leuem:nec iniqua mente ferendam.
Nec refert dominos illic,famuloſue requiras.
Tota domus,duo ſunt.iidem parentq;, iubentq;.
Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates:
Summiſſoq; humiles intrarunt uertice poſtes:
Membra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuper, iniecit textum rude ſedula Baucis.
Inde foco tepidum cinerem dimouit:& ignes
Suſcitat heſternos;foliiſq;,& cortice ſicco
Nutrit:& ad flammas anima perducit anili,
Multifidaſq; faces,ramaliaq; arida,tecto
Detulit:& minuit:paruoq; admouit aheno,
Quoq; ſuus coniux riguo collegerat horto:
Truncat olus foliis.furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno:
Seruatoq; diu reſecat de tergore,partem
Exiguam:ſectamq; domat feruentibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentiriq; moram prohibent.erat alueus illic
Fagineus,dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis:artuſq; fouendos
Accipit in medio torus eſt de mollibus uluis
Impoſitus lecto,ſponda,pedibuſq; ſalignis.
Veſtibus hunc uelant:quas non niſi tẽpore feſto
Sternere conſuerant:ſed & hæc uiliſq;,uetuſq;
Veſtis erat,lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere Dei.menſam ſuccincta,tremenſq;
Ponit anus:menſæ ſed erat pes tertius impar:
Teſta parem fecit:quæ poſtq̃ ſubdita cliuum
Suſtulit:æquatam mentha exterſere uirentes.
Ponitur hic bicolor ſinceræ bacca Mineruæ.
Conditaq; in liquida corna autumnalia fece:
Intybaq;,& radix:& lactis maſſa coacti:

Oui.meta.

RAph. Animo maturus & æuo: Lelegem & prudentem & ſenem & bonum uirum fuiſſe poeta ſignificat. Immenſa eſt: ſententia pio grauiq; uiro maxime cõueniens.
Tilia: Tiliæ contermina:uicina. Tilia autẽ arbor eſt fructũ ferens,quẽ a nullo animalium attingi miratur Plinius: foliorumq; & corticis ſuccum dulcem eſſe ait: ac inter corticem & lignum tenuiſſimam eſſe membranã,
Philyra: quæ philyra uocetur, qua antiqui in nectendis coronis utebantur. Vnde Horatius: Diſplicẽt nexę Philyra coronæ. Nam me Pelopeia Pitthe⁹ Miſit in arua: Pittheus Lelegis pater fuit & Aethræ Theſei matris. Pelopeia autem arua non Pelopõneſum (ut quidã putãt) ſed phrygiam dicit. Nam
Pelops: Pelops Tantali Phrygiæ regis filius fuit, qui inde in pelopõneſum uenit. Suo parẽti: Pelopi.
Trœzẽ: Nam pittheus & Trœzen pelopis filii fuere: ut Strabo narrat. Fulicis paluſtribus:
Fulicæ: Fulicæ aues ſunt notiſſimæ i paludib⁹ uiuẽtes. Specie mortalis: humanam: i figurã uerſus. Atlantiades caducifer: Mercurius caduceum gerens. Seræ: ſeræ ianuæ, a parte nãq; totum itelligimus. Sera eni pars
Sera: eſt ianuæ, in quam claui immittitur. Parili ætate: pari & æquali. Tota domus: tota familia. Iidẽ parentq; iubẽtq;: iidẽ inquit domini ſunt & ſerui. Releuare mẽbra: leuia facere, quę propter laſſitudinem grauia uidebantur. Sedere enĩ illos iuſſit philemõ. Poſito ſedili: appoſita ſede. Q ď ſup: anaſtrophe eſt, præpoſitio nãq; poſtpoſita eſt. Anima: ſpiritu & flatu. Et minuit: fregit minuta paruaque reddidit. Eleganter ãt poeta ruſtici pauperis apparatũ & mores deſcribit. Truncat olus foliis: minutatim olera cum foliis incidit. Sordida: fumoſa. De tergore diu ſeruato: tergum illud ſuis uetus fuiſſe innuit poeta & rancidum. De tergore: de tergo. frequenter autem utrumque pro altero ponitur. Domat: mollit & coquit. Significat autẽ duriſſimam fuiſſe illam carnem. Domari enim di-
Domarẽ: cuntur quæ repugnant. Alueus fagineus: Dolium ex fago confectum.
Alueus: Artus fouẽdos: pedes lauandos. Nam hoſpitibus etiam nunc quo die accipiuntur, pedes lauari ſolent. In medio lecto: ſic quidem legitur: ſed te cto forſitan p lecto Ouidius ſcriptum reliquit, ut intelligamus in media caſa torum & lectum fuiſſe non ex plumis, ſed ex uluis paluſtribus confectum. Salignis: ex ſali-
Salignĩ: ce factis. Velant: cooperiunt. Sternere: lecto inicere, & ſponere. Nõ indignanda: nõ indigna reputanda. Lecto ſaligno: ex ſalice uili ac uulgari arbore confecto. Succinta anus: habitũ ruſticæ mulieris effingit. Cliuum: inæqualitatẽ menſæ cliuum appellat.
Mẽtha: Mentha uirentes: mentha ſuauiſſimi odoris eſt herba. Exterſere: emũdauere. Bicolor bacca: Periphraſis ẽ oliuæ, quæ bicolor dicit, quod & uiridis ẽ & nigra. Sinceræ Mineruæ: itegrę uirginis Mineruæ. Autũnalia: Autumno matureſcẽtia.
Intybũ: Intybaq; & ra. Intybum: quod & Cicorium uocatur herba eſt agreſtis. Radix uero ſpecies ẽ
Radix: herbæ, q̃ & radicula dicitur. His autem herbis etiamnunc i acetariis ueſcimur. Et lactis maſſa coacti: pphraſis ẽ caſei.

RAph. ¶ Non acri fauillа: id eſt igne leui, non uehementi. Nam oua niſi leuiter in cinere calido uerſentur facile rumpuntur. ¶ Omnia fictilibus: apponuntur, & in ſuppoſitio ſubaudiatur.

Fictilia. Fictilia autem ſunt uaſa terrea a fingendo dicta. ¶ Eodem argento: id eſt quo & fictilia. facete autem innuit craterem quoq; fictilem fuiſſe. ¶ Siſtitur: collocatur in menſa. Apparatum autem mẽſæ ruſticæ eleganter effingit poeta. ¶ Fago: fagus arbor eſt

Fagus. glandifera: ex cuius ligno uaſa conficiũtur. ¶ Quæ caua ſunt: quæ in concauitate inquit ſunt flaua cera intecta. ¶ Illita: intecta. ¶ Epulas calentes: cibos calidos. Quę enim hactenus deſcripta ſunt, frigida comeduntur. ¶ Nec longe uina ſenectæ: uinũ nouum appoſitum fuiſſe ait non uetus: quod diuites bibere ſolẽt. ¶ Paulũ ſeducta: ſepoſita, & remota. ¶ Caryca: ficus eſt

Caryca. ſpecies Caryca, a caryca Laconię loco, ubi optimę naſcuntur denominata: quæ quia optimæ ſũt ſiccæ, hinc uſus obtinuit ut caryc æ pro ficubus ſiccis accipiantur. ¶ Rugoſis palmis: cum fructibus palmæ rugoſis & ſiccis: quos nunc uulgo dactylos uocãt. ¶ Prunaq;: po-

Pruna. ma ſunt notiſſima: quorum uaria ſunt genera: ut Plinius ſcribit. ¶ Super omnia uultus: ante omnia inquit boni & hylares uultus affuerunt.

Caſa in templũ. ¶ Hauſtum cratera: id eſt euacuatum urceum. ¶ Concipiunt preces: precari incipiũt. ¶ Diis hoſpitibus: Ioui & Mercurio, quos hoſpitio ſuſceperant. ¶ Ille celer penna tardos: pulchro antitheto exornatur hoc carmen. ¶ Impia uicinia: inhoſpitales uicini.

Philemõ & Baucis in arbores. ¶ Immunib⁹: expertib⁹. ¶ Huius mali: huius calamitatis: qua uicinos ueſtros ſumus affecturi.

Comitare. ¶ Modo: ſolũ. ¶ Comitate: antiq; dixit pro comitamini. ¶ Ite ſimul: uenite nobiſcum. ¶ Nituntur longo: hoc eſt longum & arduum cliuum aſcendere conantur. ¶ Manere: ſtare, ſupereſſe. ¶ Fata: infortunia. ¶ Suorum: uicinorum. ¶ Pia culmina: ipſi pii. eſt enim hypallage. ¶ Et iam caſa parua: & olim caſa parua. Caſæ proprie dicuntur ruſticæ domus. ¶ Furcas ſubiere columnæ: furcę in columnas fuerunt commutatæ. In magnificum uero templũ philemonis caſam conuerſam fuiſſe ſcribit. ¶ Adopertaq; marmore tellus: ſolum templi marmore ſtratum. ¶ Iudiciũ commune: uotum, cupiditatem, deſyderium. ¶ Aperit: indicat, manifeſtat. ¶ Delubraq; ueſtra tueri: ueſtra templa cuſtodire. ¶ Concordes egimus annos: cõcorde unanimeſq; uiximus. ¶ Duos: ambos. ¶ Buſta: funera. ¶ Tumulandus: ſepeliend⁹. ¶ Vota fides ſequitur: nam Iuppiter ut pollicitus fuerat, id quod petierant conceſſit. ¶ Templi tutela fuere: cuſtodes templi ac æditui fuerunt conſtituti. ¶ Annis æuoq; ſoluti: ſenio confecti.

Ouaq;, non acri leuiter uerſata fauilla.
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus, eodem
ſiſtitur argento crater: fabricataq; fago
Pocula: quæ caua ſunt flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt: epulaſq; foci miſere calentes.
Nec longæ rurſus referuntur uina ſenectæ:
Dantq; locum menſis paulum ſeducta ſecundis:
Hic nux. hic mixta eſt rugoſis Caryca palmis:
Prunaq;, & in patulis redolentia mala caniſtris:
Et depurpureis collectæ uitibus uuæ.
Candidus in medio fauus eſt. ſuper omnia uultus
Acceſſere boni: nec iners, pauperq; uoluntas.
Interea, quoties hauſtum cratera repleri
Sponte ſua: per ſeq; uident ſuccreſcere uina:
Attoniti nouitate, pauent: manibuſq; ſupinis
Concipiunt: Baucisq; preces, timiduſq; Philemõ.
Et ueniam dapibus, nulliſq; paratibus orant.
Vnicus anſer erat minimæ cuſtodia uillæ:
Quem Diis hoſpitibus domini mactare parabãt.
Ille celer penna, tardos ætate, fatigat:
Eluditq; diu, tandemq; eſt uiſus, ad ipſos
Confugiſſe Deos. ſuperi uetuere necari:
Diiq; ſumus, meritaſq; luet uicinia pœnas
Impia dixerunt: uobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modo ueſtra relinquite tecta:
Ac noſtros comitate gradus: & in ardua montis
Ite ſimul: parent: & Diis præeuntibus, ambo
Membra leuant baculis: tardiq; ſenilibus annis
Nituntur longo ueſtigia ponere cliuo.
Tantum aberant ſũmo: quantũ ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt. flexere oculos: & merſa palude
Cætera proſpiciunt: tantum ſua tecta manere.
Dumq; ea mirantur: dum deflent fata ſuorum:
Merſa uident: quæruntq; ſuæ pia culmina uillæ.
Sola loco ſtabant. dum deflent fata ſuorum:
Illa uetus dominis, & iam caſa parua duobus
Vertitur in templum: furcas ſubiere columnæ:
Stramina flaueſcunt: aurataq; tecta uidentur:
Cælatæq; fores: adopertaq; marmore tellus.
Concipiunt, Baucisq; preces, timiduſq; philemõ.
Talia cum placido Saturnius edidit ore.
Dicite iuſte ſenex, & fœmina coniuge iuſto
Digna: quid optetis. cum Baucide pauca locutus
Iudicium ſuperis aperit commune philemon.
Eſſe ſacerdotes, delubraq; ueſtra tueri
Poſcimus: & quoniam concordes egimus annos:
Auferat hora duos eadem: nec coniugis unquã
Buſta meæ uideam: neu ſim tumulandus ab illa.
Vota fides ſequitur. templi tutela fuere,
Donec uita data eſt. annis, æuoq; ſoluti,

¶ Ante

R.Aph. ¶ Ante gradus ſacros:ante grad⁹ianuæ templi. Narrarent:commemorarẽt. Caſus locirea quæ loco illi euenerant. Frõdere:frondes emittere. Simul autem ambo in arbores fuere cõuerſi, Philemon in quercum, Baucis uero in Tiliam. Creſcẽte cacumie:uertice capitis. Innuit autem capillos in frondes fuiſſe cõuerſos. Dũ licuit: donec potuerunt.

ſcribit. Eſt in Carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus Proteus magnum qui piſcibus æquor: Et iuncto bipedũ curru metitur equorum. Hic nunc Emathiæ portus, patriamꝙ reuiſit Pallenen, hunc & nymphæ ueneṙantur, & ipſe Grandæuus Nereus: nouit nãꝙ omnia uates. Quę ſint, quæ fuerint, quæ mox uentura trahantur. & paulopoſt: Tũ uariæ eludent ſpecies, atꝙ ora ferarũ. Fiet.n. ſubito ſus horridus, atraꝙ tigris Squãmoſuſꝙ draco, & fulua ceruice Leæna, Aut acrem flammę ſonitũ dabit, atꝙ ita uinclis Excidet, aut i aquas tenuis dilapſus abibit, & quæ ſequuntur.

Tyanei⁹ Frutex: fruticis & arboris cortex. Tyanei⁹ Inco. Tyania regio eſt cõterimia Phrygiæ: uñ tyaneius dediuari uſ. De ge.cor. de duobus corporibus Baucidis & philemonis factos.

Fabulæ octauæ octaui libri argumentum.

LACT. ¶ Hęc mihi nõ uani:nec erat &c. Achelous inter epulas Theſeoquẽ receptat hoſpitio enarrãs hos q in alienã figurã uertiſſent enumerãti caſus mortaliũ etiã q i plures figuras abierint refert & Proteũ Neptuni filiũ ſolitũ mõ in iuuenẽ, modo in leonẽ, interdum in aprum, alias in anguẽ, & cętera animalia cõuerti:quibus iſidiãs poſſet eludere.

R.Aph. Vanus Proteus i uarias figuras ¶ Nõ uani ſenes:ueri nõ falſi. Vanus enim iterdũ falſum ac mẽdacẽ ſignificat:interdũ ſtultum. Iuuenalis. Sic placitum uano, qui nos diſtinxit Othoni. Nec era.cur fal. uel.ſi cõiunctio Eni ſubintelligat. Eſt nãꝙ parentheſis eam cõtinẽs, cur ſenes illi nõ fuerint mẽtiti. Equidẽ pẽ.uidi: argumẽtis pbat Lelex ea q narrauit eẽ uera. Serta:coronæ: a ſerẽdis floribꝰ dicta. coronæ ãt & i lucis & in arboribus ſacris appẽdebãtur. Ponens:apponẽs. Cura Deũ Dii ſint:h eſt q curã ſuſcepe Deorũ, Dii efficiãtur:& q Deos coluere:ipſi quoꝙ p Diis colãtur. Deſierat:loq Lelex ſubaudiaſ. Et res mirãda. Et auctor: Lelex uir grauis, & fide dignus. Calydonius amnis: Achelous. Semel mota ẽ mutata. In hoc renouamine:in hac renouatiõe. Ius eſt: facultas & poteſtas. Vt ti.complex.m a. inco. Pro. Proteus Oceani & Tethyos fuit filius ut i. Theogonia Heſiod. ſcri. Hic habuit p̃iam pallenen: q̃ relicta in carpatho iſula regnauit. Fuit aũt uates clariſſimus Iliacis temporibus: qui ſe in uarias mutabat figuras. De quo Virgil.iiii. Georgi.ſic

Ante gradus ſacros cum ſtarent forte:locicꝙ
Narrarent caſus:frondere Philemona,Baucis:
Baucida conſpexit ſenior frondere Philemon.
Iamꝙ ſuper geminos creſcente cacumine uultus:
Mutua,dum licuit:reddebant dicta:ualeꝙ
O coniunx dixere ſimul:ſimul abdita texit
Ora frutex:oſtendit adhuc Tyaneius illic
Incola,de gemino uicinos corpore truncos.
Hæc mihi non uani,nec erat cur fallere uellent:
Narrauere ſenes.equidem pendentia uidi
Serta ſuper ramos:ponenſꝙ recentia,dixi,
Cura deum Dii ſint:& qui coluere,colantur.
Deſierat:cunctoſꝙ:& res,& mouerat auctor:
Theſea præcipue:quem facta audire uolentem
Mira Deum,nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur.ſunt ô fortiſſime:quorum
Forma ſemel mota ẽ,& i hoc renouamine mãſit.
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras.
Vt tibi complexi terram maris incola Proteu.
Nam modo te iuuenem:modo te uidere leonẽ:
Nunc uiolentus aper:nunc quẽ tetigiſſe timerẽt.
Anguis eras:modo te faciebant cornua taurum.
Sæpe lapis poteras:arbor ſæpe quoꝙ uideri:
Interdum faciem liquidarum imitatus aquarum
Flumen eras:interdum undis contrarius ignis.

Proteus autem idcirco in uarias figuras ſe cõmutaſſe fingit, q(ut Diod. ſcribit) rex fuit Aegyptiꝗ Aegyptii Cæſrea uocant, artiũ & in primis aſtrologiæ peritus. Aegyptiis autẽ regibus mos erat, ut leonis, aut tauri, aut draconis priorẽ partẽ in capite ferrẽt iſignia principatus. Quãdoꝙ uero arborẽ, qñꝙ ignẽ, qñꝙ redolẽtia unguẽta. Hęc aũt & ad decorẽ ornatũꝙ ſpectabãt, & ſtuporẽ, & ſuperſtitionẽ quãdã aſpicientibꝰ iniciebãt. Maris cõplexi terrã: nam terra infima eſt omniũ elemẽtorũ. quã ita Ocean⁹ cõplectitur, ut aer Oceanũ: aerẽ æther: ætherem cælum.

Fabulæ nonæ octaui libri argumentum.

¶ Nec minꝰ Autolyci cõiunx &c. Meſtre Eriſichthõis filia Autolyci uxor cum patentem animaduertiſſetꝙ i theſſalia lucũ Cereris deuaſtaſſet: grauiſſimã experiri famę poenã oibus rebus ab eo cõſumptis, nouiſſime ſe quoꝙ p̃ ſcila uẽdidiſſet: a Neptuno, qui eius uirginitatẽ ademerat petiit, ut ei ferret opem: At ille memor ei⁹ ↄcubit⁹ cũ ſpecioſiſſima dño tradita eſſet: ut effugeret eius ſeruitutẽ i piſcatorẽ cauſa poſſeſſionis ętatis ↄuertit. Quo euentu in reliquas quoꝙ LACT.



Nec minus Autolyci coniunx Eriſichthone nata
Iuris habet.pater huius erat:qui numina Diuum

figuras ſolita eſt mutari:ut ꝑtio ſui parẽtẽ pœnas pendẽtẽ alere poſſet: cuius exitus fuit talis, ut uarios in fame cibos nouiſſime uiſceribus ſuis epulari cogeretur. Non .n. ſinũt Sup̃i ſiue Fata, ut Ceres cũ Fame coire poſſit.

R.Aph. Metra Autolycus ¶ Nec minus Autolyci ↄiũx: Metra Eriſichthonis filia. Autolycus uero(ut i Odyſſ. ſcribit Home, pr̃ fuit Anti/

dicæ matris Vlyſſis decipiendi ac peierandi ſcientia a Mercurio donatus.

Eriſichthon ¶ Eriſichthone natæ: Eriſichthon Theſſalus fuit Deorum contemptor, qui cum Cereri nemus conſecratum, ac in eo quercum in qua nympha habitabat, ſucciſſet, Hamadryades illorum montium incolæ ad Cererem conuenerunt precantes, ut tantam impietatem ulciſceretur. Ea uero & ſua & Hamadryadum cauſa mota numinum contemptorem Eriſichthonem nouo pœnæ genere aſſidua fame cruciare decreuit. Unam igitur e nymphis ad Famem in ultimam Scythiam miſit, quæ nomine ſuo ipſam oraretur Eriſichthonem ita ſtimularet, ut nullis cibis ſatiari poſſet. Cum uero hoc perfeciſſet fames. Eriſichthon poſteaquam totum patrimonium uentri impendit, unicam quoque filiam nomine Metram, forma ita præſtantem, ut a Neptuno fuerit rapta, uendere coactus eſt. Ea uero ne ſerua fieret, cum Neptunum, cui ſciebat ſe gratam eſſe rogaſſet, ut ſui misereretur illico in piſcatorem uetulum eam ipſe commutauit: conceſſitque, ut in quaſcunque uellet formas ſe conuertere poſſet. Sed cum ſæpius emptores pretio fraudaſſet: iamque doli omnes conſumpti eſſent, Eriſichthon membra propria cum lacerare cœpiſſet, dignum impietate ſua exitum eſt ſortitus.

RAph. ¶ Et nullos aris adole. honores: nullas diis uictimas imolaret. ¶ Nemus Cereale: Cereri cōſecratum. ¶ Temeraſſe: uiolaſſe. ¶ Annoſo robore: ſtipite uetuſto. ¶ Una nemus: magnitudinē quercus innuit, quæ tanta erat, ut ſola nemus efficere poſſet. ¶ Memores tabellæ: memoriā eorum continentes, qui ope illius nymphæ compotes uoti facti fuiſſent. ¶ Argumenta: ſigna & probationes.

Spernere: & nullos aris adoleret honores.
Ille etiam Cereale nemus uiolaſſe ſecuri
Dicitur: & lucos ferro temeraſſe uetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore Quercus
Vna nemus, uittæ mediam, memoreſque tabellæ:
Sertaque cingebant: uoti argumenta potentis.
Sæpe ſub hac Dryades feſtas duxere choreas:
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine, trunci
Circumiere modum: menſuraque roboris, ulnas
Quinque ter implebat: nec non & cætera tantum
Silua ſub hac omnis: quantū ſuit herba ſub illa.
Non tamen idcirco ferrum Dryopeius illa
Abſtinuit: famuloſque iubet ſuccidere ſacrum
Robur: & ut iuſſos cunctari uidit: ab uno
Edidit hæc, rapta ſceleratus uerba ſecuri.
Non dilecta Deæ ſolum: ſed & ipſa licebit
Sit Dea: iam tanget frondente cacumine terram.
Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus:
Cōtremuit: gemituque dedit decidua Quercus.
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Cœpere: ac longi pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus:
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis:
Quam ſolet: ante aras ingens ubi uictima taurus
Concidit: abrupta cruore ceruice, profundi.
Obſtupuere omnes: aliquiſque ex omnibus, audet
Deterrere nefas: ſæuamque inhibere bipennem.
Aſpicit hunc, mentiſque piæ cape præmia dixit
Theſſalus: inque uirum conuertit ab arbore ferrū.
Detruncatque caput: repetitaque robora cædit.
Editus & medio ſonus eſt de robore talis.
Nympha ſub hoc ego ſū, Cereri gratiſſima, ligno.
Quæ tibi factorum pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens, noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaque tandē
Ictibus innumeris, adductaque funibus arbor
Corruit: & multam proſtrauit pondere ſiluam.
Attonitæ Dryades damno, nemorumque, ſuoque,
Omnes germanæ Cererem cum ueſtibus atris
Mœrentes adeunt: pœnamque Eriſichthonis orāt.
Annuit his: capitiſque ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros,
Moliturque genus pœnæ miſerabile: ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis:
Peſtifera lacerare fame: quæ, quatinus ipſi
Non adeunda Deæ (neque enim Cereremque, Famemque.

¶ Trunci modum: ſtipitis magnitudinem. ¶ Circumiere: circundedere. ¶ Nec nō & cætera tantū: tanto inquit maior tellus qua ſilua erat ea quercus, quanto arbores herbis ſunt altiores. ¶ Dryopeius: Eriſichthon. Dryopes populi ſunt Theſſaliæ a Dryope rege dicti: unde & Theſſalia Dryopis fuit appellata. Quidam tamen contendunt Triopeium a Triope patre eſſe legendum. Tametſi Dryopeus recte legatur in omnibus exemplaribus, & ex hac lectione nihil prorſus abſurdi ſequatur: & ſignate Dryopeius tanquam barbarus appellatur: cum hac de cauſa paulopoſt Theſſalum quoque ipſum uocet. ¶ Illa: ab illa. ¶ Sacrum robur: ſacram quercum. ¶ Dedit: edidit, emiſit. ¶ Decidua: quæ decidebatur. ¶ Ducere: capere: contrahere. ¶ Diſcuſſo cortice: fracto, aperto. ¶ Abrupta ceruice: abſciſſo collo. ¶ Profundi: effundi, profluere. ¶ Deterrere: terrore diſſuadere. ¶ Sæuam bipēnem: crudelem, ut pote, quæ cædebat quercum gementem: ſiue potius ipſe ſæuus, uel ſit hypallage. ¶ Theſſalus: Eriſichthon. ¶ Editus e medio de robore: altera harum præpoſitionum redundat, tantumque uerſus, non etiam ſenſus neceſſaria uidetur. Forſitan uero & loco illius e præpoſitionis eſt legendum ac pro. etiam accipiendum. ¶ Inſtare: imminere: ac propinquas eſſe. ¶ Perſequitur: peragit. ¶ Adducta: attracta. ¶ Proſtrauit: in terram deiecit. ¶ Attonitæ Dryades: perterritæ arborum nymphæ. ¶ Veſtibus atris: pullis ac nigris luctui conuenientibus. ¶ Annuit: nutu cōſenſit, atque promiſit. ¶ Molitur: parat. ¶ Miſerabilis: miſericordia dignus. ¶ Lacerare: laniare, cruciare. ¶ Quatinus: quoniam.

Drye pes

Deterr.

¶ Gotre

RAph. ¶ Coire:conuenire.contraria namq; ſimul eſſe nō poſſunt:eſt autem parentheſis cauſam continens cur famē Ceres adire non poſſit.

Fata coire ſinunt)montani numinis unam
Talibus agreſtem compellat Oreada dictis.
Eſt locus extremis Scythiæ glacialis in oris
Triſte ſolū:ſterilis,ſine fruge,ſine arbore tellus.
Frigus iners,illic habitant pallorq;,tremorq;:
Et ieiuna Fames:ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube:nec copia rerūm
Vincat eam:ſuperetq; meas certamine uires.
Neue uiæ ſpatium te terreat.accipe currus:
Accipe quos frenis alte moderere dracones.
Et dedit.illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in Scythiam:rigidiq; cacumina montis
(Caucaſon appelant)ſerpentum colla leuauit:
Quæſitamq; Famem lapidoſo uidit in agro
Vnguibus,& raris uellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis:caua lumina:pallor in ore:
Labra incana ſitu:ſcabriq; rubigine dentes.
Dura cutis:per quam ſpectari uiſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro uentre locus pendere putares
Pectus:& a ſpinæ tātummodo crate teneri.
Auxerat articulos macies:genuumq; tumebat
Orbis:& immodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut uidit(neq; enim eſt accedere iuxta
Auſa)refert mandata Deæ:paulumq; morata,
Quanquam aberat lōge,q̄q̄ modo uenerat illuc,
Viſa tamen ſenſiſſe famem.retroq; dracones
Egit in Aemoniam uerſis ſublimis habenis.
Dicta Fames Cereris(quamuis cōtraria ſemper
Illius eſt operi)peragit:perq; aera,uento
Ad iuſſam delata domum eſt:& protinus intrat
Sacrilegi thalamos:altoq; ſopore ſolutum
(Noctis enim tēpus) geminis amplectitur ulnis:
Seq; uiro inſpirat:faucesq;,& pectus,& ora
Afflat:& in uacuis peragit ieiunia uenis:
Functaq; mandato fœcundum deſerit orbem:
Inq; domus inopes,aſſuetaq; uertitur antra.
Lenis adhuc ſomnꝰ placidis Eriſichthona pēnis
Mulcebat:petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraq; uana mouet:dentemq; in dente fatigat:
Exercetq; cibo deluſum guttur inani:
Proq; epolis tenues nequicquam deuorat auras.
Vt uero eſt expulſa quies:furit ardor edendi,
Perq; auidas fauces,immenſaq; uiſcera regnat.
Nec mora:quod pōtꝰ,quod terra,qđ educat aer,
Poſcit:& appoſitis queritur ieiunia menſis.
Inq; epulis,epulas quærit:quodq; urbibus eſſe,
Quodq; ſati poterat populo:non ſufficit uni.
Pluſq; cupit:quo plura ſuam demittit in aluum.
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra:

Famis patria. Oreades. ¶ Oreada:nympham montanam.Oreades namq; mōtium ſunt nymphæ ἀπὸ τοῦ ὄρους:hoc eſt a monte cognominatæ. ¶ Eſt locꝰ extremis:topographia & loci maxime Fami conuenientis deſcriptio:quia perpetuis frigoribus ſit ſterileſſimus. ¶ Scythiæ glacialis frigidiſſimæ ubi ſunt perpetuæ niues.
Scythia. Scythia autem a Scythe Iouis filio, qui primus arcum & ſagittas fueniſſe ſcribitur,fuit denominata.
Famis deſcriptio. Triſte. ¶ Triſte ſolū: infœcūda terra:ut triſtes arbores dicimus īfructuoſas. ¶ Sterilis:expoſitio eius quod dixit Triſte ſolū. ¶ Frigus iners:pigrū,ab effectuq; pigros faciens & inertes. ¶ Pallorq;, tremorq;:hi ſunt perpetui frigoris comites. ¶ Condat:ut abſcondat. ¶ In præcordia ſcelerata:hypallage eſt.Nam ſcelerati & ſacrilegi Eriſichthonis præcordia iubet a fame occupanda. ¶ Vincat:ſuperare poſſit. ¶ Sacrilegi:Eriſichthonis.
Sacrilegus. Sacrilegus namq; dicitur:qui ſacra uiolat:atq; furatur. ¶ Viæ ſpatium:uiæ longitudo. ¶ Moderare dracones:regas atq; gubernes.Currus autem Cereris a draconibus trahi fingitur.
Caucaſus. ¶ Caucaſon appellant:Caucaſus mōs eſt Scythiæ omniū altiſſimus, perpetuiſq; niuibꝰ tectus. ¶ Quæſitamque Famem:ita tamen deſcribit poeta,ac ſi corpus haberet:fœminaq; eſſet famelica. ¶ Hirtus erat crinis:horridi erant capilli. ¶ Labra icana:ualde pallida. ¶ Situ:ſquallore:illuuie. ¶ Scabri:aſperi. ¶ Extabant:eminebant. ¶ Ventris erat pro uentre locus:nihil uentris habebat. ¶ Crate ſpinæ:oſſa,ſpinæ,& coſtæ a ſpina ipſa orientes cratē appellat ob ſimilitudinē. ¶ Articulos:nodos. ¶ Immodico tubere:magno tumore. ¶ Neque enim eſt accedere iuxta Auſa:nympha ne fameſcere inciperet:non eſt auſa ad Famem accedere. Eſt autem parētheſis cauſam exprimens cur propius ad Famem nympha non acceſſerit. ¶ Refert mandata Deæ:Cereris mandata exponit. ¶ In Aemoniam:Theſſaliam, quæ ſæpius nomina mutauit.Nam & Pelaſgicum Argos:& Hellas:& Dryopis:& Græcia:& Hellenis a regibus fuit cognominata.
Aemonia
¶ Sublimis:alta, per aerem namq; uolabat. ¶ Quāuis contraria ſemper:neque enim ubi ſunt fruges:quæ ſunt opera Cereris:ubi Fames poteſt eſſe.Fruges præterea a Cerere inuētas Fames aſſidue conſumit. ¶ Ad iuſſam domū: Eriſichthonis. ¶ Alto ſopore:profundo ſomno. ¶ Noctis enim tempus erat ſubaudiatur.Eſt autem parentheſis exponens cur Eriſichthon ſomno ſolutus eſſet. ¶ Functaque mandato:cum Cereris mandatum peregiſſet. ¶ Fœcundum orbem:frugiferum. ¶ Vertitur:reuertitur. ¶ Mulcebat:fouebat. ¶ Sub imagine ſomni:per inſomnium. Sibi enim fameſcere uidebatur in ſomno. ¶ Oraque uana mouet:ſibi enim fruſtra mādere uidebatur. ¶ Inani cibo:uanis & falſis epulis. ¶ Immenſa uiſcera:inexplebilia. ¶ Ardor edēdi:dira fames. ¶ Nec mora:ſubito. ¶ Quæritur ieiunia:conqueritur ſe ieiunū eſſe. ¶ Satis eſſe:ſufficere. ¶ Pluſque cupit:quāto plura comedebat:tāto plura appetebat Eriſichthon. ¶ Vtque fretū:duplici ſimilitudine poeta elegāter oſtendit,quaꝫ inſatiabilis eſſet Eriſichthonis auiditas edendi.

Nec ſatiatur aquis:peregrinoſq; ebibit amnes:
Vtq; rapax ignis non unquam alimenta recuſat:
Innumeraſq; faces cremat:& quo copia maior
Eſt data:plura petit:turbaq; uoracior ipſa eſt:
Sic epulas omnes Eriſichthonis ora profani
Accipiunt:poſcuntq; ſimul.cibus omnis in illo
Cauſa cibi eſt:ſemperq; locus fit inanis edendo.
Iamq; fame patrias,altiq; uoragine uentris
Attenuarat opes:ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames:implacataeq; uigebat
Flamma gulæ:tandem demiſſo in uiſcera cenſu,
Filia reſtabat non illo digna parente.
Hác quoq; uédit iops.dominú generoſa recuſat:
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas,
Eripe me domino:qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes,ait.hæc Neptunus habebat
Qui prece nõ ſpeta, quamuis modo uiſa ſequéti:
Eſſet hero:formámq; nouat:uultumq; uirilem
Induit:& uultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans:o qui pendentia paruo
Aera cibo cælas moderator arundinis inquit,
Sic mare compoſitum,ſic ſit tibi piſcis in unda
Credulus;& nullos niſi fixus ſentiat hamos:
Quæ modo cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat(ná ſtátem in littore uidi)
Dic ubi ſit:neq; enim ueſtigia longius extant.
Illa Dei munus bene cedere ſenſit:& a ſe
Se quæri,gaudens,his eſt reſecuta rogantem.
Quiſquis es,ignoſcas.in nullam lumina partem
Gurgite ab hoc flexi:ſtudioq; oneratus,inhæſi.
Quoq; min⁹ dubites:ſic has Deus æquoris artes
Adiuuet:ut nemo iamdudum littore in iſto:
Me tamen excepto,nec fœmina conſtitit ulla.
Credidit:& uerſo dominus pede preſſit harená:
Eluſuſq; abiit:illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſenſit:
Sæpe pater dominis Triopeida tradit:at illa
Nũc Eq̃:nũc Ales:mõ Bos:modo Ceru⁹ abibat;
Præbebatq; auido non iuſta alimenta parenti.
Vis tamen illa mali poſtq̃ conſumpſerat omné
Materiam:dederatq; graui noua pabula morbo:
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit:& infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis:etiam mihi ſæpe nouandi
Corporis o iuuenes numero finita poteſtas.
Ná modo q nũc ſũ,uideor. mõ flector in anguẽ.
Armenti modo dux uires in cornua ſumo:
Cornua dum ſumpſi.nunc pars caret altera telo
Frontis:ut ipſe uides.gemitus ſunt uerba ſecuti.

R Aph. ¶Nec ſatiatur:nec expletur. Cremat: cõburit. Ipſa turba:ipſa rerum copia. Petit:appetit. Quo enim plura igni ligna imponuntur eo plura abſumuntur. Semperq; locus fit inanis edendo:uenter edendo non impletur:ſed euacuari potius uidet. Attenuarat:tenues ac puas affecerat. Inattenuata: non diminuta. Flãma gulæ:ardor edendi:auiditas. Demiſſo in uiſcera cenſu:cõſumpto patrimonio. Non illo digna parente:cum enim ipſe maxime impius eſſet:ea fuit tanta pietate,ut nunquã parentem deſerere ſuſtinuerit,quinimmo quibuſcunq; potuit modis aluerit. Dominũ generoſa recuſat:cauſa cur dominum recuſaret:generoſitas erat. Raptæ uirginitatis:ereptæ:iã enim Neptunus eã uitiarat. Hæc Neptunus habebat:expoſuit poeta id quod puella tacuerat,eam a Neptuno fuiſſe raptam. Qui p̃ce non ſpreta:exauditis pcibus. Modo:paulo ante. Hero:domino,cui a patre Eriſichthone fuerat uẽdita. Pendentia æra:hamos ex ære cõfectos. eſt enim metonymia. Cælas:occultas. Sic mare compoſitum:optandi eſt aduerbium ſic hoc loco. Nam ſtantem in littore uidi:parentheſis eſt continens aſſeuerationem. Neq; enim ueſtigia longius extant:ſignificat eam longius non proceſſiſſe: cum pedum ueſtigia non appareant. Bene cedere:in bonum ſibi cedere. Senſit:cognouit,animaduertit. Reſecuta rogantem:his uerbis ſe iterroganti reſpõdit. Oneratus:ſollicitus. Inhæſi:intẽtus fui. Sic has Deus æquoris artes:ambigue dictum:& artem piſcandi namq; & fraudes quibus utebat:intelligere poſſumus. Et uerſo dominus pede preſſit harenam:retroceſſit per harenam. Sua forma uirginis propria. Suam:filiam ſubaudiamus. Transformia:quæ poſſint transformari in uarias figuras. Hoc autem idcirco fictum eſt q̃ Metra Eriſichthonis filia pulchra adeo fuit & formoſa:ut qui illam aſpicerent:ſtatim amore ipſius caperent. Cum autem illius temporis homines pecunia nõ uterent.alii qdẽ ex Metræ procis boues alii equos:alii oues:alii capras ipſi largiebant. Q & quidem cum Theſſali uiderent:ac undiq; Eriſichthoni uictũ cernerent congregatum:aiebãt Metram patri fuiſſe & bouem:& equum:& ouem:& quęcũq; ea dono accepiſſet. Sicq; & fabulæ locus eſt datus:& huic puerbio:qđ in leues a gręcis dicit Μετε ἀλλοτερος Μητρας:hoc eſt mutabilior Metra. Nõ iuſta:iniuſta, ut pote per fraudes:& dolos quęſita. Vis tamen illa mali:illa morbi uiolentia. Noua pabula:nouiſſimos & ultimos cibos. Externis:alienis transformationibus. O iuuenes:Theſeum & Lelega alloquit Achelous. Numero finita poteſtas:in tres enim ſolum uarias figuras ſe conuertere poterat: Achelous in hominem:in anguem:in taurum. Telo:cornu quo ab Hercule(ut in ſequẽti uolumine narrabit) fuit priuatus. Gemit⁹:ſuſpiria:quibus ſignificat ſe ualde effracto cornu dolere.

Metra i piſcatorem

Metra i uarias figuras

achelo⁹ in tres figuras

Prouerbium in leues

Fabulę

LActã. Fabulæ primæ noni libri argumentum.

¶ Quæ gemit⁹, trũcæq; Deo &c. Deianira Oenei filia Aetolaæ uirgo ſpecioſiſſima cum a multis peteretur pater conſtituit ei coniugio daturumq; qui luctandi cauſa ueniret. Manentibus itaq; numero potentum duobus Acheloo flumine & Hercule quia reliqui ob metũ ceſſarant: in certamen proceſſum ẽ.

Procus ſane mihi ambis fuerat Achelous: q tribus me formis a patre petiit: manifeſtus.n. inceſſit taurus: alias tort⁹ uarias p notas draco: aliqñ mole ualida bouis pſe ferens frontem. Addũt nõnulli Amaltheæ cornu capræ id eſſe: qd Hercules ab Acheloi frõte factum Oeneo dono dedit: ex quo qdem plerię talem educũt hiſtoriã.

¶ RAPHAELIS Regii in nonum Metamorphoſeos Ouidii librum enarrationes.



¶ P. Ouidii Naſonis Metamorpho. Liber non⁹.

Cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet: modo in liquorem: modo in ſpecies draconis: nouiſſime in tauri figuram conuerſus eſt. Quẽ Hercules ut amplexus eſt reluctantem: alternaq; cornu quod implicauerat brachiis rapuit & extortum. Quo dolore ille hac deformitate aduerſarii uiribus ceſſit. At nymphæ Naiades fluminis filiæ effecerunt: ut id quod ereptum capiti erat omnibus copiis autumnalibus replerent: ut apud poſteros maximum haberet fructum & miſerationem, itaq; cornucopiæ effectum eſt, ut diceret omnibus temporibus.

Acheloum enim ſicut flumina reliqua tauro comparant ob ſonos ipſos & alueorũ circunflexiones: quas cornua uocãt. Draconi quoq; propter obliquatã ipſius magnitudinem. Herculẽ quoq; cib⁹ aliiſq; mortalib⁹ beneficũ Oeneo affinitate cõiũctũ aggeribus & foſſis fluuiũ pperam, & dãnoſe labentem coercuiſſe aiunt: eaq; regionẽ fertiliſſimã reddidiſſe, hocq; Amaltheę cornu eſſe. Hoc uero idem & Dio.i.y. Bibliotheces ſcribit. Hercules rogi i Calydonioꝝ gratiam fluuium Acheloũ i aliũ curſum diuertẽs plurimos agros ex aquæ irrigatiõe fertiles pſtitit, cui⁹ rei & poetæ quidam meminere ſcribẽtes cũ Acheloo Herculeꝫ ſub tauri ſpecie certaſſe: eiq; cuꝫ in cõgreſſu tauri alterum cornu fregiſſet: Aetolis illud qd Amaltheæ cornu uocãt: dono dedit fructuũ olus uuaꝝ: maloꝝ: aliorũq; eiuſmõi pomoꝝ copiã repletũ. Fingũt uero poetæ Acheloi cornu foſſas a fluuio ductã: pomis uero ac malis pſicis & racemis mõſtrari regionis fertilitatẽ: quã fluuii humor pſtet. Amaltheę uero cornu durã et aſtit: q ex re operis illius difficultas ſignificatũ.

Væ gemitus, truncæq; Deo
Neptunius heros
Cauſa rogat frontis: cum ſic
Calydonius amnis
Cœpit, inornatos redimitus
arundine crines:
Triſte petis munus. quis.n.
ſua prælia uictus
Cõmemorare uelit? referã tamẽ ordine: nec tam
Turpe fuit uinci: q̃ contendiſſe decorum:
Magnaq; dat nobis tantus ſolatia uictor.
Nomine ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures
Deianeira tuas: quondam pulcherrima uirgo:
Multorumq; fuit ſpes inuidioſa Procorum:

RAph. Q Væ ge.&c. herculis luctã cũ Acheloo ĩ hui⁹ uoluminis initio ita deſcribit poeta, ut & librũ libro & fabulã fabulę eleganter cõnectat: uariaſq; Acheloi transfigurationes inter luctãdum exponat. Cum enim Deianirã Oenei Calydoniæ regis filiã cum multis aliis Hercules, Achelouſq; petiiſſent uirginis pater decreuit, ut is illa potiretur, qui in luctę certamine ſuperior eſſet. Cum igit aliis ceſſiſſent: Hercules atq; Achelous ineunt luctam, in q̃ cuꝫ alter uirtute ſuperior eſſet: Achelous ad notas artes decurrit, ac cum ſe & in anguem, & in taurum fruſtra mutaſſet uictus: alteroq; cornu mutilatus, pudore ſe in ſuum fluuium coniecit. Nymphæ uero cornu illud ſuſcipientes omni fructuum genere repleuerunt: cornuq; copiæ appellauerunt. Hoc uero inde factum eſſe Strabo eſt auctor: q cũ Achelo⁹ limo quem ducit: limites ſemp confunderet: bella inter Aetolos & Acarnanes uicinos ciebat. Cũq; arbitri nulli eſſent: armis non iudicio decertabãt. Victoriam uero reportabãt q plus uiribus ualebãt. Quare cum Hercules fluuium dãnoſe labentẽ aggeribus & foſſis itra alueum cohibuiſſet tanq̃ debellaſſet Acheloũ uictoriæ præmium reportauit Oenei filiæ Deianiræ nuptias. Eam qdem Sophocles tragicus hoc modo loquentẽ inducit.

Hercules cum acheloo certamẽ

Copiæ cornu

¶ Neptunus heros: Theſeus Neptuni nepos.
¶ Truncæ frõ. mutilatę. altero enim cornu carebat.

¶ Redimitus crines: cinctos hñs crines. ¶ Arũdine: corona ex arũdinibus cõfecta: qbus fere fluuioꝝ ripę abũdant. ¶ Tantus ui. q̃tus Hercules fuit. ¶ Noie ſi q̃ ſuo tan. enarrare incipit Achelous certamẽ ſibi p Deianiræ nuptiis ſuſceptũ. ¶ Si q̃: Deianira: q̃ uacat, neq; exponitur a ſenſu: tm q carmẽ explet: q̃le illd apud Vir. Si q̃ fata ſinãt. ¶ Tandẽ: aliqñ. Tãdẽ.n. (ut Popei⁹ ſcri.) interdũ aliqñ ſignificat, interdũ p ſupuacuo ponit: interdum affectui & indignationi ſeruit. Vt Cicero. Quouſq; tandẽ abutere patientia nr̃a Catilina. ¶ Multoꝝ pro. pci dñr, q aliq̃ uxorẽ poſcunt a pcando dedũtur. Nã pcare eſt poſcere: unñ & pcaces meretrices ab aſſidue poſcẽdo uocantur. ¶ Domus eſt intrãs participium paſſiuũ cõtra grammatices rationem formatum.

Tandẽ

Proci Procare Procaces

Cum quibus ut ſoceri domus eſt intrata petiti:
Accipe me generum dixi Parthaone nate.
Dixit & Alcides. alii ceſſere duobus.
Ille Iouem ſocerum dare ſe: famamq; laborum:
Et ſuperata ſuæ referebat iuſſa nouercæ.
Contra ego turpe Deum mortali cedere dixi:
Nondũ erat ille Deus: dominũ me cernis aquarũ
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem:
Nec genere externis hoſpes tibi miſſus ab oris:
Sed popularis ero: & rerum pars una tuarum.
Tantum ne noceat: quod me nec regia Iuno
Odit: & omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
Nam quo te iactas Alcmena matre creatum:
Iuppiter aut falſus pater eſt: aut crimine uerus.
Matris adulterio patrem petis. elige fictum
Eſſe Iouem malis. an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat: & accenſæ non fortiter imperat iræ:
Verbaq; tot reddit. melior mihi dextra lĩgua eſt.
Dum modo pugnando ſuperẽ: tu uince loquẽdo.
Cõgrediturq; ferox. puduit modo magna locutũ
Cedere: reieci uiridem de corpore ueſtem:
Brachiaq; oppoſui, renuiq; a pectore uaras
In ſtatione manus: & pugnæ membra paraui.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis:
Inque uicem fuluæ tactu flaueſcit harenæ.
Et modo ceruicem: modo crura micãtia captat:
Aut captare putes omnique a parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas. fruſtraque petebar.
Haud ſec⁹ ac moles: quã magno murmure fluct⁹
Oppugnant. manet illa, ſuoq; eſt pondere tuta.
Digredimur paulum: rurſuſq; ad bella coimus:
Inq; gradu ſtetimus certi non cedere: eratq;
Cum pede pes iunctus, totoq; ego pectore pron⁹
Et digitos, digitis: & frontem, fronte premebam.
Non aliter uidi fortes concurrere tauros:
Cum pretium pugnæ totõ nitidiſſima ſaltu
Expetitur coniunx. ſpectant armenta: pauentq;
Neſcia: quem maneat tanti uictoria regni.
Ter ſine profectu uoluit nitentia contra
Reiicere Alcides a ſe mea pectora: quarto
Excutit amplexus: adductaq; brachia ſoluit.
Impulſumq; manu (certum eſt mihi uera fateri)
Protinus auertit: tergoq; oneroſus inhæſit.
Si qua fides (neq; enim ficta mihi gloria uoce
Quæritur) impoſitõ preſſus mihi mõte uidebar.
Vis tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia: uix ſolui duros a corpore nexus.
Inſtat anhelanti: prohibetq; reſumere uires.
Et ceruice mea potitur. tum deniq; tellus

RAph. ¶ Soceri petiti: appetiti ſoceri Oenei. ¶ Parthaone nate: Oeneus rex Aetoliæ Parthaonis fuit filius. ¶ Suæ nouercæ: Iunonis: cuius iuſſu tot labores adierat. ¶ Contra ego: econtrario. ¶ Turpe Deum mortali cedere dixi: eſſe ſubaudiatur. ¶ Mortali: homini. nondum. n. Hercules in deorum numerũ fuerat tranſlatus. ¶ Dominũ me cernis aquarũ: Achelous nanq; fluuius eſt inter Acarnaniã, Aetoliãq; labẽs. ¶ Popularis: ex tuo populo unus. aliquando popularis gratum populo ſignificat. ¶ Tantum ne noceat: ſolummodo inquit mihi id non noceat rogoq; Iuno Deorum regina me nullo odio proſequitur: neq; mihi ullam irrogat pœnam. Ea uero loquit Herculi potius obeſſe q̃ prodeſſe debere. ¶ Nam quo te iactas: dilemate colligit Achelous Iouem, aut falſo Herculis patrem dici: aut eſſe ignominioſum: ut qui ex adulterio illum genuerit. ¶ Alcmena m:. Alcmena Electryonis & Lyſidices filia fuit uxorq; Amphitryonis: ex qua Iuppiter in Amphitryonẽ conuerſus Herculem ſuſcepit. ¶ Elige fictum Eſſe Iouem malis: patrem ſubaudiamus. Eſt autem dilemate: in quo utrum conceditur, reprehenditur. Si enim fictum ac falſum patrem ſibi eſſe Iouem eliget Hercules: nulli ipſi erit honori. Sin uerum, aperte fatebitur ſe eſſe natum ex adulterio. Hoc igi͞t argumento Hercules uictus in pugnam indignatus deſcendit. ¶ Per dedecus: per ignominiam ex matris adulterio prouenientem. ¶ Toruo lumine: trucibus oculis, quales iratis: indignatiſq; conueniunt. ¶ Viridem ueſtem: tales enim fluuiorum Diis attribuuntur. Eleganter autem eorum habitum effingit: qui ſe præparant luctę. ¶ Varas manus: inflexas & curuas. nam uari dicuntur, qui crura habent obtorta. Vnde & uarices appellantur uenæ in ſuris inflexæ: uel obtortæ: ut Marcellus tradit. ¶ In ſtatione: in loco ad reſiſtendũ apto. ¶ Modo: nuper. ¶ Magna: ſuperba. ¶ Ille cauis hauſto: luctatores ſua inuicem corpora puluere aſpergebant: quo ſe ualidius comprehendere poſſent. ¶ Hauſto pulue: re: ſuſcepta harena: quæ haphæ uocatur. ¶ Captat: carpere conatur. ¶ Mea grauitas: meũ põdus. ¶ Certi non cedere: qui decreueramus alteri non cedere. Eleganter autem ea omnia deſcribit q̃ a luctatoribus fieri ſolẽt. ¶ Non aliter uidi: hac ſimilitudine oſtẽdit Achelous quanto impetu cum Hercule fuerit cõgreſſus. ¶ Quem maneat: quem expectet. ¶ Sine pfectu: effectu. ¶ Adducta brachia: circunducta, circundata. ¶ Certum eſt mihi: decreui inquit uera confiteri. ¶ Si qua fides: eſt uerbis meis ſubaudiaſ. ¶ Ficta uoce: fictis uerbis. ¶ Preſſus: oppreſſus. ¶ Anhelanti: difficulter reſpiranti. ¶ Et ceruice mea potitur: collum meum caput.

Popularis

Alcmena

Varas

Varices

Herculis luctę cũ Acheloo deſcriptio

¶ Diuerſor

Preſſa genu noſtro eſt:& hatenas ore momordi.
Inferior uirtute,meas diuertor ad artes:
Elaborq; uiro,longum formatus in anguem:
Qui poſtq̃ flexos ſinuaui corpus in orbes:
Cumq; fero moui linguam ſtridore biſulcam:
Riſit,& illudens noſtras Tirynthius artes:
Cunarũm labor eſt angues ſuperare mearum,
Dixit:& ut uincas alios Acheloe dracones:
Pars quota Lernææ ſerpens eris unus Echidnæ.
Vulneribus fœcunda ſuis erat illa:nec ullum
De centum numero caput eſt impune reciſum;
Quin gemino ceruix hærede ualentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis e cæde colubris:
Creſcentemq; malo domui:domitamq; reduxi.
Q,uid fore te credis? falſum qui uerſus in anguẽ
Arma aliena moues? quẽ forma precaria cælat.
Dixerat:& ſummo digitorum uincula collo
Iniicit.angebar ceu guttura forcipe preſſos:
Pollicibuſq; meas pugnabam euellere fauces:
Sic quoq; deuicto,reſtabat tertia tauri
Forma trucis.tauro mutatus membra,rebello.
Induit ille toris a læua parte lacertos:
Admiſumq; trahens ſequitur:depreſſaq; dura
Cornua figit humo,meq; alta ſternit harena.
Nec ſatis hoc fuerat:rigidum fera dextera cornu
Dum tenet,infregit:truncaq; a fronte reuellit.
Naiades hoc pomis:& odoro flore,repletum
Sacrarunt:diueſq; meo bona copia cornu eſt.
Dixerat:& nymphæ ritu ſuccincta Dianæ
Vna miniſtrarum fuſis utrinq; capillis
Inceſſit:totum tulit prædiuite cornu
Autumnum:& menſas felicia poma ſecundas.
Lux ſubit:& primo feriente cacumina Sole
Diſcedũt iuuenes:neq; enim dum flumina pacẽ:
Et placidos habeant:lapſus:totæq; reſidant:
Operiuntur aquæ.uultus Achelous agreſtes:
Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cætera ſoſpes habet,capitis quoq; frõde ſaligna,
Aut ſuperimpoſita cælatur arundine damnum.

RAph. ¶ Diuertor:conuertor. ¶ Meas artes: mihi ingenitas: proprias. ¶ Elaborq; uir:effugio e manibus Herculis uiri fortiſſimi. ¶ Sinauiem: contraxi. ¶ Orbes:ſpiras. ¶ Stridore:ſibilo. ¶ Cunaq; meaq;:meæ infantiæ.nã; cũ in cunis eẽt Hercules duos angues a Iunone immiſſos m anib⁹ ꝑhẽſos ſtrangulauit:unde illũ græci (ut ſcribit Diodorus) ꝙ opa Iunonis gloriam foret adept⁹: Heraclea dixere:hoc eſt Iunonis gloriam:cum an tea Alcæus uocaret.nam ἥρα Iuno:κλέος gloria di citur. ¶ Vt uincas:ut te uincere concedã. ¶ Pars quota:ac ſi diceret mini ma. ¶ Lernęq; Echidnæ:

Acheło⁹ i anguẽ Hydra

hydræ Lernæã; paludẽ infeſtãtis,nam Hercules ſcribit interfeciſſe hydrã centũ capita habentẽ ea uiuacitate,ut uno reciſo duo ꝗprimũ ſubnaſceren tur:eam tandem Hercules domuit igni. Echidna

Echidna

autẽ; latine uipera dicit. ¶ Ramoſam:multa capi ta ueluti ramos habentẽ. ¶ Gemino hærede: duo bus ſucceſſoribus.nã uno capite reciſo,duo renaſce bant. Vnde etiam Exce

excetra

tra a latinis dicta eſt (ut tradit Seruius) ꝙ uno capi

Achelo⁹ i taurũ

te exciſo duo ſuccreſcebãt ¶ Creſcẽtemq; malo do mui:malo enim ſuo creſ ſcere uidebat hydra,cum uno capite reciſo duo ſub naſcerẽtur.Arte aũt eam domuit Hercules:ut ſcri bit Diodorus. Iolao enĩ; mandauerat reciſam cer uicem face accenſa ne eſ flueret ſanguis inureret. ¶ Forma ꝑcaria: aliena, quã prece uideris eſſe cõ

Precarium

ſecutus. Precarium enim dictum (ut tradunt Iuriſ conſulti) ꝙ ꝑcibus alicui utendum conceditur:tan tiſper dum is qui conceſ ſit: repetat. ¶ Pugnabã: contendebã. ¶ Rebello: bellum reſumo. ¶ Induit: inducit. ¶ Trũcaq; a frõte reuellit:hoc eſt reuellen do,cornu truncam effecit frõtẽ. ¶ Diueſq; meo bona copia cornu: Acheloi cornu a Naiadibus repletum uariis fructibus copiæ fer

Copiæ cornu

tilitatis Deæ fuit dicatum. Quod idcirco fingitur,ut pau lo ante diximus:ꝙ Hercules in Calydoniorum grati am fluuium Acheloum in alium curſum diuertens plu rimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præſtitit:Aeto lis autem dono dediſſe illud, ꝙ Amaltheæ cornu uo cant fingitur fructum omnium copia repletum. In quin to autem Faſtorum Ouidius aliam de Amaltheæ cor nu fabulam refert.Nam Amaltheam,quæ Ioui lac præ bebat:alterum e cornibus in arbore fregiſſe ait: Quod qdam nympha ſuſtulit:cinxitq; recẽtibus herbis:Et ple num pomis ad Iouis ora tulit.Ille ubi res cæli tenuit:ſo lioq; paterno Sedit,& in uicto nil Ioue mai⁹ erat, Sydera nutricem, nutri cis fertile cornu Fecit:qđ dñæ nũc quoq; nomẽ ha bet.Diod.uero de copiæ cornu aliã; quoq; narrat hiſtoriam. Hãmonem ſi quidem ſcribit iuxta Ce raunios montes ambulã tem conſpectam uirginẽ nomie Amaltheã forma pulcherrimã adamaſſe,fi liũq; ex ea ſuſcepiſſe, ſpẽ ac robore corpis inſignẽ. Amaltheã uero ꝓpiquæ regioni ꝑfeciſſe cornu bo uis ꝑſiſ,ex quo occiduuq; cornu ſit noĩata.Quæ q̃ dem cũ uineis:aliiſq; fru giferis arboribus conſita foret,ab Amaltheaq; poſ ſideret: Amaltheæ cornu fuit denoiata:unde opti ma quæq; fertiliſſima ter ra copiæ cornu appellari cõſueuit:hoc ẽ κέρας ἀμαλ θείας. ¶ Prædiuite:pleniſ ſimo. ¶ Totũ autumnũ: oẽs autũni fructus. ¶ Se cundas mẽſas: primę mẽ

Primæ & ſecun dæ mẽſæ

ſæ carniũ erant,ſecundæ pomorũ. ¶ Cacumina: mõtiũ uertices & ſummi tates.ſignificat ãt illos pri mo mãe receſſiſſe. ¶ Ope riunt:expectant. ¶ Reſi dant:decreſcãt. ¶ Vultus agreſtes: deturpatos ob cornu a frõte reuulſum. ¶ Decoris: pulchritudi nis. ¶ Fronde ſaligna:ſa licis ramo. ¶ Capitis dã num:cornu ablatum.

Fabulæ ſecundæ noni li bri argumentum.

LAct.

¶ At te Neſſe ferox &c. Poſt hęc uictor Hercules cum Deianiram Neſſo cẽ tauro commiſiſſet:ut eã; Euenum amnem,qui ãte tio Licormas erat nomi natus:tranſueheret: & il le ſpecie captus puellæ flexibus errans quæreret locũ; comprimendi:illa fidem mariti implorante cum ſagi tis eum confixit: qui cum expiraret: ueſtem Deiani ræ cruentauit: indicauitq; remedium fore erga con iugem deſerti amoris; qui tamen cruor in ueneni ceſ ſit partem.

RAph. Neſſi cę des ℂ At te Neſſe ferox: expoſiturus poeta Lichæ miniſtri herculis mutationē in ſaxū, Neſſi centauri cædē, Deianiræq; zelotypiā deſcribit. Nā Hercules Deianira potit⁹, cū uino calefactus Eurynomū pueꝝ Architelis filiū miniſtrātē, paruoq; errore lapſum inter cœnandū pugno ictum occidiſſet inuitus, ex Calydonia dolore pculſus una cū uxore diſceſſit in patriā feſtināſ. Forte aūt euenit ut Euenū fluuiū: q maxime excreuerat: tuto tranſire poſſe nō uideret: nisi Neſſus Centaurus: q ꝑ̄cio uiatores tranſmittebat, ſe Deianiram trāſuecturū pollicitus foret. Eā igit Hercules cū Neſſo cōmiſiſſet, intrepide fluuiū tranauit. At Neſſus puellæ pulchritudine captus cū eā aſportaret: ab Herculę ſagitta hydræ ſanguine incta trāſfix⁹ cū moreret, Deianiræ perſuaſit tunicæ ſuæ uim amatoriā ineſſe: quæ Herculem ab amore aliaꝝ mulieꝝ auocaret, ſi eā indueret. Cū aūt Deianira accepiſſet Herculē amore Ioles Euryti filiæ eſſe captū: tunicam a Neſſo dono datā Lichæ famulo tradidit domino pferendā: eam uero cum ſacrificaturus induiſſet Hercules: maximis cruciatibus affectus: in furorēq; conuerſus Licham ex Cænæo monte ubi Ioui ſacrificabat: in Euboicum mare cōiecit: qui Deoꝝ miſeratione in ſcopulū corpori humano ſimilē fuit cōmutatus. Ipſe uero Hercules arcu ſagittiſq; Philoctetæ traditis: in pyra ſe cōpoſuit: hoieq; depoſito in Deoꝝ ſedes fuit tranſlatus.

Euen⁹ ℱ Euenus: Euenus fluuius eſt Aetoliæ in Corinthiacū ſinum labēs ab Eueno: qui ſe in illū præcipitauit cognominatus, nā antea Lycormas appellabatur. ℱ Sciruſque uadorum: peritus locorum tranſitus præſtantium. ℱ Siſtetur: collocabitur. ℱ Aonius: Thebanus hercules. Aonia enim cum Bœotia eadem eſt. ℱ Pauidam Calydonida: timidā Deianiram Calydoniam. ℱ Ipſum Neſſum. Cētaurus.n.erat. ℱ Miſera: ſtecerat. ℱ Fallere depoſitū: fraudare Herculē depoſito, & Deianira illi cōmiſſa. Depoſitū.n.dr̄ quicqd alicui tradit cuſtodiendū.

Depoſitum ℱ Orbes paterni rotæ Ixionis patris tui, qbus aſſidue apud inferos uertit pp interpellatā de ſtupro Iunonē. ℱ Ope equina: uelocitate eq. Cētauri.n. equinos habent pedes. ℱ Extabat ferrum de pectore aduncū: extra ſtabat. ſignificat autem tergū cū pectore fuiſſe transfixum.

At te Neſſe ferox eiuſdem uirginis ardor
Perdiderat, uolucri traiectum terga ſagitta.
Namq; noua repetēs patrios cū cōiunge muros:
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Vberior ſolito, nimbis hyemalibus auctus:
Vorticibuſq; frequens erat: atq; imperui⁹ amnis.
Intrepidum pro ſe, curam de coniuge agentem:
Neſſus adit: membriſq; ualēs, ſcituſq; uadorum:
Officioque meo ripa ſiſtetur in illa
Hæc ait Alcide. tu uiribus utere nando.
Tradidit Aonius pauidam Calydonida Neſſo:
Pallentemq; metu, fluuiumq;, ipſumq; timētem.
Mox ut erat, pharetraq; grauis, ſpolioque leonis
(Nam clauam, & curuos trans ripā miſerat arc⁹)
Quandoquidem cœpi: ſuperentur flumina dixit.
Nec dubitat: nec qua ſit clementiſſimus amnis
Quærit: & obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamq; tenens ripam miſſos cum tolleret arcus,
Coniugis agnouit uocem: Neſſoque paranti
Fallere depoſitum: quo te fiducia clamat
Vana pedum uiolente rapit: tibi Neſſe biformis
Dicimus: exaudi: nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit: at orbes
Concubitus uetitos, poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies: quamuis ope fidis equina.
Vlnere non pedibus te conſequar. ultima dicta
Re probat: & miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit: extabat ferrum de pectore aduncum:
Quod ſimul euulſū eſt: ſanguis p utrūq; foramē
Emicuit, mixtus Lernæi tabe ueneni.
Excipit hūc Neſſus. neq; enim morie mur inultis
Secum ait. & calido uelamina tincta cruore
Dat munus raptæ, uelut irritamen amoris.
Longa fuit medii mora temporis: actaque magni
Herculis implerant terras: odium quæ nouercæ.

ℱ Quod ſimul euulſum ē: q poſtq̄ fuit extractū. ℱ Per utrūq; foramē: & tergi & pectoris. ℱ Tabe: ſanguine. ℱ Et calido uelamina tincta cruore: ſic quidē Oui. Dio. uero inquit Neſſum moriturū cū iam Deianiram cognouiſſet: pollicitū ei fuiſſe ſe amoris medicamentū traditurum, quo nullā præter ſe mulierem aliā Hercules appeteret. Iuſſit igit ſemine qd̄ ex ſe defluxerat cū oleo & ſanguine e ſagitta fluēte immixto: Herculis tunicā ungere. Quo dato cōſilio cū expiraſſet: illa iſtud Herculeq; qd̄ mādatū erat pegit. ℱ Irritamē: prouocationē: ac ſtimulationem.

Fabulæ tertiæ noni libri argumentum.

LAct. ℂ Lōga fuit medii &c. Eodē tēpore Hercules in inſulā Euboeā Theſſaliæ regnum Euryti traieciſſet Iolē filiā eius dilectā traheret: ꝑ̄ſuſpitior cōiunx Deianira ut audit animū uiri a ſe eē mutatū tunicā ſacrificaturo Ioui Lichæ famulo dedit ei perferendam: qua ille honoratus uota religionēq; pparente ſ induitus cū ad arā acceſſiſſet pſecās extra flāma neſſis ioca lutū & Lerneo ueneno cōtacta hæſit uiſceribus. In maximo itaq; cruciatu cū a corpe ei⁹ euelli nequiret: Lichā ac ibi ſtimis miſeris te ō ptectū a ſe Euboico mari merſitque: in noxiū culpæ Tethys uertit in ſcopulum conchis, muricibuſq; ueſtitum.

RAph. ℂ Lōga merarū gē iteruallū. ℱ Victor ab Oechalia. Hercules (ut ſcri Diod.) ī Oechaliā cōtra Euryti liberos ob Iolem uxorem ſibi denegatā exercitū duxit urbeq; capta Euriti filios Toxeum: Melionē & Pitiū occidit: ac Iolē captiuā ſecū duxit. Ex Euboea uero ī mōtem nomine Cænæum profectus, ut Ioui ſacrificaret. Licham ſeruū ad uxorem Deianiram in Trachinam miſit: ut ſibi ueſtem qua in ſacris uti conſueuerat afferret. Ea cum a Licha de Ioles amore cōperiſſet, cupiens ſe maxime oium aliaꝝ ab Hercule amari, tunicā ex cētauri cōſilio tinxit: quā a Licha ei iſto allatam Hercules idutus ueneni ui paulatim inualeſcēte torqueri maximis doloribus cœpit. Quare Lichā q ueſtē attulerat ī mare iecit: ac dimiſſo exercitu ī Trachinā uenit: morboq; in dies magis inualeſcēte Delphos Licimū ac Iolaum miſit: Apollinem morbi remedia ſciſcitaturos. Interīq Deianirā calamitate Herculis ſtupefacta: cum tanti mali cauſam a ſe profectam ſciret: laqueo uitam finiuit. Apollo autem iuſſit

Herculem

Herculem cum apparatu bellico in Oetam deducta bi/ q; maximam ſtrui pyram:de reliquis Ioui curam fore. Hercules igitur deſperata ſalute,in pyram cum aſcen/ tius qui iam defecerat. ¶ Quid tradat ne. ignorabat.n. Deianira tunicam illã,quã Lychæ tradidit,ueneno fuiſ ſe infectam. ¶ Suos lu. ſuoq; luctuũ cãm. ¶ Inſcius he.

Victor ab Oechalia Cænæo ſacra parabat
Vota Ioui:cum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas,quæ ueris addere falſa
Gaudet:& e minima ſua per mendacia creſcit.
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans:Venerisq; nouæ perterrita fama
Indulſit primo lachrymis,flendoq; dolorem
Diffudit miſeranda ſuum.mox deinde.quid autẽ
Flemus ait?pellex lachrymis lætabitur iſtis.
Quæ quoniam adueniet:pperãdũ,aliqdq; nouãdũ eſt:
Dũ licet:& thalamos nõdũ tenet altera noſtros.
Conquerar an ſileã?repetã Calydona?morerne?
Excedam tectis?an ſic nihil amplius obſtem?
Quid ſi me Meleagre tuam memorẽ eſſe ſororẽ?
Forte paro facinus:quantumq; iniuria poſſit:
Fœmineusq; dolor,uulgata pellice teſtor.
In curſus animus uarios abit.omnibus illis
Prætulit imbutam Neſſæo ſanguine ueſtem
Mittere:quæ uires defecto reddat amori.
Ignaroq; Lichæ quid tradat neſcia:luctus
Ipſa ſuos tradit:blandisq; miſerrima uerbis
Dona det illa uiro,mandat.capit inſcius heros:
Induiturq; humeris Lernææ uirus Echidnæ.
Thura dabat primis,& uerba precãtia flammis
Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras.
Incaluit uis illa mali:reſolutaque flammis
Herculeos abiit late diffuſa per artus.
Dum potuit:ſolita gemitum uirtute repreſſit.
Victa malis poſtquam eſt patientia:repulit aras:
Impleuitq; ſuis nemoroſam uocibus Oeten.
Nec mora letiferam conatur ſcindere ueſtem.
Qua trahitur:trahit illa cutem(fœdũq; relatu)
Aut hæret membris fruſtra tentata reuelli:
Aut laceros artus,& grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor,gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu,ſtridet:coquiturq; ardente ueneno.
Nec mod⁹ eſt:ſorbẽt auidæ præcordia flammæ:
Cæruleusq; fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtiq; ſonant nerui:cæcaq; medullis
Tabe liquefactis.tollens ad ſydera palmas:
Cladibus exclamat Saturnia paſcere noſtris.
Paſcere,& hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto:
Corq; ferum ſatia.uel ſi miſerandus,& hoſti
(Hoſtis enim tibi ſum)diris cruciatibus ægram,
Inuiſamq; animam,natamq; laboribus,aufer.
Mors mihi mun⁹ erit,decet hæc daſ dõa nouercã
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirim domui?ſæuo alimenta parentis

diſſet rogaretq; aſſtantes ut ignẽ ſubiicerent:ſolus Philotectes in gratiam ſagittaꝶ ſibi ab ipſo relictarum pyram ſuccendit:q ſubito fulminibus circũcadentibus exuſta eſt. Oechalia uero Euryti patria in Euboea fuit:quæ ab Hercule fertur deleta nam ſunt etiam a'iæ Oechaliæ:una in Aetolia:alia in Meſſenia,alia i Arcadia:alia in Trachinia. ¶ Cænæo Ioui:Iuppiter Cænæ⁹ a Cænæo pmontorio Euboeæ eſt dict⁹:ubi ab Oechaliæ expugnatione Herculeare uerſus Ioui aram extruxit:principale autem pro deriuatiuo poſuit poeta. ¶ Et e minima:ſic Virgilius.Parua metu primo:mox ſeſe attollit i auras: Ingrediturq; ſolo,& caput inter nubile condit. ¶ Amphitryoniadẽ:herculem,qui Amphitryonis filius putabatur:cum Iouis eſſet. ¶ Ioles ardore:Iole Euryti filia,quã Hylo filio Hercules tradidit uxorem. ¶ Credit amans:quia amans.eſt enim cauſa cur crederet. ¶ Veneris nouæ:noui amoris:nouæ amicę. ¶ Indulſit lachry.multum fleuit. ¶ Diffudit:amplificauit. ¶ Mox deinde:alterum hoꝶ ſupfluum eſſe uidet. ¶ Cõquerar an ſileam:dubia eſt qd facere debeat Deianira. ¶ Moterne:maneãne i ædib⁹ Herculis? ¶ Forte facinus:magnũ factũ:de ulciſcenda nãq; pellice cogitat. ¶ Vulgata pellice:in uetuſto exẽplari iugulata recte legi uidet,& teſter. ¶ In curſus uarios:i diuerſas cogitatiões:ſunt aũt poetæ uerba. ¶ Prætulit mittere:figurata eſt locutio:i ſoluta nãq; oratione diceret:prætulit ut mitteret. ¶ Imbutam ueſtẽ:tunicã infectã,q̃ ẽt ſubucula appellat. ¶ Defecto amo,deficienti ac po

Oechalia
R Aph. Cænæ⁹ Iuppiter
Iole
Querelæ Herculis
Herculis labores

ignarus Hercules ueſtẽ illã ueneno fuiſſe infectã. ¶ Lernææ ui. Ec.i. tunicã ueneno hydrę infectã. ¶ Dũ pot. donec ualuit. ¶ Oeten:Oete mons eſt Theſſalię morte,rogo,& ſepulchro Herculis clar⁹. ¶ Quondam:aliquãdo. ¶ Stridet:feruet. ¶ Lamina cã.ignita. ¶ Ardẽte ueneno:cõburẽte. ¶ Nec mo.i:nec finis dolori imponit. ¶ Sorbent:opprimunt,abſumũt. ¶ Cæruleus ſu.niger. ¶ Ambuſtiq; ſo.ner.cõbuſtiq; ſtridẽt nerui. ¶ Cæca ta.occulta corruptione. ¶ Saturnia paſcere:hac orone Hercules ſe maximo odio Iunoni eſſe oſtendit: eãq; in maximã inuidiã adducit. Eſt aũt anadiploſis eiuſdẽ uerbi maxime indignato conueniens. ¶ Ab alto:a cælo. ¶ Laborib⁹:ad labores. ¶ Decet hæc dare do.no.nam nouercæ ſolent priuignorum mortem optare. ¶ Ergo ego fœ.indignationi ſeruit hæc dictio ergo.Indignaſ.n. Hercules q cum ſæuiſſima domuerit mõſtra:ipſe tñ dira peſte domet. Cõmemorat aũt decem & octo pclara certamina:quę Euryſthei iuſſu confecit. ¶ Buſirim do.Buſiris Neptuni fuit filius ex Libya ſuſceptus:q cum in Aegypto tyrannidem exerceret:hoſpitesq; ad puocandam Nili inundationẽ:inter quos Thraſium:a quo id fueꝶ rat edoctus:imolaret:ab Hercule aris ipoſitus fuit iugulatus. ¶ Sæuo Antæus Libyæ fuit gigas:q oẽs puocabat ad Luctã:uictosq; interficiebat.At Hercules cũ illo congreſſus aiaduertit eũ quotiẽs ſterneret,ualẽtiorẽ ſurgere. Terra.n.cuius erat fili⁹ uires ſubminiſtrabat. Eum igitur Hercules altiꝰ ſublatum emittere ſpũ ſ ritum coegit. ¶ Parentis:terræ matris.

Oete
Buſiris
Antæ⁹

Antæo eripui:nec me Paſtoris Hiberi (uit
Forma triplex:nec forma triplex tua Cerbere mo
Vos ne manus ualidæ preſſiſtis cornua Tauri?
Veſtrũ op⁹ Elis habet:ueſtrũ Stymphalides ũdæ
Partheniũq; nemus:ueſtra uirtute relatus



Thermodontiaco cælatus Baltheus auro:
Pomaq; ab inſomni non cuſtodita Dracone:
Nec mihi Centauri potuere reſiſtere:nec mi

R Aph. Gergyones ¶ Paſtoris Hiberi:Geryonem dicit,q̃ tria habuiſſe corpora dicitur:in ultimaq; Hiſpania regnaſſe, ac armẽtis ab Hercule fuiſſe priuatus. ¶ Vos ne manus:taur⁹ quẽ Tauri Paſiphaes Paſiphae amauit:e Creta i Peloponẽſuz ad Euryſtheũ ab Hercule fuit adductus. ¶ Veſtrũ op⁹ Elis habet: nã Hercules ab expugnatione Troiæ reuerſus in Peloponẽſum:ut ſcribit in qnto Diodo. Euryti Euryti:qui Augeæ regis dux erat:iuxta Cleonas:ubi nũc eſt Herculis tẽplũ:necauit:deinde bello aduerſus illũ moto Augeas occiſoq; Augea rege:atq; urbe ui capta Phileo Augeæ filio regnũ tradidit. Fuerat.n.hic antea a patre pulſus:q̃m arbiter inter eũ & Herculẽ factus, præmiũ Herculi dandũ cenſuiſſet. ¶ Stymphalis Stymphalides ũñ:Stymphalis pal⁹ eſt Arcadiæ:ex qua Eraſinus fluit. Circa eã aues fuerũt ferreas pennas habẽtes:mirãdę magnitudinis:quæ cũ uicinos agros uaſtarẽt:ab Hercule partim ſagittis cõfixæ: ptim maximo tabulæ æreæ ſonitu fuerunt expulſæ. A Stymphalide uero palude in qua natabãt:Stymphalides fuerũt appellatæ. Stymphalides aues Stymphalis uero palus a Stymphalo arcadię urbe:in q̃ erat denominata fuit. Nam(ut Pauſanias ſcribit)in Stymphalo urbe fons ẽ:paludẽ nõ magnã p hyemẽ efficiẽs,ex qua fluuius Stymphalus exit. Sed p æſtatem nihil ſtagnans ab ipſo fonte ſtatim fluuius naſcitur, qui ab hiatu terræ abſorptus,in Argolide mutato noĩe Eraſin⁹ iterum apparet. Nã Eraſinum ipſum p Stymphalo uocãt. Sane Stymphalydes Arabes prius uocabant,q̃d ex Arabiæ deſertis in Arcadiã aduolaſſe ferant. Sed nũc ẽt in Arabia Stymphalides aues appellant,oĩa ex ære & ferro perforantes roſtris:ueſte autẽ cortices detinẽt. ¶ Par heniũq; nemus:Parthenius mons eſt Arcadiæ,a Partheois:hoc eſt a uirginibus illic uenantibus cognominatus:ubi ceruam eximiæ uelocitatis aureis cornib⁹ Hercules cœpit. ¶ Relat⁹ baltheus:Hercules ab Euryſtheo iuſſus,ut aureum cingulũ Hippolytæ Amazonũ reginæ ad ſe afferret:Amazonas ipſas iuxta Thermodõtẽ fluuiũ habitãtes: una cũ Theſeo debellauit: ideq; Thermodon reginæ aureum cingulũ reportauit. ¶ Thermodontiaco auro: Thermodon fluuius eſt Colchorũ:iuxta quem olim Amazones habitarũt. ¶ Pomaq; ab iſomni:poma Aurea heſperidũ poma Heſperidum aiũt cũ eſſent aurea:a puigili dracone cuſtodiebant. Ea quoq; Euryſthei iuſſu:e dracone interfecto:Hercules rapuiſſe fert:ad Euryſtheumq; retuliſſe. M. Varro aurea mala Heſperidum:capras & oues interptatur,q & Diod. in qnto ait. Oues enim ut poma græci μῆλα uocant. Ea uero a peruigili dracone cuſtodita fingũtur:q(ut Pitoius ſcribit)Heſperidum horti cincti fuerunt flexuoſo maris meatu,qui uiſentibus pcul draconis præberet effigiem:ſiue(ut Agroetas ait)q illarũ paſtor ppter feritatem:Dracon fuerit appellatus. Apollonius autem Draconem illum Ladonem appellat:quem Piſander ex terra natũ:Heſiodus uero ex Thyphone ſcribit. Sed Pherecydes in decimo copioſiſſime hanc hiſtoriam narrat,ait enim. Cum Iuno Ioui nupſit,terram iuxta Oceanum aurea mala:hoc eſt arbores aureũ fructum ferentes, emiſiſſe:quas a Dracone Thyphonis & Echidnæ filio centũ capita habẽte:ac uarias uoces emittente cuſtodirent. Nymphas uero Iouis & Themidis filias:habitãtes in ſpelũca iuxta Eridanũ:Herculẽ admonuiſſe: ut ui Nereum cõprehenderet,a quo diſceret:quo in loco poma aurea forẽt. Quod qdez cũ percepiſſet,iter ad illa igreſſus:cũ Tarteſſuz puẽiſſet:i Libyam tranſiit:ubi Antæum Neptuni filiũ iniuria peregrinos illac tranſeuntes afficientem interemit. Inde cuz in Aegyptũ penetraſſet:Buſirĩ Neptũi filiũ:& Iphidamãtẽ ipſi⁹ filiũ:& Chalben præconẽ:& alios miniſtros i ara Iouis:i qua ipi aduẽas necabãt:imolauit. Thebas aũt cuz puẽiſſet:ac per mõtes i exteriorẽ Libyã:multas i deſertis feras ſagittis cõfecit. Cũ aũt Libyam luſtraſſet:ad exterorũ Oceanũ deſcẽdit: & cũ a Sole aureum poculum accepiſſet:in illo tranſiuit in Pergẽ:ac p Oceanum nauigans peruenit ad Prometheum, quez ſupplicantẽ miſeratus aqlam illius cor excedẽtẽ ſagitta confecit. Quo quidem p beneficio Prometheus ipm ad monuit,ne ad aurea poma rapienda abiret:ueꝝ ſe ad Atlantẽ cõferret:ſibiq; illa ipm afferre iuberet:ac p Adãte cælũ tãtiſp ſuſtineret:dũ ipſe ab Heſperidibus aurea poma afferret. Hæc uero Hercules cum audiſſet:ad Atlantẽ perrexit,iuſſitq; ſibi tria poma ab Heſperidum horto afferri. Atlas igit Herculis humeris cuz ipoſuiſſet cælũ:ad Heſperidas pfectus tria poma accepit,q̃ cũ ad Herculẽ attuliſſet,ne cæli on⁹ iteꝝ ſubiret,ait ſe illa ad Euryſtheũ allaturũ. Hercules uero a Prometheo pmonitus:onus ipm dolo Atlãti repoſuit, iubẽs illũ ſuſtineret donec ipſe perã capiti iponeret. Hoc uero Atlas credẽs poma depoſuit in terrã,humeriſq; cælũ ſubiit: Hercules poma ſuſcipiẽs Atlãtẽ ualere iuſſit:ac Myceneas ad Euryſtheũ illa apportauit. ¶ Nec mihi Centauri:Hercules Centauros Theſſaliæ populos: qui ex parte anteriori cẽtauri uiri:ex poſteriori equi uidebant,a Pholo ſuſceptus hoſpitio debellauit. Cum enim Pholus Centaurus uini doliũ olim a Baccho donatum,ea conditione, ut tunc uinum proferret:cum Hercules adeſſet:in honorem Herculis ipſius releuaſſet:forte odore illius uetuſtiſſimi uini propinqui Cẽtauri ebrii effecti in ædes pholi impetum fecerunt:quo perterrefacto:ſolus Hercules non illis modo reſtitit:uerum multos quoque ipſorum interfecit: ut aperte in quinto Bibliotheces uolumine ſcribit Diodorus. ¶ Nec mi Arcadiæ uaſtator aper:ſyneręſis eſt duarum uocalium in unam. Mi enim pro mihi poſitum eſt. Aper Arcadicus Niſi potius Hypermetrum uerſum eſſe dicamus, cum ſequens

Arcadiæ uaſtator aper:nec profuit Hydræ
Creſcere per damnum:geminaſq; reſumere uires,
Quid? eũ Thracis equos humano ſãguie pigues:
Plenaq; corporibus laceris præſepia uidi?
Viſaq; deieci:dominumq;,ipſoſq; peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis.
His Cacus horrendũ Tyberino gurgite mõſtrũ:
Hac cælum ceruice tuli,defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniunx. ego ſum indefeſſus agendo.
Sed noua peſtis adeſt:cui nec uirtute reſiſti,
Nec telis,armiſq; poteſt.pulmonibus errat
Ignis edax imis:perq; omnis paſcitur artus.
At ualet Euryſtheus.& ſunt qui credere poſſint
Eſſe Deos:dixit:perq; altam ſaucius Oeten,
Haud aliter graditur,q̃ ſi uenabula taurus
Corpora fixa gerat:factiq; refugeret auctor.
Sæpe illum gemitus edentem.ſæpe frementem:
Sæpe retentantem totas infringere ueſtes:
Sternentemq; trabes,iraſcentemq; uideres:
Montibus,aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce Licham trepidum,& latitantẽ rupe cauata
Aſpicit:utq; dolor rabiem collegerat omnem,
Tu ne Licha dixit,feralia dona dediſti?
Tu ne meæ necis auctor eris? tremit,pauetq;
Pallidus:& timide uerba excuſantia dicit.
Dicentem,genibuſq; manus adhibere parantem,
Corripit Alcides,& terq;,quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortius undas.
Ille per aerias pendens induruit auras.
Vtq; ferunt imbres gelidis concreſcere uentis:
Inde niues fieri.niuibus quoq; molle rotatis
Aſtringi:& ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum ualidis iactum per inane lacertis:
Exanguemq; metu,nec quicq̃ humoris habẽtem
In rigidos uerſum ſilices prior edidit ætas.
Nũc quoq; euboico ſcopulus breuis eminet alto
Gurgite:& humanæ ſeruat ueſtigia formæ,
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare uerẽtur.



Oui.meta

ſequens incipiat a uocali: quo quidem modo nulla erit ſyneræſis, ſed ultima dictum uocalis abiicietur. Maximus autem aper Arcadiam uaſtãs ab Hercule uiuus ad Euryſtheum fuit allatus: quo uiſo rex timore perculſus in æreo ſe uaſe ſcribit abſcõdiſſe.

RAph. ¶ Nec pfuit hydræ Creſcere per damnum: nam reciſo uno capite, duo renaſcebantur. ⸿ Quid eũ Thracis equos: Diomedes rex Thraciæ, qui hoſpites equis ſuis lacerandos obiiciebat, ab Hercule & uita, & equis ipſis fuit ſpoliatus. Eos uero ad ſe adductos Euryſtheus Iunoni ſacrauit, quorum progenies uſq; ad Alexandrum Macedonẽ durasse fertur. ⸿ Thracis: Diomedis thraciæ regis.

Eq Diomedis

⸿ Moles Nemeæa: Leo Nemeæ ſiluæ, qui cum maximus eſſet, ac neque ferro, neq; ære, neq; lapide uulnerari poſſet (ut ſcribit Diodorus) manibus neceſſario erat occidendus. Is in Nemæa ſilua maxime uerſabatur, iuxta mõtem, quem a caſu Tritonem dixerunt: in cuius radicibus erat ſpelunca, ad quam bellua diuertebat. Hercules igitur cũ ad locum acceſſiſſet refugientem in ſpeluncam inſecutus feram: altero aditus ore obturato, manibus Leonem comprehenſum ſuffocauit detractãq; pellem corpori ſuo munimẽtũ ad futura pericula circũdedit. ⸿ Eliſa: ſuffocata. ⸿ Moles Nemæa: magnitudinẽ leonis Nemæi ſonuit, cuius interempti pelle pro ueſte Hercules utebatur. Nemæa autem ſilua eſt inter Argos & Cleonas clara, non ſolum ob leonem ab Hercule ſuperatum, ſed etiam ob certamen annuum in honorem Archemori inſtitutũ.

Leo Nemæus

Lichas in ſco Pulum

Cacus ⸿ His Cacus: carmine Virgiliano notiſſimus eſt, & Cacus, & eius cædes. ⸿ Tyberino gurgite: iuxta fluuium Tyberim. ⸿ Hac cælum ceruice tuli: Hercules cum ad Atlantem Mauritaniæ regem: qui humeris ſuis cælum fingitur ſuſtinere: perueniſſet ab eo ſuſceptus eſt hoſpitio: rogatuſq;: ut dum ipſe alterum humerum cælo ſubiiceret: tantiſper ipſe oneri ſuccederet: libenter eſt obſecutus. Quod quidẽ idcirco fictum eſt: quod Hercules ab Atlante Mauritaniæ rege: & hoſpitio ſuſceptus fuit: & Aſtrologiam doctus. Nã Atlas cum ſphæram excogitaſſet: cælum ſuis humeris geſtare putatus eſt: ut latius ſcribit Diodorus. ⸿ At ualet Euryſtheus: hic fuit Stheneli Mycenarum regis filius: qui impellente Iunone Herculem uaria pericula adire iuſſit: hæc autem cum maxima iactantur indignatione: ac ſi diceret Hercules. Ego qui uirtute mea uniuerſum terrarum orbem mõſtris purgaui, tantis cõficior cruciatibus: Euryſtheus uero omniũ iniquiſſimus: nullaq; uirtute præditus bene habet. Nam (ut ſcribit Diodorus) Euryſtheus habens Argis regnum, nota Herculis fama ad pficienda certamina acceſſit: ꝛ uenientem iuſſit Iuppiter Euryſtheo obtemperare. Is uero Delphos adiens cõſulto ſuper his Apollinis oraculo reſponſum accepit: a Diis mandatum eſſe: ut Euryſthei iuſſu duodecim certamina perficeret: quibus confectis immortalitate potiretur. ⸿ Et ſunt indignationi hæc loco ſeruit illa & copula. ⸿ Auctor facti: auctor uulnerum: qui uenabulis taurum cõfixit. ⸿ Feralia dona: peſtifera. ⸿ Genibuſq; manus adhibere parantem: hoc eſt ſupplicare parantem. Nam genua miſericordiæ idcirco dicata dicuntur: quod ea ſupplicantes tãgere conſueuerunt. ⸿ Tormento fortius ualidius: q̃ machina bellica. eſt autem tormentum inſtrumentum bellicum.

Euryſtheus

Genua miſericordiæ dicata

Tormẽtum

a torquendis ſaxis, hoc eſt cum impetu mittendis, appellatum. ¶ In Euboicas undas: in mare Euboicum. Nam Cenæū pmontoriū ubi Hercules ſacrificaturus peſte correptus eſt, imminet Euboico mari. ¶ Induruit: durus eſt factus. nam in ſcopulum fuit conuerſus. ¶ Vtq; ferunt imbres: ut ſcribit in Meteoris Ariſtoteles: niues ac grandines frigidioribus uentis ex aqua generantur. ¶ Molle rotatis: molliter in tortidum coactis. ¶ Cōcreſcere: ſimul creſcere: & in unum cogi. ¶ Spiſſa grandine: in dēſam grādinem. ¶ Gurgite: mari. per tapinoſin.

Fabulæ quartę uoti libri argumentum.

LAct. ¶ Appellantq; Lichan, at tu Iouis inclyta proles &c. Theſſaliæ monte pręſtructo rogo ac ſagittis traditis Philoctetæ Pœātis filio, q eius pyrā ſtruuxerat flammis exuſtus ē ita ut imortale ius a Ioue cælo reciperet: & aliquādo placata Iunone filiæ eiuſdem nomine Hebe iungeretur. Deianira autem re audita ipſa ſe interfecit.

RAph. ¶ At tu Iouis inclyta proles: Herculis Metamorphoſin in Deuꝫ exponit poeta. ¶ Sagittas iteruꝫ uiſuras: primum quideꝫ ſagittæ Herculis Troiana regna uidere, cum ipſe una cum Telamone, & Argonautis Troiam expugnauit: deinde cum ob Helenæ raptuꝫ duce Agamemnone fuit deleta. Nam cum oraculum accepiſſent Græci ſine ſagittis Herculis Troiam capi nō poſſe, miſſus eſt Vlyxes: qui Philocteteꝫ una cum ſagittis illis ad exercitum Græcoruꝫ adduceret: ſed uulnere ſagittæ, ꝗ in pedem ceciderit impedit⁹ Philoctetes in Lemno diu ſubſtitit. Tādem uero a Græcis rogantibus ad exercituꝫ illum Troiam obſidētem ſagittas Herculis apportauit. ¶ Ferre: habere. ¶ Pœante ſatum: Philoctetem Pœantis filium. ¶ Agger: lignorum ſtrues. quamuis agger proprie terræ accumulatio dicatur. ¶ Summamq; congeriē

Hercu/les in Deum

Agger

Appellantq; Lichan. at tu Iouis inclyta proles
Arboribus cæſis: quas ardua geſſerat Oete,
Inq; pyram ſtructis, arcum, pharetramq; capacē,
Regnaq; uiſuras iterum Troiana ſagittas
Ferre iubes Pœante ſatum, quo flāma miniſtro
Sibdita: dumq; auidis cōprēditur ignibus agger:
Congeriem ſiluæ Nemæo uellere ſummam
Sternis: & impoſita clauæ ceruice recumbis:
Haud alio uultu, ꝗ ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamq; ualens, & in omne latus diffuſa ſonabat;
Securoſq; artus, contemptoremq; petebat
Flamma ſuum. timuere Dei pro uindice terræ.
Quos ita (ſenſit enim) læto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur. noſtra ē, timor iſte, uoluptas
O ſuperi, totoq; libens mihi pectore grator:
Quod memoris populi dicor, rectorq;, paterq;:
Et mea progenies ueſtro quoq; tuta fauore eſt:
Nam ꝗꝗ ipſius datis hoc immanibus actis:
Obligor ipſe tamen, ſed enim ne pectora uano,
Fida metu paueant: Oetæas ſpernite flammas:
Omnia qui uicit, uincet quos cernitis ignes:
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet. æternum eſt a me quod traxit: & expers,
Atq; immune necis: nullaq; domabile flamma.
Idq; ego defunctum terra, cæleſtibus oris
Accipiam: cunctiſq; meum lætabile factum
Diis fore confido. ſiquis tamen Hercule: ſiquis
Forte Deo doliturus erit: data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet: inuituſq; probabit.
Aſſenſere Dei. coniunx quoq; regia uiſa eſt
Cætera non duro: duro tamen ultima uultu
Dicta tuliſſe Iouis: ſeq; indoluiſſe notatam.
Interea quodcunq; fuit populabile flammæ,
Mulciber abſtulerat. nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies: nec quicq̄ ab Imagine ductum
Matris habet: tantumq; Iouis ueſtigia ſeruat.
Vtq; nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet: ſquammaq; nitere recenti:
Sic ubi mortales Tirynthius exuit artus
Parte ſui meliore uiget: maiorq; uideri
Cœpit: & auguſta fieri grauitate uerendus.
Quē pater oīpotēs inter caua nubila raptum
Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.

ſiluæ: hoc eſt ſummitatem pyræ. ¶ Nemæo uellere: pelle Nemæi leonis. ¶ Iamque ualens: uehemens: ualida & magna. ¶ Securoſq; artus: membra quæ ſecura, ac ſi ne ulla erant cura. ¶ Pro uindice: pro ſalute uindicis, ac liberatoris terræ tot⁹. ¶ Grator: gratulor. ¶ Quod memoris populi: hoc eſt grati. Ille enim eſt gratus, qui beneficiorum eſt memor. memor ¶ Et mea progenies: q d intelligatur. Lætatur enim Iuppiter, ꝙ Dii ſint ſolliciti de Herculis filii ſui ſalute. ¶ Immanibus actis: maximis ipſius geſtis: ¶ Obligor ipſe tamen: ego tamen me uobis debere fateor. ¶ Materna parte: ex parte corporis, quod a matre ſumpſit. ¶ Defunctum terra: liberatum a terra. ¶ Cæleſtibus oris: in cælum. Nam (ut refert Diodorus) poſt exuſtū Herculis rogum accedente Iolao, ut oſſa colligeret, cum nullum prorſus repertum foret, crediderunt Herculem ſecūdum oraculum in Deos tranſlatum, illique ut heroi ſacra quædam fecerunt. Athenienſes autem Gręcorum primi Herculem ut Deum ſacrificiis coluerunt, ſuæq; pietatis erga illum præbentes reliquis exemplum: uniuerſam primum Græciā, deinde cæteras gētes ad ei⁹ cultuꝫ conuertere. ¶ Lætabile: lætum: gratum, ac iucundum. ¶ Siquis tamen Hercule: ſiquis Iunonem taxat Iuppiter ĝ ſemper Herculem odio fuerat proſecuta. ¶ Sed meruiſſe dari ſciet: hoc ē intelliget meruiſſe Herculem ut ipſi præmia darent cæleſtia, atq; in numerum Deorum reciperet. ¶ Populabile: corruptibile. ¶ Mulciber: Vulcanus, ignis. ¶ Iouis ueſtigia: ſimilitudinē Iouis. Nā ut Iuppiter De⁹ ē eſfectus Hercules. ¶ Parte ſui me. animi imortalitate. ¶ Auguſta graui. ſacra ac diuina. Nam auguſtū dicit augurio cōſecratū. ¶ Quadriiugo curru: triumphali. Innuit enim Herculē cū maxima gloria triumphātum more in cælum fuiſſe ſublatum.

Mulci/ber

Augu/ſtum

Fabulæ

Fabulæ quintæ noni libri argumentum.

LAct. ℂ Senſit &c. Alcmena cum ex Ioue Herculē conceptū propter Iunonē parere non poſſet:implorata ab ea parturibus præſidens Lucina:quā qdā Ilithyā interpretant: ad fores reginæ uenit:& cum in terra reſidēs nexis manibus caneret:q Iunonis uoluntate ptu laborātes retardatet. galāthis pministra conſpexit:& prouidētia dolum ridēs emētita eſt Alcmenā ptu ſolutā. At illa iprudēs reſolutis manibus Alcmenā cruciatu liberauit:cuius aſtutiam grauiſſima pœna eſt pſecuta. Nāq eā in muſtellę figurā cōuertit:ita ut ore quo mentita eſt, pareret.

RAph. ℂ Sēſit Atlas pon. Herculis in cælū recepti. Eſt aūt emphaſis, qua inuit Herculis magnitudo. ⁋ Sthenelei⁹ Eury. Sthenelei fili⁹. Ad id uero alludit poeta q i.y. ſcri. Dio. Cū n. Euryſthe⁹ cognouiſſet Hyllū Herculis filium, ac quoſdam e fratribus uiros euaſiſſe, ueritus ne ſi oēs ad eā puenilſēt ętatē, Mycenarū imperio ſe priuarēt:Geyci Trachinæ regi:ad quē poſt patris mortem confugerant:bellū idixit, niſi Herculis & Lacymni filios, & Iolaum, ac oēs Arcades, qui cum Hercule militaſſent, expelleret. Ipſi uero Euryſthei uiribus impares:ſponte Trachinā relinquētes:Ab Athenienſibus adiuti, ducib⁹ Iolao, Theſeo, Hylloq cōſtitutis:Euryſthei exercitum profligarūt: ipſeq Euryſtheus curru fugiēs ab Hyllo fuit iterfectus. Eury/ſthei cæ/des ⁋ In prolē:ſi eſſet ſoluta oratio inplē diceret. i. cōtra plem. Nam odio proſequebat Hyllum, & reliquos herculis filios. Hęc autē a poeta referūtur, ut facilius connectat cū ſuperioribus Galāthidis miniſtræ Alcmenæ mutationē in muſtellā. Nam Ilithya in uetu/lam



Senſit Atlas pondus. neq adhuc Stheneleius iras
Soluerat Euryſtheus, odiumq in prole paternū
Exercebat atrox. at longis anxia curis
Argolis Alcmene queſtus ubi ponat aniles:
Cui referat nati teſtatos orbe labores:
Cuiue ſuos caſus, Iolen habet. Herculis illam
Imperio, thalamoq, animoq receperat Hyllus:
Impleratq uterum generoſo ſemine:cum ſic
Incipit Alcmene. faueant tibi numina ſaltem:
Corripiantq moras tunc, cum matura, uocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyam,
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Nanq laboriferi cum iam natalis adeſſet
Herculis:& decimum premeretur ſydere ſignū,
Tendebat grauitas uterum mihi:quodq ferebā
Tantum erat:ut poſſes auctorem dicere tanti
Ponderis eſſe Iouem:nec iam tolerare labores
Vlterius poteram:quin nunc quoq frigid⁹ art⁹,
Dū loquor:horror hēt:pſq ē meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus
Feſſa malis:tendenſq ad cælum brachia:magno
Lucinam ad nexos partus clamore uocabam.
Illa quidem uenit. ſed præcorrupta:meumq,
Quæ donare caput Iunoni uellet iniquæ.
Vtq meos audit gemitus:ſubſedit in illa
Ante fores ara: dextroq eſt poplite leuum

Alcmena cum parere nō poſſet: Lucinam Deam, quæ parientibus præeſſe dicitur, inuocauit:ac ea quidem uenit Iunonis iuſſu partum impeditura. Cum igit in uetulæ figuram conuerſa ante ianuaſ Alcmenæ ita ſederet: ut manuum digitis cācellatim iſſertis genua teneret:forte Galanthis miniſtra ſuſpicata eā illo geſtu domię:quominus pareret:eſſe ipedimento:falſo ei nūciauit Alcmenā partu ſolutā. Quod cum Dea accepiſſet:ſurrexit:ſtatimq Alcmena Herculē peperit. Cæterū Dea idignata ſe a Galāthide illuſam, ꝗprimū illā in muſtellā ea conditiōe ↄuertit, ut pareret ore quo fuerat emētita. ⁋ Atrox: crudelis, q ui meritos Herculis filios perſeqbat. ⁋ Argolis Alc. Argolica:q poſt mortē Herculis Thebas pfecta:illicq mortua diuinos meruit honores. ⁋ Queſtus aniles: querimonias uetulæ ↄuenietes. ⁋ Teſtatos la. celebrata atque cōfeſſa certamina. ⁋ Hyllus:herculis ex Deianira fuit fili⁹. ⁋ Matura:partui propinqua. ⁋ Corripiantq mo. abbreuiēt atq auferāt. ⁋ Ilithyā: Ilithya Dea eſt:quæ parietib⁹ præeſſe dicitur: quā noſtri Lucinā appellant, q in lucē naſcētes producat. Hāc filiā Iunonis fuiſſe Diod. ait:cui & Cui. aſtipulari uidet. Alii eandem eſſe cū ipſa Iunone contendūt. Ilithyia uero dicta eſt:q a parturientibus uocata ad leuandos dolores ueniat. ⁋ Quam mi. dif. aduerſam. ⁋ Iunonis gra:potentia Iunonis, q tātum gratia apud Ilithyam ualuit: ut quæ mihi adeſſe debebat obfuerit. Iouem nanq appropinquante partus tēpore Diis præſentib⁹ dixiſſe ferūt puerū:qui ea die naſceret:ſe regē eē facturū. Quibus uerbis cōmota Iuno Lucinā filiā iuſſit cōprimere Alcmenę partū, ac Euryſtheū ante tēps in lucē educere. Iuppiter uero licet ↄſilio fruſtrat⁹:qd ꝓdixerat tū ratū:& herculis famā clarā eſſe nolēs dixiſſe Iunoni fert, ſe qdē pmittere Euryſtheū:ut pdixerat:regē eſſe:Herculēq ei ſubiici uelle:duodecimq certamina ab illo pfici:q Euryſtheus mādaſſet:qb⁹ cōſumatis fieret immortalis. ⁋ Laboriferi:duri ac laborū patiētis. ⁋ Et deci. ſig. hoc eſt cū iā decimus ageret mēſis. Duodecim enim ſunt zodiaci ſigna, quibus duodecim mēſes diſtinguntur. ⁋ Sydere: Sole κατ᾽ ἐξοχήν. ⁋ Grauitas:pondus. ⁋ Tendebat:diſtendebat. ⁋ Horror:tremor. ⁋ Nexos per. impeditos, q ſolui non poterāt. ⁋ Sed præcorrupta a Iunone corrupta. ⁋ Meū ca. meā uitā. ⁋ Iunoni iniquæ: inimicæ. ⁋ Dextroq eſt po. le. Preſſa genu:ſynecdoche poetica. Tali autem geſtu impediri partus etiā Plinius in Naturali hiſtoria ſcribit. his qdē uerbis. Aſſidere gra/

Muſtel/las ore/parere

Hyllus

uidis:uel cum remedium alicui adhibeat digitis pectinatim inter ſe amplexis ueneficiū ē:idq̧ cōpertū tradunt Alcmena Herculem pariente:pedes ſi circa unum amboue genua. Item poplites alternis genibus īponi. Ideo q̧ hæc in conſiliis ducū poteſtatuq̧ ue fieri ueture maiores, uelut omnē actum impedientia: uetuere uero ēt ſacris:uotiſue ſimili modo itereſſe.

RAph. ℭ Pectine:pectinatīq̧:ac cancellatim iunctis digitis. ⸿ Suſtinuit:remorata eſt, retardauit. ⸿ Tenuerunt:retinuerunt. ⸿ Carmina:īcātationes.

Niti ⸿ Nitor:enitor ut pariā. Proprie autem niti parientes dicunt. ⸿ Vana cōuicia:nihil pfutura. ⸿ Verba queror:figurate dictū eſt. Verbis enim q̄ri, conquerīq̧ eſt i uſu. ⸿ Cadmeides:Thebanę. ⸿ Di


Galanthis in muſtelā uam:Ilithyam. ⸿ Gratare:gratulare: ⸿ Leuata eſt:ſoluta eſt partu & liberata. ⸿ Potiturq̧ puerpera uoto:adepta eſt id

Puerpa quod cupiebat. Peperit nāq̧ ut optabat. Puerpera autem dicitur quæ nuperrime peperit. ⸿ Pauefacta:ſtupefacta. ⸿ Diua potēs uteri: pīphraſis eſt Ilithyæ. ⸿ Vinclis remiſſis:digitis, q̧ pectinatim iūcti mihi ut uincula erāt īpedimento, reſolutis. ⸿ Arcuit:uetuit e terra ſurgere Galāthida: cū uellet. ⸿ Strenuitas:agilitas. ⸿ Vt & antequam admodū etiā ante cū puella eſſet. ⸿ Frequentat: celebrat. Nā muſtellæ ſere in domibus uerſanſ.

Fabulæ ſextæ noni libri argumentum.

LAct. ℭ Dixit & admonuit ueteris &c. Dryope Euryti filia ſoror Ioles Andræmonis cōiunx, quam ante dilexerat Apollo: cum ad lacum ſacratum nymphis dona ferēs ueniſſet: & ex arbore Loto ramū decerpſiſſet: quo patruū filium nomine Amphiſon, quem ſecuȝ tulerat: oblectaret:in quam Lo

Preſſa genu:digitiſq̧ inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus:tacita q uoq̧ carmina uoce
Dixit:& incœptos tenuerunt carmina partus.
Nitor:& ingrato facio conuicia demens
Vana Ioui:cupioq̧ mori:moturaq̧ duros
Verba queror ſilices:matres Cadmeides adſunt:
Votaq̧ ſuſcipiunt:exhortanturq̧ dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis
Flaua comas,aderat faciendis ſtrenua iuſſis.
Officiis dilecta ſuis.ea ſenſit iniqua
Neſcio quid Iunone geri:dumq̧ exit,& intrat
Sæpe fores:Diuam reſidentem uidit in ara:
Brachiaq̧ in genibus digitis connixa tenentem.
Et quæcunq̧ es ait:dominæ gratare.leuata eſt
Argolis Alcmene:potiturq̧ puerpera uoto.
Exiluit,iunctaſq̧ manus pauefacta,remiſit
Diua potens uteri.uinclis leuor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.
Ridentem:prenſamq̧ ipſis Dea ſæua capillis
Traxit:& e terra corpus releuare uolentem
Arcuit:inq̧ pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet:nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diuerſa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit:noſtraſq̧ domos,ut & āte frequentat.



Dixit:& admonitu ueteris commota miniſtræ
Ingemuit:quam ſic nurus eſt affata loquentem,
Te tamen o genitrix aliena a ſanguine ueſtro
Rapta mouet facies:equid ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam?q̄q̄ lachrymæq̧,dolorq̧
Impediunt:prohibentq̧ loqui.fuit unica matri
(Me pater ex alia genuit)notiſſima forma
Oechalidum Dryope:quam uirginitate carentē,
Vimq̧ Dei paſſam Delphos,Delonq̧ tenentis
Excipit Andræmon:& habetur coniuge felix.
Eſt lacus accliuis deuexo margine,formam
Littoris efficiens,ſummum myrteta coronant.

tum fugiens Priapū erat transfigurata: quia ſacræ arboris extiterat uiolatrix trūco hæſit infixa. Inter quę dum caſum ſororis Iole refert Alcmenæ: Iolaus Herculis & Hebes filius in antiquaȝ pueritiā trāſfuſus uidetur. Sic enīȝ Iunonis filia rogante cōiugi promiſerat.

ℭ Admonitu:recordatiōe. ⸿ Quam ſic nurus: Iole Hylli Herculis filii uxor. ⸿ Rapta:erepta: ablata. ⸿ Facies:figura. ⸿ Quid:dices, facie ſue ſubaudiaſ. ⸿ Mira fata: miranda infortunia. RAph.

⸿ Quāquam lachrymæ q̄:cum hæc narraret Iole more mulieruȝ lachrymas emitteba. Elegāter autem poeta ſeruat decorum mulieris infortunio ſororis magno dolore affectæ. ⸿ Me pater ex alia genuit:hac parentheſi exponit Iole cur Dryope unica matri filia fuerit. ⸿ Notiſſima forma Oechalidum: Dryope Euryti filia:q̄ pulchritudine Apollinem in ſuos amplexus pellexit, cū ex Andræmone uiro ſuo filium peperiſſet:ad lacū quēdā, ut coronas nymphis dicaret, pueriq̧ ubi cum ex Loto arbore florentes ramos, quos puero daret, decerpſiſſet: ecce guttas ſanguinis ex arbore ſtillātes aſpexit:quare territa cū refugere uellet, in arborem ſenſit ſe transfigurari. ⸿ Oechalidū:Oechaliæ uirginum. Eſt autem patronymica forma p patria uſus poeta. ⸿ Dei tenentis Delō: periphraſis eſt Apollinis q & Delphos & Delō in poteſtate ſua hēt. ⸿ Summum:ſummitatem marginis. ⸿ Myrteta: myrtꝰ eſt arbor Veneri dicata: unde myrtetū locus myrtis conſitus dicitur.

Dryope Myrꝰ Myrtetum

ℭ Huiq pro

RAph. ¶ Huc pro illuc. Aduerbium enim præſentis loci pro aduerbio abſentis eſt poſitum. ¶ Tyrios: purpureos. ¶ Fati: mortis. Hæc autem lachrymans Iole commemorabat. ¶ Morabar: retinebam. ¶ Genitorq;: Eurytus.

Venerat huc Dryope fatorum neſcia. quoq;
Indignere magis: nymphis latura coronas:
Inq; ſinu puerum, qui nõdum impleuerat annũ:
Dulce ferebat onus: tepidiq; ope lactis alebat,
Haud procul a ſtagno Tyrios imitata colores,
In ſpem baccarum florebat aquatica Lotos.
Carſperat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret flores: & idem factura uidebar.
(Namq; aderam) uidi guttas e flore cruentas
Decidere: & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet ut referunt tardi nunc deniq; agreſtes.
Lotos in hanc nymphe fugiens obſcœna Priapi
Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.
Neſcierat ſoror hoc: quæ cum perterrita retro
Iret: & oratis uellet diſcedere nymphis:
Hæſerunt radice pedes. conuellere pugnat.
Necquicquã, niſi ſumma mouet. ſuccreſcit ab imo:
Totaq; paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt uidit: conata manu laniare capillos:
Frõde manũ impleuit, frondes caput oẽ tegebant.
At puer Amphiſus (namq; hoc auus Euryt⁹ illi
Addiderat nomen) materna rigeſcere ſenſit
Vbera. nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis: opemq;
Non poteram tibi ferre ſoror: quantumq; ualebã
Creſcentem truncum: ramoſq; ãplexa, morabar.
Et fateor, uolui ſub eodem cortice condi.
Ecce uir Andræmõ. genitorq; miſerrimus, adſũt
Et quærunt Dryopen, Dryopen quærentibus illis
Oſtendi Loton: tepido dant oſcula ligno.
Affuſiq; ſuæ radicibus arboris hærent:
Nil, niſi iam factẽ, quod nõ foret arbor, habebat
Chara ſoror. lachrymæ miſero de corpore factis
Irrorant foliis: & dum licet: oraq; præſtant
Vocis iter: tales effundit in aera queſtus.
Si qua fides miſeris, hoc me per numina iuro
Non meruiſſe nefas: patior ſine crimine pœnam:
Viximus innocuæ. ſi mentior: arida perdam,
Quas habeo frondes: & cæſa ſecuribus, urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis:
Et date nutrici, noſtraq; ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat: noſtraq; ſub arbore ludat.
Cumq; loqui poterit: matrem facitote ſalutet:
Et triſtis dicat: latet hoc in ſtipite mater:
Stagna tamẽ timeat: nec carpat ab arbore flores:
Et frutices omnes corpus putet eſſe Dearum.
Chare uale coniunx: & tu germana, paterq;.
Qui ſi qua eſt pietas, ab acutæ uulnere falcis:
A pecoris morſu, frondes defendite noſtras.

¶ In ſpem baccarũ: nam
baccæ ex floribus naſcũ
Baccæ tur. Sunt autem baccę ar
borum fructus minutio
res, qui ſparſim oriũtur
ut lauri, oliuę: a quorum
ſimilitudine uniões quo
que baccæ dicunt. Vnde
baccatũ baccatum dicim⁹ Baccis
& margaritis ornatum.
Virgili⁹. Colloq; monile
baccatum. ¶ Aquatica
Lotos: iuxta aquas naſ
cẽs. Fuit aũt Lotos nym
pha, quam cum inſeque
Lotos ĩ ret Priapus, ut eam com
arborẽ primeret, miſeratiõe deo
rum in arborem ſui nomi
nis conuerſa eſt, q̃(ut ſcri
bit Herodotus) baccas
fert dactylis ſuauiores:
dryope ex quibus uiuunt, uinũ
ĩ arborẽ que etiam conficiunt po
Loto puli Libyæ: qui inde Lo
phagi tophagi uocant. ¶ Tar
Tard⁹ di agreſtes: ſeri, ut qui id
ante amiſſam ſororẽ nõ
admonuerũt. alias tardi
tardo ingenio præditi di
cuntur. ¶ Nũc deniq; e:
nunc tandem poſt factã
ſororis iacturam. ¶ Ob
ſcœna Priapi: inguina
Priapuſ Priapi. priapus aũt Bac
chi & Veneris filius fuit:
qui ob eximiam fœcun
ditatẽ hortorũ Deus fuit
exiſtimatus. Frequenter
autem ꝓ pudendis uiro
rum ponitur Priapus.
Nam ut in quinto ſcribit
Diodorus, cum priſci in
guina uirorum occultius
nominare uellent, Pria
pum dicebant. ¶ Iret: ire
uellet, neq; enim ire pote
rat. ¶ Oratis: placatis
nymphis. ¶ Pugnat: niti
tur, conatur. ¶ Niſi ſum
ma: niſi partes ſuperio
res. Pedes enim iam in ra
dices fuerant conuerſi.
¶ Lentus cortex: flexibi
lis. ¶ Addiderat nomẽ:
parentheſis eſt. Indide
rat autem tectius legere
Indere tur: hoc eſt impoſuerat.
Nam indi nomina ꝓprie
dicunt. ¶ Rigeſcere: rigi
da ac dura fieri. ¶ Ducẽ
tem: trahentem, ſugentẽ
ubera. ¶ Lacte⁹ humor:
periphraſis eſt lactis.

¶ Tepido ligno: adhuc
tepido, ut in quod paulo
ante Dryope fuerat trãſ
mutata. ¶ Affuſique: p
ſtrati. ¶ Suæ arboris: in
quam & filia, & uxor ſua
fuerat conuerſa. ¶ Cha
ra ſoror: apoſtrophe qua
Iole ſignificat ſe caſu ſo
roris uehemẽter dolere.
¶ Irrorant: roris modo
ſtilant in folia: ¶ Dum
licet: donec põt. ¶ Que
ſtus: querelas. ¶ Hoc ne
fas: hoc ſupplicium. pro
eo q ſequitur, id quod
antecedit, poſitum ẽ. Ne
fas namq; & ſcelus præ
cedit ſequitur ſuppliciũ.
¶ Sine crimine: ſine cul
pa. ¶ Innocuæ: innocen
tes. ¶ Demite: deripite,
detrahite. ¶ Hoc in ſtipi
te: in hoc trunco. ¶ Et
frutices omnes: arbuſcu
las omnes. Eſt enim fru Frutex
tex medius inter arbo
res & herbas: nam neque
ad arboris magnitudi
nem peruenit, neque per
hyemem, ut herba are
ſcit. ¶ Dearum: nym
pharum.

RAph. Liber ¶ Incumberet: inclinare. ¶ Mollis liber cortex, unde & libri ſunt dicti: q in libris, hoc eſt arborũ corticibus anti qui ſcribebant. ¶ Simul eſſe: mulier ſubaudiatur. Nam arbor eſſe non deſierat.

Fabulæ ſeptimæ noni libri argumentum.

LAct. ¶ Dũq; refert Ioue factũ mirabile: dũq; &c. Iolaus ſu pradictus ceſſit Iunonẽ.

Et quoniam mihi fas ad uos incumbere non eſt:
Erigite huc artus: & ad oſcula noſtra uenite:
Dum tangi poſſum: parumq; attollite natum.
Plura loqui nequeo. nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit: ſummoq; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus. ſine munere ueſtro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui: ſimul eſſe, diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum mirabile: dumq;
Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene: flet & ipſa tamen: comſpecuit omnem
Res noua triſtitiam: nam limine conſtitit alto
Pene puer: dubiaq; regens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe
Victa uiri precibus: quæ cum iurare pararet
Dona tributuram poſt hunc ſe talia, nulli:
Non eſt paſſa Themis. nam iã diſcordia Thebæ
Bella mouent dixit: Capaneuſq; niſi ab Ioue uinci
Haud poterit: fientq; pares in uulnera fratres
Subductaq; ſuos manes tellure, uidebit
Viuus adhuc uates: ultuſq; parente, parentem

RAph. ¶ Eurytidos: Ioles Euryti filiæ. ¶ Nã ſim. cõſt. al. Iolaus (ut ſcribit Solinus) Iphicli Herculis fratris fuit filius: qui cum ad decrepitã peruẽiſſet ætatem, Herculis precib⁹ ab Hebe iuuenili ætati fuit reſtitutus. ¶ Dubia lanugine: quæ uix uidebatur ob tenuitatem. Eſt enim lanugo barba: quæ prima ab adoleſcentibus emitti conſueuit.

Lanugo

Fabulæ octauæ libri noni argumẽtum.

LAct. Iolaus ſenex iuuenẽ ¶ Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe &c. Callirhoe Acheloi amnis filia Alcmæonis cõiunx: q materno ſanguine aſperſus in Acarnaniam ſe contulerat: ut expiaretur, cõiugiũ initiens duabus filios edidit. Qui cum per fallaciam a Phegeo, cui⁹ ante filiã habuerat, eſſet occaſus: petit a Ioue liberis ſuis, ut ultores patris eſſent animos adiiceret. Ergo ut cõſequi poſſẽt: Dei uolũtate ex pueritia in adoleſcẽtes factũ eſt ut cederẽt.

RAph. Hebe ¶ Iunonia Hebe: Iunonis filia: q; Herculi in cœlũ trãſlato nupſit. Nam ferũt Iouem Iunoni perſuaſiſſe, ut Herculem ſe fingeret genuiſſe, matriſq; erga eum deinceps beneuolẽtiam oſtẽderet. Cum igit Iuno lectũ aſcẽdiſſet ſumptum iuxta corpus Herculem p ueſtes inferius in terram demiſit uerum partũ imitata, ſicut ẽt nũc in filiorum adoptione obſeruant Barbari. Iunonis igit opera poſt hunc partum Hebe Herculi nupſit. ¶ Viri: mariti Herculis. nam Hercules in numerum Deorum relat⁹, uel Iunone conſentiente Heben duxit uxorem. ¶ Talia dona: ut quemq; iuuenili ætati reſtituat. ¶ Themis:

themis

Dea eſt iuſtitiæ Themis, & diuinandi, & religiõis: q̃ nihil ſceleris impunitum eſſe permittit. ¶ Nam ui diſcordia. Thebę bella mouẽt: Amphiaraus Oiclei filius uates clariſſimus: cum ſe a bello Thebano non reuerſurum prædiſſet: a Polynice nullis precibus adduci poterat: ut illi intereſſet. Quare Polynices aureũ illud monile a Venere Hermiõe dono datum: Eripylæ Amphiarai uxori, quo belli ſocietatẽ uiro pſuaderet: largitus eſt. Cum uero eo tpe Amphiaraus: Adraſtuſq; de regno diſſentirẽt: ad Eripyles Amphiarai uxoris: Adraſtiq; ſororis iudiciũ oĩum diſſenſionũ detulerũt. Illa uero p Amphiarao ſniam tulit, ſed ut belli Thebis inferendi ſocios: adiutorq; eſſet. Cæterum Amphiaraus exiſtimãs ſe ab uxore pditum: Alcmæoni filio mãdauit: ut poſt ſuum obitũ Eripylen necaret. Dum uero Amphiaraus: quo die pri

Amphiaraus

mũ Thebas pugnaturus cũ curru & eqs terræ hiatu fuiſſet abſorptus: Alcmæon mãdati paterni memor matre iterfecit: quo gdẽ facinore in inſaniã uerſus: ac furiis agitatus ad Phegeũ Alpheſibœæ patrẽ cupiẽs purgari cõfugit. Alpheſibœę uero cũ monile maternũ dono dediſſet cũ uxore duxit: ad Acheloum deinde pfectus ei⁹ filiam Callirhoẽ adamauit: ita q̃ cũ monile illud eſt lagiturus ad Alpheſibœam rediit: ad diruptum monile repetitur⁹. Cæterum a Themone & Axiõe Alpheſibœæ fratrib⁹ fuit iterfect⁹. Quos poſtea Alpheſibœa ipſa: ut maritũ ulciſcere, interemit: id quod aperte ſcribit Propert⁹: cũ inquit. Alpheſibœa ſuos ulta eſt p coniuge fratres Sãguinis & chari uincula rupit amor. Callirhoe ãt Alcmæonis uxor Iouẽ rogauit: ut filios adhuc impuberes iuuenes efficeret, quo de patre ultiõem ſuſcipere poſſent: q cum Iuppiter cõceſſiſſet, repẽte e pueris uiri effecti fuerunt. ¶ Diſcordia bella: epithetõ belli ẽ ppriũ. Belliũ ãt Thebanum ab Eteocle & Polynice fratribus ſuſceptũ: uel carmine Papinii notiſſimũ eſt. Nã (ut ſcribit Diod.) Eteocles ac Polynices Oedipi filii, cũ ad uirilem peruẽiſſent ætatẽ cognouiſſentq; Laium priorem Iocaſtæ matris maritũ ab Oedipo filio ab Apollinis oraculo reuertentem interfectum: ac Iocaſtã matrem ab Oedipo filio uxorẽ ductam, ſeq; ex tam funeſtis ortos nuptiis: ut eius eſſent filii: cuius fratres quoque merito uocarent: Oedipum quidem ipſum domo egredi pp̃ter dedecus non permiſerunt. Regnum uero inter ſe eo fœdere diuiſerunt: ut alternis annis imperarent. Primuſq; imperii annus Eteocli natu maiori cederet. Cæterum exacto anno: cum regnum repoſcenti fratri nõ traderet: Polynices ad Adraſtum regem confugiens: cuius filiam nomine Argiam cum uxorem accepiſſet: tandem a ſocero undiq; contractis auxiliis inſtructus ad oppugnandas Thebas cum ſex aliis ducibus Adraſto: Tydeo: Amphiarao: Capaneo: Hippomedonte, & Parthenopæo pfectus eſt. ¶ Capaneuſq; niſi ab Io. uin. Capaneus unus fuit ex ſeptẽ ducibus, q Thebas obſederũt: q cum Deorũ cõtemptor eſſet, ſcaliſq; Thebas oppugnare primus oĩum cœpiſſet, tãta mole lapidũ a Thebanis obrutus eſt, (ut ſcribit Vegetius) ut fulminibus a Ioue ſingaf eſſe ictus. ¶ Fientque pa. in uul. fra. Eteocles & Polynices Oedipi filii: pp̃ter quos bellũ illud Thebanũ fuerat ſuſceptũ, mutuis uulneribus cõciderũt. ¶ Subducta tel. ſubtracta terra. Nã hiatu terræ abſorptus ẽ Amphiaraus. ¶ Vltus erit ulciſceret. Nã Amphiaraus ſe ab uxore pditũ cognoſcẽs Alcmæoni filio mãdauit: ut poſt obitũ ſuũ Eripylẽ perimeret: q̃d q̃dẽ cũ execut⁹ eẽt: facti cõſcia i inſaniã cõuerſus ẽ.

Bellum thebanum

Capaneus

¶ Natus:

Natus,erit facto pius,& ſceleratus eodem:
Attonituſq; malis,ex ul mentiſq;,domuſq;,
Vultibus Eumenidũ, matriſq; agitabitur ũbris:
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurum:
Cognatumq; latus Phegeius hauſerit enſis.
Tum demũ magno petet hoc Acheloia ſupplex
Ab Ioue Callirhoe:natis infantibus annos
Addat:neue necem ſinat eſſe ultoris inultam.
Iuppiter his motus,priuignæ dona,nuruſq;:
Præcipiet, facietq; uiros impubibus annis.
Hæc ubi faticano uenturi præſcia dixit
Ore Themis:uano ſuperi ſermone fremebant.
Et cur non aliis eadem dare dona liceret,
Murmur erat:queritur ueteres Pallantias annos
Coniugis eſſe ſui:queritur caneſcere mitem
Iaſiona Ceres.repetitum Mulciber æuum
poſcit Erichthonio:Venerem quoq; cura futuri
Tangit:& Anchiſæ renouare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat Deus omnis habet:creſcitq; fauore
Turbida ſeditio:donec ſua Iuppiter ora
Soluit:& noſtri qua reuerentia,dixit,
Quo ruitis?tantumne aliquis ſibi poſſe uidet,
Fata quoq; ut ſuperet?fatis Iolaus,in annos,
Quos egit:rediit.fatis iuueneſcere debent
Callirhoe geniti:non ambitione,nec armis.
Vos etiam,quoq; ut hoc animo meliore feratis:
Me quoq; fata regunt:quæ ſi mutare ualerem:
Nec noſtrum ſeri curuarent Aeacon anni:
Perpetuũq; æui florem Rhadamanthus haberet
Cum Minoe meo:qui propter amara ſenectæ
Pondera deſpicitur:nec quo pri⁹, ordine regnat.
Dicta Iouis mouere Deos:nec ſuſtinet ullus:
Cum uideat feſſos Rhadamãthũ,& Aeacõ,ãnis:
Et Minoa queri:qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipſo quoq; nomine gentes,
Tunc erat inualidus:Deionideq; iuuentæ
Robore Miletum, Phœboq; parente,ſuperbum
Pertimuit:credenſq; ſuis inſurgere regnis,

RAph. ¶ Natus filius Amphiarai Alcmæon,q pſem ulciſcẽdo pius,occidẽdo uero matrẽ impi⁹ fuiſſe iudicat. ¶ Exul/ mẽ.demẽs atq; furioſus. ¶ Domuſq;:nam domo fugiẽs in Acarnaniam peruenit:ut parricidiũ expiaret. ¶ Do/ nec eum con. Callirhoe Acheloi filia. ¶ Fatale au.monil le pciofum:qd qui habebat infortuniis uexabatur.Id aũt Alcmæon ablatũ ma tri iã Alpheſibœæ tradi

Phege⁹ derat. ¶ Phegeius enſis: Phegei filiorũ a qb⁹ Alc/ mæon fuit interemptus. ¶ Hauſerit:apuerit,uul nerauerit. ¶ Tũ de.tũdẽ poſt interfectũ maritum. ¶ Acheloia ſup.callirhoe Acheloi filia Alcmæõis uxor. ¶ Vltoris:Alcmæo nis,q patrẽ fuerat ultus. ¶ Dona pri.nu. Hebes q̃ & priuigna.& nur⁹ Io ui erat.Nam Iunõis filia fuit ſine patre,& Hercu/ lis Iouis filii uxor. ¶ Præ cipiet:ante capiet. ¶ Im/ pubibus annis:puerilib⁹

Fabulæ nonæ noni libri argumentum.

LActa. ¶ Hæc ubi &c. Miletus ex inſula Creta i Aſiã pfe ctus ibi urbẽ ſui nois cõ ſtituit:huc ex Mæãdri fi lia byblis & Caunus: ex his byblis cũ frẽm corpo rali amore potiuſquam pio:patrioq; amore dili/ geret. Nec ueſanũ cupidi tatis cõpeſceret:atq; p li/ teras deteſtãdũ amorẽ i/ dicaſſiſſet:furiali ueſania

Deos fa tis obno xios eẽ. ipſe inſtitutus patriã pro fugit. Quẽ illa dum ueſti giis perſequitur multas p mẽſam gẽtes:nouiſſime i Cariã uenit:ubiq; aſſiduo mœrore:& fletu fatiga/ ta cũ cõcidiſſet: nympha rũ Lelegidũ miſericordia exprĩtes lachrymæ i fon tẽ cõuerſæ ſunt:q domi/ nae nomine eſſet iſignis.

RAph ¶ Hæc ubi faticano:By blidos in fontem ſui nois Metamorphoſin deſcri/ pturus poeta:nõnulla p̃/ mittit,qbus eam cõmodi us cum ſuperiore conne ctat. ¶ Faticano:fata canenti. ¶ Eadem donarẽt iuue/ nes fierent. ¶ Pallantias:Aurora Pallantis gigantis fi/ lia. ¶ Sui coniu. Tithoni,qui ſenio tandem in cicadam fuit conuerſus. ¶ Iaſiona flaua Ceres:ſic quidem fere hactenus corrupte lectum eſt: quod perquam miran/ dum eſt cum Iaſona & quadriſyllabum ſit, & primam corripiat ſyllabam:quod ſane haud imperiti quidã ani maduertentes Aeſona putarunt eſſe legendum:quo q/ dem modo nulla uis rationi carminis affert:ſed cum ne/ mo priſcorum ſcribat Aeſonem a Cerere fuiſſe amatum cenſuerim Iaſiona:q actũs in quq; ſyllabas excurrit:ita eſſe legendũ:ut illud epitheton flaua penitus eradatur, Huic aũt lectioni nõ uetuſtiſſima ſolũ exẽplaria: ſed hi ſtoriæ quoq; aſſipulanẽ. Tradũt.n. Iaſiũ:q & Iaſiõ dr, Iouis ex Electra filiũ adeo a Cerere fuiſſe amatũ:ut in

Iaſus eius gratiam ad nuptias Hermiones ipſius Iaſii ſororis maximam frumẽ ti ac panis copiam attule rit,ac ex eo Plutum pepe rit:qui cultum uitæ inſti/ tuere,pecuniaſq; coacer uare,ac in uſus cuſtodire oium primus docuit:cũ antea parua congregan/ dæ:ſeruãdæq; pecuniæ fuiſſet cura. Hæc i.vi.bi/ bliotecæ lib.ne qs me fin xiſſe putet:a Dio. ſcribũ/

Erich/ thonius tur. ¶ Poſcit Erichthõio: Erichthoni⁹(ut diximꝰ) ex Vulcani ſemine in ter rã a Pallade ipm ſpernẽ te pedibus dececto nat⁹ eſt. ¶ Et Anchiſæ an. An chiſen a Venere amatũ, Aeneãq; ex ea ſuſceptũ carmine Virg.nou⁹ eſt q̃ hoc loco ſit exponendũ. ¶ Cui ſtudeat:faueat. ¶ Quo rui. qd ſine ulla rõne affectatis. Oĩa autẽ fatis gubernari Iuppiter cõcludit. ¶ Vos et: ordo eſt:Fata regunt et uos & me quoq;,ut hoc aio me/ liore feratis. ¶ Nec nſuꝫ curuarẽt Aeacõ:hoc ẽ in curuũ ſenectute redde/ rent. Tres aũt filios ſuos iuſtitia iſignes Aeacon, Rhadamãthũ,& Minoẽ Diis cõmemorat Iuppi/ ter,q oẽs iã cõſenuerant: neq; p fata iuueneſcere poterãt. ¶ Nec ſuſti.ulꝰ q̃ri:nec ullus audet conq̃ ri. ¶ Terruerat magnas gen.nam Minois impiũ late patebat. ¶ Tũc erat inua:cum ea Iuppiter di xit. ¶ Deionideq; iuuẽ

Milet⁹ tæ Robore Miletum: Mi letus Solis fuit filius, ac Paſiphaes Minois uxo/ ris frater:qui cum Minoen iam ſenio cõfectũ regno pri uare pararet,a Ioue deterritus in Aſiã ſponte aufugit, ubi & urbẽ condidit:quam de noie ſuo Miletũ appella uit:& Cyanẽ nympham Mæãdri fluuii filiã cõpreſſit: ex q̃ Caunũ & Byblida liberos ſuſcepit:ſed byblis cũ ado leuiſſet ita frẽs amore ardere cœpit,ut epiſtola quoque eũ in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. Cæterũ Caunꝰ nefãdã ſororis libidinẽ deteſtat⁹ ex pãa aufugit: byblis uero iſecuta,cũ iã & Cariã & Lyciã & Lelegas pagraſſꝫ

Cui,meta. O iiii

labore ac lachrymis confecta, nympharum miſeratione in fontem ſui nominis fuit commutata. ⁋ Deionidem: Deionei forſitan filium, ut uulgus putabat. Nam Apollinis fuiſſe filium poeta teſtat: tameſi nuſquã legia Deioneo ſpm ducere originem, ꝓterq̃ꝗ Ouid. id innuere uideturac uariæ q̃dẽ ſunt de Mileto priſcorum opiniones. Alii nãq; Euxanti ex Micone nati filium fuiſſe aſſerũt: alii Apollinis ex Aræa Cleochi filia: q̃bus aſtipulatur Ariſtocritus ſcribẽs Aræam Cleochi fuiſſe filiã: ex qua & Apolline genituz eſſe infantez: qui in Milica herbam fuerit expoſitus. Suſceptum autem a Cleocho fuiſſe & a Milace Miletum nominatum. Forſitan autem Cleocidez legendum eſt: non Deionidem, ut eſt in exemplaribus ſcriptum: ſed cuz ad uirilem perueniſſet ętatẽ Miletus, a Minoe q̃ odio haberetur: ſeceſſiſſe primum in Samum: ubi etiam locus eſt ab illo Miletus cognominatus. Deinde cum in Cariam trãſiſſet: urbem ædificaſſe: atq; a ſuo nomine Miletũ appellaſſe. Alii autẽ ſcribunt a Sarpedone Iouis filio Miletũ ædificatã, & ab ea: q̃ eſt in Creta nominatam. Ipſam uero primuz Pityuſam: ſiue Aſteriã: deinde Anactoriã: poſtea Miletũ fuiſſe uocatã. ⁋ Arcere patris penatibus: ex Creta ac imperio ſuo expellere. ⁋ Aegæas metiris aquas: Aegæum mare tranſis. ⁋ In aſide terra: in aſia terra. Patronymicum enim ꝓ poſitiuo poſitũ eſt. ⁋ Mœnia cõſtituis: Oui. q̃dẽ ſentit Miletũ urbem a Mileto Solis filio & cõditã & appellatam. Strabo aũt ex Ephori ſnia ſcribit duas eſſe Miletos: ueterẽ & nouã: ac ueterẽ q̃dẽ a Cretẽſib⁹ Sarpedone duce ędificatã: Miletũq; cognominatam a Mileto: q̃ eſt in Creta: cum prius Leleges eũ locũ tenerẽt. Nouã uero poſtea a Neleo cõditã fuiſſe iuxta mare: quatuorq; eã portus habere. ⁋ Filia Mæandri:

a.
Miletuſ
Mileti cõditor
Byblidis amores
RAph.
Mileti dux
Mæander

Haud tamen eſt patris arcere penatibus auſus.
Sponte fugis Milete tua: celeriq; carina
Aegæas metiris aquas: & in Aſide terra
Mœnia conſtituis, poſitoris habentia nomen.
Hic tibi, dum ſequitur patriæ curuamina ripæ
Filia Mæandri toties redeuntis eodem
Cognita Cyanee præſtanti corpore nympha
Byblida cum Cauno prolem eſt enixa gemellã.
Byblis in exemplo eſt: ut ament conceſſa puellæ.
Byblis Apollinei correpta cupidine fratris.
Non ſoror, ut fratrem: nec qua debebat, amauit.
Illa quidem primo, nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat: quod ſæpius oſcula iungat:
Quod ſua fraterno circundet brachia collo:
Mendaciq; diu pietatis fallitur umbra.
Paulatim declinat amor: uiſuraq; fratrem
Culta uenit: nimiumq; cupit formoſa uideri.
Et ſi qua eſt illic formoſior: inuidet illi.
Sed nondum manifeſta ſibi eſt: nullumq; ſub illo
Igne facit uotum. uerum tamen æſtuat intus.
Iam dominũ appellat: iã nomina ſanguinis odit.
Byblida iam mauult: q̃ ſe uocet ille ſororem.
Spes tamen obſcœnas animo demittere non eſt
Auſa ſuo uigilans: placida reſoluta quiete
Sæpe uidet, q̃ amat. uiſa eſt quoq; iũgere fratri
Corpus: & erubuit: quamuis ſopita iacebat.
Somnus abit, ſilet illa diu: repetitq; quietis
Ipſa ſuæ ſpeciem: dubiaq; ita mente profatur.
Me miſeram. tacitæ quid uult ſibi noctis imago?
Quam nolim, rata ſit. cur hæc ego ſomnia uidi?
Ille quidem eſt oculis, quamuis formoſus iniqs.
Et placet: & poſſit: ſi non ſit frater, amari.
Et me dignus erat. uerum nocet eſſe ſororem.
Dummodo tale nihil uigilans committere tẽtẽ:
Sæpe licet ſimili redeat ſub imagine ſomnus.
Teſtis abeſt ſomno. nec abeſt imitata uoluptas.
Proh Venus, & tenera uolucer cũ matre Cupido
Gaudia quanta tuli? quam me manifeſta libido
Contigit? ut iacui totis reſoluta medullis?
Vt meminiſſe iuuat? q̃uis breuis illa uoluptas:
Noxq; fuit præceps: & cœptis inuida noſtris.
O ego, ſi liceat mutato nomine iungi:
Quam bene Caune tuo poteram nur⁹ eſſe parẽti.
Quã bene Caune meo poteras gener eſſe parẽti.
Omnia Dii facerent: eſſent communia nobis,
Præter auos: tu me uellem generoſior eſſes.
Neſcio quam facies igitur pulcherrime matrem:

Mæander fluuius eſt Phrygiæ a deo flexuoſus: ut in ſeipſum redire uideat. ⁋ Cognita Cyanee: duæ nymphæ hoc nomine a poetis donant. Altera Sicula Proſerpinæ ſocia: altera Mæandri filia. ⁋ Eſt enixa: peperit. ⁋ Byblida cum Cauno: Byblis & Byble a quibuſdaʒ uocat: unde Byblus Phœnice: urbs omnium antiquiſſima: q̃ a Saturno ædificata perhibet. ⁋ Apollinei fra. formoſi, atq; Apollini ſimilis: ſiue ab Apolline origi nem ducentis. ⁋ Nec qua debebat: quatenus. ⁋ Mendaci umbra: fallaci ſpecie. ⁋ Paulatim declinat amor: inclinat in nefandam libidinem. ⁋ Sed nondum eſt manifeſta tibi: nõdũ inquit ſe amore captam eſſe intelligit. ⁋ Iam dominum appellat: ut enim amicæ uocant dominæ: ſic amatores domini appellãtur. ⁋ Iam no. ſan. odit: fratrem & ſororem. ⁋ Demittere: immittere: concipere. ⁋ Spes obſcœnas: coeundi cum fratre. ⁋ Placida reſoluta quiete: dormiens. Placida. n. quies ſomnus eſt. ⁋ Viſa eſt quoq; iungere fratri Corp⁹: nox ẽ byblis dormiens libiẽ uiſa coire cũ fratre: q̃d q̃d amãtib⁹ tere uiu uenire ſolet. ⁋ Silet illa diu: ſtupebat. n. noua illa uoluptate, quam ſenſerat. ⁋ Repetit: in mentem reuocat. ⁋ Speciem ſuæ q̃etis: imaginem ſui ſomni. ⁋ Me miſeram: eleganter uirginis amore captę cogitatioes: fluctuatioleq; affect⁹ effingit poeta. ⁋ Tacitæ no.: in qua oia tacet animalia. ⁋ Quamuis iniquis: q̃tumuis inimicis. Magna eſt autem pulchritudo, q̃ ab inimicis quoq; approbetur. ⁋ Imitata: ſimulata, imaginata. ⁋ Proh Venus: hac exclamatione byblis ſe maximã illo inſomnio ſenſiſſe uoluptatez aperte oſtendit. ⁋ Teneta: delicata. ⁋ Vt q̃. ⁋ Præceps: breuis ac uelociter fugiens. ⁋ Mutato nomine: ſororis ſubaudiatur.

Cianes duæ
Byblis
Byblus
Vt

⁋ Het

Hei mihi:quæ male:ſũ quos tu,ſortita parẽtes,
Nil niſi frater eris quod obeſt:id habebim⁹ unũ.
Quid mihi ſignificant ergo mea uiſa?quod autẽ
Somnia põdus habẽt?an habẽt & ſomnia põd⁹?
Dii melius:Dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic Saturnus Opim iunctam ſibi ſanguine duxit:
Oceanus Tethyn:Iunonem rector Olympi.
Sunt ſuperis ſua iura.quid ad cæleſtia,ritus
Exigere humanos,diuerſaq; fœdera tento?
Aut noſtro uetitus de corde fugabitur ardor:
Aut hoc ſi nequeo:peream precor ipſa:toroq;
Mortua componar:poſitæq; det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum.
Finge placere mihi:ſcelus eſſe uidebitur illi.
At non Aeolidæ thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui?cur hæc exempla paraui?
Quo feror?obſcœnæ pcul hic diſcedite flammæ.
Nec niſi qua fas eſt:germanæ frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore:
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego,quæ fueram non reiectura petentem,
Ipſa petam?poteris ne loqui?poteris ne fateri?
Coget amor,potero.uel ſi pudor ora tenebit:
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet.hæc dubiam uincit ſententia mẽtẽ.
In latus erigitur:cubitoq; innixa ſiniſtro
Viderit.inſanos(inquit)fateamur amores.
Hei mihi quo labor?quẽ mẽs mea cõcipit ignẽ?
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum:uacuam tenet altera cærã.
Incipit:& dubitat,ſcribit:damnatq; tabellas.
Et notat:& delet:mutat:culpatq;,probatq;.
Inq; uicem ſumptas ponit:poſitaſq; reſumit.
Quid uelit ignorat:quicquid factura uidetur,
Diſplicet.in uultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat:uiſum eſt delere ſororem:
Verbaq; correptis incidere talia ceris.
Quam,niſi tu dederis,non eſt habitura ſalutem,
Hãc tibi mittit amãs,pudet ah,pudet edere nomẽ
Et ſi quid cupiam:quæris,ſine nomine,uellem
Poſſet agi mea cauſa,meo.nec cognita Byblis
Ante forem:q̃ ſpes uotorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index
Et color,& macies,& uultus,& humida ſæpe
Lumina:nec cauſa ſuſpiria mota patenti:
Et crebri amplexus:& quæ,ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamẽ:quamuis animi graue uulnus habebã,
Quamuis intus erat furor igneus:omnia feci:
(Sunt mihi Dii teſtes)ut tandem ſanior eſſem.

RAph. ¶ Hei mihi:cruciatur Byblis,quod Caunus ſibi tantũ frater,non etiam maritus ſit futurus. ¶ Mea uiſa:mea inſomnia. ¶ Dii melius:habent,faciuntq; q̃ homines,qui ſorores proprias uxores ducũt. ¶ Sic Saturnus Opim:

Opis — Opis filia fuit Cæli:quæ Saturno fratri nupta multos filios peperit. ¶ Iunctam ſibi ſanguine:conſanguineã & ſororem. ¶ Oceanus Tethyn:

Tethys — Tethys Cæli & Veſtæ filia Oceano fratri nupſit:eique maximã nympharũ multitudinẽ peperit. ¶ Sunt ſuperis ſua iura:alia inquit iura dii:alia homines habent. ¶ Ad cæleſtia:ad cæleſtium exemplum. ¶ Ritus humanos:hominum mores. ¶ Diuerſaq; fœdera:ad exẽplum diuerſorum fœderum & legũ. alia nãq; ſunt fœdera hominum:alia Deorũ. ¶ Vetitus ardor:prohibitus,ac nefandus amor. ¶ Arbitrium:uoluntatem,pſentiã.

Macarei & canaces amores — ¶ At non Aeolidæ:Macareus Aeoli filius cũ Canace ſorore cõcubuit:ex eaq; filium ſuſcepit:q cũ a nutrice domo efferret,ſeipſum uagitu pdidit. Quare idignat⁹ Aeolus gladium filiæ miſit,quo p meritis uteret,Macareus uero aufugit. Ad eleuãdum aũt ſcelus byblis plurali numero utit,cũ Macareus ſolus ex Aeolidis cum ſorore coiuerit.

Sed — ¶ Vnde ſed hos noui?anaſtrophe eſt:ſed.n.cõiunctio primum in oratione locum obtinet:ſeipſam autem reprehendit

Byblidos Epiſtola — Byblis,quod nefandi amoris exempla ſibi uenerunt in mẽtem. ¶ Obſcœnæ flammæ:turpes amores. ¶ Qua fas eſt:quatenus licet atq; honeſtum eſt. ¶ Indulgere:obſeq.

Ergo — ¶ Ergo ego:affectũ oſtẽdit hoc loco ergo. ¶ Non reiectura:nõ repulſura. Diſtrahitur autẽ byblis in uarias cogitationes:hinc ab amore:illinc a pudore. ¶ Coget amor potero:ſi coniunctio ſubaudienda eſt:Si coget amor. Sic Iuuenalis:Græculus eſuriens in cælũ iuſſeris ibit. ¶ Viderit:Caunus uiderit qd ſit acturus. Cæterum nos ei noſtros amores aperiam⁹. ¶ Hei mihi quo labor?ſic & amore & pudore uexatur byblis,ut quid agat eligere neſciat. ¶ Ignem:ardorem,furorem. ¶ Meditata:excogitata. ¶ Dextra tenet ferrum:ſtylũ ferreum,quo in tabulis etiam num ſcribitur. Geſtũ autem ſcribentis in tabellis exprimit. ¶ Vacuam ceram:in qua nihil erat ſcriptum. ¶ Et dubitat:puellæ amore exæſtuãtis exprimit leuitatem:atque infirmitatẽ. ¶ Sumptas:tabellas. ¶ Placuit delere ſororem:nã ſoror nomen eſt ſanguinis,eo q fratrem ſuæ turpitudinis ipſaz admonere putauit. ¶ Incidere:inſcribere. ¶ Correptis:celeriter raptis. ¶ Quãm,niſi tu dederis:in hac ſcribẽda epiſtola ita perſonam puellæ fratrem & amantis & uerẽtis ſuſcepit poeta:ut optime ſeruet decorum. Eſt autem adeo facilis,ut & a uirgine ſcripta eẽ,& nulla expoſitione indigere uideatur. ¶ Amãs:puella amor capta. ¶ Et ſi quid cupiam quæris:uellem inquit poſſe petere ſine nomine meo id qđ opto:ſi forte quæris qd cupiam. ¶ Votorum:cupiditatis. ¶ Læſi pectoris:animi amore capti. ¶ Et color:pallid⁹. ¶ Et uultus mœſtus. ¶ Sororia:ſorori conuenientia.

Sororia — Hoc enim ſororium ſignificat,nec unquam ſubſtãtiuum inuenitur ſororius pro ſororis marito:ut uulgus imperitorum putat. ¶ Ipſa tamen quamuis:ſe inuitam quidem,ſed coactam amori ſuccubuiſſe ait.

RAph. Neſſi cę des ¶ At te Neſſe ferox &c. expoſiturus poeta Lichæ miniſtri herculis mutationẽ in ſaxũ, Neſſi centauri cædẽ, Deianiræq; zelotypiã deſcribit. Nã Hercules Deianira potit⁹, cũ uino calefactus Eurynomũ puerũ Architeli filiũ miniſtrãtẽ, paruoq; errore lapſum inter cœnandũ pugno ictum occidiſſet inuitus, ex Calydone dolore pculſus una cũ uxore diſceſſit in patriã feſtinãs. Forte autẽ euenit ut Euenũ fluuiũq; maxime excreuerat: iuto tranſire poſſe nõ uideretur niſi Neſſus Centaurusq; pro uiatores tranſmittebat, ſe Deianiram trãſuectũq; pollicitus foret. Eã igit Hercules cũ Neſſo cõmiſiſſet, intrepide fluuiũ tranauit. At Neſſus puellæ pulchritudine captus cũ eã aſportaret: ab Herculẽ ſagitta hydræ ſanguine tincta trãſfix⁹ cũ moreret, Deianiræ perſuaſit tunicæ ſuæ uim amatoriã ineſſe: quæ Herculem ab amore aliaꝝ mulieꝝ auocaret, ſi eã indueret. Cũ autẽ Deianira accepiſſet Herculẽ amore Ioles Euryti filiæ eſſe captũ: tunicam a Neſſo dono datã Lichæ famulo tradidit domino pferendã: eam uero cum ſacrificaturus induiſſet Hercules: maximis cruciatibus affectus: in furoreq; conuerſus: Licham ex Cenæo monte ubi Ioui ſacrificabat: in Euboicum mare cõiecit: qui Deoꝝ miſeratione in ſcopulũ corpori humano ſimilẽ fuit cõmutatus. Ipſe uero Hercules arcu ſagittiſq; Philoctetæ traditis: in pyra ſe cõpoſuit: hoiq; depoſito in Deoꝝ ſedes fuit tranſlatus.

Neſſi cę des

Euen⁹ ¶ Eueni. Euenus fluuius eſt Aetoliæ in Corinthiacũ ſinum labẽs ab Eueno: qui ſe in illũ pręcipitauit cognominatus, nã antea Lycormas appellabatur. ¶ Scituſque uadorum: peritus locorum tranſitus præſtantium. ¶ Siſtetur: collocabitur. ¶ Aonius: Thebanus hercules. Aonia enim cum Bœotia eadem eſt. ¶ Pauidam Calydonida: timidã Deianiram Calydoniam. ¶ Ipſũ: Neſſum. Cẽtaurus.n.erat. ¶ Miſerat: iecerat. ¶ Fallere

Depoſitum depoſitũ: fraudare Herculẽ depoſito, & Deianira illi cõmiſſa. Depoſitũ.n.dr̃ quicqd alicui tradit̃ cuſtodiendũ. ¶ Orbes paterni: rotæ Ixionis patris tui, qbus aſſidue apud inferos uertit̃ pp interpellatã de ſtupro Iunonẽ. ¶ Ope equi: uelocitate eq. Cẽtauri.n. equinos habent pedes. ¶ Extabat ferrum de pectore aduncũ: extra ſtabat. ſignificat autem tergũ cũ pectore fuiſſe tranſfixum.

At te Neſſe ferox eiuſdem uirginis ardor
Perdiderat, uolucri traiectum terga ſagitta.
Namq; noua repetẽs patrios cũ cõiunge muros:
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad undas.
Vberior ſolito, nimbis hyemalibus auctus:
Verticibuſq; frequens erat: atq; imperui⁹ amnis.
Intrepidum pro ſe, curam de coniuge agẽtem:
Neſſus adit: membriſq; ualẽs, ſcituſq; uadorum:
Officioque meo ripa ſiſtetur in illa
Hæc ait Alcide. tu uiribus utere nando.
Tradidit Aonius pauidam Calydonida Neſſo:
Pallentemq; metu, fluuiumq;, ipſumq; timẽtem.
Mox ut erat, pharetraq; grauis, ſpolioque leonis
(Nam clauam, & curuos trans ripã miſerat arc⁹)
Quandoquidem cœpi: ſuperentur flumina dixit.
Nec dubitat: nec qua ſit clementiſſimus amnis
Quærit: & obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamq; tenens ripam miſſos cum tolleret arcus,
Coniugis agnouit uocem: Neſſoque paranti
Fallere depoſitum: quo te fiducia clamat
Vana pedum uiolente rapit: tibi Neſſe biformis
Dicimus: exaudi: nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit: at orbes
Concubitus uetitos, poterant inhibere paterni.
Haud tamen effugies: quamuis ope fidis equina.
Vlnere non pedibus te conſequar. ultima dicta
Re probat: & miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit: extabat ferrum de pectore aduncum:
Quod ſimul euulſum eſt: ſanguis p utrũq; foramẽ
Emicuit, mixtus Lernæi tabe ueneni.
Excipit hũc Neſſus, neq; enim moriemur inulti:
Secum ait. & calido uelamina tincta cruore
Dat munus raptæ, uelut iritamen amoris.
Longa fuit medii mora temporis: actaque magni
Herculis implerant terras: odium quæ nouercæ.

¶ Quod ſimul euulſum eſt: q poſtq̃ fuit extractũ. ¶ Per utrũq; foramẽ: & tergi & pectoris. ¶ Tabe: ſanguine. ¶ Et calido uelamina tincta cruore: ſic quidẽ Oui. Dio. uero inquit Neſſum moriturũ cũ iam Deianiram cognouiſſet: pollicitũ ei fuiſſe ſe amoris medicamentũ traditurum, quo nullã præter ſe mulierem aliã Hercules appeteret. Iuſſit igit ſemine qd ex ſe defluxerat cũ oleo & ſanguine e ſagitta fluẽte mixto: Herculis tunicã ungere. Quo dato cõſilio cũ expirasſet: illa iſto Hercule: qd mãdatũ erat pegit. ¶ Iritamẽ: puocationẽ: ac ſtimulationem. Fabulæ tertiæ noni libri argumentum.

LAci. ¶ Lõga fuit medii &c. Eodẽ tẽpore Hercules in inſulã Eubœã Theſſaliæ regnum Euryti traiecisset Iolẽ filiã eius dilectã traheret i pſidẽ pſtor cõiunx Deianira ut audit animũ uitia ſe eẽ mutatũ tunicã ſacrificaturo Ioui Lichæ famulo dedit ei perferendam qua ille honoratus nota religionẽ gparet e ẽ indutus cũ ad arã acceſſiſſet pfectis extra flãma ueſtis toca lutũ & Lerneo ueneno cõtacta hæſit uiſceribus. In maxio itaq; cruciatu cũ a corpe ei⁹ euelli negret: Licha acerbiſſimi mæreris tẽ õptectũ a ſe Euboico mari merſitq; quẽ innoxiũ culpæ Tethys uertit in ſcopulum conchis, muricibuſq; ueſtitum.

RAphi. ¶ Lõga morarũ gñ iteruallũ. ¶ Victor ab Oech. Hercules (ut fert. Diod.) i Oechaliã cõtra Euryti liberos ob Iolem uxorem ſibi denegatã exercitũ duxit urbeq; capta Euriti filios Toxeum, Melãceũ ac Pitiũ occidit: ac Iolẽ captiuã ſecũ duxit. Ex Eubœa uero i mõtem nomine Cenæum profectus, ut Ioui ſacrificaret. Licham ſeruũ ad uxorem Deianiram in Trachinam miſit: ut ſibi ueſtem qua in ſacris uti conſueuerat afferret. Ea cum a Licha de Ioles amore cõperiſſet, cupiens ſe maxime oſum aliaꝝ ab Hercule amari, tunicã ex cẽtauri cõſilio tinxit: quã a Licha rei inſcio allatam Hercules idutus ueneni ui paulatim inualeſcẽte torqueri maximis doloribus cœpit. Quare Licham q ueſtẽ attulerat: i mare iecit: ac dimiſſo exercitu i Trachinã uenit: morboq; in dies magis inualeſcẽte Delphos Licinũ ac Iolaum miſit: Apollinem morbi remedia ſciſcitaturos. Interĩ Deianirã calamitate Herculis ſtupefacta: cum tanti mali cauſam a ſe profectam ſciret: laqueo uitam finiuit. Apollo autem iuſſit

Herculem

Herculem cum apparatu bellico in Oetam deduciabi/
q; maximam ſirui pyramide reliquia Ioui curam fore.
Hercules igitur deſperata ſalute,in pyram cum aſcen/
diſſet rogaretq; aſtantes
ut ignẽ ſubiicerent: ſolus
Philoctetes in gratiam ſa
gittarũ ſibi ab ipſo relicta
rum pyram ſuccenditq;
ſubito fulminibus circũ/
cadentibus exuſta eſt.
Oecha/lia Oechalia uero Euryti pa
tria in Euboea fuit: quæ
ab Hercule fertur deleta
nam ſunt etiam a'iæ Oe
chaliæ:una in Aetolia:a/
lia in Meſſenia,alia i Ar
cadia:alia in Trachinia.
R Aph. ¶ Cænæo Ioui: Iuppi/
Cęnæ⁹ ter Cænæ⁹ a Cænæo p
Iuppi/ montorio Euboeæ eſt di
ter ct⁹:ubi ab Oechaliæ ex
pugnatione Hercules re
uerſus Ioui aram extru/
xit:principale autem pro
deriuatiuo poſuit poeta.
¶ Et e minima:ſic Virgi/
lius.Parua metu primo:
mox ſeſe attollit i auras:
Ingrediturq; ſolo,& ca/
put inter nubila condit.
¶ Amphitryoniadẽ:her
culem, qui Amphitryo/
Iole nis filius putabatur:cum
Iouis eſſet. ¶ Ioles ardo
re:Iole Euryti filia,quã
Hylo filio Hercules tra/
didit uxorem. ¶ Credit
amans:quia amans.eſt
enim cauſa cur crederet.
¶ Veneris nouæ:noui a/
moris:nouæ amicę. ¶ Io
dulſit lachry.multum fle
uit. ¶ Diffudit:amplifica
uit. ¶ Mox deinde:alte/
rum horũ ſupfluum eſſe
uidet. ¶ Cõquerar an ſi
leam:dubia eſt qd facere
debeat Deianira. ¶ Mo
Querelæ Her/culis terne:maneãne i ædib⁹
Herculis? ¶ Forte faci/
nus:magnũ factũ: de ul/
ciſcenda nãq; pellice co/
Hercu/lis labo/res gitat. ¶ Vulgata pellicet
in uetuſto exẽplari iugu/
lata recte legi uidet,& te
ſter. ¶ In curſus uarios:i
diuerſas cogitatiões:ſunt
aũt poetæ uerba. ¶ Præ
tulit mittere: figurata eſt
locutio:i ſoluta nãq; ora/
tione diceret:prætulit ut
mitteret. ¶ Imbutam ue
ſtẽ:tunicã infectã,q̃ ẽt ſu
bucula appellat. ¶ Defe
cto amo.deficienti:ac po

Victor ab Oechalia Cænæo ſacra parabat
Vota Ioui:cum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas,quæ ueris addere falſa
Gaudet:& e minima ſua per mendacia creſcit.
Amphitryoniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans:Venerisq; nouæ perterrita fama
Indulſit primo lachrymis,flendoq; dolorem
Diffudit miſeranda ſuum.mox deinde.quid autẽ
Flemus ait?pellex lachrymis lætabitur iſtis.
Quæ qm̃ adueniet:pperãdũ,aliqdq; nouãdũ eſt:
Dũ licet:& thalamos nõdũ tenet altera noſtros.
Conquerar an ſileã?repetã Calydona?morerne?
Excedam tectis?an ſic nihil amplius obſtem?
Quid ſi me Meleagre tuam memorẽ eſſe ſororẽ?
Forte paro facinus:quantumq; iniuria poſſit:
Fœmineusq; dolor,iugulata pellice teſtor.
In curſus animus uarios abit.omnibus illis
Prætulit imbutam Neſſæo ſanguine ueſtem
Mittere:quæ uires defecto reddat amori.
Ignaroq; Lichæ quid tradat neſcia:luctus
Ipſa ſuos tradit:blandiſq; miſerrima uerbis
Dona det illa uiro,mandat.capit inſcius heros:
Induiturq; humeris Lernææ uirus Echidnæ.
Thura dabat primis,& uerba precãtia flammis
Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras.
Incaluit uis illa mali:reſolutaquæ flammis
Herculeos abiit late diffuſa per artus.
Dum potuit:ſolita gemitum uirtute repreſſit.
Victa malis poſtquam eſt patientia:repulit aras:
Impleuitq; ſuis nemoroſam uocibus Oeten.
Nec mora letiferam conatũr ſcindere ueſtem.
Qua trahitur:trahit illa cutem(fœdũq; relatu)
Aut hæret membris fruſtra tentata reuelli:
Aut laceros artus,& grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor,gelido ceu quondam lamina candens
Tincta lacu,ſtridet:coquiturq; ardente ueneno.
Nec mod⁹ eſt:ſorbẽt auidæ præcordia flammæ:
Cæruleusq; fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtiq; ſonant nerui:cæcaq; medullis
Tabe liquefactis.tollens ad ſydera palmas:
Cladibus exclamat Saturnia paſcere noſtris.
Paſcere,& hanc peſtem ſpecta crudelis ab alto:
Corq; ferum ſatia.uel ſi miſerandus,& hoſti
(Hoſtis enim tibi ſum)diris cruciatibus ægram,
Inuiſamq; animam,natamq; laboribus,aufer.
Mors mihi mun⁹ erit,decet hæc daſ dõa nouercã
Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Buſirim domui?ſæuo alimenta parentis

tius qui iam defecerat. ¶ Quid tradat ne.ignorabat.n.
Deianira tunicam illã,quã Lychæ tradidit,ueneno fuiſ
ſe infectam. ¶ Suos lu.ſuoq; luctuũ cãm. ¶ Inſcius he.
ignarus Hercules ueſtẽ il
lã ueneno fuiſſe infectã.
¶ Lernææ ui. Ec.i. tunicã
cã ueneno hydrę infectã.
¶ Dũ pot. donec ualuit.
¶ Oeten:Oete mons eſt Oete
Theſſalię morte,rogo,&
ſepulchro Herculis clar⁹.
¶ Quondam: aliquãdo.
¶ Stridet:feruet. ¶ La/
mina cã.ignita. ¶ Ardẽte
ueneno:cõburẽte. ¶ Nec
mo.ẽ:nec finis dolori im/
ponit. ¶ Sorbent:oppri/
munt,abſumũt. ¶ Cæru
leus ſu. niger. ¶ Ambu/
ſtiq; ſo.ner.cõbuſtiq; ſtri
dent nerui. ¶ Cæca ta.oc
culta corruptione. ¶ Sa/
turnia paſcere:hac orõne
Hercules ſe maximo o/
dio Iunoni eſſe oſtendit:
eãq; in maximã inuidiã
adducit.Eſt aũt anadiplo
ſis eiuſdẽ uerbi maxime
indignatio conueniens.
¶ Ab alto:a cælo. ¶ La/
borib⁹:ad labores. ¶ De
cet hæc dare do.no. nam
nouercæ ſolent priuigno
rum mortem optare.
¶ Ergo ego fœ.indigna/
tioni ſeruit hæc dictio er
go.Indignaſ.n. Hercules
q cum ſæuiſſima domue
rit mõſtra:ipſe iã dira pe
ſte domeſ. Cõmemorat
aũt decem & octo pclara
certamina:quę Euryſthei
iuſſu confecit. ¶ Buſirim Buſiris
do.Buſiris Neptuni fuit fi
lius ex Libya ſuſceptus:
q cum in Aegypto tyran
nidem exerceret i hoſpi/
tesq; ad puocandam Nili
inundationẽ:inter quos
Thraſium:a quo id ſue/
rat edoctus:imolaret:i ab Antæ⁹
Hercule aris ipoſitus fuit
iugulatus. ¶ Sæuo: An/
tæus Libyæ fuit gigas:q
oẽs puocabat ad Luctã:
uictoſq; interficiebat.At
Hercules cũ illo congreſ/
ſus aiaduertit eũ quotiẽs
ſterneret,ualẽtiorẽ ſurge
re.Terra.n.cuius erat fi/
li⁹ uires ſubministrabat.
Eum igitur Hercules alti
us ſublatum emittere ſpi
ritum coegit. ¶ Parentis
terræ matris.

Raph. Geryones — ¶ Paſtoris Hiberi: Geryonem dicit, q tria habuiſſe corpora dicitur: in ultimaq; Hiſpania regnaſſe, ac armẽtis ab Hercule fuiſſe priuatus. ¶ Vos ne manus: taur? quẽ

Taur? Paſiphaes — Paſiphae amauit: e Creta i Peloponeſuz ad Euryſtheũ ab Hercule fuit adductus. ¶ Veſtrũ op? Elis habet: nã Hercules ab expugnatione Troiæ reuerſus in Peloponeſum: ut ſcribit in quto

Euryt? — Diodo. Eurytũ: qui Augeæ regis dux erat: iuxta Cleonas: ubi nũc eſt Herculis tẽplũ: necauit: deide bello aduerſus illũ moto

Augeas — occiſoq; Augea rege: atq; urbe ui capta Phileo Augeæ filio regnũ tradidit. Fuerat.n. hic antea a patre pulſus: qm arbiter inter eũ & Herculẽ factus, præmiũ Herculi danduz cenſuiſſet. ¶ Stymphali-

Stymphalis — des uñ. Stymphalis pal? eſt Arcadiæ: ex qua Eraſinus fluit. Circa eã aues fuerũt ferreas pennas habẽtes: mirãdę magnitudinis: quæ cũ uicinos agros uaſtarẽt: ab Hercule partim ſagittis cõfixæ: ptim maximo tabulæ æreæ ſonitu fuerunt expulſæ. A Stymphalide uero palude in qua natabãt: Stymphalides fuerũt appellatæ. Stymphalis uero pa-

Stymphalidea aues — lus a Stymphalo arcadię urbe: in q erat denominata fuit. Nam (ut Pauſanias ſcribit) in Stymphalo urbe fons ẽ paludẽ nõ magnã p hyeme efficiẽs, ex qua fluuius Stymphalus exit. Sed p æſtatem nihil ſtagnans ab ipſo fonte ſtatim fluuius naſcitur, qui ab hiatu terræ abſorptus, in Argolide mutato nõie

Eraſin? — iterum apparet. Nã Eraſinum ipſum p Stymphalo uocãt. Sane Stymphalydes Arabii prius uocabanſ, qđ ex Arabiæ deſertis in Arcadiã aduolaſſe ferant. Sed nũc ẽt in Arabia Stymphalides aues appellanſ, oĩa ex ære & ferro perforantes roſtris: ueſte autẽ cortices detinẽt. ¶ Parthenĩũq; nemus: Parthenius mons eſt Arcadiæ, a Parthenis: hoc eſt a uirginibus illic uenantibus cognominatus: ubi ceruam eximiæ uelocitatis aureis cornib? Hercules cœpit. ¶ Relat? baltheus: Hercules ab Euryſtheo iuſſus, ut aureum cingulũ Hippolytæ Amazonũ reginæ ad ſe afferret: Amazonas ipſas iuxta Thermo-

Thermodon — dõtẽ fluuiũ habitãtes: una cũ Theſeo debellauit: ideq; reginæ aureum cingulũ reportauit. ¶ Thermodontiaco auro: Thermodon fluuius eſt Colchorũ: iuxta quem olim Amazones habitarũt. ¶ Pomaq; ab iſomni: poma

Aurea heſperiduz poma — Heſperidum aitq cũ eſſent aurea: a puigili dracone cuſtodiebanſ. Ea quoq; Euryſthei iuſſu: dracone interfecto: Herculea rapuiſſe ferũt: ad Euryſtheumq; retuliſſe. M. Varro aurea m. la Heſperidum: capras & oues interpretatur, q & Diod. in quto ait. Oues enim ut poma græ dicunt: uocant. Ea uero a peruigili dracone cuſtodita fingitur: q (ut Plinius ſcribit) Heſperidum horti ãbiti fuerunt flexuoſo maris meatu, qui uiſentibus pcul draconis præberet effigiem: ſiue (ut Agrœtas ait) q illarũ paſtor pp̃ter feritatem: Draco fuerit appellatus. Apollonius autem Draconem illum Ladonem appellat: quem

Piſander ex terra natuz: Heſiodus uero ex Thyphone ſcribit. Sed Pherecydes in decimo copioſiſſime hanc hiſtoriam narrat, ait enim. Cum Iuno Ioui nupſit, terram iuxta Oceanum aurea mala: hoc eſt arbores aureũ fructum ferentes, emiſiſſe: quæ a Dracone Thyphonis & Echidnæ filio centũ capita habẽte: ac uarias uoces emittente cuſtodirenſ. Nymphas uero Iouis & Themidis filias: habitãtes in ſpelũca iuxta Eridanuz: Herculẽ admonuiſſe: ut ut Nereum cõprehenderet, a quo diſceret: quo in loco poma aurea forẽt. Quod qdez cũ percepiſſet, iter ad illa igreſſus: cũ Tarteſſuz puenıſſet: i Libyam tranſiit: ubi Antæum Neptuni filiũ iniuria peregrinos illac tranſeuntes afficientem interemit. Inde cuz in Aegyptũ penetraſſet: Buſirĩ Neptũ filiũ: & Iphidamãtẽ ipſi? filiũ: & Chalbem prçconẽ: & alios miniſtros i ara Iouis: i qua ipi aduẽas necabãt: immolauit. Thebas aũt cuz puenıſſet: ac per mõtes i exteriorẽ Libyã: multas i deſertis feras ſagittis cõfecit. Cũ aũt Libyam luſtraſſet: ad externũ Oceanũ deſcẽdit: & cũ a Sole aureum poculum accepiſſet: in illo tranſiuit in Pergẽ: ac p Oceanum nauigans peruenit ad Prometheum, quez ſupplicantẽ miſeratus aqlam illius cor excedẽtẽ ſagitta confecit. Quo quidem p beneficio Prometheus ipm admonuit, ne ad aurea poma rapienda abiret: ueq; ſe ad Atlantẽ cõferret: ubiq; illa ipm afferre iuberet: atq; Atlãte cælũ tãtiſp ſuſtineret: dũ ipſe ab Heſperidibus aurea poma afferret. Hæc uero Herculea cum audiſſet: ad Atlantez perrexit, iuſſitq; ſibi tria poma ab Heſperidum horto afferri. Atlas igit Herculis humeris cuz impoſuiſſet cælũ: ad Heſperidas pfectus tria poma accepit, q cũ ad Herculẽ attuliſſet, ne cæli on? iteq; ſubiret, ait ſe illa ad Euryſtheũ allaturũ. Hercules uero a Prometheo pmonitus: totus ipm dolo Atlãti repoſuit, iubẽs illũ ſuſtineret donec ipſe perã capiti iponeret. Hoc uero Atlas credẽs poma depoſuit in terrã, humeriſq; cælũ ſubiit: Hercules poma ſuſcipiẽs Atlãtẽ ualere iuſſit: ac Mycenas ad Euryſtheũ illa apportauit. ¶ Nec mihi Centauri: Hercules Centauros Theſſaliæ populos: qui ex parte anteriori — cẽtauri

uiri: ex poſteriori eq uidebanſ, a Pholo ſuſceptus hoſpitio debellauit. Cum enim Pholus Centaurus uini doliũ olim a Baccho donatum, ea conditione, ut tunc uinum proferret: cum Hercules adeſſet: in honorem Herculis ipſius releuaſſet: forte odore illius uetuſtiſſimi uini propinqui Cẽtauri ebrii effecti in ædes pholi impetum fecerunt: quo perterrefacto: ſolus Hercules non illis modo reſtitit: uerum multos quoque ipſorum interfecit: ut aperte in quinto Bibliotheces uolumine ſcribit Diodorus. ¶ Nec mi Arcadiæ uaſtator aper: ſyneręſis eſt duarum uocalium in unam. Mi enim pro mihi poſitum eſt. — Aper Arcadicus

Niſi potius Hypermetrum uerſum eſſe dicamus, cum

Antæo eripui: nec me Paſtoris Hiberi
Forma triplex: nec forma triplex tua Cerbere mo (uit
Vos ne manus ualidi preſſiſtis cornua Tauri!
Veſtrũ op? Elis habet: ueſtrũ Stymphalides ũdæ
Partheniumq; nemus: ueſtra uirtute relatus



Thermodontiaco cælatus Baltheus auro:
Pomaq; ab inſomni non cuſtodita Dracone:
Nec mihi Centauri potuere reſiſtere: nec mi

sequens

Arcadiæ uaſtator aper:nec profoit Hydræ
Creſcere per damnum:geminaſq; reſumere uires.
Quid? cũ Thracis equos humano ſãguie pigues:
Plenaq; corporibus laceris præſepia uidi?
Viſaq; deieci:dominumq;,ipſoſq; peremi?
His eliſa iacet moles Nemeæa lacertis.
His Cacus horrendũ Tyberino gurgite mõſtrũ:
Hac cælom ceruice culi,defeſſa iubendo eſt
Sæua Iouis coniunx. ego ſum indefeſſus agendo.
Sed noua peſtis adeſt:coi nec uirtute reſiſti,
Nec telis,armiſq; poteſt.pulmonibus errat
Ignis edax imis:perq; omnis paſcitur artus.
At ualet Euryſtheus.& ſunt qui credere poſſint
Eſſe Deos:dixit:perq; altam ſaucios Oeten,
Haud aliter graditur,q̃ ſi uenabula taurus
Corpora fixa gerat:factiq; refugeret auctor,
Sæpe illum gemitus edente m.ſæpe trementem:
Sæpe retentantem totas infringere ueſtes:
Sternentemq; trabes,iraſcentemq; uideres:
Montibus,aut patrio tendentem brachia cælo.
Ecce Licham trepidum,& latitanté rupe cauata
Aſpicit:utq; dolor rabiem collegerat omnem,
Tu ne Licha dixit,feralia dona dediſti?
Tu ne meæ necis auctor eris? tremit,pauetq;
Pallidus:& timide uerba excuſantia dicit.
Dicentem,genibuſq; man⁹ adhibere parantem,
Corripit Alcides,& terq;,quaterq; rotatum
Mittit in Euboicas tormento fortius undas.
Ille per aerias pendens induruit auras.
Vtq; ferunt imbres gelidis concreſcere uentis:
Inde niues fieri.niuibus quoq; molle rotatis
Aſtringi:& ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum ualidis iactum per inane lacertis:
Exanguemq; metu,nec quicq̃ humoris habẽtem
In rigidos uerſum ſilices prior edidit ætas.
Nũc quoq; euboico ſcopul⁹ breuis eminet alte
Gurgite:& humanæ ſeruat ueſtigia formæ,
Quem quaſi ſenſurum nautæ calcare uerẽtur.



ſequens incipiat a uocali:
quo quidem modo nulla
erit ſynçreſis,ſed ultima
ultum uocalis abiicietur.
Maximus autẽ aper Ar
cadiam uaſtãs ab Hercu/
le uiuus ad Euryſtheum
fuit allatus:quo uiſo rex
timore perculſus in æreo
ſe uaſe ſcribit abſcõdiſſe.
RAph. ❡ Nec pfuit hydrę Cre
ſcere per damnum:nam
reciſo uno capite,duo re/
naſcebantur.¶ Quid cũ
Thracis equos:Diome/
Eq Dio medis des rex Thraciæ,qui ho/
ſpites equis ſuis laceran/
dos obiiciebat,ab Hercu
le & uita, & equis ipſis
fuit ſpoliatus. Eos uero
ad ſe adductos Eury/
ſthe⁹ Iunoni ſacrauit,quo
rũ progenies uſq; ad Ale
xandrum Macedonẽ du
raſſe fertur. ¶ Thracis:
Diomedis thraciæ regis.
¶ Moles Nemęa:Leo ne
Leo Ne meus meæ ſiluę,qui cum maxi
mus eſſet,ac neque ferro,
neq; ęre,neq; lapide uul
nerari poſſet (ut ſcribit
Diodorus)manibus ne
ceſſario erat occidendus.
Is in Nemæa ſilua maxi/
me uerſabatur,iuxta mõ
tem,quem a caſu Trito/
nem dixerunt:in cu⁹ ra/
dicibus erat ſpelunca,ad
quam bellua diuertebat.
Lichas in ſco pulum Hercules igitur cũ ad lo/
cum acceſſiſſet refugien/
tem in ſpeluncam inſecu/
tus feram:altero aditus
ore obturato, manibus
Leonem comprehenſum
ſuffocauit:detractãq; pel
lem corpori ſuo munimẽ
tũ ad futura pericula cir/
cũdedit.¶ Eliſa:ſuffoca/
ta.¶ Moles Nemæa:ma
gnitudinẽ leonis Nemæi
innuit ,cuius interempti
pelle pro ueſte Hercules
utebatur.Nemæa autem
ſilua eſt inter Argos &
Cleonas clara,non ſolũ
ob leonẽ ab Hercule ſu/
peratum,ſed etiã ob cer/
tamen annuum in hono/
rem Archemori iſtitutũ.
Cacus ¶ His Cac⁹:carmine Vir
giliano notiſſimus eſt, &
Cac⁹,& ei⁹ cædes.¶ Ty
berino gurgite:iuxta flu/
uium Tyberim. ¶ Hac
cælum ceruice tuli: Her

cules cum ad Atlantem
Mauritaniæ regem:qui
humeris ſuis cælũ fingi/
tur ſuſtinere:peruéniſſet
a b eo ſuſceptus eſt hoſpi
tio:rogatuſq;:ut dum ip/
ſe alterum humerum cæ
lo ſubiiceret:tantiſper ip/
ſe oneri ſuccederet: liben
ter eſt obſecutus. Quod
quidẽ idcirco fictum eſt:
q Hercules ab Atlante
Mauritaniæ rege: & ho/
ſpitio ſuſceptus fuit: &
Aſtrologiam doctus. Nã
Atlas cum ſphærã exco
gitaſſet:cælum ſuis hu/
meris geſtare putatus eſt:
ut latius ſcribit Diodo/
rus.¶ At ualet Euryſthe
us:hic fuit Stheneli My/ Eury ſtheus
cenarum regis filius:qui
impellente Iunone Her/
culem uaria pericula adi
re iuſſit:hæc autem cum
maxima iactantur indi/
gnatione:ac ſi diceret
Hercules. Ego qui uirtu/
te mea uniuerſum terra/
rum orbem mõſtris pur/
gaui,tantis cõficior crucia
tibus: Euryſtheus uero
omniũ iniquiſſimus: nul
laq; uirtute præditus be/
ne habet. Nam (ut ſcri/
bit Diodorus)Euryſthe
us habens Argis regnũ,
nota Herculis fama ad p
ficienda certamina arceſ/
ſit:renuentem iuſſit Iup/
piter Euryſtheo obtem/
perare. Is uero Delphos
adiens cõſulto ſuper his
Apollinis oraculo reſpon
ſum accepit:a Diis man/
datum eſſe:ut Euryſthei
iuſſu duodecim certami/
na perficeret:quibus con
fectis immortalitate po
tiretur. ¶ Et ſunt indi
gnationi hoc loco ſeruit
illa & copula. ¶ Auctor
facti: auctor uulnerum:
qui uenabulis taurum cõ
fixit.¶ Feralia dona: pe
ſtifera.¶ Genibuſq; ma
Genua miſericordiæ dicata nus adhibere parantem:
hoc eſt ſupplicare paran
tem. Nam genua miſeri
cordiæ idcirco dicata di
cuntur: q ea ſupplican
tes tãgere conſueuerunt.
Tormẽtum ¶ Tormento fortius ua
lidius: q̃ machina belli
ca.eſt autem tormentum
inſtrumentum bellicum.

a torquendis ſaxis,hoc eſt cum impetu mittendis,appellatum.¶ In Euboicas undas:in mare Euboicum. Nam Cænæũ pmontoriũ ubi Hercules ſacrificaturus peſte correptus eſt,imminet Euboico mari. ¶ Induruit: durus eſt factus.nam in ſcopulum fuit conuerſus.¶ Vtq; ferunt imbres:ui ſcribit in Meteoris Ariſtoteles: niues ac grandines frigidioribus uentis ex aqua generantur.¶ Molle rotatis: molliter in rotũdum coactis.¶ Cõcreſcere:ſimul creſcere:& in unum cogi. ¶ Spiſſa grandine:in dẽſam grãdinem.¶ Gurgite:mari.per tapinoſin.

Fabulæ quartę nouni libri argumentum.

LAct. ¶ Appellanſq; Lichan, at tu Iouis iclyta proles &c. Theſſaliæ more pręſtructo rogo ac ſagittis traditis Philoctetæ Pœãtis filio,q eius pyrã ſtruxerat flammis exuſtus ẽ ita ut imortale ius a Ioue cælo reciperet:& aliquãdo placata Iunone filiæ eiuſdem nomine Hebe iungeretur. Deianira autem re audita ipſa ſe interfecit.

RAph. ¶ At tu Iouis inclyta proles:Herculis Metamorphoſin in Deuʒ exponit poeta.¶ Sagittas iteruʒ uiſuras:primum quideʒ ſagittæ Herculis Troiana regna uidere,cum ipſe una cum Telamone, & Argonautis Troiam expugnauit:deinde cum ob Helenæ raptuʒ duce Agamemnone fuit deleta. Nam cum oraculum accepiſſent Græci ſine ſagittis Herculis Troiam capi nõ poſſe, miſſus eſt Vlyxes:qui Philocteteʒ una cum ſagittis illis ad exercitum Græcoruʒ adduceret:ſed uulnere ſagittæ,q̃ in pedem cecidit impedit⁹ Philoctetes in Lemno diu ſubſtitit. Tãdem uero a Græcis rogantibus ad exercituʒ illum Troiam obſidẽtem ſagittas Herculis apportauit.¶ Ferre:habere. ¶ Pœante ſatum:Philoctetem Pœantis filium.

Hercules in Deum

Agger ¶ Agger:lignorum ſtrues. quamuis agger proprie terræ accumulatio dicatur.¶ Summamq; congeriẽ

Appellanſq; Lichan. at tu Iouis inclyta proles
Arboribus cæſis:quas ardua geſſerat Oete,
Inq; pyram ſtructis,arcum,pharetramq; capacẽ,
Regnaq; uiſuras iterum Troiana ſagittas
Ferre iubes Pœante ſatum,quo flãma miniſtro
Sibdita:dumq; auidis cõprẽditur ignibus agger:
Congeriem ſiluæ Nemæo uellere ſummam
Sternis:& impoſita clauæ ceruice recumbis:
Haud alio uultu,q̃ ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamq; ualens,& in omne latus diffuſa ſonabat;
Securoſq; artus,contemptoremq; petebat
Flamma ſuum.timuere Dei pro uindice terræ.
Quos ita(ſenſit enim)læto Saturnius ore
Iuppiter alloquitur.noſtra ẽ,timor iſte,uoluptas
O ſuperi,totoq; libens mihi pectore grator:
Quod memoris populi dicor,rectorq;,paterq;:
Et mea progenies ueſtro quoq; tuta fauore eſt:
Nam q̃q̃ ipſius datis hoc immanibus actis:
Obligor ipſe tamen,ſed enim ne pectora uano,
Fida metu paueant:Oetæas ſpernite flammas:
Omnia qui uicit,uincet quos cernitis ignes:
Nec niſi materna Vulcanum parte potentem
Sentiet.æternum eſt a me quod traxit:& expers,
Atq; immune necis:nullaq; domabile flamma.
Idq; ego defunctum terra,cæleſtibus oris
Accipiam:cunctiſq; meum lætabile factum
Diis fore confido.ſiquis tamen Hercule:ſiquis
Forte Deo doliturus erit:data præmia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet:inuitoſq; probabit,
Aſſenſere Dei.coniunx quoq; regia uiſa eſt
Cætera non duro:duro tamen ultima uultu
Dicta tuliſſe Iouis:ſeq; indoluiſſe notaram.
Interea quodcunq; fuit populabile flammæ,
Mulciber abſtulerat.nec cognoſcenda remanſit
Herculis effigies:nec quicq̃ ab imagine ductum
Matris habet:tantumq; Iouis ueſtigia ſeruat.
Vtq; nouus ſerpens poſita cum pelle ſenecta
Luxuriate ſolet:ſquammaq; nitere recenti:
Sic ubi mortales Tirynthius exuit artus
Parte ſui meliore uiget:maiorq; uideri
Cœpit:& auguſta fieri grauitate uerendus.
Quẽ pater om̃ipotẽs inter caua nubila raptum
Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris.

ſiluæ:hoc eſt ſummitatem pyræ.¶ Nemæo uellere:pelle Nemæi leonis.¶ Iamque ualens: uehemens:ualida & magna.¶ Securoſq; artus:membra quæ ſecura,ac ſi ne ulla erant cura.¶ Pro uindice:pro ſalute uindicis,ac liberatoris terræ tot⁹.¶ Grator:gratulor.¶ Quod memoris populi:hoc eſt grati.Ille enim eſt gratus, qui beneficiorum eſt memor. ¶ Et mea progenies:q̃d intelligatur, Lætatur enim Iuppiter, q̃ Dii ſint ſolliciti de Herculis filii ſui ſalute.¶ Immanibus actis:maximis ipſius geſtis: ¶ Obligor ipſe tamen:ego tamen me uobis debere fateor.¶ Materna parte:ex parte corporis,quod a matre ſumpſit. ¶ Defunctum terra:liberatum a terra. ¶ Cæleſtibus oris:in cælum. Nam(ut refert Diodorus)poſt exuſtũ Herculis rogum accedente Iolao,ut oſſa colligeret, cum nullum prorſus repertum foret, crediderunt Herculem ſecũdum oraculum in Deos tranſlatum,illique ut heroi ſacra quædam fecerunt. Athenienſes autem Gręcorum primi Herculem ut Deum ſacrificiis coluerunt, ſuæq; pietatis erga illum præbentes reliquis exemplum:uniuerſam primum Græciã,deinde cæteras gẽtes ad eius cultuʒ conuertere. ¶ Lætabile:lætum:gratum,ac iucundum. ¶ Siquis tamen Hercule:ſiquis:Iunonem taxat Iuppiter q̃ ſemper Herculem odio fuerat proſecuta.¶ Sed meruiſſe dari ſciet:hoc ẽ intelliget meruiſſe Herculem ut ipſi præmia darent cæleſtia,atq; in numerum Deorum reciperet.¶ Populabile: corruptibile.¶ Mulciber:Vulcanus,ignis. ¶ Iouis ueſtigia:ſimilitudinẽ Iouis. Nã ut Iuppiter De⁹ ẽ effectus Hercules. ¶ Parte ſui me.animi imortalitate.¶ Auguſta graui.ſacra ac diuina.Nam auguſtũ dicit̃ augurio cõſecratũ.¶ Quadriiugo curru: triumphali. Innuit enim Herculẽ cũ maxima gloria triumphãtum more in cælum fuiſſe ſublatum.

memor

Mulciber

Auguſtum

Fabulæ

Fabulæ quintæ noni libri argumentum.

LAct. ℭ Senſit &c. Alcmena cum ex Ioue Herculē conceptū propter Iunonē parere non poſſet:implorata ab ea par tubus præſidens Lucina:quā qdā Ilithyā interpretanſ: ad fores reginæ uenit:& cum in terra reſidēs nexis ma nibus caneret:q; Iunonis uoluntate ptu laborātes retar daret.galāthis pminiſtra conſpexit:& prouidētia dolum ridēs emētita eſt Alcmenā ptu ſolutā. At illa īprudēs reſolotis ma nibus Alcmenā cruciatu liberauit:cuius aſtutiam grauiſſima pœna eſt pſe cuta. Nāq; eā in muſtelę figurā cōuertit:ita ut ore quo mentita eſt,pareret.

RAph. ℭ Sēſit Atlas pon. Her culis in cæluз recepti. Eſt aūt emphaſis, qua inuiſ Herculis magnitudo.

¶ Stheneleї⁹ Eury. Sthe neli fili⁹. Ad id uero allu dit poeta q i.y.ſcri. Dio. Cū.n. Euryſthe⁹ cognoſ uiſſet Hyllū Herculis fi lium, ac quoſdam e fratri bus uiros euaſiſſe, ueritᵘ ne ſi oēs ad eā puenīſſēt ętatē, Mycenarū imperio ſe priuarēt:Geyci Thra chinæ regis:ad quē poſt patris mortem confuge rant:bellū īdixit, niſi Her culis & Lacymni filios, & Iolaum, ac oēs Arca des, qui cum Hercule mi litaſſent, expelleret. Ipſi uero Euryſthei uiribus impares:ſponte Trachi nā relinquētes: Ab Athe nienſibus acciti, ducib⁹ Iolao, Theſeo, Hylloq; cōſtitutis: Euryſthei exer

Euryſthei cædes

citum profligarūt: ipſeq; Euryſtheus curru fugiēs ab Hyllo fuit īterfectus.

¶ In prolē:ſi eſſet ſoluta oratio inplē diceret.i. cō tra plem. Nam odio pro ſequebaſ Hyllum, & reli

Ilithya in uetulam

quos herculis filios. Hęc autē a poeta referūtur, ut facilius connectat cuз ſuperioribus Galāthidis miniſtræ Alcmenæ mu tationē in muſtellā. Nam Alcmena cum parere nō poſſet: Lucinam Deam, quæ parientibus præeſſe dicitur, inuocauit:ac ea quidem ue nit Iunonis iuſſu partum impeditura. Cum igiſ in uetu læ figuram cōuerſa ante ianuaз Alcmenæ ita ſederet: ut manuum digitis cācellatim īſertis genua teneret:for te Galanthis miniſtra ſuſpicata eā illo geſtu domię:quo minus pareret:eſſe īpedimento:falſo ei nūciauit Alcme nā partu ſolutā. Quod cum Dea accepiſſet:ſurrexit:ſta



Senſit Atlas pondus.neq; adhuc Stheneleius iras
Soluerat Euryſtheus,odiumq; in prole paternū
Exercebat atrox.at longis anxia curis
Argolis Alcmene queſtus ubi ponat aniles:
Cui referat nati teſtatos orbe labores:
Cuiue ſuos caſus,Iolen habet. Herculis illam
Imperio,thalamoq;,animoq; receperat Hyllus:
Impleratq; uterum generoſo ſemine:cum ſic
Incipit Alcmene.faueant tibi numina ſaltem:
Corripiantq; moras tunc,cum matura,uocabis
Præpoſitam timidis parientibus Ilithyam,
Quam mihi difficilem Iunonis gratia fecit.
Nanq; laboriferi cum iam natalis adeſſet
Herculis:& decimum premeretur ſydere ſignū,
Tendebat grauitas uterum mihi:quodq; ferebā
Tantum erat:ut poſſes auctorem dicere tanti
Ponderis eſſe Iouem:nec iam tolerare labores
Vlterius poteram:quin nunc quoq; frigid⁹ art⁹,
Dū loquor:horror hēt:pſq; ē meminiſſe doloris.
Septem ego per noctes.totidem cruciata diebus
Feſſa malis:tendenſq; ad cælum brachia:magno
Lucinam ad nexos partus clamore uocabam.
Illa quidem uenit.ſed præcorrupta:meumq;.
Quæ donare caput Iunoni uellet iniquæ.
Vtq; meos audit gemitus:ſubſedit in illa
Ante fores ara:dextroq; eſt poplite leuum

timq; Alcmena Herculē peperit. Cæterū Dea idignata ſe a Galāthide illuſam,ḡpmū illā in muſtellā ea condi tiōe cōuertit,ut pareret ore quo fuerat emētita. ¶ Atrox: crudelis, q nil meritos Herculis filios perſeqḃaſ. ¶ Ar golis Alc. Argolica:q poſt mortē Herculis Thebas pfe cta:illicq; mortua diuinos meruit honores. ¶ Queſtus aniles: querimonias ue tulæ cōuenīētes. ¶ Teſta tos ia. celebrata atque cō feſſa certamina. ¶ Hyl lus:herculis ex Deianira fuit fili⁹. ¶ Matura: par tui propinqua. ¶ Corri piantq; mo. abbreuiēt at q; auferāt. ¶ Ilithyā: Ili thya Dea eſt:quæ partē tib⁹ præeſſe dicitur:quā noſtri Lucinā appellant, q in lucē naſcētes produ cit. Hāc filiā Iunonis fu iſſe Diod. ait:cui & Cui. aſtipulari uideſ. Alii ean dem eſſe cū ipſa Iunone contendūt. Ilithyia uero dicta eſt:q a parturienti bus uocata ad leuandos dolores ueniat. ¶ Quaз mi. dif. aduerſam. ¶ Iu nonis grā:potentia Iuno nis, q tātum gratia apud Ilithyam ualuit: ut quæ mihi adeſſe debebat:ob fuerit. Iouem nanq; ap propinquante partus tē pore Diis præſentib⁹ di xiſſe ferūt puerū:qui ea die naſcereſ:ſe regē eē fa cturū. Quibus uerbis cō mota Iuno Lucinā filiaз iuſſit cōprimeſ Alcmenę partū, ac Euryſtheū ante tps in lucē educere. Iup piter uero licet cōſilio fru ſtrat⁹:qđ pdixerat tñ ra tū:& herculis famā clarā eſſe nolēs dixiſſe Iunoni ferſ, ſe qdē pmittere Eu ryſtheū:ut pdixerat:regē eſſe:Herculēq; ei ſubīci uellet:dūmodo cūnq; certa mina ab illo pficiē:q Eury ſtheus mādaſſet:qb⁹ cō ſumatis fieret immorta lis. ¶ Laboriferi: duri ac laborū patiēti. ¶ Et deci. ſig. hoc eſt cū iā decimus agereſ mēſis. Duodecim enim ſunt zodiaci ſigna, quibus duodecim mēſes diſtin guntſ. ¶ Sydere: Sole: κατ᾽ ἐξοχήν. ¶ Grauitas: pondus. ¶ Tendebat: diſtendebat. ¶ Horror: tremor. ¶ Nexos per. impeditos, q ſolui non poterāt. ¶ Sed præ. aū a Iu none corrupta. ¶ Meū ca. meā uitā. ¶ Iunoni iniquæ: inimicæ. ¶ Dextroq; eſt po. le. Preſſa genu:ſynegdoche poetica. Tali autem geſtu impediri partus etiā Plinius in Naturali hiſtoria ſcribit. his qdē uerbis. Aſſidere gra

Muſtella ore parere

Hyllus

uidis:uel cum remedium alicui adhibeat digitis pecti/ tum fugiens Priapū erat transfigurata:quia ſacræ arbo

natim inter ſe amplexis ueneficiū ē:idq̧ copertū traduni Alcmena Her/ calem pariente: peius ſi circa unum ambo ue ge/ nua. Item poplites alter/ nis genibus iponi. Ideo/ q̧ hæc in conſiliis ducū: poteſtatuq̧ ue fieri uetue re maiores, uelut omne actum impedientia: ue/ tuere uero ē: ſacris uotiſ ue ſimili modo itereſſe.

RAph. ¶ Pectine:pectinatī:ac cancellatim iunctis digi tis. ¶ Suſtinuit: remora/ ta eſt, retardauit. ¶ Te/ nuerunt: retinuerunt. ¶ Carmina: icātationes.

Niti ¶ Nitor: enitor ut pariā. Proprie autem niti pariē tes dicunt. ¶ Vana cōui cia: nihil pfutura. ¶ Ver/ ba queror: figurate dictū eſt. Verbis enim qri, con/ querique eſt i uſu. ¶ Cad

Galanthis in muſtelā meides: Thebanæ. ¶ Di uam: Ilithyam. ¶ Grata re: gratulare: ¶ Leuata eſt: ſoluta eſt partu & li/ berata. ¶ Potiturq̧ puer pera uoto: adepta eſt id

Puerpa quod cupiebat. Peperit nāq̧ ut optabat. Puerpe/ ra autem dicitur quæ nu perrime peperit. ¶ Paue facta: ſtupefacta. ¶ Di/ ua potēs uteri: piphraſis eſt Ilithyæ. ¶ Vinclis re/ miſſis: digitis, q pectina/ tim iūcti mihi ut uincula erā i ipedimento, reſolu/ tis. ¶ Arcuit: uetuit e ter ra ſurgere Galāthidā: cū uellet. ¶ Strenuitas: agi/ litas. ¶ Vt & antequem admodū etiā ante cū pu ella eſſet. ¶ Frequentat: celebrat. Nā muſtellæ ſe re in domibus uerſant.

Fabulæ ſextæ noni libri argumentum.

LActā. ¶ Dixit & admonuit ue teris &c. Dryope Euryti filia ſoror Ioles Andræ/ monis cōiunx, quam an/ te dilexerat Apollo: cum ad lacum ſacratum nym phis dona ferēs uenſſet & ex arbore Loto ramū decerpſiſſet: quo patruū filium nomine Amphi/ ſon, quem ſecū tulerat: oblectaret: in quam Lo

Preſſa genu:digitiſq; inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus:tacita q uoce carmina uoce
Dixit:& incœptos tenuerunt carmina partus.
Nitor:& ingrato facio conuicia demens
Vana Ioui:cupioq; mori:moturaq; duros
Verba queror ſilices:matres Cadmeides adſunt:
Votaq; ſuſcipiunt:exhortanturq; dolentem.
Vna miniſtrarum media de plebe Galanthis
Flaua comas,aderat faciendis ſtrenua iuſſis,
Officiis dilecta ſuis.ea ſenſit iniqua
Neſcio quid Iunone geri:dumq; exit,& intrat
Sæpe fores:Diuam reſidentem uidit in ara:
Brachiaq; in genibus digitis connixa tenentem.
Et quæcunq; es ait:dominæ gratare.leuata eſt
Argolis Alcmene:potiturq; puerpera uoto.
Exiliit,iunctaſq; manus pauefacta,remiſit
Diua potens uteri.uinclis leuor ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe Galanthida fama eſt.
Ridentem:prenſamq; ipſis Dea ſæua capillis
Traxit:& e terra corpus releuare uolentem
Arcuit;inq; pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet:nec terga colorem
Amiſere ſuum: forma eſt diuerſa priori.
Quæ quia mendaci parientem iuuerat ore,
Ore parit:noſtraſq; domos,ut & āte frequentat.



Dixit:& admonitu ueteris commota miniſtræ
Ingemuit:quam ſic nurus eſt affata loquentem.
Te tamen o genitrix aliena a ſanguine ueſtro
Rapta mouet facies:equid ſi tibi mira ſororis
Fata meæ referam?q̄q̄ lachrymæq;,doloroq;
Impediunt:prohibentq; loqui.fuit unica matri
(Me pater ex alia genuit)notiſſima forma
Oechalidum Dryope:quam uirginitate carentē,
Vimq; Dei paſſam Delphos,Delonq; tenentis
Excipit Andræmon:& habetur coniuge felix,
Eſt lacus accliuis deuexo margine,formam
Littoris efficiens.ſummum myrteta coronant.

ris extiiera i uiolatrix trū co hæſit infixa. Inter quæ dum caſum ſororis Iole refert Alcmenæ: Iolaus Herculis & Hebes filius in antiquā pueritiā trāſ fuſus uidetur. Sic enī Iu nonis filia rogante cōiu/ gi promiſerat.

¶ Admonitu: recorda/ tiōe. ¶ Quam ſic nurus: Iole Hylli Herculis filii uxor. ¶ Rapta: erepta: ablata. ¶ Facies: figura. ¶ Quid: dices, facieſue ſubaudiat. ¶ Mira fata: miranda infortunia. ¶ Quāquam lachrymæ q cum hæc narraret Io/ le more mulierū lachry mas emittebat. Elegātet autem poeta ſerunt de/ corum mulieris infortu/ nio ſororis magno dolo/ re affectæ. ¶ Me pater ex alia genuit: hac parēn theſi exponit Iole cur Dryope unica matri filia fuerit. ¶ Notiſſima for/ RAph

Dryope ma Oechalidum: Dryo/ pe Euryti filia: q̄ pulchri tudine Apollinem in ſu/ os amplexus pellexit, cū ex Andræmone utro ta filium peperiſſet: ad lacū quēdā, ut coronas nym phis dicaret, pueri: ubi cum ex Loto arbore flo/ rentes ramos, quos puer to daret, decerpſiſſet: ec/ ce guttas ſanguinis ex ar bore ſtillātes aſpexit: qua re territa cū refugere uel let, in arborem ſenſit ſe transfigurari. ¶ Oechali dū: Oechaliæ uirginum. Eſt autem patronymica forma p patria uſus poe ta. ¶ Dei tenentis Delō: periphraſis eſt Apollinis q & Delphos & Delō in poteſtate ſua hēt. ¶ Sū/

Myrt mum: ſummitatem mar ginis. ¶ Myrteta: myrt? eſt arbor Veneri dicata: unde myrtetū locus myr

Myrtetum tis conſitus dicitur.

¶ Hucpro

RAph. ¶ Huc pro illuc. Aduerbium enim præſentis loci pro aduerbio abſentis eſt poſitum. ¶ Tyrios: purpureos. ¶ Fati: mortis. Hæc autem lachrymans Iole commemorabat. ¶ Morabar: retinebam. ¶ Genitorq;: Eurytus.

Venerat huc Dryope fatorum neſcia. quoq;
Indignere magis: nymphis latura coronas:
Inq; ſinu puerum, qui nōdum impleuerat annū:
Dulce ferebat onus: tepidiq; ope lactis alebat.
Haud procul a ſtagno Tyrios imitata colores,
In ſpem baccarum florebat aquatica Lotos.
Carſperat hinc Dryope, quos oblectamina nato
Porrigeret flores: & idem factura uidebar.
(Namq; aderam) uidi guttas e flore cruentas
Decidere: & tremulo ramos horrore moueri.
Scilicet ut referunt tardi nunc deniq; agreſtes.
Lotos in hanc nymphe fugiens obſcœna Priapi
Contulerat uerſos ſeruato nomine uultus.
Neſcierat ſoror hoc: quæ cum perterrita retro
Iret: & oratis uellet diſcedere nymphis:
Hæſerunt radice pedes. conuellere pugnat.
Necquicquā, niſi ſumma mouet. ſuccreſcit ab imo:
Toraq; paulatim lentus premit inguina cortex.
Vt uidit: conata manu laniare capillos:
Frōde manū ipleuit. frondes caput oē tegebant.
At puer Amphiſus (namq; hoc auus Euryt⁹ illi
Addiderat nomen) materna rigeſcere ſenſit
Vbera. nec ſequitur ducentem lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis: opemq;
Non poteram tibi ferre ſoror: quantumq; ualebā
Creſcentem truncum: ramoſq; āplexa, morabar.
Et fateor, uolui ſub eodem cortice condi.
Ecce uir Andræmō, genitorq; miſerrimus, adſūt
Et quærunt Dryopen, Dryopen quærentibus illis
Oſtendi Loton: tepido dant oſcula ligno.
Affuſiq; ſuæ radicibus arboris hærent:
Nil, niſi iam faciē, quod nō foret arbor, habebat
Chara ſoror. lachrymæ miſero de corpore factis
Irrorant foliis: & dum licet: oraq; præſtant
Vocis iter: tales effundit in aera queſtus.
Si qua fides miſeris, hoc me per numina iuro
Non meruiſſe nefas: patior ſine crimine pœnam:
Viximus innocuæ. ſi mentior: arida perdam,
Quas habeo frondes: & cæſa ſecuribus, urar.
Hunc tamen infantem maternis demite ramis:
Et date nutrici, noſtraq; ſub arbore ſæpe
Lac facitote bibat: noſtraq; ſub arbore ludat.
Cumq; loqui poterit: matrem facitote ſalutet:
Et triſtis dicat: latet hoc in ſtipite mater:
Stagna tamē timeat: nec carpat ab arbore flores:
Et frutices omnes corpus putet eſſe Dearum.
Chare uale coniunx: & tu germana, paterq;.
Qui ſi qua eſt pietas, ab acutæ uulnere falcis:
A pecoris morſu, frondes defendite noſtras.

¶ In ſpem baccarū: nam baccæ ex floribus naſcū-
Baccæ tur. Sunt autem baccę arborum fructus minutiores, qui ſparſim oriūtur ut lauri, oliuę: a quorum ſimilitudine uniōes quoque baccæ dicunt. Vnde
baccat⁹ baccatum dicim⁹ Baccis & margaritis ornatum. Virgili⁹. Colloq; monile baccatum. ¶ Aquatica Lotos: iuxta aquas naſcēs. Fuit aūt Lotos nympha, quam cum inſeque-
Lotos i rei Priapus, ut eam com-
arborē primeret, miſeratiōe deorum in arborem ſui nominis conuerſa eſt: q̄ (ut ſcribit Herodotus) baccas fert dactylis ſuauiores:
dryope ex quibus uiuunt, uinū-
i arborē que etiam conficiunt po-
Loto puli Libyæ: qui inde Lo-
phagi tophagi uocant. ¶ Tar-
Tard⁹ di agreſtes: ſeri, ut qui id ante amiſſam ſororē nō admonuerāt. alias tardi tardo ingenio præditi dicuntur. ¶ Nūc denique: nunc tandem poſt factā ſororis iacturam. ¶ Obſcœna Priapi: inguina
Priapus Priapi. priapus aūt Bacchi & Veneris filius fuit, qui ob eximiam fœcunditatē hortorū Deus fuit extimatus. Frequenter autem p pudendis uirorum ponitur Priapus. Nam ut in quinto ſcribit Diodorus, cum priſci inguina uirorum occultius nominare uellent, Priapum dicebant. ¶ Iret: ire uellet, neq; enim ire poterat. ¶ Oratis: placatis nymphis. ¶ Pugnat: nititur, conatur. ¶ Niſi ſumma: niſi partes ſuperiores. Pedes enim iam in radices fuerant conuerſi. ¶ Lentus cortex: flexibilis. ¶ Addiderat nomē: parentheſis eſt. Indiderat autem rectius legeretur: hoc eſt impoſuerat.
Indere Nam indi nomina pprie dicunt. ¶ Rigeſcere: rigida ac dura fieri. ¶ Ducētem: attrahentem, ſugentē ubera. ¶ Lacte⁹ humor: periphraſis eſt lactis.

¶ Tepido ligno: adhuc tepido, ut in quod paulo ante Dryope fuerat trāſmutata. ¶ Affuſique: proſtrati. ¶ Suæ arboris: in quam & filia, & uxor ſua fuerat conuerſa. ¶ Chara ſoror: apoſtrophe qua Iole ſignificat ſe caſu ſororis uehemēter dolere. ¶ Irrorant: roris modo ſtillant in folia. ¶ Dum licet: donec pōt. ¶ Queſtus: querelas. ¶ Hoc nefas: hoc ſupplicium. pro eo q̄ ſequitur, id quod antecedit, poſitum ē. Nefas namq; & ſcelus præcedit ſequitur ſuppliciū. ¶ Sine crimine: ſine culpa. ¶ Innocuæ: innocentes. ¶ Demite: deripite, detrahite. ¶ Hoc in ſtipite: in hoc trunco. ¶ Et frutices omnes: arbuſculas omnes. Eſt enim frutex medius inter arbores & herbas: nam neque ad arboris magnitudinem peruenit, neque per hyemem, ut herba areſcit. ¶ Dearum: nympharum. Frutex

.Oui. meta.

RAph. ℭ Incumbere: inclinare. ⸿ Mollis liber: cortex, unde & Liber libri ſunt dicti: q; in libris, hoc eſt arborũ corticibus anti qui ſcribebant. ⸿ Simul eſſe: mulier ſubauditur. Nam arbor eſſe non deſierat.

Fabulæ ſeptimæ noni libri argumentum.

LAct. ℭ Dũq; refert Ioue factũ mirabile: dũq; &c. Iolaus ſu pradictus ceſſit i iuuenẽ.

mā Thebas peruẽtum eſt curru & equis terræ hiatu fuiſ ſet abſorptus: Alcmæon mādatū patris memor matre īterfecit, quo quidē facinore in inſaniã uerſus ac furiis agita tus ad Phegea AlpheſibϾæ patrẽ cupiẽs purgari ꝯfu git. AlpheſibϾæ uero cũ monile maternũ dono dediſſet cũ uxore duxit ad Acheloum deinde pfectus eius filiam

Et quoniam mihi fas ad uos incumbere non eſt:
Erigite huc artus:& ad oſcula noſtra uenite:
Dum tangi poſſum:paruumq; attollite natum.
Plura loqui nequeo. nam iam per candida mollis
Colla liber ſerpit:ſummoq; cacumine condor.
Ex oculis remouete manus. ſine munere ueſtro
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui:ſimul eſſe, diuq;
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dumq; refert Iole factum mirabile:dumq;
Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene:flet & ipſa tamen:comſpecuit omnem
Res noua triſtitiam:nam limine conſtitit alto
Pene puer:dubiaq; regens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos.
Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe
Victa uiri precibus:quæ cum iurare pararet
Dona tributuram poſt hunc ſe talia, nulli:
Non eſt paſſa Themis. nam iã diſcordia Thebæ
Bella mouent dixit:Capaneuſq; niſi ab Ioue uici
Haud poterit:fientq; pares in uulnera fratres
Subductaq; ſuos manes tellure, uidebit
Viuus adhuc uates:ultuſq; parente, parentem

RAph. ℭ Eurytidos: Ioles Eu ryti filiæ. ⸿ Nã lim. cõſt. al. Iolaus (ut ſcribit Soli nus) Iphicli Herculis fra tris fuit filius: qui cum ad decrepitã peruoniſſet æta tem, Herculis precib⁹ ab Hebe iuuent' ætati fuit Lanu go reſtitutus. ⸿ Dubia lanu gine: quæ uix uidebatur ob tenuitatem. Eſt enim lanugo barba: quæ prima ab adoleſcentibus emitti conſueuit.

Fabulæ octauæ libri noni argumẽtum.

LAct. Iolaus ſenex i iuuenẽ ℭ Hoc illi dederat Iuno nia muneris Hebe &c. Callirhoe Acheloi amnis filia Alcmæonis cõiunx: q materno ſanguine aſp ſus in Acarnaniam ſe cõ tulerat: ut expiaretur, cõ iugiũ initex duabus fi lios edidit. Qui cum per fallaciam a Phegeo, cui⁹ ante filiã habuerat, eſſet occiſus: petit a Ioue libe ris ſuis, ut ultores patris eſſent animos adiiceret. Ergo ut ꝯſeq poſſet: Dei

Calirrhoẽ adamauit: a q̃ cũ monile illud eſt ſagita ret ad Alpheſiboeam re ductũ pſum monile repe tiuit⁹. Cæterum a Thei mone & Axiõe Alpheſi boeæ fratrib⁹ fuit iterfe ct⁹. Quos poſtea Alphe ſiboea ipſa: ut maritũ ulci ſcere, interemit: id quod aperte ſcribit Propert⁹: cũ inquit. Alpheſiboea ſu os ulta eſt p coniuge fra tres: Sãguinis & chari ui cula rupit amor. Calli rhoe at Alcmæonis uxor Iouẽ rogauit: ut filios ad huc impuberes iuuenes efficeret, quo de patre ul tionem ſuſcipere poſſent: q cum Iuppiter cõceſſiſ ſet, repẽte e pueris uiri effecti fuerunt. ⸿ Diſcor dia bella: epitheton belli ẽ ꝓpriũ. Bellũ aũt Theba Bellum thebanum num ab Eteocle & Poly nice fratribus ſuſceptum: uel carmine Papinii no tiſſimũ eſt. Nã (ut ſcribit Diod.) Eteocles ac Poly nices Oedipi filii, cũ ad uirilem perueniſſent ætatẽ

RAph. Hebe uolũtate ex puerina in adoleſcẽtes facti ſunt ut cederet. ℭ Iunonia Hebe: Iunonis filia: q̃ Herculi in cœlũ trãſla to nupſit. Nam ferũt Iouem Iunoni perſuaſiſſe, ut Her culem ſe fingeret genuiſſe, matriſq; erga eum deinceps beneuolẽtiam oſtẽderet. Cum igit Iuno lectũ aſcẽdiſſet ſumptum iuxta corpus Herculem p ueſtes inferius in terram demiſit uerum partũ imitata, ſicut ẽt nũc in filio rum adoptione obſeruant Barbari. Iunonis igit opera poſt hunc partum Hebe Herculi nupſit. ⸿ Viri: mariti Herculis. nam Hercules in numerum Deorum relat⁹, uel Iunone conſentiente Heben duxit uxorem. ⸿ Ta themis lia dona: ut quemq̃ iuuenili ætati reſtituat. ⸿ Themis: Dea eſt iuſtitiæ Themis, & diuinandi, & religiõis: q̃ ni hil ſceleris impunitum eſſe pmittit. ⸿ Nam ut diſcordia Amphi araus Thebę bella mouet: Amphiaraus Oiclei filius uates cla riſſimus: cum ſe a bello Thebano non reuerſurum pui diſſet: a Polynice nullis pcibus adduci poterat: ut illi in tereſſet. Quare Polynices aureũ illud monile a Venere Hermiõe dono datum: Eripylæ Amphiarai uxori, quo belli ſocietatẽ uiro pſuaderet: largitus eſt. Cum uero eo tpe Amphiaraus: Adraſtuſq; de regno diſſentirẽt: ad Eripyles Amphiarai uxoris: Adraſtiq; ſororis iudiciũ oĩum diſſenſionẽ detulerũt. Illa uero p Amphiarao quidẽ ſniam tulit, ſed ut belli Thebis inferendi ſocios i adiu torq; eſſet. Cæterum Amphiaraus exiſtimãs ſe ab uxo re pditum: Alcmæoni filio mãdauit: ut poſt ſuum obitũ Eripylen necaret. Dum uero Amphiaraus: quo die pri

cognouiſſent: q; Laium priorem Iocaſtæ matris maritũ ab Oedipo filio ab Apollinis oraculo reuertentem: in terfectum: ac Iocaſtã matrem ab Oedipo filio uxorẽ du ctam, ſeq; ex tam funeſtis ortos nuptiis: ut eius eſſent fi lii: cuius fratres quoque merito uocarent: Oedipum qui dem ipſum domo egredi ꝓpter dedecus non permiſe runt. Regnum uero inter ſe eo fœdere diuiſerunt: ut al ternis annis imperarent. Primuſq; imperii annus Eteo cli natu maiori cederet. Cæterum exacto anno: cum re gnum repoſcenti fratri nõ traderet: Polynices ad Adra ſtum regem confugit: cuius filiam nomine Argiam cum uxorem accepiſſet: tandem a ſocero undiq; contractis Capa neus auxiliis inſtructus ad oppugnandas Thebas cum ſex aliis ducibus Adraſto: Tydeo: Amphiarao: Capaneo: Hippomedonte, & Parthenopæo pfectus eſt. ⸿ Capa neuſq; niſi ab Ioue uici. Capaneus unus fuit ex ſeptẽ du cibus, q Thebas obſederũt q cum Deorũ cõtemptor eſ ſet, ſcaliſq; Thebas oppugnare primus oĩum cœpiſſet, tãta mole lapidũ a Thebanis obrutus eſt, (ut ſcribit Ve getius) ut fulminibus a Ioue fingat extinctus. ⸿ Fientque pa. in uul. fra. Eteocles & Polynices Oedipi filii: ꝓpter quos bellũ illud Thebanũ fuerat ſuſceptũ, mutuis uul neribus cõciderũt. ⸿ Subducta tel. ſubtracta terra. Nã hiatu terræ abſorptus ẽ Amphiaraus. ⸿ Viuus et ulci ſceret. Nã Amphiaraus ſe ab uxore pditũ cognoſcẽs Alc mæoni filio mãdauit: ut poſt obitũ ſuũ Eripylẽ perime ret: q̃d quidẽ cũ execut⁹ eẽt, ſacti cõſcia i iſaniã ꝯuerſus ẽ.

ℭ Natus:

Natus, erit facto pius, & ſceleratus eodem:
Attonituſq; malis, ex ul mentiſq;, domuſq;,
Vultibus Eumenidũ, matriſq; agitabitur ũbris:
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurum:
Cognatumq; latus Phegeius hauſerit enſis.
Tum demũ magno patet hoc Acheloia ſupplex
Ab Ioue Callirhoe: natis infantibus annos
Addat: neue necem ſinat eſſe ultoris inultam,
Iuppiter his motus, priuignæ dona, nuruſq;:
Præcipiet, facietq; uiros impubibus annis.
Hæc ubi faticano uenturi præſcia dixit
Ore Themis: uario ſuperi ſermone fremebant.
Et cur non aliis eadem dare dona liceret,
Murmur erat: queritur ueteres Pallantias annos
Coniugis eſſe ſui: queritur caneſcere mitem
Iaſiona Ceres. repetitum Mulciber æuum
Poſcit Erichthonio: Venerem quoq; cura futuri
Tangit: & Anchiſæ renouare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat Deus omnis habet: creſcitq; fauore
Turbida ſeditio: donec ſua Iuppiter ora
Soluit: & noſtri qua reuerentia, dixit,
Quo ruitis? tantum ne aliquis ſibi poſſe uidet,
Fata quoq; ut ſuperet? fatis Iolaus, in annos,
Quos egit: rediit. fatis iuueneſcere debent
Callirhoe geniti: non ambitione, nec armis.
Vos etiam, quoq; ut hoc animo meliore feratis:
Me quoq; fata regunt: quæ ſi mutare ualerem:
Nec noſtrum ſeri curuarent Aeacon anni:
Perpetuumq; æui florem Rhadamanthus haberet
Cum Minoe meo: qui propter amara ſenectæ
Pondera deſpicitur: nec quo prius, ordine regnat.
Dicta Iouis mouere Deos: nec ſuſtinet ullus:
Cum uideat feſſos Rhadamãthũ, & Aeacũ, ãnis:
Et Minoa queri: qui dum fuit integer æui
Terruerat magnas ipſo quoq; nomine gentes,
Tunc erat inualidus: Deionideq; iuuentæ
Robore Miletum, Phœboq; parente, ſuperbum
Pertimuit: credenſq; ſuis inſurgere regnis,

RAph. ¶ Natum filius Amphiarai Alcmæon, q pſem ulciſcẽdo pius, occidẽdo uero matrẽ impi⁹ fuiſſe iudicat. ¶ Exulme. demẽs atq; furioſus. ¶ Domuſq;: nam domo fugiẽs in Acarnaniam peruenit: ut parricidiũ expiaret. ¶ Donec eum con. Callirhoe Acheloi filia. ¶ Fatale au. monile pniciosum: qđ qui habebat infortuniis uexabatur. Id adñ Alcmæon ablatũ matri iã Alpheſibœæ tradi

Phege⁹ derat. ¶ Phegeius enſis: Phegei filioꝝ a qb⁹ Alcmæon fuit interemptus. ¶ Hauſerit: apuerit, uulnerauerit. ¶ Tũ de. tãdẽ poſt interfectũ maritum. ¶ Acheloia ſup. callirhoe Acheloi filia Alcmæõis uxor. ¶ Vltoris: Alcmæonis, q patrẽ fuerat ultus. ¶ Dona pri. nu. Hebes: q & priuigna. & nur⁹ Iouis erat. Nam Iunõis filia fuit ſine patre, & Herculis Iouis filii uxor. ¶ Præcipiet. ante capiet. ¶ Impubibus annis: puerilib⁹

Fabulæ nonæ noni libri argumentum.

LActa. ¶ Hæc ubi &c. Miletus ex inſula Creta i Aſiã pfectus ibi urbẽ ſui nois cõſtituit: huic ex Mæãdri filia byblis & Caunus: ex his byblis cũ frẽm corporali amore potiuſquam pio patrioq; amore diligeret. Nec ueſanũ cupiditatis cõpeſceret: atq; p literas deteſtãdũ amorẽ iudicaſſet: Is furiali ueſania

Deos fatis obnoxios eẽ. ipſe inſtitutus patriã pro fugit. Quẽ illa dum ueſtigiis perſequitur multas permẽſam gẽtes: nouiſſime i Cariã uẽit: ubiq; aſſiduo mœrore: & fletu fatigata cũ cõcidiſſet: nympharũ Lelegidũ miſericordia expirãtes lachrymę i fontẽ cõuerſæ ſunt: q domi: uæ nomine eſſet iſignis.

RAph ¶ Hęc ubi faticano: Byblidos in fontem ſui nois Metamorphoſin deſcripturus poeta: nõnulla pmittit, qbus eam cõmodius cum ſuperiore connectat. ¶ Faticano: fata canenti. ¶ Eadem dona: ut iuuenes fierent. ¶ Pallantias: Aurora Pallantis gigantis filia. ¶ Sui coniu. Tithoni, qui ſenio tandem in cicadam fuit conuerſus. ¶ Iaſona flaua Ceres: ſic quidem fere hactenus corrupte lectum eſt: quod perquam mirandum eſt cum Iaſona & quadriſyllabum ſit, & primam corripiat ſyllabam: quod ſane haud imperiti quidã animaduertentes Aeſona putarunt eſſe legendum: quo quidem modo nulla uis rationi carminis affertur: ſed cum nemo priſcorumq; ſcribat Aeſonem a Cerere fuiſſe amatum cenſuerim Iaſiona: q actũs in quatuor ſyllabas excurrit: ita eſſe legendũ: ut illud epitheton flaua penitus eradatur. Huic aũt lectioni nõ uetuſtiſſima ſolũ exẽplaria: ſed hiſtoriæ quoq; aſtipulant. Tradũt.n. Iaſiũ: q & Iaſiõ dr, Iouis ex Electra filiũ adeo a Cerere fuiſſe amatũ: ut in

Iaſus eius gratiam ad nuptias Hermiones ipſius Iaſii ſororis maximam frumẽti ac panis copiam attulerit, ac ex eo Plutum peperit: qui cultum uitæ inſtituere, pecuniaſq; coaceruare, ac in uſus cuſtodire oium primus docuit: cuius antea parua congregandæ: ſeruãdæq; pecuniæ fuiſſet cura. Hæc i. yi. bibliotecea lib. ne qs me finxiſſe putet: a Dio. ſcribũtur. ¶ Poſcit Erichthõio: Erichthonius

Erichthoni⁹ (ut dixim⁹) ex Vulcani ſemine in terrã a Pallade ipm ſpernẽte pedibus delecto nat⁹ eſt. ¶ Et Anchiſę an. Anchiſen a Venere amatũ, Aeneãq; ex ea ſuſceptum carmine Virg. nou⁹ eſt q̃ hoc loco ſit exponendũ. ¶ Cui ſtudeat: fauear. ¶ Quo rui. qđ ſine ulla rõne affectatis. Oia autẽ fatis gubernari Iuppiter cõcludit. ¶ Vos etiã: ordo eſt: Fata regunt & uos & me quoq;, ut hoc aio meliore feratis. ¶ Nec noſtrũ curuarẽt Aeacõ: hoc ẽ in curuũ ſenectute redderent. Tres aũt filios ſuos iuſtitia iſignes Aeacon, Rhadamãthũ, & Minoẽ Diis cõmemorat Iuppiter, q oẽs iã cõſenuerant: neq; p fata iuueneſcere poterãt. ¶ Nec ſuſti. ult⁹ qri: nec ullus audet conqri. ¶ Terruerat magnas gen. nam Minois impiũ late patebat. ¶ Tũc erat inua: cum ea Iuppiter dixit. ¶ Deionideq; iuuẽ

Mile⁹ tæ Robore Miletum: Miletus Solis fuit filius, ac Paſiphaes Minois uxoris frater: qui cum Minoem iam ſenio cõfectũ regno priuare pararet, a Ioue deterritus in Aſiã ſponte aufugit, ubi & urbẽ condidit: quam de noie ſuo Miletũ appellauit: & Cyanẽ nymphã Mæãdri fluuii filiã cõpreſſit: ex q̃ Caunũ & Byblida liberos ſuſcepit: ſed byblis cũ adoleuiſſet ita frĩs amore ardere cœpit, ut epiſtola quoque eũ in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. Cæterũ Caun⁹ nefãdã ſororis libidinẽ deteſtat⁹ ex pĩa aufugit: byblis uero iſecuta, cũ iã & Cariã & Lyciã & Lelegas peragraſſ

Cul. meta. O iiii

RAph. ¶ Hei mihi: cruciatur Byblis, q Caunus ſibi tantũ frater, non etiam maritus ſit futur⁹. ¶ Mea uiſa: mea inſomnia. ¶ Dii melius: habent, faciuntq̃ ꝙ homines, qui ſorores proprias uxores ducũt. ¶ Sic Saturnus Opim: Opis filia fuit Cæli quæ Saturno fratri nupta multos filios procreauit. ¶ Iunctaꝫ ſibi ſanguine: i. conſanguineã & ſororem. ¶ Oceanus Tethyn: Tethys Cæli & Veſtæ filia Oceano fratri nupſit: eique maximã nympharum multitudineꝫ peperit. ¶ Sunt ſuperis ſua iura: alia inquit iura dii alia homines habent. ¶ Ad cæleſtia: ad cæleſtium exemplum. ¶ Ritus humanos: hominum mores. ¶ Diuerſaq; fœdera: ad exẽplum diuerſorum fœderum & leguꝫ. alia nãq; ſunt fœdera hominum, alia Deorum. ¶ Vetitus ardor: phibitus, ac nefandus amor. ¶ Arbitrium: uolũtatem, pſenſũ. ¶ At non Aeolidæ: Macare? Aeoli filius cũ Canace ſorore cõcubuit: ex eaq; filium ſuſcepit: q cũ a nutrice domo efferret, ſeipſum uagitu pdidit. Quare idignat⁹ Aeolus gladium filiæ miſit, quo p meritis uteret, Macareus uero aufugit. Ad eleuãdum aũt ſcelus byblis plurali numero utit, cuꝫ Macareus ſolus ex Aeolidis cum ſorore coiuerit. ¶ Vnde ſed hos noui? anaſtrophe eſt: ſed. n. cõiunctio primum in oratione locum obtinet: ſeipſam autem reprehendit Byblis, quod nefandi amoris exempla ſibi uenerint in mẽtem. ¶ Obſcœnæ flammæ: turpes amores. ¶ Q ua fas eſt: quatenus licet atq; honeſtum eſt. ¶ Indulgere: obſeq. ¶ Ergo ego: affectũ oſtẽdit hoc loco ergo. ¶ Non reiectura: nõ repulſura. Diſtrahitur auteꝫ byblis in uarias cogitationes: hinc ab amore: illinc a pudore. ¶ Coget amor potero: ſi coniunctio ſubaudienda eſt: Si coget amor. Sic Iuuenalis: Græculus eſuriens in cælũ iuſſeris ibit. ¶ Viderit: Caunus uiderit qd ſit acturus. Cæterum nos ei noſtros amores aperiam⁹. ¶ Hei mihi quo labor? ſic & amore & pudore uexatur byblis, ut quid agat eligere neſciat. ¶ Ignem: ardorem, furorem. ¶ Meditata: excogitata. ¶ Dextra tenet ferrum: ſtylũ ferreum, quo in tabulis etiam nunc ſcribitur. Geſtũ autem ſcribentis in tabellis exprimit. ¶ Vacuam ceram: in qua nihil erat ſcriptum. ¶ Et dubitat: puellæ amore exæſtuãtis exprimit leuitatem: atque infirmitatẽ. ¶ Sumptas: tabellas. ¶ Placuit delere ſororem: nã ſoror nomen eſt ſanguinis, eo ꝙ fratrem ſuæ turpitudinis ipſaꝫ admonere putauit. ¶ Incidere: inſcribere. ¶ Correptis: celeriter raptis. ¶ Q uãm, niſi tu dederis: in hac ſcribẽda epiſtola ita perſonam puellæ fratrem & amantis & uerẽtis ſuſcepit poeta: ut optime ſeruet decorum. Eſt autem adeo facilis, ut & a uirgine ſcripta eẽ, & nulla expoſitione indigere uideatur. ¶ Amãs: puella amore capta. ¶ Et ſi quid cupiam quæris: uellem inqt poſſe petere ſine nomine meo id qđ opto: ſi forte quæris qd cupiam. ¶ Votorum: cupiditatis. ¶ Læſi pectoris: animi amore capti. ¶ Et color: pallid⁹. ¶ Et uultus mœſtus: ¶ Sororia: ſorori conuenientia. Hoc enim ſororium ſignificat, nec unquam ſubſtãtiuum inuenitur ſororius pro ſororis marito: ut uulgus imperitorum putat. ¶ Ipſa tamen quamuis: ſe inuitam quidem, ſed coactam amori ſuccubuiſſe ait.

Hei mihi: quæ male: ſũ quos tu, ſortita parẽtes,
Nil niſi frater eris quod obeſt: id habebim⁹ unũ.
Quid mihi ſignificant ergo mea uiſa? quod autẽ
Somnia põdus habẽt? an habẽt & ſomnia põd⁹?
Dii melius: Dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic Saturnus Opim iunctam ſibi ſanguine duxit:
Oceanus Tethyn: Iunonem rector Olympi.
Sunt ſuperis ſua iura. quid ad cæleſtia, ritus
Exigere humanos, diuerſaq; fœdera tento?
Aut noſtro uetitus de corde fugabitur ardor:
Aut hoc ſi nequeo: peream precor ipſa: toroq;
Mortua componar: poſitæq; det oſcula frater.
Et tamen arbitrium quærit res iſta duorum.
Finge placere mihi: ſcelus eſſe uidebitur illi.
At non Aeolidæ thalamos timuere ſororum.
Vnde ſed hos noui? cur hæc exempla paraui?
Quo feror? obſcœnæ pcul hic diſcedite flammæ.
Nec niſi qua fas eſt: germanæ frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore:
Forſitan illios poſſem indulgere furori.
Ergo ego, quæ fueram non reiectura potentem,
Ipſa petam? poteris ne loqui? poteris ne fateri?
Coget amor, potero. uel ſi pudor ora tenebit:
Littera celatos arcana fatebitur ignes.
Hoc placet. hæc dubiam uincit ſententia mẽtẽ.
In latus erigitur: cubitoq; innixa ſiniſtro
Viderit. inſanos (inquit) fateamur amores.
Hei mihi quo labor? quẽ mẽs mea rõcipit ignẽ?
Et meditata manu componit uerba trementi.
Dextra tenet ferrum: uacuam tenet altera cærã.
Incipit: & dubitat, ſcribit: damnatq; tabellas.
Et notat: & delet: mutat: culpatq;. probatq;.
Inq; uicem ſumptas ponit: poſitaſq; reſumit.
Quid uelit ignorat: quicquid factura uidetur,
Diſplicet. in uultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat: uiſum eſt delere ſororem:
Verbaq; correptis incedere talia ceris.
Quam, niſi tu dederis, non eſt habitura ſalutem,
Hãc tibi mittit amãs, pudet ah, pudet edere nomẽ
Et ſi quid cupiam: quæris, ſine nomine, uellem
Poſſet agi mea cauſa, meo, nec cognita Byblis
Ante forem: q̃ ſpes uotorum certa fuiſſet.
Eſſe quidem læſi poterat tibi pectoris index
Et color, & macies, & uultus, & humida ſæpe
Lumina: nec cauſa ſuſpiria mota patenti:
Et crebri amplexus: & quæ, ſi forte notaſti,
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tamẽ: quamuis animi graue uulnus habebã,
Quamuis intus erat furor igneus: omnia feci:
(Sunt mihi Dii teſtes) ut tandem ſanior eſſem.

Opis

Tethys

Macarei & canaces amores

Sed

Byblidos epiſtola

Ergo

Sororiũ

RAph. ¶ In ſcopuloſ: in maximas anxietates. ¶ Nec habent: datam Cauni conditores a Strabone ex Creta uenisſe ſcribuntur. ¶ Miletida: Byblida Mileti filiã. ¶ Plãxit: percuſſit. ¶ Sine qua: qua erepta. ¶ Profugi: porro fugati. ¶ Vtq; tuo motæ: eo furore Byblida agitatam fuiſſe ait poeta: quo Bacchæ uexantur, dum tertio quoq; anno Orgia celebrant. ¶ Proles Semeleia: apoſtrophe ad Bacchum. ¶ Motæ: concitatæ. ¶ Tuo Thyrſo: tuis ſacris per ſynecdochen. Eſt namq; Thyrſus haſta pampinis tecta: quæ in ſacris bacchi iactabat. ¶ Iſmariæ: Thraciæ. ¶ Triennia: Trieterica græce dicuntur: eo quod tertio quoque anno celebrarentur.

Thyrſus

neſcit enim uox emiſſa reuertitur inquit Horatius. ¶ Cæra: tabella cærata. ¶ Non ne uel illa dies: ſe arguit Byblis: quod caſu tabellę admonita in alium diem non diſtulerit literas Cauno mittendas. ¶ Et tamen ipſa loqui: hic quoq; colligit Byblis ſe temere ad Caunũ fratrẽ literas deſcripſiſſe: ſatiuſq; fuiſſe ſi ipſa coram ſuos amores confeſſa fuiſſet. ¶ Cœperet: cõtinere potuerũt. ¶ Affuſaq;: pſuſa, plecta ad pedes Cauni. Id quod fit cum aliquid ardui uolumus ipetrare. ¶ Si ut ea poſſit. ¶ Non adit apte: decẽter, oportũe. ¶ Nec legit: elegit. ¶ Credo: ut puto. ¶ Animumq; uacantem: aliis curis uacuũ. ¶ Si facta mihi reuocare liceret: hoc eſt poſſem efficere, ut facta eſſent infecta. ¶ Cœpta expugnare: ſic cœpta perficere. ¶ Quippe nec ille põt: multis rationibus colligit Byblis melius eſſe, ut in incœpto perſiſtat: quã ab eo deſiſtat. ¶ Relinquã: deponã. ¶ Leuiter: leui amore impulſa. ¶ Qui plurimus: maximus: grauiſſimus. ¶ Hoc Deo: Cupidine. ¶ Deniq; ſi nequeo omnino inq; iã nefanda commiſi: neque innocens poſſum exiſtimari. ¶ Temerata: uiolata. ¶ Vt nihil adiiciam: quamuis nihil iis quæ iã commiſi adiiciam. ¶ In uota: ad uota explenda. ¶ Incertæ mentis: inſtabilis animi. ¶ Cõmittit ſæpe repelli: cõmittit ut ſæpe repellatur. ¶ Mox ubi finis abeſt: deinde inquit cũ nullus finis imponitur Byblidos flagitios Caunus patriã reliquit. ¶ Inq; peregrina: nã in Caria urbem ędificauit: quã de nomine ſuo Caunum appellauit, & æſtate & autũno peſtiferam. Diſcedit autem ab hiſtoria poeta, quo magis ueriſimilem fabulam red

Apta

Caun⁹

Nunc feror in ſcopulos igitur: ſubmerſaq; toto
Obruor Oceano. nec habent mea uela recurſus.
Quid q; & omnibus certis prohibebar amori
Indulgere meo: tunc, cum mihi ferre iubenti
Excidit: & fecit ſpes noſtras cæra caducas.
Nonne uel illa dies fuerat: ſuel tota uoluptas?
Sed potius mutanda dies? Deus ipſe monebat.
Signaq; certa dabat. ſi non male ſana fuiſſem:
Et tamen ipſa loqui: nec me committere cæræ
Debueram: præſenſq; meos aperire furores.
Vidiſſet lachrymas, uultus uidiſſet amantis.
Plura loqui poteram: q̃ quæ cœpere tabellæ.
Inuito potui circundare brachia collo:
Et ſi reiicerer: potui moritura uideri:
Amplectiq; pedes: affuſaq; poſcere uitam.
Omnia feciſſem: quorum ſi ſingula, duram
Flectere non poterant: potuiſſent omnia mentẽ.
Forſitan & miſſi ſit quædam culpa miniſtri.
Non adiit apte. nec legit idonea, credo,
Tempora: nec petiit horamq;, animumq; uacãtẽ,
Hæc nocuere mihi. neq; enim de Tigride natus,
Nec rigidos ſilices, ſolidumue in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit. nec lac bibit ille Leænæ.
Vincetur: repetendus erit. nec tædia cœpti
Vlla mei capiam: dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum: ſi facta mihi reuocare liceret:
Non cœpiſſe fuit. cœpta expugnare, ſecũdũ eſt.
Quippe nec ille poteſt: ut iam mea uota relinquã,
Non tamen auſorum ſemper memor eſſe meorũ,
Et quia deſierim: leuiter uoluiſſe uidebor.
Aut etiam tentaſſe alium, inſidiiſq; periſſe.
Vel certe non hoc: qui plurimus urget, & urit
Pectora noſtra Deo: ſed uicta libidine, credar.
Denique iam nequeo nil cõmiſiſſe nefandum,
Et ſcripſi: & petii: temerata eſt noſtra uoluntas:
Vt nihil adiiciam: non poſſum innoxia dici.
Quod ſupeſt: multũ eſt in uota: i crimina paruũ
Dixit: & incertæ tanta eſt diſcordia mentis:
Cum pigeat tentaſſe: libet tentare: modumq;
Exit: & infelix committit ſæpe repelli.
Mox ubi finis abeſt: patriam fugit ille, nefaſq;,
Inq; peregrina ponit noua mœnia terra.
Tum uero, mœſtam tota Miletida mente
Defeciſſe ferunt. tum uero, a pectore ueſtem
Diripuit: planxitq; ſuos furibunda lacertos.
Iamq; palam eſt demens: inconceſſamq; fatetur
Spem Veneris: ſine qua patriã, inuiſoſq; penates
Deſerit: & profugi ſequitur ueſtigia fratris.
Vtq; tuo motæ proles Semeleia Thyrſo
Iſmariæ celebrant repetita trienna Bacchæ:

RAph. ¶ Bubaſides nur⁹: Cariæ. Nã Bubaſus, uñ Bubaſides
dedũtanf: Cariæ regio eſt. ⁋ Caras: Cariæ populos.
Seleges ⁋ Et armiferos Lelegas. Leleges ppl'i ſunt Cariæ bel-
Cragus licoſiſſimi. ⁋ Iam Cragon: Cragus mõs eſt Lyciç Apol
lini ſacer, q̃ promontoria octo habere ſcribitur: ac eiuſdem
nominis urbem. ⁋ Et Limyrẽ: Limyre oppidũ eſt Ly
Limyre ciæ iuxta Cragon. ⁋ Xã
Xãthus thiq;: Xanthus & fluuii
& Lyciæ urbis maximæ
nomen eſt. ⁋ Quodque
Chimç Chimæra iugum: Chi-
ra mæra mons eſt Lyciæ: q
ut Aetna in Sicilia fomũ
ac flammarũ globos emit
tit. Id quod poetis cãm
præbuit: ut fingerẽt Chi
mæram eſſe monſtrum:
partem anteriorem leo-
nis habẽs flãmas euomẽ
tẽ: mediã ac uẽtrẽ capræ:
poſteriorẽ draconis: unũ
etiã Homer⁹ ingt. Sane
Chimæra capta interp-
tatur. ⁋ Quid eniꝫ dare
maius habebãt: idest po
terant, ac ſi diceret nihil.
⁋ Protinus ut ſecto: quo
modo in fonteꝫ fuerit re
ſoluta Byblis triplici ſimi
litudine poeta exponit.
Picea ⁋ Piceæ de cortice: picea
arbor eſt: ex cuius trũco
ſi incidatur: reſina fluit.
Bitumẽ ⁋ Vt ue tenax bitumen:
bitumen genus eſt picis
Byblis ex terra naſcens. ⁋ Spi-
in fontẽ rãtis lene: l: niter. nomen
p aduerbio. ⁋ Remole-
ſcit: itẽ mollis ac liqda
fit: liqueſcit. ⁋ Conſtitit:
ↄgelata fuit. ⁋ Phœbeia
Byblis: Phœbi neptis.

Fabulæ decimæ libri
noni argumentũ.

LAcẽ. ¶ Fama noui cẽtũ Cre-
tæas forſitan urbes &c.
Phæſtos ad oppiduꝫ in
inſulã Cretæ hic Lyctus
generoſæ ſtirpis ac præ-
ſtantis fidei cũ petiiſſet a
Telethuſa coniuge: ut ſi
puellaꝫ pareret: necaret.
ſi autem puerum ſobolẽ
patriç ſeruaret: ui uterq;
cum pro caſu futuro la-
chrymas dediſſent: ma
ter negens iferre manus
filiæ: Iſidẽ i malis habuit
auxiliatricẽ: ut pollicẽt. il
la infantẽ p puero dece-
pto patre filii opiniõe nu
triuit: itaq; cum ætas ma
tura nuptiis increuiſſet:
nihil ſuſpicans pater ob-
ſtrictus fide coniugis Ianthem ex Teleſte genitam de

Byblida non aliter latos ululaſſe per agros
Bubaſides uidere norus: quibos illa relictis
Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamq; pererrat.
Iam Cragõ, & Limyren, Xãthiq; reliquerat ũdas:
Quodq; Chimæra iugũ, mediis in partibus ignẽ
Pectus, & ora Leæ, caudam Serpentis habebat.
Deficiont ſiluæ: cum tu laſſata ſequendo
Concidis: & dura poſitis tellure capillis
Bybli iaces. frondeſq; tuo premis ore caducas.
Sæpe illam nymphæ teneris Lelegiedes ulnis
Tollere conantur: ſæpe ut medeatur amori
Præcipiunt: ſurdæq; adhibent ſolatia menti.
Muta iacet: uirideſq; ſuis tenet unguibus herbas
Byblis: & homectat lachrymarum gramina riuo.
Naiadis his uenam, quæ nũquã areſcere poſſet,
Suppoſuiſſe ferũt. quid eni dare maius habebãt?
Protinus, ut ſecto piceæ de cortice guttæ:
Vt ue tenax grauida manat tellure Bitumen:
Vtq; ſub aduentum ſpirantis lene Fauoni
Sole remolleſcit: quæ frigore conſtitit onda:
Sic lachrymis conſumpta ſuis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem: qui nunc quoq; uallibus illis
Nomen haber dominæ: nigraq; ſub Ilice manat.
Fama noui, centum Cretæas forſitan orbes
Impleſſet monſtri: ſi non miracula nuper
Iphide mutato Crete propiora tuliſſet.
Proxima Gnoſſiaco nam quondã Phæſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine Lyctum
Ingenua de plebe uirum. nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior: ſed uita, fideſq;
Inculpata fuit: grauidæ, qoi coniugis aures
Vocibus his monuit: cũ iam prope part⁹ adeſſet.
Quæ ooueã duo ſũt: minimo ut releuere dolore:
Vtq; marem parias. oneroſior altera ſors eſt:
Et uires fortuna negas. quod abominor, ergo
Edita forte tuo fuerit ſi fœmina partu:
Inuitus mando. pietas ignoſce, necetur,
Dixerat, & lachrymis oultum laoere profoſis:
Tam qui mandabat, q̃ cui mandata dabantur.
Sed tamen, uſq; ſuum uaois Telethuſa maritum
Sollicitat precibus: ne ſpem ſibi ponat in arcto.
Certa ſoa eſt Lycto ſententia. iamq; ferendo
Vexerat illa grauem maturo pondere uentrem:
Cum medio noctis ſpatio ſub imagine ſomni

ſpondit: qui inter ſe dum graui amore premerent̃ maxi
me Iphis. hoc enim pater nomine aui eã uocari uolue-
rit: & trepidante ẽt matre ne Iphis diu aduerſus uirum
eã infamia reperiret: eadem Dea fuit auxilio: nam ut io
tis nuptiis fugari poſſint: Iphidẽ i puerũ tranſfigurauit.
¶ Fama noui centum: hæc ad connectendam Iphidis RAph.
Metamorphoſin in ma-
tem a poeta referuntur.
Nam Lyctus quidaꝫ de Lyctus
plebe Telethuſam du-
xit uxorem: cui grauidæ
mandauit: ut ſi marem
quidẽ pareret, educaret:
ſin fœminã, exponeret.
Sollicitç igitur ac mœſtç
pp uiri mãdata Telethu
ſæ, Iſis Dea i ſomnis ap
paruit: eãq; hortata ẽ: ut
qcquid pareret, educaret:
nihil dubitaret. ſe. n. au-
xilio cũ opus eẽt: futurã.
Quare Telethuſa cũ pu
ellã peperiſſet: marẽ eſſe
mẽtita eſt marito: q ei no
mẽ aui impoſuit, Iphimq;
appellauit: atq; ut maſcu
lũ educauit: ſed cũ ad ter
tiũ & decimũ ętatis annũ
peruiſſet: ei pater Iãthẽ
Teleſtç cuiuſdã uirgini fi
liã deſpõſauit. Cũ uero
dies nuptiarũ adeſſet: te
lethuſa una cũ Iphide tẽ
plũ Iſidis adiit, illicq; que
implorato auxilio Iphis in
marẽ ↄuerſus, Iãthe quã
fruſtra ab ſe amari credi
derat potit⁹ eſt. ⁋ Cretç
as ur. Creteſ eſt: uñ Mile
t⁹ Byblidos pater coloni
aꝫ deduxerat i Aſiã. Eſt
aũt Creta iſula cẽtũ urbi Creta
um fama nobilis, a Cre
ta nympha Heſperidis
filia cognominata: ut Do
ſiades ſcripſit: ut Anaxi-
mãder a rege Curetum.
Hęc Aeria primũ: deide
Curetis, tũ Macaros a tẽ
perie cæli fuit appellata.
Hæc Pli. ⁋ Phæſtia tel.
Phæſtus urbe fuit Cretç Phęſtus
a Minoe ędificata, & gor
tyniis deleta. ⁋ Gnoſſia
co re. gnoſſos una fuit ex Gnoſ-
pſtãtib⁹ Cretç urbibus. ſos
⁋ Quæ uo. optẽ, cupiaꝫ.
⁋ Vt releuer parias. ⁋ O-
neroſior al. ſors ẽ: fœmi-
nã ñ ſolũ. n. educare: ſed
etiã dotẽ parare oportet.
⁋ Quod abominor: qđ
omẽ Dii auertãt. ⁋ Vſq; Abomi
ſemp, continue. ⁋ In ar. nari
in anguſte, ut bene ſperet Deos ei non defuturos. Vſque

¶ In ſectis

RAph. Inach⁹ ¶ Inachis: Io Inachi filia: quę in uaccā cōuerſa, cū priſtinæ figurę foret reſtituta, ab Aegyptiis ꝑ dea fuit culta, Iſiſq; appellata. Huius aūt ornatū & comites deſcribit poeta. ¶ Lunaria cornua: cum cornibus namq; pigebaꝛ Iſis, ut q̄ eadē cū Luna eē dicaꝛ. Nā primi hoīes in Aegypto geniti hūc mūdi ornatū admirātes uniuerſorumque naturā duos eē Deos, & qdem ęternos ſunt arbitrati Solē & Lunā: & illū qdē Oſiridē, hāc uero Iſidē appellarūt, ut Diodorus ſcribit. Luna aūt primis diebus cū creſcit cornua hře uiſ: Bos quoque et ab Aegyptiis ſacrificaꝛ

Iſidis comites Anubis ¶ Et regale dec⁹: diadema. ¶ Cuꝫ qua latrator Anubis: Mercuri⁹ ab Aegyptiis coliꝛ ſub canis figura: ſignificātibus eum fuiſſe cuſtodē Oſiridis & Iſidis: Anubiſq; appellaꝛ. ¶ Sācta q; Bubaſtis:

Bubaſtis comes Iſidis uiſ fuiſſe bubaſtis. Eadēq; cū Diana eē ab Herodoto ꝓhibeꝛ. Sꝫ ꝑ ipa quoq; Iſide accipi ſolet: a Bubaſto urbe cognominata. Hoc uero ex his q̄ i colūnaeis⁹ ſacris Iſis ſcripta traduntꝛ papipōt. Ego Iſis ſum Aegypti regina a Mercurio erudita: q̄ ego legibus ſtatui, nullus ſoluet. Ego ſum Oſiridis, ego ſum prima frugū inuētrix, ego ſum Ori regis mr̄. ego ſum in aſtro canis refulgēs. mihi Bubaſta urbs ↄdita eſt. gaude i gaude Aegypte me nutriſti. Hæc Diod.

Apis ¶ Variiſq; col. Apis: bos uarias habēs maculas in Aegypto colebaꝛ in ꝑpetuā memoriā Oſiridis frugū: frumētiq; reptoris: q̄ q̄ boues ruffi imolari ꝑmitterenꝛ: q colore Typhonē q Oſiridē necauit illes uiderenꝛ.

Harpocrates ¶ Quiq; ꝑmit uocē: Harpocratē ſignificat: q cū digito ad os appoſito pigebaꝛ. ¶ Siſtraque erant: Tympana.

Oſiris ¶ Nunq̄q; ſatis q̄ſit⁹ Oſiris: Deus eſt Aegyptioꝝ Iſidis maritus, quā ſingulis qbuſq; ānis Aegyptii & amiſſum maximo cuꝫ mœrore q̄rūt: & inuentū maxima cum lætitia pſequunꝛ: ut Diodorus: aliiq; que auctores ſcribunt. ¶ Plenaq; ſomniferis: in pompa ſacroꝝ Iſidis geſtabaꝛ et ſerpens, q dormire uidebatur,

¶ Excuſſaꝫ: excitatā. ¶ Dea ſum auxilia. ad id alludit: qđ (ut ſcribit Diodorus) Aegyptii aſſerūt Iſidē plurimorū inuentricē fuiſſe ad morbos medicamētoꝝ: & medicinæ arti admodū cōtuliſſe: quā imortalitate quoq; potitā gaudere hoīum cultu: ĩq; eoꝝ ualetudine præcipue uerſari: quin etiam in ſomnis palam eis opitulari: quos cenſuerit digitos. Signa autem horum eē nō græcas ſabellas: ſed opa certa. Totum enim ferme orbem hanc Deam colere ꝑpter manifeſtas morboꝝ curationes: ſiquidem in ſomnis illam nō recte ualētibus auxilia ꝓberet: & q eius monitis obtemperent, ꝓter opinionem curari etiam, quoꝝ medici ſalutem deſperarint.

Inachis ante torum pompa comitata ſacrorum
Aut ſtetit: aut uiſa eſt. inerant Lunaria fronti
Cornua, cum ſpicis nitido flauentibus auro:
Et regale decus: cum qua latrator Anubis:
Sanctaq; Bubaſtis: uariiſq; coloribus Apis:
Quiq; premit uocem: digitoq; ſilentia ſuadet:
Siſtraq; erant: nunquamq; ſatis quæſitus Oſiris:
Plenaq; ſomniferis ſerpens peregrina uenenis.
Tum uelut excuſſam ſomno, & manifeſta uidētē
Sic affata Dea eſt. pars o Telethuſa meatum
Pone graues curas: mandataq; falle mariti.
Nec dubita, cum te partu Lucina leuarit:
Tollere quicqid erit, Dea ſum auxiliatis: opemq;
Exorata fero: nec te coluiſſe, quereris
Ingratum numen, monuit: thalamoq; receſſit.
Læta toro ſurgit: duraſq; ad ſydera ſupplex
Creſſa manus tollens: rata ſint ſua uiſa precatur.
Vt dolor increuit: ſeq; ipſum pondus in auras
Expulit: & nata eſt ignota fœmina patri.
Iuſſit ali mater puerum mentita: fidemq;
Res habuit. neq; erat facti niſi conſcia nutrix.
Vota pater ſoluit: nomenq; imponit auitum.
Iphis auus fuerat. gauiſa eſt nomine mater:
Quod commune foret: nec quendā falleret illo.
Imperceptą pia mendacia fraude latebant.
Cultus erat pueri. facies, quam ſiue puellæ,
Siue dares puero, fieret formoſus uterq;.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus:
Cum pater Iphi tibi flauam deſpondet Ianthen,
Inter Phæſtiadas quæ laudatiſſima formæ
Dote fuit uirgo, Dictæo nata Teleſte.
Par ætas: par forma fuit: primaſq; magiſtris
Accepere artes elementa ætatis ab iiſdem.
Hinc amor amborū tetigit rude pectus: & æquū
Vulnus utriq; dedit. ſed erat fiducia diſpar.
Coniugium, pactæq; expectant tēpora tædæ:
Quemq; uirū putat eſſe, ſuum fore credit Iāthe:
Iphis amat: quo poſſe frui deſperat: & auget
Hoc ipſum flammas: ardetq; in uirgine, uirgo.
Vixq; tenens lachrymas q̄s me manet exitus īqt?
Cognita q̄ nulli. q̄ prodignoſa: nouæq;
Cura tenet Veneris? ſi Dii mihi parcere uellent:
Perdere debuerant. ſi non & perdere uellent:

¶ Creſſa: Cretenſis Telethuſa. ¶ Seq; ipſm pondus i auras Expulit: hoc eſt poſt q̄ peperit: pōduſque uteri in lucē extulit. ¶ Fidēq; res habuit: res credita fuit. ¶ Quod cōmune foret: puero & puellę: nā Iphis tā fœmina: q̄ mas appellari pt. ¶ Indecepta mēdacia: nō percepta: nō cognita, nō intellecta. Impcepta auteꝫ: indeprehēſa ue rectius forſitan legereꝛ: hoc eſt non deprehenſa, nō animaduerſa. ¶ Dyctæo Teleſte: Cretenſi. a Dicte nāque mōte Cretæ Dictæus declinaꝛ. Dicte ¶ Tetigit: cōmouit. ¶ Rude pect⁹: rudē aīum, & amādi imperitū. ¶ Sꝫ erat fiducia diſpar: nā Iphis diffidebat ſe uiri officio fūgi poſſe. Ianthe uero pulchre fidebat ſe munera mulieris optime obiturā. ¶ Pactæ tædæ: pactarum nuptiaꝝ. ¶ Quemq; uiruꝫ eſſet: Ianthe inqt cū putat eſſe uiꝝ, & marē: quē credit ſuū maritū eſſe ſuturū. ¶ Et auget Hoc ipſum flammas: qđ uirgie amata ſe frui poſſe deſperabat. ¶ Ardetq; i uirgine uirgo: uirgo inqt uirginis amore inflammatur: qđ maxime mirādū eſt. Virgo Hinc uero aperte colligitur: hoc nomē uirgo apđ priſcos fœminini dumtaxat gñis fuiſſe. ¶ Quis me manet exitus: quem inquit exitum meus amor ſortietur: cum Ianthe amata frui non poſſim.

Naturale malum ſaltem,& de more dediſſent.
Nec uaccam uaccæ.nec equas amor urit equarũ.
Vrit oues aries.ſequitur ſua fœmina ceruum.
Sic & aues coeunt:interq; animalia cuncta
Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt,
Vellem nulla forem.ne non tamen omnia Crete
Monſtra ferat:taurum dilexit filia Solis.
Fœmina nempe marem.meus eſt furioſior illo:
Si uerum profitemur,amor.tamen illa ſecuta eſt
Spem Veneris.tamẽ illa dolis,& imagine uaccæ
Paſſa bouem eſt,& erat qui deciperetur,adulter.
Huc licet ex toto ſolertia confluat orbe:
Ipſe licet reuolet ceratis Dædalus alis:
Quid faciet?num me puerum de uirgine doctis
Artibus efficiet?num te mutabit Ianthe?
Quin animum firmas?teq; ipſa recolligis Iphi?
Conſiliiq; inopes,& ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata uides:niſi te quoq; decipis ipſam.
Et pete quod fas eſt:& ama,quod fœmina debes.
Spes eſt quæ capiat.ſpes eſt quæ paſcat amorem.
Hanc tibi res adimit.non te cuſtodia charo
Arcet ab amplexu,nec cauti cura mariti;
Non patris aſperitas:nec ſe negat ipſa roganti.
Nec tamen eſt potienda tibi:nec ut omnia fiant:
Eſſe potes felix:ut Diiq;,hominesq; laborent:
Nunc quoq; uotorum pars ulla eſt una meorum:
Diiq; mihi faciles,quicquid ualuere,dederunt.
Quodq; ego,uult gẽitor:ſocer & uult ipſe futurꝰ.
At non uult natura,potentior omnibus iſtis:
Quæ mihi ſola nocet.uenit ecce optabile tẽpus:
Luxq; iugalis adeſt:& iam mea fiet Ianthe,
Nec mihi continget.mediis ſitiemus in undis.
Pronuba q̃d Iuno?q̃d ad hæc Hymenæe uenitis
Sacra?quibus q̃ ducat abeſt.ubi nubimus ambæ.
Preſſit ab his uocem.nec lenius altera uirgo
Aeſtuat:utq; celer uenias Hymenæe precatur.
Q̃d petit hæc:Telethuſa timẽs,mõ tẽpora differt
Nunc ficto lãguore,moram trahit.omina ſæpe,
Viſaq; cauſatur:ſed iam conſumpſerat omnem
Materiam ficti: dilataq; tempora tædæ
Inſtiterant:unuſq; dies reſtabat.at illa
Crinalem capiti uittam,nataq;,ſibiq;
Detrahit:& paſſis aram complexa capillis:
Iſi,Parætonium,Mareoticaq; arua,Pharonq;,
Quæ colis:& ſeptem digeſtum in cornua Nilum:
Fer precor(inquit)opẽ:noſtroq; medere timori.
Te dea,te quondam,tuaq; hæc inſignia uidi,
Cunctaq; cognoui,ſonitum,comiteſq;,faceſq;
Siſtrorum,memoriq; animo tua iuſſa notaui,

RAph. ¶Naturale malum:naturalem amorem,non ut uirginis,ſed uiri amore caperet. ¶Vellem nulla forem: hoc eſt uellem nõ eſſe. ¶Ne non ferat:ut ferat. Crete uero cum ſit caſus nominandi citra diphthõgũ ſcribat. ¶Taurum dilexit filia Solis:Paſiphae, cuius fabula ſæpius iam mihi eſt enarrata. ¶Solertia:ingenii perſpicacitas & acumen. ¶Cõfluat:cõueniat. ¶Quin animum firmas?cur non cõſtantia uteris?ſeipſam autem alloquitur Iphis. ¶Excutis:abiicis repellis. ¶Niſi te quoque decipis ipſam:nõ ſolum alios:q ipſam maſculum eẽ credebant. ¶Et pete q̃d fas eſt:& appete inq̃t q̃d aſſequi poſſis. ¶Hanc tibi res adimit: neceſſitas & ſexus qualitas tibi hãc eripit:quam uxorem ducere cupis. ¶Nec tamen eſt potienda tibi:nec tamen illa potes potiri. ¶Nulla:nõ eſt. ¶Lux que iugalis adeſt:nuptiarum dies.

Nubere ¶Vbi nubimꝰ ambæ:nubere fœminarum eſt proprium. ¶Nec mihi continget: quia illa potiri non potero. ¶Ad hæc ſacra: nuptiarum, nam in nuptiis & Iuno pronuba,& Hymenæꝰ inuocabantur. ¶Preſſit ab his uocem: poſt hæc inq̃t ſiluit. ¶Nec lenius: nec minus. ¶Aeſtuat: amore ardet. ¶Altera uirgo:Ianthe,quę Iphin, cui fuerat deſpõſata,marẽ eſſe credebat. ¶Vtq; celer uenias:apoſtrophe ad Hymenæum nuptiarũ Deum. ¶Omina, uiſaque:auguria & ſomnia. ¶Cauſatur: excuſat ac cauſam eſſe ait. ¶Ficti: fingendi.

Parætonium ¶Iſi, Parætonium: oppida Aegypti ubi potiſſimum colitur Iſis commemorat Telethuſa.Nam Parætoniũ Aegypti oppiduz eſt:& portus ingẽs quadraginta fere ſtadioruz:ut Strabo ſcribit.

Mareotis ¶Mareoticaque arua: Mareotis lacus eſt Aegypti iuxta Alexãdriam:qui antea Arapotes nominabatur.

Pharos ¶Pharonque:Pharos inſula eſt Alexandriæ adiacens,in qua eſt turris altitudine inſignis: quam eodem nomine quo inſula,multis tabulatis excelſam,& albo lapide mirifice ſtructã Soſtratus Gnidius Aegypti regum amicus: ob nauigantium ſalutem ædificauit, ut hoc epigramma in eam ſcriptum declarat. Soſtratus Gnidius Dexiphanis filꝰ Diis ſeruatoribus pro nauigãtibus. Nam cum ora importuoſa & humilis eẽt, & cautes & breuia mare haberet:ſignum aliquod neceſſarium fuit altum, & clarum:quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur. Inde factũ eſt ut huiuſmodi ſigna ad portus collocata Phari dicantur. ¶In ſeptem cornua:hoſtia. Nam Nilus ſeptez hoſtiis egreditur in mare. ¶Tuaque hæc inſignia uidi:in ara nanque Iſidis ea omnia ſimulachra erant,quæ per ſomnium uiderat Telethuſa. ¶Sonitum,comiteſque, faceſque: ordo eſt: Sonitum Siſtrorum.

Siſtrũ Siſtrum nanque inſtrumentum eſt quod cõcuſſum ſonitum emittit: unde & nomen κατὰ τοῦ σείειν hoc eſt a concutiendo accepit.

¶Quod

RAph. ¶ Quod uidet hæc lucem: quod hæc uiuit. Digito au/
tem puellam oſtendit.
¶ Non ſecura: non ſine cura & ſollicitudine.
¶ Fauſto omine: felici augurio. ¶ Ad ignes: ad ſacrificia: quæ in nuptiis Iunoni, Hymenæoq; ac Veneri celebrantur.
Fabulæ primæ libri de/
cimi argumentum.

LAct. ¶ Inde p imenſum &c. Orpheus Eurydice inte rempta ad inferos deſcẽdit: & a dite impetrauit: ut eam reduceret ad ſu/ peros lege propoſita: ſi ſequentem non reſpexiſ ſet: q̄ ille pręſtare nō po tuit. Reuocata igit̃ ad in feros Orpheus ut ad lu/ cē confugeret: ſic demē/ tia ſtupuiſſe dicitur: ut ca nem Cerberum, & Ole/ num: & Lethæa in lapi/ des trāſfiguraret. Poſtea dolore ac fletu finito ne rurſus coniugale deſyde rium experiretur, pueri/ lem Venerem inſtituit.

RAph. INde per imē ſum. Totum hūc librū un/ decimiq; par tem Orphei

Orphe⁹ geſtis, carminibuſq; ita dicauit poeta: ut ab inſti tuto non diſcedat: uariſ ſi q; trāſfigurationes expo nat. Naq; Orpheus Apol linis: & Calliopes: uel (ut alii ſcribunt) Oeagri fluuii: & Polymniæ mu/ ſæ filius: ſcientia ac cantus ſuauitate mortales om/ nes dicit̃ ſuperaſſe: citha ramq; ad ſimilitudinem teſtudinis a Mercurio cō fectam, donoq; Apolli/ ni datā a patre accepiſſe cuius modulatione non homines ſolum, ſed fe/ ras: ſiluaſq; ac ſaxa mota fuiſſe. Is enim (ut ſcribit Diodorus) doctrinæ de

Nuptię Orphei ditus: cū theologiæ ope/ ram impendiſſet: in Ae gyptum trāſiit: plurima/ rumq; ibi rerum pcepta ſcientia: Græcorū doctiſ ſimus tum in Deorū ce rimoniis: tum in theolo/ gia: tum in poematis: can tuq; ē habit⁹. Nauigauit inſuper cū Argonautis

Quod uidet hæc lucem: q; non ego punior ipſa:
Conſilium, monitumq; tuū eſt. miſerere duarū:
Auxilioq; iuua. lachrymæ ſunt uerba ſecutæ.
Viſa Dea eſt mouiſſe ſuas, & mouerat, aras:
Et templi tremuere fores: imitataq; Lunam
Cornua fulſerunt: crepuitq; ſonabile Siſtrum.
Non ſecura quidem: fauſto tamen omine læta
Mater abit templo. ſequitur comes Iphis euūtē:
Quam ſolita eſt maiore gradu. nec cādor in ore
Permanet: & uires augentur: & acrior ipſe eſt
Vultus: & incomptis breuior menſura capillis:
Pluſq; uigoris adeſt, habuit q̄ fœmina. nam quæ
Fœmina nup eras: puer es: date munera tēplis,
Nec timida gaudete fide. dant munera templis,
Addunt & titulū, titulus breue carmē habebat,
Vota puer ſoluit: quæ fœmina nouerat Iphis.
Poſtera lux radiis rotum patefecerat orbem,
Cum Ven⁹, & Iuno, ſociuſq; Hymenæ⁹ ad ignes
Conueniunt: potiturq; ſua puer Iphis Ianthe.

¶ RAPHAELIS Regii in decimū Metamor/
hoſeos Ouidii Librum enarrationes.



Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos
Liber decimus.

INde p imenſum cro/
ceo uelatus amictu
Aethera digredit̃ cico
nūq; hymenæ⁹ ad oraſ
Tēdit: & Orphea ne
quicq; uóce uocat.
Affuit ille qdē: ſed nec
ſolemnia uerba:
Nec lætos uultus: nec
felix attulit omen.
Fax quoq; quā tenuit lachrymoſo ſtridula fumo

obq; uxoris amorem ad inferos cū deſcendiſſet: a Pro ſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit: ut de functā uxore ab inferis excitaret: naq; Eurydicē quā infauſto omine ſibi copularat: dum p prata ſi mul cum aliis nymphis uagaretur, a ſerpente p/ cuſſa interiit, tantoq; do lore moriens affecit ma/ ritum: ut nō ſatis eē duxe rit lugere: ſed ad iferos quoq; ad eam repetēdā deſcēdere nihil dubita/ rit. Eo igit̃ cū peruenſſet, tanti carminis ſuauitate effecit, ut uxorem a Plu/ tone ea acciperet condi/ tione, ne illā prius, q̄ ad ſuperos reuerſus eēt i re/ ſpiceret: ſed Orpheus ue ritus ne ſe uxor ſequere tur: cum iam fere ad ſupe ros perueniſſet: eā reſpe xit: quæ ilico ad inferos retracta Orpheum i ma ximis cruciatibus reliqt. Cum igit̃ deſperaret ſe iterum ea potiri poſſe omnes aſpernatus mulie res dicit̃: primuſq; apud Thraces puerorū amori bus induliſſe. Id uero ægre ferentes Thraciæ mulieres ſacra Bacchi ce lebrātes illum cithara ca nentem: ferasq; mulcen/ tē diſcerpſerunt: cui⁹ ca put una cum cithara in Hebrū proiectum: cum Leſbon uſque perueniſ ſet: idq; ſerpens laniare uellet: in ſaxū ab Apolli ne dr̃ fuiſſe trāſformat⁹. ¶ Ad oras Ciconū: Ci/ cones populi ſunt Thra ciæ iuxta Hebrū fluuiū habitantes a Cicone A/ pollinis & Rhodopes fi lio dicti. ¶ Et Orpheia uoce: adiectiuū ē orphe ia: unde ēt penultimam pducit: q̄ a græcis p ei ſcri bit. ¶ Nequicq̄: fruſtra: Neque. n. felices illæ nu ptiæ fuerunt ¶ Sed nec ſolēnia uerba: qualia hęc eſſent: fauſtæ: feliceſque hæ ſint nuptiæ. ¶ Fax quoque quā tenuit: quin que faces (ut in Proble ma is ſcribit Plutarch⁹) ante nouam nuptā præ ferri ſolebant. Cicōes

Vſq; fuit:nulloſq; inuenit motibus ignes.
Exitus auſpicio grauior.nam nupta per herbas
Dum noua Naiadum turba comitata uagatur:
Occidit,in talum ſerpentis dente recepta.
Quam ſatis ad ſuperas poſtq; Rhodopeius auras
Defleuit uates ne non tentaret & umbras:
Ad ſtyga Tænaria eſt auſus deſcendere porta:
Perq; leues populos:ſimulachraq; fũcta ſepulchro
Perſephonẽ adiit:inamœnaq; regna tenentem
Vmbrarum dominũ:pulſiſq; ad carmina neruis,
Sic ait.o poſiti ſub terra numina mundi:
In quem decidimus quidquid mortale creamur:
Si licet:& falſi poſitis ambagibus oris
Vera loqui ſinitis:non huc ut opaca uiderem
Tartara,deſcendi:nec uti uilloſa collubris
Terna Meduſæi uincirem guttura monſtri.
Cauſa uiæ eſt coniunx:in quam calcata,uenenũ
Vipera diffudit:creſcenteſq; abſtulit annos.
Poſſe pati uolui:nec me tentaſſe negabo.
Vicit amor.ſupera Deus hic bene not⁹ i ora eſt.
An ſit & hic,dubito.ſed & hic tñ auguror eſſe:
Famaq;,ſi ueteris non eſt mentita rapinæ:
Vos quoq; iũxit amor.p ego.hæc loca plẽa timo
Per Chaos hoc ingẽs,uaſtiq; ſilẽtia regni: (ris:
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur uobis:paulumq; morati
Serius aut citius ſedem properamus ad unam.
Tẽdim⁹ huc omnes. hæc eſt dom⁹ ultima: uoſq;
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hec quoq; cum iuſtos matura peregerit annos:
Iuris erit ueſtri:pro munere poſcimus uſum.
Quod ſi fata negãt ueniã pro coniuge:certũ eſt
Nolle redire mihi.leto gaudete duorum.
Talia dicentem:neruoſq; ad uerba mouentem
Exangues flebant animæ.nec Tantalus undam
Captauit refugam;ſtupuitq; Ixionis orbis.
Nec carpſere iecur uolucres:urniſq; uacarunt
Belides:inq; tuo ſediſti Siſyphe ſaxo.
Tunc primũ lachrymis uictarũ carmine fama eſt
Eumenidum maduiſſe genas:nec regia coniunx
Suſtinet,oranti:nec qui regit ima,negare.
Eurydicenq; uocant:umbras erat illa recentes
Inter:& inceſſit paſſu de uulnere tardo.
Hãc ſimul,& legẽ Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retro ſua lumina:donec auernas
Exierit ualles:aut irrita dona futura.

RAph. ¶ Vſq; ſemper. ⁋ Rhodopeius uates:Orpheus poe-
ta Thracius:cuius Hymni in pleriſq; Deorũ etiãnum
Rhodope — extãt.Rhodope aũt mõs eſt Thraciæ altiſſimus. ⁋ Tæ-
naria porta:Tænarus Laconiæ pmotorium eſt:in quo
Tænarus — ſpecus eſſe dicit:p quem ad inferos deſcẽdit. ⁋ Perque
leues populos:corporib⁹
carẽtes. ⁋ Perſephonen:
Proſerpinã. ⁋ Vmbrarũ
Orphe⁹ ad inferos — dominũ:Plutonẽ. ⁋ O po-
ſiti: hac orõne Orpheus
perſuadere conat Pluto-
ni atque Proſerpinæ,ut ſi-
Orphei oratio — bi Euridicen uxorẽ reſti-
tuant:ac p aliquot adhuc
annos uiuere apud ſupe-
ros permittant. ⁋ Mundi
po.ſub terra, periphraſis
Tartarus — eſt iferorũ. ⁋ Opaca Tar-
tara:obſcura , tenebroſa.
Eſt enim Tartarus infe-
rorũ locus pfundiſſimus.
⁋ Meduſæi mõſtri : Cer-
beri canis inferorũ tricipi-
tis:qui ut Meduſa pro ca-
pillis,ita p pilis colubros
ac ſerpentes habet.Meri-
to aũt ſe excuſat Orphe-
us,ne ut Hercules creda-
tur ad extrahendum Cer-
Auguror — berum illuc deſcendiſſe.
⁋ Auguror : coniecto &
Auguro — ſignis collig.Auguror au-
tem & Auguro in eadẽ ſi-
gnificatiõe dicim⁹. ⁋ Ve-
teris rapinæ:nã Pluto Pro-
ſerpinæ amore captus eã
rapuit. ⁋ Per chaos hoc
ingens:per hãs immẽſas
tenebras. ⁋ Retexite: re-
ſoluite,ut ad uitam poſſit
redire. ⁋ Omnia debent
uobis:ola inquit ad uos
uenire neceſſe eſt. ⁋ Lõ-
giſſima regna:utpote quę
nunq̃ ſint finẽ habitura.
⁋ Peregerit : cõpleuerit.
⁋ Iuris ueſtri ptãtis,& di-
tiõis ueſtræ. ⁋ Pro mune-
re poſcimus uſum:ut Eu-
rydice uti,fruiq; poſſim.
⁋ Quod ſi fata negãt ue-
niam:ſed ſi inqt fata mihi
hoc beneficiũ,p uxore pe-
titũ negauerint: decreui
nolle ad ſuperos redire.
Venia — ⁋ Veniã:beneficiũ.Inter
dũ uenia p pace ponitur.
Virgi.Cuncti nã lecti na-
tibus ibant Orantes ue-
niã.Cæterũ qui peccarũt
ueniã petere pprie dicũt,
cum ut ſibi parcat:orant.
⁋ Certuz eſt mihi:decre-
tũ eſt mihi. ⁋ Talia dicẽ-
tem:quanta fuerit uis Or-
phei orõnis facile hinc colligit:q inferos omnes lachry-
mas emittere coegit. ⁋ Neruoſq;:cytharæ chordas pul-
ſantem. ⁋ Nec Tantalus undam Captauit refugam:
Tãtalus — Tãtalus Paphlagoniæ rex fuit regiõis fertilitate diuiſſi-
muſq; q mẽſa Deorũ dignatus Iouis arcana pdidit mor-
talibus.Quare ad iferos
detruſus, & inter aquas
ori allabẽtes ſitit,nec pen-
dẽtibus pomis famẽ ex-
pellere põt. Cũ. n.ea ca-
ptare uult a uento(ut ſcri-
bit Hom.)diſſipãt. ⁋ Ca-
ptauit:capere curauit.
Ixion — ⁋ Stupuitq; Ixiõis orbis:
Ixiõ Phlegiæ:uel(ut qdã
ſcribũt)Antionis & Me-
liſſæ filius,cũ Iunonem
de ſtupro iterpellaſſet:ſi-
ue(ut Homerus ait) Lato-
nã ad iferos dãnatus rota
aſſidue circũagit. ⁋ Stu-
puit:imobilis pmanſit,ut
Orphei carmina audiret.
Titius — ⁋ Orbis:rota. ⁋ Nec car-
pſere iecur uolucres: Ti-
tii ſubaudiat. nã Titius
Iouis filius: & Halaræ,
q terræ alumnus dr: quẽ
a mr̃e ſub ſpecu metu Iu-
nonis fuiſ e ductum,cum
Latonã uiolare tentaſſet
Belides — in nouem iugera diſtẽtus
iecore ſuo uultures aſſi-
due paſcere narrat. ⁋ Vr-
niſq; ua.Be.Beli neptes.
Hæ uero Danai filię fue-
re q̃nquagintaq; totidẽq;
patrueles:eoſdẽq; mari-
tos Aegypti filios iuſſu
Danai pr̃is ſui quæq; pre-
ter unã Hypmeſtrã,quæ
Lynceo pepercit:prĩa no-
cte iteremerũt:ũi ad infe-
ros detruſæ cribris aquã
haurire finguntur. Hac aũt
fabula Lucretius amore
captos ſignari putet: q in-
re leuiſſima diu laborẽt.
⁋ Vacarunt:ceſſarunt ab
urnis geſtãdis. ⁋ Inq; tuo
Siſyph⁹ — ſe. Si.ſa. Siſyphus Aeoli
filius cũ Iſthmũ infeſtaret
ad inferos truſus ſaxũ in
montis cacumẽ ſubuolue-
re cogit:qd ſemp in ual-
lem deuoluit:quo ambi-
tioſi ſignificãt:q ſ̃uis ferãt
repulſam:ab ambiẽdis
tñ magiſtratibus non deſi-
ſtũt. ⁋ Eumenidũ:furia-
rum. ⁋ Nec re. co. Proſer-
pina. ⁋ Nec q regit ima:
periphraſis eſt Plutonis.
⁋ Vmbras inter:ut aſtro-
phe eſt.

¶ Carpitur

RAph. ¶ Carpitur accliuis: per tramitem arduum Or-pheus ab inferis ad ſuperos aſcendit. ⸿ Nec procul: nec lõge. ⸿ Margine: extremitate. ⸿ Summæ telluris: ſupernæ terræ. ⸿ Hinc ne deficeret metuens: tunc inquit timens Orpheus ne Eurydice ſe desereret, ad eam oculos conuertit. ⸿ Quam tria qui timidus: quis nã hic fuerit, nuſquam me legiſſe memini. Quiſquis autem fuit, cum Gerberum ab hercule ad ſuperos attractum uidiſſet, tanto affectus eſt tremore, ut in ſaxum fuerit conuerſus. ⸿ Medio: collo ſubaudiatur. Nam e tribus Cerberi collis medium cathenis fuerat ligatum. ⸿ Quiq; in ſe traxit crimẽ: Olenus quidam Lethæam duxit uxorem eximia pulchritudine adeo ſuperbã, ut ſe Deabus præferret. Cęterum Deæ iratę cum de Lethæa ſupplicium ſumere uellent, Olenus in ſe culpam uxoris transferre auſus una cum illa in lapidem fuit cõuerſus. ⸿ Humida Ide: fontibus abundans. Nam Ida phrygia multis fontibus irrigatur. ⸿ Orãtem: Orpheũ precantem. ⸿ Portitor: Charon qui portui iferorum pręeſt. ⸿ Arguerat: uincere putat: ſed arcuerat forſitan rectius legeretur, ut intelligamus, uetuerat. ⸿ In ripa: Stygis paludis. ⸿ Cereris ſine munere: ſine ullo cibo. ⸿ Pulſumq; Aquilonibus Hęmũ: montes ſunt Thracię Rhodope & Hæmus Boreæ obnoxii. ⸿ Annum piſcib⁹ æquoreis incluſum: i. hoc eſt piſcibus terminatum. Nam piſces Zodiaci ultimum obtinent locum, annumq; terminãt. Significat igit tres annos tranſiiſſe poſt eurydices mortem: quibus Orphe⁹ nullam tetigerat mulierem. ⸿ Auctor transferre: conſtructio ẽ græca: Transferre di enim latine diceret. Fabulæ ſecidæ decimi libri argumentum.

Ole-nus & Lethęa in lapides

Carpitur accliuis per muta ſilentia Trames
Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca.
Nec procul abfuerant telluris margine ſummæ.
Hinc ne deficeret metuens, auiduſq; uidendi
Flexit amans oculos: & protinus illa relapſa eſt:
Brachiaq; intendens, prendiq;, & prendere captãs:
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Iamq; iterum moriens, non eſt de coniuge quicq̃
Queſta ſuo. quid enim niſi ſe quereretur amatã?
Supremumq; uale: quod iam uix auribus ille
Acciperet, dixit: reuolutaq; rurſus eodem eſt.
Non aliter ſtupuit gemina nece cõiugis Orphe⁹,
Quam tria qui timidus medio portãte cathenas
Colla canis uidit: quem non pauor ante reliquit:
Quam natura prior: ſaxo per corpus oborto.
Quiq; in ſe traxit crimen: uoluitq; uideri
Olenus eſſe nocens. tuq; o confiſa figura
Infelix Lethæa tua: iunctiſſima quondam
Corpora. nũc lapides, quos humida ſuſtinet Ide.
Orantem: fruſtraq; iterum tranſire uolentem
Portitor arguerat: ſeptem tamen ille diebus
Squallidus in ripa Cereris ſine munere ſedit:
Cura, dolorq; animi, lachrymeq;, alimenta fuere.
Eſſe Deos Herebi crudeles queſtus, in altam
Se recipit Rhodopẽ: pulſũq; Aquilonib⁹ Hæmũ.
Tertius æquoreis incluſum piſcibus annum
Finierat Titan: omnemq; refugerat Orpheus.
Fœmineam Venerem: ſeu q͂ male ceſſerat illi:
Siue fidem dederat. multas tamẽ ardor habebat
Iungere ſe Vati: multæ doluere repulſæ.
Ille etiam Thracum populis fuit auctor amorem
In teneros transferre mares: citraq; iuuentam
Aetatis breue uer, & primos carpere flores.



Collis erat: collemq; ſuper planiſſima campi
Area: quam uiridem faciebant graminis herbæ:
Vmbra loco deerat: qua poſtquam parte reſedit
Diis genitus Vates: & fila ſonantia mouit:
Vmbra loco uenit. non Chaonis abfuit arbor.

¶ Collis erat &c. Ad cãtus Orphei deſyderantis conſuetudinem coniugis cum plurima animalia capta uocis dulcedine conueniſſent, & in his etiam arbores elicitæ: inter quas ſtupẽs cantib⁹ Pinus Cybeles montis, qui in phrygia eſt, in quam Atys matris Deum antiſtes mutatus eſt. Alii ferunt fuiſſe eius filium. Alii paſtorem. LActã

¶ Collis erat: locum deſcribit ubi canẽs Orphe⁹ a Bacchis fuit diſcerptus. ⸿ Diis genitus uates: Orphe⁹ Apollinis & Calliopes muſæ fili⁹. ⸿ Loco: in loco. Virgilius: It clamor cælo. ⸿ Chaonis arbor: quercũ dicit. Nã quercus arbor eſt glandifera, quę in Chaonia Epiri regione a Chaone dicta copioſe prouenit. unde in primo Georgicorũ Virgili⁹. Si uestro munere tellus Chaoniam pingui glãdẽ mutauit ariſta. Chaõ autem frater fuiſſe Heleni ſcribitur: quem cum Helenus ipſe per imprudentiam occidiſſet, regionem cui imperabat Chaoniã ab illi⁹ nomine uocauit, cum antea Molloſſia appellaretur. Vnde Virgilius. Morte Neoptolemi regnorũ reddita ceſſit Pars Heleno, qui chaonios cognomine campos, Chaoniãq; omnem Troiano a Chaone dixit. Plinius autem chaoniam a Chao-nibus populis denominatam eſſe ſcribit. RAph.

Querc⁹ Chaõia

Chaon

P

Cul. meta.

Non nemus Heliadū:nō frōdibus Aeſculus altis:
Nec tiliæ molles:nec Fagus,& innuba Laurus,
Et coryli fragiles:& Fraxinus utilis haſtis:
Enodiſq; abies:curuataq; glandibus Ilex:
Et Platanus genialis:Acerq; coloribus impar:
Amnicolæq; ſimul Salices,& aquatica Lotos.
Perpetuoq; uirens Buxus:tenueſq; Myricæ:
Et bicolor Myrtus,& baccis cærula Ficus.
Vos quoq; flexibiles Hederæ ueniſtis:& una
Pampineæ Vites:& amictæ uitibus Vlmi,
Orniq; & Piceæ:Pomoq; onerata rubenti
Arbutus:& lentæ uictoris præmia Palmæ,
Et ſuccincta comas,hirſutaq; uertice Pinus
Grata Deum matri:ſiquidem Cybeleius Atys
Exuit hac hominem:truncoq; induruit illo.



Affuit huic turbæ metas imitata Cupreſſus:
Nunc arbor,puer ante Deo dilectus ab illo:
Qui citharam neruis:& neruis temperat arcum.
Namq; ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arua
Ingens Ceruus erat:lateq; patentibus,altas
Ipſe ſuo capiti præbebat cornibus umbras.
Cornua fulgebant auro:demiſſaq; in harmos
Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur:pariliq; ætate nitebant
Auribus& geminis, circum caua tēpora, baccæ.
Iſq; metu uacuus:naturaliq; pauore
Depoſito celebrare domos:mulcendaq; colla
Quamlibet ignotis manibus præbere ſolebat.
Sed tamen ante alios Cææ pulcherrimæ gentis
Gratus erat Cypariſſe tibi:tu pabula ceruum
Ad noua:tu liquidi ducebas fontis ad undas.
Tu modo texebas uarios per cornua flores:
Nunc eques in tergo reſidens huc lætus, & illuc,
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Aeſtus erat:mediuſq; dies:Soliſq; uapore
Concaua littorei feruebant brachia Cancri,
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra

RAph. ¶Nō nemus Heliadū: populi i q̄s ſorores Phaetontis conuerſas fuiſſe in ſecundo uolumine poeta narrauit. ⸿ Heliadū. Solis filiaꝝ. Helios eni Sol dicitur. Aeſcul⁹ ⸿ Aeſcul⁹: arbor eſt hęc glandiſera Ioui dicata. ⸿ Et innuba laur⁹: uirgo. Daphne. n. quā in laurum conuerſam legimus nunquā nubere uoluit. Enodis ⸿ Enodis abies: ſine Platan⁹ nodis. ⸿ Et platanus genialis: genio ac uoluptati dicata. Foliis enim ęſtate Atys in pinum Solem auertit: hyeme uero admittit: ut Plinius ſcribit. Acer ⸿ Acerq;: acer arbor eſt uariis diſtincta coloribus: unde acernæ menſæ Acernę menſæ poſt citreas i pretio apud priſcos fuiſſe ſcribuntur. ⸿ Amnicolæ ſali. iuxta fluuios naſcētes. Salix autem arbor eſt notior, q̄ ut hoc loco ſit deſcribenda. Lotos ⸿ Et aquatica Lotos: arbor eſt Lotos locis humidis gaudēs: unde & aq̄tica uocat a poetai & fert ſuauiſſimum fructum in Loto phagi Africa præſertim: unde Lotophagi populi fuerūt denominati. Eſt etiam Lotos herba: quam inter primas Deoꝝ uoluptati naſci Homerus ait. ⸿ Te Miricæ nueſq; myricæ: humiles, non multū creſcētes. Vnde & Virgil. in Bucolicis humiles myricas appellat. ⸿ Et bicolor myrtus: Myrtuſ arbor eſt myrtus Veneri dicata. ⸿ Baccis immaturas ficos baccas uocat poeta. ⸿ Pampineæ uites: pāpinis & foliis oneratæ. Ornus ⸿ Orniq; & piceæ: arbores ſunt montanæ ornus & piceæ. Sane hornus cū Horn⁹ aſpiratione huius anni intelligitur. ⸿ Arbutus: arboris eſt ſpecies arbutus Arbut⁹ hac ualide creſcēs. ⸿ Pomo rubenti: pomis rubicundis. ⸿ Et lentæ pal Palma mæ: flexibiles. ⸿ Victoris præmia: idcirco palmæ uictoris pręmia dicūtur: q uictores palma coronantur. Palmæ. n. nūq̄ oneri cedunt: ut qui uincunt: hoſtibus cedere nō uident. ⸿ Et ſuccincta comas: ſuccinctas & altas habēs comas: & frondes. Nam pinus in uertice ſolū frōdes emittit. ⸿ Grata Deum matri: Cybele. ⸿ Siqdē Cybelei⁹ Atys: Atym eximia pulchritudine pueꝝ Deorum mr: ut in Faſtis ſcribit poeta: ſibi caſto deuinxit amore: iuſſitq; ut caſtus uiueret: ſuaq; tēpla tueret. At ille mādatoꝝ immemor cū Sagaritide nympha coiuit: q̄re in furias actus ſe ipſe primum excaſtrauit: deinde cum ſe interficere uellet: in pinum arborem fuit commutatus.

Fabulæ tertiæ decimi libri argumentum.

¶Affuit huic turbæ metas imitata &c. Cypariſſus Amiclei filius ex inſula Cæa: hunc Apollo dilexit: & ꝓpter Ceruū patientē manus: quē per imprudētiam ſagitta tranſfixum interemerat: manus afferentē ſibi periculo eripuit: & protinus in arborem genitiui nois uertit. LActā.

¶Affuit huic turbæ: Cypariſſus puer fuit formoſiſſimus: Apollini gratus: qui ceruū: quem i deliciis habebat: cum imprudēs occidiſſet: tāto eſt affect⁹ dolore: ut cum mori omnino uellet: in arborē cupreſſum ab Apolline fuerit commutatus. RAph. Cypariſſus in cupſſum ⸿ Metas imitata: metarū ſimilis: quæ ui cupreſſi in acutum tendunt. ⸿ Ab illo Deo: ab Apolline. nam Apollo cum cithara & arcu pingebat. ⸿ Carthæa arua: ſic quidem ſcribitur ſed Carthęa cum th aſpirato legendum uidetur. Nam Carthæa una ē ex quattuor urbibus Cææ inſulæ: i qua natus ē Cypariſſus. Principale autem pro deriuatiuo poſitum eſt. carthea ⸿ Gemmata mōilia: torques gemmis ornati. ⸿ Baccæ: margaritę: uniones. ⸿ Cæę gentis: Cęa inſula ē Aegæi: unde Cæ⁹ deriuatur. Cæa ⸿ Quamlibet ignotis: quantumlibet incognitis. ⸿ Soliſq; uapore: ſignificat Solē i Cācro fuiſſe: quo tempoꝛ maximi excitantur æſtus.

¶Frigus

RAph. ℭ Frig⁹ ducebat:trahebat:capiebat. ⁋ Pro materiaq; pro q̄litate rei perditæ doleret. ⁋ Egeſto ſanguine : ex hauſto:emiſſo. ⁋ Sūptoq; rigore:accepta duritie. ⁋ Sydereum cælū:ſyderibus ornatū. ⁋ Lugebiſq; alios:hoc ex Romana cōſuetudine dictum eſt. Nā(ut Seru⁹ ſcribit)cupreſſi rami ante fores dom⁹ i qua eſſet cadauer, ponebant̄,ne quis per imprudētiam ingrediēs pollueretur:unde illam inferis fuiſſe conſecratam dicunt,hoc eſt lachrymis & luctibus,uel q; cæſa nūq̄ reuireſcit. ⁋ Dolentibus: morte propinquorum.

raptus,ac ſibi menſę miniſter adhibit⁹ perhibet̄. Quod quidē idcirco fingit̄:q; Iuppiter aut p legionē Ganymedem rapuit,cuius inſigne erat Aquila:aut nauis in qua fuit impoſitus pictā habuit aquilā,ut Lactantius exponit. Euſebi⁹ uero i Chronicis ait Ganymedē a Tātalo fuiſſe raptū:indeq; ortū bellū inter Troē,& Tātalū. Locus aūt in quo raptus fuit ἁρπάγιον uocat̄ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν:hoc eſt a rapiendo,ut Strabo teſtat̄. Aq̄riū quidā Ganymedē eē dixerūt,ut ſcribit higini⁹: qm̄ uelut aquā fundes cōdit:& a grçcis Hydrochoos appellatur. ⁋ Niſi quę portat ſua fulmina terræ: periphraſis ē aquilæ,quę fulmina Ioui ſubminiſtrare di. Hoc āt idcirco fingitur,q; ſola ex auib⁹ aquila fulmie nō tāgit̄. ⁋ Ilia dē:Illi nepote:. ⁋ Inuita Iunōe:cōtra uoluntatē Iunonis,q̄ ægre ferebat Ganymedē pp pulchritudinē tātope ab Ioue amari.

Gany medis raptus

Aquila fulmine nō tāgi

Fabulæ quartæ libri decimi argumentum.

LActā. ℭ Tale nem⁹ &c. Ganymedes Trois fili⁹ prima forma cum cæteris Ilienſibus phrygiæ prçferret: & aſſiduis uenationibus intereſſet,ne iſamiā uirētis ætatis ſubiret: Iuppiter uerſus in aquilam ex illo monte eum rapuit in cœlum miniſtrumq; fecit.

RAph. chordæ ℭ Impulſas : percuſſas. Chordæ āt q̄ fides latine dicunt̄,muſicorū tantum modo ſunt inſtrumentorū. ⁋ Diuerſa:diuerſe. nomen. n. pro aduerbio poſitū eſt. ⁋ Varios modos: uarios ſonos,ex qb⁹ conſtat harmonia. ⁋ A Ioue muſa parens:Calliopem muſam ſibi matrem inuocat orpheus. Ex principio autem hymni orphei in Iouem hęc ſumpta eē uidentur. ⁋ Cedūt Iouis omnia regno:oīa inquit Iouis potentiæ ſubiicīt̄. Eſt autē parentheſis cām continens cur ab Ioue ſit inchoādū. ⁋ Plectro grauiore:ſono grauiore, quali bella cantari ſolent. Eſt autē plectrum iſtrumentum muſicum: quī latine pectē appellat̄,quo chordæ percutiūtur ἀπὸ τοῦ πλήττειν:hoc eſt a percutiendo declinatum. ⁋ Gigantes: Gigātomachiam hoc eſt gigantum pugnā.

Plectrū Iuppit Iagiam

Ceruus:& arborea frigus ducebat ab umbra.
Hunc puer imprudens iaculo Cypariſſus acuto
Figit:& ut ſæuo morientem uulnere uidit:
Velle mori ſtatuit. quæ non ſolatia phœbus
Dixit?& ut leuiter,pro materiaq; doleret
Admonuit:gemit ille tamen. munuſq; ſupremū
Hoc petit a Superis:ut tempore lugeat omni.
Iamq; per immenſos egeſto ſanguine fletus
In uiridem uerti cœperunt membra colorem.
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli:
Horrida cæſaries fieri:ſumptoq; rigore
Sydereum gracili ſpectare cacumine cælum.
Ingemuit:triſtiſq; Deus lugebere nobis:
Lugebiſq; alios:aderiſq; dolentibus inquit.
Tale nemus Vates attraxerat:inq; ferarum
Concilio medius turba:uolucrumq; ſedebat.
Vt ſatis impulſas tentauit pollice chordas:
Et ſenſit uarios:quamuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos:hoc uocem carmine mouit.
Ab Ioue muſa parēs (cedunt Iouis omnia regno)
Carmina noſtra moue:Iouis ē mihi ſæpe poteſtas
Dicta:prius cecini plectro grauiore Gigantes:
Sparſaq; Phlegræis uictricia fulmina campis.
Nunc opus eſt leuiore lyra:puerosq; canamus
Dilectos Superis:inconceſſiſq; puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine pœnam.
Rex ſuperum phrygii quondā Ganymedis amore
Arſit:& inuentum eſt aliquid,quod Iuppiter eſſe:
Quam quod erat,mallet. nullo tamē alite uerti
Dignatur:niſi quæ portat ſua fulmina terræ.
Nec mora percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit Iliaden:qui nunc quoq; pocula miſcet:
Inuitaq; Ioui nectar Iunone miniſtrat.
Te quoq; amyclide poſuiſſet in æthere phœbus:
Triſtia ſi ſpatium ponendi fata dediſſent.
Qua licet æternus tamen es: quotieſq; repellit
Ver hyemem:Piſciq; aries ſuccedit aquoſo:
Tu toties oreris:uiridiq; in ceſpite flores.

Fabulæ quintæ decimi libri argumentum.

ℭ Te quoq; &c. Hyacinthus Amyclides dilectus ab Apolline,cum per iocum in certamen diſci uenire:t:alnus iactum pondus non prius deſpicere potuiq̄ caput ſenſit iniectum. Quo eiſo poſt obitum eius cruor,eius nōie in florem inſcriptū ceſſit.

LActā.

RAph. ℭ Te quoq; Amyclides Hyacinthus puer fuit formoſiſſim⁹ ab Apolline ſimul & Zephyro uento adamatus. Qui cū i Apollinis amorē magis inclinaret,ob Zelotypiam in ſe zephyrū armauit. Cū igitur ſe diſco cū apol'ine exerceret,zephyr⁹ uehemētius flare cœpit,diſcūq; ab Apolline in aerem eiectū ita repercuſſit in hyacinthum,ut ipſum interfecerit. Apollo autem ne tā formoſi pueri memoria interiret, ipſum in ſui nominis florē cōmutauit, in quē & Aiax ib. xiii. ſcribitur fuiſſe commutatus. ⁋ Amyclide:Amyclæ fili. Amyclas enim Hyacinthi pater fuit urbis Amyclaq; conditor. Naʒ Amyclæ urbs eſt Laconiæ Hyacinthi patria pueri adeo formoſi,ut Apollo illius amore captus e cælo deſcendere in terram ſuſtinuerit,quo diutius pulchritudine ipſius frui poſſet. Amyclas autem interdū Amyclæ ſecundum primam flectitur declinationē:interdum Amyclantis ſecundum tertiam.

Hyacinthus in florem

Amyclas

Phlegræi cāpi

⁋ Phlegræis campis: ubi fulminibus gigantes fuere confecti. Phlegræi uero campi & in Thracia,& in Campania, & in Theſſalia eſſe ſcribuntur. ⁋ Leuiore lyra:humiliori ſono amoribus cōuenienti. ⁋ Inconceſſis ignibus:nefandis amoribus. Ea autem orpheus canit in mulierū odium,atq; cōtemptū. ⁋ Phrygii Ganymedis: Troiani. Nā Ganymedes trois Dardaniq; regis fuit filius,qui admiranda pulchritudine Iouē in ſui amorem pellexit:a quo ſe in aquilā mutato

Cul.meta,

Te meus ante omnes genitor dilexit:& orbe
In medio poſiti caruerunt præſide Delphi:
Dum Deus Eurotan:immunitamq; frequētat
Sparten:nec citharæ:nec ſunt in honore ſagittæ.
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat.
Non tenuiſſe canes.non per iuga montis iniqui
Ire comes:longaq; alit aſſuetudine flammas.
Iamq; fere medius Titan uenientis:& actæ
Noctis erat:ſpatioq; pari diſtabat utrinq;
Corpora ueſte leuant:& ſucco pinguis oliuæ
Splendeſcunt:latiq; ineunt certamina diſci.
Quem prius aerias libratum phœbus in auras
Miſit:& oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terram
Pondus:& exhibuit iunctam cum uiribus artem.
Protinus imprudens,actuſq; cupidine luſus
Tollere Tænarides orbem properabat.at illum
Dura repercuſſo ſubiecit in aere tellus
In uultus Hyacinthe tuos.expalluit æque
Quam puer ipſe Deus:collapſoſq; excipit artus:
Et modo te refouet:modo triſtia uulnera ſiccat.
Nunc animam admotis fugientē ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes.erat immedicabile uulnus.
Vt ſi quis uiolas,riguoq; papauera in horto:
Liliaq; infringat fuluis hærentia uirgis,
Marcida demittant ſubito caput illa grauatum:
Nec ſe ſuſtineant:ſpectentq; cacumine terram:
Sic,uultus moriens iacet:& defecta uigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix:humeroq; recumbit.
Laberis Oebalide prima fraudate iuuenta:
Phœbus ait:uideoq; tuum mea crimina uulnus.
Tu dolor es,facinuſq; meum.mea dextera,leto
Inſcribenda tuo eſt.ego ſum tibi funeris auctor.
Quæ mea culpa tamen?niſi ſi luſiſſe,uocari
Culpa poteſt? niſi culpa poteſt,& amaſſe,uocariī
Atq; utinam pro te uitam,tecumq; liceret
Reddere:quod quoniam fatali lege tenemur:
Semper eris mecum:memoriq; hærebis in ore.
Te lyra pulſa manu:te carmina noſtra ſonabūt:
Floſq; nou⁹ ſcripto gemit⁹ imitabere noſtros.
Tempus & illod erit:quo ſe fortiſſimus heros
Addat in hunc florem:folioq; legatur eodem.
Talia dum uero memorantur Apollinis ore:
Ecce cruor,qui fuſus humi ſignauerat herbas:
Definit eſſe cruor:Tyrioq; nitentior oſtro
Flos oritur:formamq; capit,quam lilia:ſi non
Purpureus color his.argenteus eſſet in illis.
Nō ſatis hoc phœbo ē(is enī fuit auctor honoris,
Ipſe ſuos gemitus foliis inſcribit:& hya
Fos habet inſcriptum:funeſtaq; littera ducta eſt.

R Apollo. ℂ Meus genitor:Apollo. Nam Apollinis & Calliopes muſæ filiū ſe eſſe Orpheus ipſe teſtatur. ℂ In

Delphi medio orbe:Delphi urbs ē phocidis Apollinis oraculo clariſſima,quę a geographis in medio terrarū orbe eſſe perhibet. ℂ Eurotan:fluuius eſt Laconiæ Eurotas. ℂ Immunitam Sparten:ſine muris: uirtute enim non muris Lacedęmonii urbē ſuam tutabantur. ℂ Immemor ipſe ſui:ſuæ diuinitatis. ℂ Aſſuetudine:conſuetudine. ℂ Iāq; fere medius Titan:meridiem fuiſſe ſignificat. ℂ Actæ: pręteritæ noctis. ℂ Vtrinq;:& a præterita & ueniēte nocte. ℂ Lati diſci:nam

Diſcus diſcus & latus eſt & rotundus lapis,quem in aerem priſci cum quadā arte iacientes ſe exercebant. Dictus eſt autem diſcus ἀπὸ τοῦ δικεῖν:hoc eſt a iacendo per additionem s literæ. ℂ Recidit in ſolidam longo poſt tempore: emphaſis eſt, qua intelligamus diſcum lōge in aerē fuiſſe iactum. Cito nāq; in terram cecidiſſet, niſi in altū iact⁹ fuiſſet. ℂ Et exhibuit:oſtendit. ℂ Artem: nā ita emittebatur: ut in gyrum ſe uoluēs caderet in terram. ℂ Tęnarides: Tænarius Hyacinthus Lacō a Tænaro Laconiæ ꝓmontorio. ℂ Subiecit:ſub ſe iecit. ℂ Aeque tantum. ℂ Erat immedicabile uulnus:cauſa cur nil artes prodeſſēt. ℂ Vt ſi quis uiolas:q̄ facile defecerit Hyacinthus pulchris ſimilitudinibus poeta oſtēdit. ℂ Defecta:derelicta. ℂ Laberis Oebalide:apoſtrophe ad Hyacinthum affectus,& doloris,& querelarum plena. ℂ Laberis:morereris.

Oebalia Hyacinthus in florem ℂ Oebalide:patronymicum pro poſſeſſiuo poſitum eſt.nā Oebalia urbs eſt Laconiæ ab Oebalo cōditorē appellata. ℂ Q(uo)d quō fatali lege tenemur: uetamur in uetuſtis legit exēplarib⁹,& recte quidē. Sic nanq; aperte intelligitur , quod facere prohibemur . Dii enim cum natura ſint immortales, nulla ratione uitam deponere poſſunt. ℂ Scripto:litteris.nā in Hyacintho flore αι ſyllaba gemitum ſignificans bis inſcripta uidetur. Tametſi quidā aliter ſentientes,putantes q; hya ſyllabas in Hyacintho flore eſſe iſcriptas maniſeſte decipiātur. ℂ Fortiſſimus heros:Aiax Telamonius,ut in tertiodecimo poeta narrat,in Hyacinthum fuit conuerſus. ℂ Folioq; legatur eodē: nam in Hyacinthi foliis (ut dixi) ꝓma ſyllaba huius nominis αιαξ inſcripta uidetur. ℂ Et hya: ſic quidem fere legitur:ſicq; legendum eſſe quidā prę cipiunt,ſed aperte fallun tur , cum hya literæ nullum gemitum præ ſe ferant: αι aut uero quæ uox eſt aperte gemitus ſignificatiua,legēdum eſſe facile contenderim:quamuis omnia quæ quidē mihi uidere contigit exemplaria refragentur. ℂ Funeſtaq; litera:luctuoſæ litteræ,quibus in funeribus

Ducere utuntur. ℂ Ducta ē:ſcripta eſt.Nam literæ dum ſcribuntur duci propne dicitur . Hinc autem apte etiā colligitur αι ai legēdum eſſe: αι nāq; eſt uox: qua etiā nunc in funeribus & fletibus uti ſolemus.

ℂ Hyacinthia:

RAph. ℭ Hyacinthia:feſta in honorẽ Hyacinthi pueri iſtituta.

Fabulæ ſextæ decimi libri argumentum.

LAct. ℭ At ſi forte roges fœcūdam &c. Amathus oppidū in inſula Cypro, cuius incolæ ob trita conſuetudine humani generis ſoliti ara Iouis : q̄ pxima erat Deæ aduenas immolare: quorū crudelitate Ven⁹ offenſa, ne reliquere ſedes ſuas cogeret in boues uertit: quę a magnitudine cornuū Ceraſtæ apd Salaminios ſūt nominati.

RAph. ℭ At ſi forte roges: p cōparationem oſtendit Orpheus pueros formoſos & Diis placuiſſe, & maximo ornamēto ſuis fuiſſe ciuitatibus: puellas uero contra & Diis perquam diſplicuiſſe: & maximo ſuas urbes dedecore affeciſſe. Nam Propœtides quędam Venerem Deam eē negare auſæ non minore ſunt odio ciuibus ſuis q̄ Ceraſtæ quidam, qui Iouis ara hoſpites immolabāt, quos ut Venus in iuuencos conuertit, ita Propœtidas & ſua corpora primas proſtituere coegit, & in ſaxa cōmutauit. ℱ Fœcundam Amathūta: Amathus urbs eſt Cypri ære abūdans: unde & Cypr⁹ ipſa Amathuſia olim fuit uocata. eſt etiā urbs Laconiæ. Declinatur aūt Amathus, Amathūtis, ut opus opuntis. ℱ Annuat: nutu affirmet ta; illas uelle genuiſſe, q̄ eos Ceraſtas: q hoſpites immolando maximo ſibi dedecori fuerīt. Vnde etiam nomē traxere Ceraſtæ ιπ κέρας uū Ceraſtæ declinanſ, cornu dicitur: nam in fronte duo cornua habebāt, unde & Cyprus ipſa Ceraſtis a quibuſdam fuit appellata. ℱ Iouis hoſpitis: ξένιος a Græcis appellatur, quod hoſpitiis pſit. unde Virgilius: Iuppiter hoſpitibus nam te dare iura loquuntur. ℱ Lugubris ſceleris: luctuoſi ſceleris, quo hoſpites decepti necabāt. ℱ Amathuſiacas bidentes: Cyprias oues. Nā Cyprus (ut dixi) Amathuſia etia; fuit appellata. ℱ Ophiuſia arua: Cypria. alludit autem poeta ad priſcum illius inſulæ nomē: Ceraſtis nāq; etiam cognominata fuit a genere quodam ſerpentis, uel q multa cornua: hoc eſt montium uertices habeat. Ophiuſia uero ſerpentina poſſumus interpretari. ℱ Gens impia: Ceraſtarū. ℱ Fugæ q: exilii. ℱ Toruos: truces, terribiles aſpectu.

Amathus

Ceraſtę i tauros

Propœtides in ſaxa

Iuppiter hoſpitalis

Amathuſia

Fabulæ ſeptimæ decimi libri argumentum.

LAct. ℭ Sūt tā &c. Propœtides filię Amathūtę aſpnatę Venerē primę i triuio uulgauerī corpora ob eiuſdē Deę irā: ga pudore induruerāt nouiſſime i lapidē ſūt trāſfiguratę.

RAph. ℭ Sunt tamē obſcœnæ: quāuis inquit Ceraſtas i iuuencos cōuerterit Venus, Propœtides tamē auſæ ſunt eam negari Deā eē. ℱ Obſcœnę: turpes. ℱ Vulgaſſe: pſtituiſſe. ℱ Ceſſit: receſſit. ℱ Pro quo: pp quā rē. ℱ Numinis ira: Veneris idignatione. ℱ Sāguiſq; idurnit oris: ita durus eſt factus: ut nihil erubeſcerēt. ℱ Paruo diſcrimie: pua differētia. Lapideę nāq; ſtatuę uidebāt Propœtidib⁹ ſimiles. ℱ Verſę: fuerāt ſubaudiaſ.

Nec genuiſſe pudet Spartē Hyacinthō, honorq;
Durat in hoc æui, celebrandaq; more priorum
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.
At ſi forte roges fœcundum Amathūta metallis,
An genuiſſe uelit propœtidas: annuat æque
Atq; illos, gemino quondam quib⁹ aſpera cornu
Frons erat: unde etiam nomen traxere Ceraſtæ.
Ante fores horum ſtabat Iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris: quam ſi quis ſanguine tinctā
Aduena uidiſſet: mactatos crederet illic
Lactentes uitulos, Amathuſiacaſq; bidentes.
Hoſpes erat cæſus. ſacris offenſa nefandis:
Ipſa, ſuas urbes, Ophiuſiaq; arua parabat
Deſerere Alma Ven⁹. ſed qd loca grata? qd urbes
Peccauere meæ? quod dixit crimen in illis?
Exilio pœnam potius gens impia pendat:
Vel nece: uel ſiquid medium ē: mortiſq;, fugæq;.
Idq; quid eſſe poteſt: niſi uerſæ pœna figuræ?
Dum dubitat, quo mutet eos: ad cornua, uultum
Flexit: & admonita eſt, hæc illis poſſe relinqui:
Grandiaq; in toruos trāſformat mēbra iuuēcos.
Sunt tamen obſcœnæ Venerē Propœtides auſæ
Eſſe negare Deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma primæ uulgaſſe feruntur.
Vtq; pudor ceſſit: ſanguiſq; induruit oris:
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine uerſæ.
Quas quia pygmalion æuum per crimina agētes
Viderat: offenſus uitiis: quæ plurima menti
Fœmineæ natura dedit: ſine coniuge cælebs
Viuebat: thalamiq; diu conſorte carebat.
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur: formāq; dedit: qua fœmina naſci
Nulla poteſt: operiſq; ſui concepit amorem.
Virginis eſt ueræ facies: quam uiuere credas,
Et ſi non obſtet reuerentia: uelle moueri.

Fabulæ octauæ decimi libri argumentum.

ℭ Quas quia pygmaliō æuū p crimina agētes &c. LAct.

Pygmalion offēſus impudētia uulgati Propœtidū ſtatuit: cælebs permanere. Qui cū ſignum uirginale ex ebore feciſſet: captus ſpecie eius in uecordē incidit amorem: & cū tota mente ōſiuit a Deo ut eius ſigno, cuius amore exarſiſſet: animam iſūderet, ut egreſſus templo domum perueniſſet: compertit uoto ſe eſſe donatum coniugi. Itaq; lætatus arte ſua Paphum filium genuit: qui iſula Cypro oppidum ſui nominis conſuluit.

ℭ Quas quia Pygmaliō æuum: pygmalion quidā flagitiis Propœtidum offenſus uitam cælibe; exigere decreuit: ſed ex ebore uirginis ſimulachrum adeo fabre effinxit, ut perinde atque ſi uiua eſſet, illius amore caperetur. Quare Venerem orauit, ut ſibi talem concederet uxorem. Venus autem pluſquam petebatur, effecit. Nam illi: quam in lecto Pygmalion collocauerat, animam inſpirauit: nubilemq; ætatem donauit: ex inſperato igitur Pygmalion uoti compos factus ex ea paphū ſuſtulit, a quo & iſula: & urbs Paphos fuit appellata. ℱ Sine cōiuge cælebs: alter ex altero pēdet. Qui eni uxore caret cælebs uiuit: q cęlibē ducit uitā, uxorē nō habet. Cælebs aūt dicit, quaſi cæleſtem uitā agēs. ℱ Thalami cōſorte: uxore. ℱ Qua fœmina naſci Nulla poteſt: pulcherrimā fuiſſe illā ſtatuā intelligimus, ut quę ne a natura qdē poſſet ſuperari. ℱ Et ſi nō obſtet reuerētia: acute, elegāterq; hoc dictū eſt. Nā uirgines bene educatæ ppudore in uirorū cōſpectu uix audēt ſe mouere. Ea igitur ſtatua nō q eburnea eſſet, ſed pudore quodā uirginibus inſito immobilis uidebatur.

RAph.

Pygmalion

Paphus

Cęlebs

Ars adeo latet. arte ſua miratur:& haurit
Pectore pygmalion ſimulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admouet:an ſit
Corp⁹:an illud ebur:nec adhuc ebur eſſe fatetur,
Oſcula dat:rediq; putat:loquiturq;,tenetq;,
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit:preſſos ueniat ne liuor in artus.
Et modo blandirias adhibet,modo grata puellis
Munera fert illi conchas:tereteſq; lapillos:
Et paruas uolucres:& flores mille colorum:
Lilia:perpictaſq; pilas,& ab arbore lapſas
Heliadum lachrymas:ornat quoq; ueſtib⁹ art⁹.
Dat digitis gemmas.dat longa monilia collo.
Aure leues baccæ.redimicula pectore pendent.
Cuncta decent.nec nuda mun⁹ formoſa uidetur.
Collocat hanc ſtratis concha Sidonide tinctis:
Appellatq; tori ſociam,acclinataq; colla
Mollibus in plumis tanq̃ ſenſura,reponit:
Feſta dies Veneris tota celeberrima Cypro
Venerat:& blandis inductæ cornibus,aurum
Conciderant ictæ niuea ceruice iuuencæ:
Thuraq; fumabant:cum munere funct⁹ ad aras
Conſtitit:& timide,ſi Dii dare cuncta poteſtis:
Sit coniunx opto:non auſus eburnea uirgo
Dicere pygmalion:ſimilis mea dixit eburnæ.
Senſit,ut ipſa ſuis aderat Venus aurea feſtis:
Vota quid illa uelint:& amici numinis omen
Flamma ter accenſa eſt:apicemq; per aera duxit.
Vt rediit:ſimulachra ſuæ petit ille puellæ:
Incumbenſq; toro dedit oſcula.uiſa tepere eſt.
Admouet os iterum,manib⁹ quoq; pectora tētat:
Tentatum molleſcit ebur:poſitoq; rigore
Subſedit digitis:ceditq;:ut Hymetia Sole
Cæra remolleſcit:tractataq; pollice multas
Flectitur in facies:ipſoq; fit utilis uſu.
Dum ſtupet:& dubie gaudet:falliq; ueretur,
Rurſus amās:rurſuſq; manu,ſua uota retractat.
Corpus erat.ſaliunt tentatæ pollice uenæ.
Tum uero Paphius pleniſſima concipit heros
Verba:quib⁹ Veneri grates agit:oraq; tandem
Ore ſuo non falſa premit.dataq; oſcula uirgo
Senſit:& erubuit:timidumq; ad lumina,lumen
Attollens,pariter cum cælo uidit amantem.
Coniugio quod fecit,adeſt Dea:iamq; coactis
Cornib⁹ in plenum nouies Lunaribus orbem:
Illa paphum genuit:de quo tenet inſula nomen.
Editus & ille eſt:qui ſi ſine prole fuiſſet,

RAph. ℂ Ars adeo latet:ut uiua uideretur,non ex ebore contecta. ⸿ Arte ſua miratur:ſtatuam ſubaudiamus. ⸿ Simulati corporis:in ſimilitudinem uirginis effecti. ⸿ Nec adhuc ebur eſſe fatetur:quamuis tangat ſtatuam,eburneamq; eē ſentiat,ſibi tamen eburneam eſſe perſuadere non poteſt,adeo uiua uidebatur. ⸿ Inſidere:inhærere,infigi ac ſubſidere,ſicut membra digitis cederent. ⸿ Et metuit preſſos ueniat ne liuor in artus:& timet ingt ne mēbra manu preſſa liuorem & nigra quædam ſigna concipiant. Liuor autem

Liuor

eſt illud ſignum ſubnigrum quod in corpore percuſſio uideri ſolet:cui quoniam inuidorum color ſimilis eſt,liuor pro inuidia ſæpenumero ponitur.

Succina

⸿ Heliadum lachrymas:ſuccina,quæ e populis ī quas ſorores Phaethontis conuerſas fuiſſe narrauit poeta deflue re dicuntur. ⸿ Baccæ:uniones. ⸿ Concha Sidonide:purpura Tyria. ⸿ Tota Cypro:per totam Cyprum.Veneri nāq; dicata eſt Cyprus inſula Ciliciæ,Syriæq; obiecta,quondam nouem regnorum ſedes,uariis quidem nominibus appellata.nam & Atamantida & Ceraſti & Aſpeliā & Amathuſiam & Macaran & Cryptō & Coliniam Plini⁹ ſcribit fuiſſe appellatam.Cyprus autem dicta ē a Cypro Cinyræ filia,uel a Cypero flore,uel(ut Aſtynom⁹ ſcribit)quia pri⁹ Cryptos appellata fuit,eo quod ſæpenumero a mari fuit occultata:deinde r litera abiecta Cypros uocata.

Cypr⁹

Eburnea ſtatua in uirginē.

⸿ Blandis cornibus:non infeſtis,ſed mitibus.Cornua autem uictimarum inaurari ſolebant. ⸿ Munere:ſacrificio. ⸿ Ad aras:apud altaria. ⸿ Ven⁹ aurea:pulchra. ⸿ Et amici numinis omen Flāma ter accēſa eſt:ordo ē:& flāma ter accēſa ē omē amici,& propicii numinis. ⸿ Apicē:ſcintillā. ⸿ Subſedit:cedit. ⸿ Vt

paphos g cypr⁹

Hymetia cæra:Hymetus Atticæ mons eſt optimi mellis fertiliſſimus. ⸿ Corpus erat:proprie dixit.nam corpus uiuum proprie uocatur:caro autem mortua,ut quæ a cadendo ſit dicta. ⸿ Saliunt:mouentur. ⸿ Paphius heros:Cyprius Pygmalion. ⸿ Verba pleniſſima:copioſiſſima,ornatiſſima. ⸿ Ora non falſa:ueram faciem. ⸿ De quo tenet inſula nomen:nam Cyprus dicta eſt etiam paphos a papho pygmalionis filio.

Hymetus

Fabulæ nonæ libri decimi argumentum.

ℂ Editus & ille ē:q &c. Myrrha cinyræ cenchreidis filia iracundia Veneris,q mater eius præferretur Deæ:patrē impio dilexit amore:nec uiam potiendi inueniens cogitur ſuſpendium experiri. Cui⁹ nutrix intra cubile gementis excepit uocē: & ſignis cognitis neſariæ mortis dum diligentius ſcrutatur,cauſam poſcit. Conſulta ergo puella ei pollicetur ſe effecturam:ut parenti ſine ulla infamia iungatur:cuius illa oratione in pmiſſum ipſa differt. At anus die ſolemni Cereris:quo mater eius operata a uiro ſecubabat:aliēnā noctu deduxit ad Cinyram pdicās forma eius impulſam ſibi ſe credidiſſe:qui data cupiditate lumen inferri iuſſit:ut ſpeciē eius notam haberet:cognituſq; filiæ patet ſtuprator:coactus eſt pudore ferro ſtricto eam inſequi:quæ duplici metu territa in inſulam profugit:ibiq; miſericordia eiuſdē Deæ in arborē:q̃ eius nomē idicaret:mutata eſt.

LAct.

ℂ Edit⁹ & ille eſt:Cinyras pygmaliōis fili⁹ Myrrham genuit:q̃ nefando patris amore capta nutricis opera cum eo inſcio concubuit:Adonemq; cōcepit:quod cum reſciuiſſet pater:ſtricto enſe filiā perſequi cœpit:illa uero fugiens in Arabiam uſq; peruenit:ubi lōgo errore feſſa Deorum miſeratiōe in arborē ſui nominis fuit mutata.

RAph. cinyras

ℂ Inter

Inter felices Cinyras potuiſſet haberi.
Dira canā. pcul hinc natæ. procul eſte parētes.
Aut mea ſi ueſtras mulcebunt carmina mentes:
Deſit in hac mihi parte fides. nec credite factū,
Vel ſi credetis: facti quoq; credite pœnam.
Si tamen admiſſum ſinit hoc Natura uideri
Gentibus Iſmariis, & noſtro gratulor orbi.
Gratulor huic terræ: quod abeſt regionibꝰ illis:
Quæ tantum genuere nefas. ſit diues Amomo,
Cinnamaq; Coſtumq; ſuum, ſudataq; ligno
Thura ferat, floreſq; alios panchaica tellus:
Dum ferat & Myrrham. tāti noua nō fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela Cupido
Myrrha: faceſq; ſuas a crimine uindicat iſto.
Stipite te Stygio, tumidiſq; afflauit Echidnis
E tribus una ſoror. ſcelus eſt odiſſe parentem.
Hic amor eſt odio maius ſcelus. undiq; lecti
Te cupiunt proceres: totoque oriente iuuentus
Ad thalami certamen adeſt. ex omnibus unum
Elige Myrrha uirū dum nō ſit ex omnibꝰ unus.
Illa quidem ſentit: fœdoque repugnat amori:
Et ſecum. quo mente feror? quid molior inquit?
Dii precor, & pietas, ſacrataque iura parentum,
Hoc prohibete nefas: ſceleriq; reſiſtite noſtro.
Si tamē hoc ſcelus eſt. ſed enim damnare negat
Hanc Venerem pietas, coeuntq; animalia nullo
Cætera delicto: nec habetur turpe iuuencæ
Ferre patrem tergo. fit equo ſua filia coniunx.
Quaſq; creauit: init pecudes caper: ipſaq; cuius
Semine concepta eſt: ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent. humana malignas
Cura dedit leges: & quod Natura remittit
Inuida iura negant. gentes tamen eſſe feruntur:
In quibus & nato genitrix: & nata parenti
Iungitur: & pietas geminato creſcit amore.
Me miſeramq; non naſci mihi contigit illic:
S ortunaque loci lædor. quid in iſta reuoluor?
Fpes interdictæ diſcedite. dignus amari
Ille: ſed ut pater eſt. ergo ſi filia magni
Non eſſem Cinyræ: Cinyræ cōcumbere poſſem?
Nūc q̄a iā meus eſt: non eſt meus. ipſaq; damno
Eſt mihi proximitas. aliena potentior eſſem.
Ire libet procul hinc: patriæq; relinquere fines:
Dum ſcelus effugiā. retinet malus ardor amātē.
Vt præſens ſpectem Cinyrā, tangāque, loquarq;,
Oſculaque admoueam: ſi nil conceditur ultra.
Vltra autem ſperare aliquid potes impia uirgo?
Et quod confundas, & iura, & nomina ſentis?
Tu ne eris, & matris pellex: & adultera patris?
Tu ne ſoror nati? genitrixque uocabere fratris?

Cu, meta,

RAph. ¶ Inter felices: nam Cypriorum rex fuit in primis potēs. ¶ Aut mea ſi ueſtras: aut inquit ſi mea carmina uos delectabūt, nolite credere ea fuiſſe facta, quæ hoc loco ſcribentur de Myrrha Cinyræ filia. ¶ Si tamē admiſſum: bene dubitat Orpheꝰ an tantum ſceleris fuerit cōmiſſum. Nam contra naturam eſſe uidetur, ut liberi parētes flagitioſe ac uſq; ad coitum ament. ¶ Gētibꝰ Iſmariis: Thraciis. ¶ Noſtro orbi: Thraciæ. Nam Orpheꝰ Thrax fuit. ¶ Abeſt: remota eſt. ¶ Sit di. amomo: amomum herba eſt ſuauiſſimi odoris non in Arabia modo ſed i Pōto, Armeniaq; naſcens, ut Plinius ſcribit. ¶ Cinnamaq;: Cinnamum herba eſt medica, qua Arabia felix commendatur. ¶ Coſtumq; ſuum: coſtus frutex ē grati odoris in Arabia naſcens. ¶ Sudata thura: per ſudorem quodā modo emiſſa. Thurifera autem regio eſt Sabæa. ¶ Panchaica tellus: Panchæa regio apud Sabæos, in qua thuriferæ arbores naſcuntur: unde Virgilius. Totaq; thuriferis Panchaia pinguis arenis. ¶ Tanti noua non fuit arbor: ut pater cum filia coire debuerit. ¶ Vindicat: liberat. ¶ E tribꝰ una ſororum ex furiis, Tiſiphōe, Alectone, aut Megera. ¶ Vndiq; lecti proceres: electi principes. ¶ Ad thalami certamen: ad nuptias tuas certatim petēdas aduenit. ¶ Dum nō ſit ex omnibus unus: hoc eſt uno patre excepto, quemuis ex omnibus elige. ¶ Si tamen hoc ſcelꝰ eſt: Myrrha amore uicta dubitabat an ſit nefas cū patre coire. ¶ Init pecudes: cum pecudibus coit. Nam inire cum accuſatiuo iunctum animal ſignificante coire ſignificat. ¶ Felices quibus iſta licent: ex nimio ardore iſta prouenit exclamatio: qua Myrrha & brutorum uitam commendat, & eiuſdem detestatur ut difficiles & durā. ¶ Inuida iura: quæ humano generi inuidere uidentur: ne iis quæ a natura permittuntur, frui poſſit. ¶ Negant: phibēt. ¶ Gentes tamen eē feruntur: hi ſunt Troglodytæ, uariæq; Aethiopū nationes, qui & uxores habēt communes, & brutorum more uiuunt. ¶ Spes interdictæ: legibus prohibitæ. ¶ Remittit: permittit. ¶ Cinyræ cōcubere poſſem: cum Cinyra. græca enim loquēdi eſt figura. ¶ Nunc quia iam meus ē pater. ¶ Nō eſt meus: nō poteſt eē meus maritus. ¶ Eſt mihi proximitas: cōſanguinitas ipſa mihi obeſt. ¶ Malus ardor: turpis amor. ¶ Amātē: me ſubaudiamus. ¶ Si nihil conceditur ultra: cōtēta inquit hoc eſt ſi mihi cum eo cōcumbere non licet: quæ eſt ultima amoris linea. ¶ Vltra autem: ſeipſam increpat Myrrha: q coire cum patre affectat, quo quidē modo & iura conſanguinitatis, & nomina confunderētur. Nā filia id quod eſt nefandiſſimum, & matris pellex eſſet, & adultera patris. Eſſet præterea filiorum & ſoror, & mater: quod penitus conſanguinitatis nomina cōfundit.

Amomum
Cinnamum
Coſtus
Pāchæa
Inire
Proximitas

RAph. ¶ Sacro angue: execrandis anguibus & uiperis. tiretur. ⸿ Pallenti collo: hypallage eſt: ipſa etiam Myrrha palleſcens intelligit.

Nec metues ſacro crinitas angue ſorores?
Quas facibus ſæuis oculos, atq; ora, petentes
Noxia corda uident: at tu dum corpore non es
Paſſa nefas: animo ne concipe: neue potentis
Concubitu uetito Naturæ pollue fœdus.
Velle puta: res ipſa uetat. pius ille, memorq;
Moris. & O uellem ſimilis furor eſſet in illo.
Dixerat. at Cinyras: quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare, facit: ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis: cuius uelit eſſe mariti.
Illa ſilet primo: patriſq; in uultibus hærens:
Aeſtuat: & tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei Cinyras hæc credens eſſe timoris:
Flere uetat: ſiccatq; genas: atq; oſcula iungit.
Myrrha datis nimium gaudet. conſultaq; qualẽ
Optet habere uirum: ſimilem tibi dixit. at ille
Non intellectam uocem collaudat: & eſto
Tam pia ſemper, ait. pietatis nomine dicto:
Demiſit uultus, ſceleris ſibi conſcia uirgo.
Noctis erat medium: curaſq;, & corpora, ſomnus
Solverat: at uirgo Cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito: furioſaq; uota retractat.
Et modo deſperat, modo uult tentare: pudetq;,
Et cupit: & quid agat: non inuenit. utq; ſecuri
Saucia trabs ingens: ubi plaga nouiſſima reſtat:
Quo cadat in dubio eſt: omniq; a parte timetur.
Sic animus uario labefactus uulnere, nutat
Hoc leuis, atq; illuc: momentaque ſumit utroq;.
Nec modus, & requies, niſi mors reperit amoris,
Mors placet. erigitur: laqueoq; innectere fauces
Deſtinat: & zona ſummo de poſte reuincta
Chare uale Cinyra: cauſamq; intellige mortis.
Dixit: & aptabat pallenti uincula collo.
Murmura uerborum fidas nutricis ad aures
Peruenisse ferunt, limen ſeruantis alumnæ.
Surgit anus: reſeratq; fores: mortiſq; paratæ
Inſtrumenta uidens, ſpacio conclamat eodem:
Seq; ferit: ſcinditque ſinus: ereptaq; collo
Vincula dilaniat. tum denique flere uacauit:
Tum dare complexus: laqueiq; requirere cauſam.
Muta ſilet uirgo: terramq; immota tuetur:
Et deprenſa dolet tardæ conamina mortis.
Inſtat anus, canoſq; ſuos, & inania nudans
Vbera: per cunas, alimentaq; prima precatur,
Vt ſibi committat. quicquid dolet. illa rogantẽ
Auerſata, gemit. certa eſt exquirere nutrix.
Nec ſolam ſpondere fidem. dic inquit: opemque
Me ſine ferre tibi non eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt: habeo quæ carmine ſanet, & herbis.
Siue aliquis nocuit: magico luſtrabere ritu.

⸿ Crinitas ſorores: Eumenidas furias. Se ãt ipſam Myrrha reprehẽdit quamuis ab alio increpari uideat. ⸿ Velle puta: te ſubintelligamus: non patrem aut quidã. ⸿ Res ipſa: rei turpitudo. ⸿ Memor moris: iuris & honeſti. ⸿ Similis furor eſſet in illo: ut quid iura uelint obliuiſceretur. ⸿ Nominibus dictis: expoſitis procorum nominib⁹. ⸿ Tepido rore: tepidis lachrymis. ⸿ Hæc credẽs: ſigna ſubaudiamus. ⸿ Datis: oſculis. ⸿ Conſulta: iterrogata. ⸿ Non intellectã uocem: figurã qua Myrrha ſe patris amore captam innuerat patri reſpondens ſe illi maritum ſimilem habere uelle. ⸿ Demiſit uultus: demiſit oculos in terrã. ⸿ Carpitur: cruciatur. ⸿ Igne indomito: amore quem domare ac uincere non poterat. ⸿ Furioſa uota retractat: furioſam cupiditatem cum patre coeũdi reſumit & animo reuoluit. Eleganter autem ut omnia poeta exprimit puellæ amore ardẽtis cogitationes atq; affectus. ⸿ Saucia: percuſſa ſecuribus. ⸿ Trabs ingẽs: maxima arbor. Hac autem ſimilitudine oſtẽdit poeta quanta in ambiguitate foret animus Myrrhæ collocatus. ⸿ Vbi plaga nouiſſima: quando ultimus ictus reſtat. ⸿ Quo cadat: quam partem cadat: anteriorem an poſteriorem: dextram an ſiniſtram. ⸿ Vario uulnere: uario affectu. ⸿ Vtroq;: I utranque partẽ. ⸿ Nec modus: finis ac termin⁹. ⸿ Deſtinat: deliberat. ⸿ Zona: cingulo. ⸿ De ſũmo poſte: de ſũmitate hoſtii. ⸿ Reuincta: religata. ⸿ Chare uale Cinyra: amatorie myrrha Cinyrã nomine pprio appellat. patris enim nomen odio habebat ut quod ſibi eſſe impedimẽto putabat ne optato concubitu po

zona

⸿ Seruantis: cuſtodientis. ⸿ Reſerat: aperit. ⸿ Sciditq; ſin⁹: ueſtium ſubaudiatur. Id autẽ in magnis doloribus fieri conſueuit. ⸿ Tum denique flere uacauit: hoc ẽ poſtea quã uincula dilaniauit: tum tandem flẽdi tẽps habuit nutrix. ⸿ Muta ſilet uirgo: tanquã muta. ⸿ Tuet: aſpicit id quod indignãtes: dolenteſq; facere ſolent. ⸿ Et deprẽſa dolet tardæ conamia mortis: hoc eſt Myrrha dolet conatus mortis a nutrice deprehẽſos fuiſſe & intellectos. proprie autem mi n⁹ honeſta deprehẽdi dicunt. ⸿ Vt ſibi committat: ut ſibi reuelet. ⸿ Auerſata: aſpernata cum quadã uultus auerſione. ⸿ Nec ſolam ſpõdet fidem: nec ſolam fidem promittere: ſed etiam opem & auxilium. ⸿ Me ſine: me praeſente. ⸿ Seu furor eſt: inſanus amor. ⸿ Siue aliquis nocuit: carminibus: & incantationibus. ⸿ Luſtrabere: purgaberis.

Deſtit dere

Auerſa ti

¶ Propoſitiq;

RAph. ❡ Propoſitique tenax. in propoſito perſeuerans anus. ❡ Vt ipſa ſibi i ſoluta dice retur oratione. ❡ Furibũda: furenti ſimilis. Virginis autem amantis decorum pulchre ſeruat poeta. Solent enim quo uehementius quid appetũt uirgines amore captæ, eo magis diſſimulare. ❡ Inſtanti nutrici ſubaudiat. ❡ Et indiciũ laquei: hoc eſt minatur ſe indicaturã patri, q ſe ſuſpẽdere uoluerit Myrrha. ❡ Et officium ſpondet: auxilium promittit. ❡ Obortis: ſubito natis. ❡ Et o dixit felicem coniuge matrem: figurata oratiõe utiẽ Myrrha, quo hõeſtius amorẽ ſuũ in patrem nutrici cõfiteatur. Eſt autem emphaſis, cũ ex aliquo dicto latẽs aliqd eruit, ut apud Virgilium. Non licuit thalami expertem ſine crimine uitam Degere more feræ. Quamquam enim (ut ſcribit Quintilian⁹) de matrimonio, qrit Dido: tamen huc erupit eius affectus, ut ſine thalamis uitam hominum non putet, ſed ferarum. Hac uero figura ea ſignificare ſolemus, quæ ſi aperte dicerẽtur, minus decerẽt, turpiaq; uiderent. ❡ Hactenus: locuta eſt ſubintelligatur. ❡ Et gemuit: gemitũ & ſuſpiriũ emiſit. ❡ Sẽſit enim: hoc eſt cognouit nefandũ Myrrhæ amorem. Eſt autem parentheſis cauſam ſignificans. ❡ Stetit hirta: erecta eſt. ❡ Addidit: dixit. ❡ Excuteret: expelleret, e corde eiiceret. ❡ Diros amores: teiros ac turpes. ❡ Scit ſe non falſa moneri: hoc eſt cognoſcit ea quę a nutrice dictã eẽ uera. ❡ Potiere tuo: hic eſt diſtinguendum. nam nutrix non eſt auſa dicere parẽte, impedita pudore. ❡ Numine: iureiurando. ❡ Feſta piæ Cereris: Theſmophoria a gręcis ſacra Cereris appellantur, quæ quidem tãta caſtitate p decem dies (ut ſcribit Diodorus) celebrabantur quia inuenti fru

Figurata oratio

Emphaſis

Theſmophoria ſacra Cereris

Ira Deum ſiue eſt: ſacris placabimus iram.
Quid rear ulterius? certe fortuna, domuſque
Soſpes ab incurſu eſt, uiuunt genitrixq;, paterq;.
Myrrha patre audito, ſuſpiria duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiam nunc concipit ullum
Mente nefas: aliquemq; tamẽ præſentit amorẽ.
Propoſitiq; tenax: quodcunq; eſt orat: ut ipſi
Indicet: & gremio lachrymantem tollit anili.
Atq; ita complectens infirmis membra lacertis,
Sẽſim⁹ (ſquit) amas: & i hoc mea (pone timorẽ)
Sedulitas erit apta tibi. nec ſentiet unquam
Hoc pater. exiliit gremio furibunda, torumq;
Ore premens, diſcede precor: miſeroque pudori
Parce ait. inſtanti diſcede: aut deſine dixit
Quærere quid doleã. ſcel⁹ ẽ: quod ſcire laboras.
Horret anus: tremolaſq; manus, anniſq;, metuq;,
Tendit, & ante pedes ſupplex procumbit alũnæ,
Et modo blanditur: modo ſi non conſcia fiat:
Terret: & indicium laquei, cœptæque minatur
Mortis: & officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput: lachrymiſq; impleuit obortis
Pectora nutricis: conataque ſæpe fateri:
Sæpe tenet uocem: pudibundaq; ueſtibus ora
Texit: & o, dixit felicem coniuge matrem.
Hactenus: & gemuit. gelidos nutricis in artus,
Oſſaq; (ſenſit enim) penetrat tremor: albaq; toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaque ut excuteret diros: ſi poſſet, amores,
Addidit, at uirgo ſcit ſe non falſa moneri.
Certa mori tamen eſt: ſi non potiatur amore.
Viue ait hæc. potiere tuo, non auſa parente
Dicere, conticuit: promiſſaque numine firmat.
Feſta piæ Cereris celebrabant annua matres,
Illa, quibus niuea uelatæ corpora ueſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.
Perq; nouem noctes Venerem, tactuſq; uiriles
In uetitis numerant. turba Cinyreia in illa
Regis adeſt coniunx: arcanaq; ſacra frequentat.
Ergo legitima uacuus dum coniuge lectus:
Nacta grauem uino Cinyrã male ſedula nutrix
Nomine mentito ueros exponit amores:
Et faciem laudat. quæſitis uirginis annis:
Par ait eſt Myrrhæ: quã poſtq̃ adducere iuſſa eſt:
Vtque domum redit: gaude mea dixit alumnã.
Vicimus: infelix non toto pectore ſenſit
Lætitiam uirgo: præſagaque pectora mœrent.
Sed tamen & gaudet. tanta eſt diſcordia mentis.
Tempus erat, quo cuncta ſilent: iterque Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.
Ad facinus uenit illa ſuum. fugit aurea cælo

menti donum poſtulabat. Sacra autem Cereris cum Proſerpinæ ſacrificiis cõfudiſſe uidetur poeta. Cereri nãq; ſacrificabãt priſci decẽq; dies feſtos agebant cum ſemen i terram iactabatur: quib⁹ quidem diebus conuiciis inuicem uti conſueuerat: ut Deę dolor ex filiæ raptu conceptus, riſu ac uerborum ſcurrilitate mitigaretur. Proſerpinæ uero meſſis tẽpore ſacra faciebãt, quo quidem tempore coronas ſpiceas ex frugum primitiis Deæ dicebant. ❡ Velatę corpora: uelata corpa habẽtes & tecta. ❡ Niuea ueſte: candida quali i ſacris Cereris utebantur matronæ ad ſignificãdam animi puritatẽ. ❡ In uetitis: inter uetita, ac legib⁹ phibita. ❡ Male ſedula: ad malum ſtrenua. ❡ Quæſitis annis: a Cinyra. ❡ Par ait ẽ Myrrhæ: æqualis & tot annos, quot Myrrha eſt nata. ❡ Vicimus: obtinuim⁹ id quod tantopere optas. ❡ Præſaga pectora: malorum ſubaudiatur. ❡ Tanta ẽ diſcordia mẽtis: ut ſimul & gauderet & mœreret Myrrha. Eſt aũt acclamatio i Myrrhæ leuitatẽ. ❡ Tẽpus erat: intempeſtam noctem deſcribit ac mediam: quę q cuncta ſileant conticiniũ uocatur. ❡ Inter Triões: ſtellę ſũt ad polum Arcticũ Triones: quia numero ſeptẽtriones uocãtur. Sane Triones priſca lingua boues aratorii dicuntur, quaſi terriones: hoc ẽ arandæ uertendæq; terræ idonei. Efficiunt autẽ ſydus plauſtro ſimile: qd gręci ἅμαξαν: latini ſeptẽtriones uocãt. ❡ Bootes: ſyd⁹ ẽ Bootes, qui & Arctophylax appellatur.

Nox intempeſta

Triões

Luna,tegunt nigræ latitantia ſydera nubes.
Nox caret igne ſuo.primus tegis Icare uultus:
Erigioneq́ pio ſacrata patenris amore.
Ter pedis offenſi ſigno eſt reuocara.rer omen
Funereus Bubo letali carmine fecit.
It tamen:& tenebræ minuũt.noxq́ atra pudorẽ.
Nutricíſq́ manum læua tener,altera motu
Cæcũ iter explorat,thalami iam limina tangit.
Iamq́ fores aperit.iam ducitur intus.at illi.
Poplite ſuccidno genua intremuere:ſugitq́,
Et color,& ſanguis,animuſq́ reliquit euntem.
Quoq́ ſuo ꝓpior ſceleri eſt:magis horret:& auſi
Pœnitet:& uellet non cognita poſſe reuerti.
Contantem longæua manu deducit:& alto
Admotam lecto cum traderet:accipe dixit,
Iſta tua eſt Cinyra:deuotaq́ pectora iunxit.
Accipit obſœno genitor ſua uiſcera lecto:
Virgineoſq́ metus leuat:hortaturq́ timentem.
Forſitan ætatis quoq́ nomine,filia dixit.
Dixit,& illa,pater,ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit:& impia diro
Semina fert utero:conceptaq́ crimina portat.
Poſtera nox facinus geminat.nec finis in illa eſt.
Cum tandem Cinyras auidus cognoſcere amãtẽ
Poſt tot concubitus,illato lumine uidit,
Et ſcelus,& natam,uerbiſq́ dolore retentis
Pendenti nitidum uagina deripit enſem.
Mirrha fugit:tenebriſq́,& cæcæ munere noctis
Intercepta neci eſt,latoſq́ uagata per agros
Palmiferos Arabas,panchæaq́ rura reliquit:
Perq́ nouem errauit redeuntis cornua Lunæ:
Cum tandem terra requieuit feſſa Sabæa.
Vixq́ uteri portabat onus,tum neſcia uoti,
Atq́ inter:mortiſq́ metus,& tædia uitæ:
Eſt tales complexa preces.O ſi qua pateris
Numina confeſſis:merui.nec triſte recuſo
Supplicium ſed.ne uiolem,uiuoſq́ ſuperſtes.
Mortuaq́ extinctos:ambobus pellite regnis.
Mutatæq́ mihi uitamq́,necemq́ negate,
Numen confeſſis aliquod patet.ultima certe
Vota ſuos habuere Deos.nam crura loquentis
Terra ſuperuenit:ruptoſq́ obliqua per ungues
Porrigitur radix,longi firmamina tronci:
Oſſaq́ robur agunt:mediaq́ manente medulla
Sanguis it in ſuccos.in magnos brachia ramos.
In paruos digiti.duratur cortice pellis.
Iamq́ grauẽ creſcens:uterũ præcinxerat arbor,
Pectoraq́ obruerat:collumq́ operire parabat.
Non tulit illa moram:uenientiq́ obuia ligno
Subſedit:merſitq́ ſuos in cortice uultus;

RAph. ¶ Aurea Luna: pulchra & nitida. ¶ Sydera lati ... caperet ignara. ¶ Eſt tales complexa preces: apprehendit tales preces.

tantis: ne tantum ſcelus aſpicerent. ¶ Igne ſuo: propriis ſyderum Luminib⁹. ¶ Primus tegis Icare uultus:ne tantum ſcelus aſpiceres. Icari autem

Erigõeſ in patrẽ pietas

Erigoneſq́ filiæ hiſtoria ſunt nobis expoſita. nam Erigone in Icarum patrẽ adeo pia fuit,ut cũ eum a ruſticis interemptum cõperiſſet,mori omnino decreuerit:ſed miſeratione Deorum ambo inter ſydera fuere collocati.

¶ Ter pedis offenſi: ter enim cum ad cubiculum

Bubo

patris duceretur, pedes offendit,id quod eam a tanto ſcelere reuocare uidebatur. ¶ Funereus bubo:funeſtus.Eſt autem auis peſſimi ominis. ¶ Cæcum iter:obſcurum. Morem autem exprimit in tenebris ambulantium. ¶ Iam ducitur intus: aduerbium loci pro aduerbio ad locũ eſt poſitũ. Intro enim duci quis dicitur. ¶ Poplite ſuccidu os qui cadenti ſimilis erat. Eleganter autem exprimit geſtum timidæ uirginis aliqd ſceleris aggreſſuræ. ¶ Magis horret:us lidius timet. ¶ Longæua nutrix:uetula. ¶ Deuota pectora:deteſtata:execrata. ¶ Sua uiſcera:ſuam filiam,quam ex ſuis uiſceribus genuerat. ¶ Aetatis nomine: ratione ætatis. Naꝫ Cinyras ſenex erat. ¶ Ne nomina:pia & omni ueneratiõe digna ſubaudiatur. ¶ Plena patris ſemine ſubaudiatur: hoc eſt grauida ex patre facta. ¶ Auidus cognoſcere:cupidus cgnoſcendi. ¶ Deripit:extrahit. ¶ Intercepta:erepta. ¶ Palmiferos Arabas: apud quos multæ palmæ naſcũtur.

pãchaia

¶ Pãchæa rura: Arabica. Eſt enim panchaia regio Arabiæ felicis. ¶ Per nouem cornua: per nouem menſes. ¶ Terra Sabæa: Sabæi populi ſunt Arabiæ felicis:apud quos th⁹ mirrhaq́ abunde naſcũtur. ¶ Neſcia uoti quid

¶ Pateris confeſſis: hoc eſt ſi exauditis confitentes ſua crimina. ¶ Ambobus regnis: & uiuorum & mortuorũ. ¶ Mutatæ mihi:trãſformatæ. Optat .n. ut in aliã trãſmutetur figurã ſicut neq́ uiuat, neque moriatur. ¶ Vltima uota:ultimæ preces. ¶ Suos Deos:ꝓpicios. ¶ Porrigitur:ꝓtenditur, prolõgatur. ¶ Firmamina: firmamẽta atq́ fundamẽta: ¶ Oſſaq́ robur agunt:hoc eſt oſſa lignum efficiuntur,& lignumq́ craſſius conuertuntur. ¶ In paruos digiti:eunt ſubaudiatur. Eſt enim protozeugma. ¶ Duratur cortice pellis: hoc ẽ pellis in durum corticem commutatur. ¶ Graueq́ uterum:grauidum. Nondum enim pepe erat. ¶ Obruerat:texerat,operuerat. ¶ Nõ tulit illa moram: hoc eſt non potuit expectare,ut cortex collum,caputq́ operiret:ſed creſcenti cortice caput ſũmittẽs occurrit,faciemq́ occultauit.

¶ Com

Quæ q̃q̃ amiſit ueteres cum corp ore ſen us:
Flet tamen:& tepidæ manant ex arbore guttæ.
Eſt honor & lachrymis:ſtillataq; cortice myrrha
Nomen herile tenet:nulloq; tacebitur æuo.



At male conceptus ſub robore creuerat infans:
Quærebatq; uiam:qua ſe genitrice relicta
Exereret.media grauidus tumet arbore uenter.
Tendit on⁹ matré:neq; habét ſua uerba dolores.
Nec Lucina poteſt parentis uoce uocari.
Nitenti tamen eſt ſimilis:curuataq; crebros
Dat gemit⁹ arbor:lachrymiſq; cadentib⁹ humet.
Conſtitit ad ramos mitis Lucina dolentes:
Admouitq; manus:& uerba puerpera dixit.
Arbor agit rimas:& ſciſſo cortice uiuum
Reddit on⁹.uagitq; puer:quem mollib⁹ herbis
Naiades impoſitum lachrymis unxere parentis.
Laudaret faciem liuor quoq;:qualia namq;
Corpora nudorum tabula pinguntur amorum:
Talis erat:ſed ne faciat diſcrimina cultus:
Aut huic adde leues:aut illis deme pharetras.
Labitur occulta:fallitq; uolatilis ætas:
Et nihil eſt annis uelocius ille ſorore
Nat⁹,auoq; ſuo:qui conditus arbore nuper:
Nuper erat genitus:modo formoſiſſimus infans,
Iam iuuenis,iam uir,iam ſe formoſior ipſo eſt.
Iam placet & Veneri:matriſq; ulciſcitur ignes.
Namq; pharetrat⁹ dum dat puer oſcula matri:
Inſcius,extanti diſtrinxit arundine pectus.
Læſa manu natum Dea reppulit.altius actum
Vulnus erat ſpecie:primoq; fefellerat ipſam.
Capta uiri forma,non iam Cythereia curat
Littora:non alto repetit Paphon æquore cinctã:
Piſcoſãq; Gnidõ:grauidãq; Amathũta metallis.
Abſtinet & cælo:cælo præfertur Adonis.
Hũc tenet,huic comes é,aſſuetaq; ſp in umbra
Indulgere ſibi:formamque augere colendo:
Per iuga,per ſiluas,dumos,& ſaxa,uagatur
Nuda genu,ueſtem ritu ſuccincta Dianæ.

RAph. myrrha i arborẽ ¶ Cum corpore:cũ car ne. Venie:ori ligno:ſuc creſcẽti. Subſedit:ſub miſit ſe. Flet tñ:hoc ad naturam arboris Myrrhæ refertur:ſponte naq; ſudat: ut ſcribit Plinius etiã antequam incidatur: guttæ autem illæ:quæ ex Stactæ arbore cadunt:Stactę uocantur:quę in omni Myrrhę genere obtinẽt principatum.Multa uero ſũt Myrrhæ genera:de quibus copioſe Plinius ſcribit. Eſt honor & lachrymis:pretium.

Fabulæ decimæ decimi libri argumẽtum.

LAct. ¶ At male conceptus &c. Ex Myrrhæ & Cinyre inceſto concubitu ob iram Veneris conceptus eſt infans:uerſa enĩ Myrrha ĩ arborem ſui nominis naſcitur:quem Adonem cognominamus:quẽ nõ minus Venus dilexit:q̃ illa patrem Cinyram dilexerat beneficio Cupidinis.

RAph. Adonis ¶ At male cõcept⁹:Adonis ex inceſto patris:ac filiæ coitus natus: in tantã creuit pulchritudinem:ut eius amore Venus caperetur:quo cum ut diutius eſſe poſſet: una cum illo uenationib⁹ indulgebat: ſed pueq; fugaciũ animaliũ: feras autem natura armatas uitabat: Adonimq; ut ſibi ab illis caueret,admonebat. Ille uero gloriæ ſuauitate motus aprũ excipeſ auſus: ab eo ſuit interemptus. Quod cũ Venus reſciuiſſet:in purpureũ florẽ illũ commutauit. At male: ſcelerate. Exereret:egereret. Tendit:extẽdit:ac diſtẽtaz reddit. Humet:madeſcit. Verba puerpera Verba puerpera:hoc eſt puerperio profutura. Arbor agit rimas:ſcidit atq; aperit. Onus:uiuũ:puerũ: uiuũ. Lachrymis parẽtis: periphraſis é Myrrhæ:q̃ ab arbore ſtillat guttatĩ q; cadit:ut lachrymare uideatur. Liuor quoq;:inuidia. Eximia autẽ maxime eſt facies:quę ab inuidis quoque laudatur. Amorũ:Cupidinũ:q nudi cũ pharetris pi guntur. Matris i.: mat res: furoreſque Myrrhæ matris. Namq; phare trat⁹:Cupido pharetra orna⁹. Inſci⁹:iuit⁹. Extãti arũdine:extra pẽdẽti agitta. Diſtrixit:raſit: uulnerauit. Altius ſpẽ:altiꝰq̃ uidebat. Cythereia littora:Cythera inſula eſt cum oppido antea Porphyruſa appellata a pulchritudine marmorũ: quæ ibi effodiebantur:ut ſcribit Ariſtoteles:una ex Cycladibus Veneri dicata:quod in mari nata ad eam primum concha peruenĩſſe fertur. Dicta eſt autem Cythera a Cythereo phœnicis filio. Paphon:Cyprũ ꝫ Cypri quoq; é urbs paphos Veneris templo nobilis. Cythera

Gnidos Piſcoſamq; gnidõ:Gnidos urbs eſt Dorica: ubi Veneris & templum & ſimulachrũ uiſebaẽ a Praxitele ſculptum tãta arte, ut quidam illius amorẽ captus ſuſtinuerit intra ſacellum per noctem includi:ac Deæ ſimulachrũ ita amplecti:ut ſpmate quoq; inquinaret. Grauidãq; Amathũtha: Amath⁹ urbs fuit Cypri æris fodinis abũdans: pp̃ter quod poeta illam metallis grauidam uocat. Cælo pfertur Adonis:lepida emphaſis: ex qua colligiẽ q̃ formoſus fuerit Adonis. Nuda genu:ſic in uetuſto legitur exemplari: nõ uſq; genu:ut fere eſt i nõ uis deprauatũ:eſt enĩ poetica ſynegdoche. Succincta ueſtem:ſuccinctã & ſubtractam uſq; ad genua ueſtem habens. amath⁹

RAph. ℭAut pronos lepores:i caput inclinatos: crura namqꝫ anteriora habent breuiora. ⁋ Fugacibus: aduerſus fugaces feras. ⁋ Parce et:noli eẽ. ⁋ Nec quæ Venerem mouere: hoc eſt ætas:forma: pulchritudo:quibus ego mota ſum:nihil feras mouẽt. ⁋ Animos ferarum:iraꝫ & rabiẽ ferarum. ⁋ Fulmen habent:ſic enim oĩa proterunt apri dentibus: ut fulmen illis ineſſe uideatur. ⁋ Opportuna: commoda. ⁋ Et ipſum: Adonim:illũ enim ſedere coegit. ⁋ Poſita ceruice:repoſito capite. ⁋ Reclinis:reclinata. ⁋ Interſerit:interpoſuit.

Fabulæ undecimæ libri decimi argumẽtum.

LActi. ℭForſitã audieras aliq̃ certamine curſus &c. Atalanta Schœnei filia:cũ de coniugio ſuſcitata eſſet:& monita nulli iungeretur:quæ omnium uirginum pernicisſima erat petentibus procis legem poſuit eius coniugem futuram: qui ſe curſu pedũ anteceſſiſſet: quam cum Hippomenes Macharei filius ex progenie Neptuni intẽſo amore diligeret:nec mortem certaminis expauesceret Venereꝫ in malis habuit auxilio. Nam ex Damaſeno agro ei tria mala aurea donauit:qui eſt in inſula Cypri:ut in curſu piceret uirgini:futurum .n. ut cupiditate eius tardaretur:dum peteret. Cui⁹ monitus Hippomenes cõſecutus uictoriam:poſtea ingratus aduerſus Deam cognitus eſt. Itaqꝫ impulſu eiuſdem Deæ matris Deum lucum tranſgrediunt: quẽ Echion terræ fili⁹ ſacrauerat: non tenuerunt cupiditatem:quin aduerſus religionem in ſacrato concubuere ſolo: quã ob cauſam a Dea in leones ſunt conuerſi. Vnde Deũ matri ex illo leones ſunt ſubiecti.

RAph. ℭForſitã audieras: Atalanta Schœnei regis filia, cum oraculum de marito conſuluiſſet: reſponſum

Hortaturqꝫ canes:tutæqꝫ animalia prædæ:
Aut pronos Lepores:aut celſum ĩ cornua Ceruũ:
Aut agitat Damas:at fortibus abſtinet Apris.
Raptoreſqꝫ Lupos,armatoſqꝫ unguibus Vrſos
Vitat:& armenti ſaturatos cæde Leones.
Te quoqꝫ,ut hos timeas:ſi quid ꝓdeſſe monẽdo
Poſſet:Adoni monet.fortiſqꝫ fugacibus eſto
Inquit,in audaces non eſt audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius eſſe periclo.
Ne ue feras:quibus arma dedit natura:laceſſe.
Stet tibi ne magno tua gloria:non mouet ætas:
Nec facies:nec quæ Venerem mouere:Leones:
Setigeroſqꝫ Sues:oculoſqꝫ,animoſqꝫ ferarum.
Fulmen habent acres in aduncis dentib⁹ Apri.
Impetus eſt fuluis,& uaſta Leonibus ira.
Inuiſumqꝫ mihi genus eſt.quæ cauſa roganti,
Dicam ait:& ueteris monſtrum mirabile culpæ.
Sed labor inſolitus iam me laſſauit:& ecce
Opportuna ſua blanditur populus umbra:
Datqꝫ torum ceſpes.libet hac requieſcere tecum.
Et requieuit humo:preſſitqꝫ & gramen,& ipſum.
Inqꝫ ſinu iuuenis poſita ceruice reclinis
Sic ait:ac mediis interſerit oſcula uerbis.



Forſitan audieras aliquam certamine curſus
Veloces ſuperaſſe uiros.non fabula rumor
Ille fuit,ſuperaba t enimenec dicere poſſis
Laude pedum,formæ ne bono præſtantior eſſet,
Scitanti Deus huic de coniuge:coniuge dixit
Nil opus eſt Atalanta tibi.fuge coniugis uſum.
Nec tamen effugies:teqꝫ ipſa uiua carebis.
Territa ſorte Dei,per opacas innuba ſiluas
Viuit:& inſtantem turbam uiolenta procorum
Conditione fugat.nec ſum potienda:niſi inquit
Victa prius curſo:pedibus contendite mecum.
Præmia ueloci coniunx,thalamiqꝫ dabuntur.
Mors precium tardis.ea lex certaminis eſto.
Illa quidem immitis.ſed tanta potentia formæ.
Venit ad hanc legem temeraria turba procorũ.

accepit ipſi nõ opus eſſe marito. Cũ uero & pernicisſima: & formoſiſſima eẽt a multis uxor petebatur. Ipſa uero ne eus prorſus aſpernari uideretur: edixit ſe nulli alii nupturam: q̃ a quo curſu foret ſuperata. Quod ſi quem ipſa ſuperaret:illum iri interfectum. Cum autem iã multos pemiſſet. Hyppomenes Macharei fili⁹, ac Neptuni nepos uirginis amore captus i certamen cum ea deſcendit:ac Veneris ope quam inuocauerat:puellam ſuperauit. Sed cum uoti compos:Veneri nihil gratiarũ egiſſet Hippomenes. Dea irata ſic illum in libidinem concitauit:ut in ſacello matri Deum dicato cum Atalanta concũbere coactus ſit. Quo flagitio mater Deum indignata & Hippomenem i leonẽ & Atalantam in leænam conuertit:atqꝫ curtui ſuo ſubiecit. ⁋ Aliquaꝫ: quã dam in ſoluta diceremus oratione. ⁋ Non fabula rumor ille fuit:ille rumor non fuit falſus. ⁋ Scitanti:interroganti:ut ſciret. ⁋ Deus: Apollo. ⁋ Sorte:oraculo:reſponſo. ⁋ Teqꝫ ipſa uiua carebis: hoc ẽ tua forma adhuc uiua priuaberis. Nam i leænam fuit transfigurata. ⁋ Innuba: inupta:uirgo. ⁋ Procorum:iuuenũ ipſam uxorẽ petentium. ⁋ Conditiõe fugat:dum illis proponendo conditionem a petendis ſuis nuptiis deterret. ⁋ Potiẽda:habenda. ⁋ Pedibus cõtendite mecum:curſu mecum certate. ⁋ Illa quidẽ immitis: crudelis. ⁋ Sed tanta potentia formæ: acclamatio qua procorum temeritas excuſatur.

Hippomenes

ℭEt petitur

RAph. Et

Sederat Hippomenes curſus ſpectator iniqui,
Et petitur cuiquam per tanta pericula coniunx?
Dixerat. ac nimios iuuenum damnarat amores.
Vt faciem, & poſito corpus uelamine uidit,
Quale meum, uel quale tuum: ſi fœmina fias:
Obſtupuit: tollenſq; manus, ignoſcite dixit,
Quos modo culpaui. nondũ mihi præmia nota:
Quæ peteretis, erant. laudando concipit ignem.
Et ne quis iuuenum currat uelocius optat:
Inuidiamq; timet, ſed cur certaminis huius
Intentata mihi fortuna relinquitur? inquit.
Audentes Deus ipſe iuuat, dum talia ſecum
Exigit Hippomenes: paſſu uolat alite uirgo.
Quæ quamquã Scythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio uiſa eſt iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis eſt, & curſus facit ipſe, decorem.
Aura refert ablata citis Talaria plantis:
Tergaq; iactantur crines per eburnea: quæq;
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inq; puellari corpus candore, ruborem
Traxerat: haud aliter, q̃ cum ſuper atria uelum
Candida purpureum ſimilẽ dat, & inficit umbrã.
Dũ notat hæc hoſpes: decurſa nouiſſima meta ẽ.
Et regitur feſta uictrix Atalanta corona,
Dãt gemitum uicti: pendẽtq; ex fœdere pœnas.
Nec tamen euentu iuuenum deterritus horum
Conſtitit in medio: uultuq; in uirgine fixo,
Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?
Mecum confer ait. ſeu me fortuna potentem
Fecerit: a tanto non indignabere uinci.
Nanq; mihi genitor Machareus, Acheſtius illi.
Eſt Neptunus auus. pronepos ego regis aquarum.
Nec uirtus citra genus eſt. ſeu uincar: habebis
Hippomene uicto magnũ, & memorabile nomẽ.
Talia dicentem molli Schœneia uultu
Aſpicit: & dubitat ſuperari, an uincere, malit.
Atq; ita quis Deus hunc formoſis dixit iniquus
Perdere uult? charæq; iubet diſcrimine uitæ
Coniugium petere hoc? non ſum me iudice tãti.
Nec forma tangor: poterã tamen hac quoq; tãgi:
Sed ꝙ adhuc puer eſt, nõ me mouet ipſe: ſed ætas.
Quid? ꝙ ineſt uirtus: & mens interrita leti?
Quid? ꝙ ab æquorea numeratur origine quartus?
Quid? ꝙ amat: tantiq; putat connubia noſtra,
Vt pereat: ſi me ſors illi dura negarit.
Dũ licet hoſpes, abi: thalamoſq; relinque cruẽtos.
Coniugium crudele meum eſt. tibi nubere nulla
Nollet: & optari potes a ſapiente puella.
Cur tamẽ ẽ mihi cura tui, tot iam ante peremptis?
Viderit: intereat; quoniam tot cæde procorum

Et petitur cuiquam: affectui & indignationi ſeruit illa particula &. Indignatur enim Hippomenes quod quiſquam ſe tãto periculo exponat gratia illius habendæ uxoris. Poſito uelamine: depoſita ueſte. Culpaui: accuſaui, damnaui. Cõcipit ignem: i amorem incidit. Et ne quis iuuenum: amore nanque Atalantæ captus Hippomenes timebat ne quis ante ſe uictor euaderet. Inuidiamque timet: time inuidia ſibi ſit impedimento, quo minus Atalanta potiatur, Hippomenes metuit. Paſſu alite: ueloci curſu. Exigit: cogitat. Scythica ſagitta: uelociſſima. Scythæ nãq; plurimum ſagittando ualẽt. Aonio iuueni: Hippomeni Bœotio. Decoris: pulchritudinis. Refert: retrofert. Exponit autem poeta, quomodo curſus ipſe Atalantæ pulchritudinẽ augeret.

Talaria Genualia

Talaria: alata erant calciamenta. Genualia: genuũ tegmina & ornamẽta. Haud aliter: nõ aliter inquit cãdidum Atalantæ corpus ruborem contraxerat, q̃ cum auleum purpureum in dealbatis atriis extentum ſolet umbra rubicũda parietes inficere. Dat: tribuit parieti. Inficit: efficit, & mittit. Hoſpes: hippomenes.

Decurſa

Decurſa nouiſſima meta eſt: ad ultimam metam decurſum eſt. Eſt autem participiũ contra grammatices rationem formatum decurſa. Penduntque: perſoluunt, dant. Ex fœdere: ex lege. Facilem titulũ: gloriam facile partam. Mecum cõfer: mecum te compone. Potentem: uoti cõpotem. A tanto: a tam generoſo. Nanque mihi genitor: maiores ſuos receſet Hippomenes ut ſua generoſitate Atalantæ animum ad ſe amanduꝫ pelliciat. a Neptuno nanque originem ducit. Nec uirtus citra genus eſt; hoc eſt a uirtute maiorum non degenero. Seu uincar: dilemato colligit Hippomenes atalantam ſecum certare debere. Schœneia: Atalanta Schœnei regis filia. Molli uultu: miti ac mãſueto. Quis Deus formoſis iniquus: hoc eſt quis Deus pulchris & formoſis inimicus hũc perdere cupit: iubetq; pro charæ uitæ periculuꝫ me as quærere nuptias. Diſcrimine: periculo. Non ſum me iudice tanti: ut tam formoſus iuuenis debeat perire. Nec forma tangor: nec pulchritudine moueor. Sed ꝙ puer adhuc eſt: ſubaudiatur tangor. Et mens interrita leti: quæ nullo mortis timore terretur. Ab æquorea origine: Neptuno æquoris Deo. Duꝫ licet hoſpes abi: dum potes recede o peregrine. Eſt auteꝫ apoſtrophe ad Hippomenem: quem etſi amice admonere uidetur Atalanta, ne ſecum currendo certet ſecum tamen ipſa hæc loquitur. Tibi nubere nulla Nollet: hoc eſt omnis uirgo tibi nubere cupiet. Viderit: Hippomenes ſubaudiatur. Hæc enim ſecum cogitans loquit̃ Atalanta Hippomenis pulchritudine tacta.

RAph. ℂAgiturque in tædia uitæ: quia illum uiuere tędet. Occidet hic igiturnunc Atalanta colligit Hippome/ Carceres autem sunt funes illi qui prætenduntur equis curſuris, ut una omnes emittantur. Pronus Carce res

Admonitus non eſt: agiturq; in tædia uitæ.
Occidet hic igitur, uoluit quia uiuere mecum?
Indignamq; necem precium patietur amoris?
Non erit inuidiæ uictoria noſtra ferenda.
Sed non culpa mea eſt. utinam deſiſtere uelles.
At quoniam es demens: utinam uelocior eſſes.
Ah q̄ uirgineus puerili uultus in ore eſt.
Vh miſer Hippomene. nollem tibi uiſa fuiſſem.
Viuere dignus eras. q; ſi felicior eſſem:
Nec mihi coniugium fata importuna negarent:
Vnus eras, cum quo ſociare cubilia uellem.
Dixerat: utq; rudis, primoq; Cupidine tacta
Quod facit ignorans, amat, & nō ſentit amorem.
Iam ſolitos poſcunt curſus, populuſq;, paterq;,
Cum me ſollicita proles Neptunia uoce
Inuocat Hippomenes. Cythaream cōprecor, auſiſ
Adſit ait noſtris, & quos dedit adiuuet igens.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas:
Motaq; ſum (fateor) nec opis mora lōga dabatur.
Eſt ager: indigenæ Damaſenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima: quam mihi priſci
Sacrauere ſenes: templiſq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis: medio nitet arbor in aruo
Fulua comas. fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte, mea ueniens, decerpta ferebam
Aurea poma, manu, nulliq; uidenda niſi ipſi:
Hippomenen adii. docuiq; quis uſus in illis.
Signa tubæ dederant: cum carcere pronus uterq;
Emicat: & ſummam celeri pede libat harenam,
poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu:
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni, clamorq;, fauorq;,
Verbaq; dicentum. nunc, nunc incumbere tēpus.
Hippomene propera, nunc uiribus utere totis.
Pelle moram. uinces. dubium Machareius heros
Gaudeat, an uirgo magis his Schœneia dictis.
O quoties cum iam poſſet tranſire: morata eſt.
Spectatoſq; diu uultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo ueniebat anhelitus ore:
Metaq; erat longe. tum deniq; de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit uirgo: nitidiq; cupidine pomi
Declinat curſus: aurumq; uolubile tollit.
Præterit Hippomenes. reſonāt ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſataq; tempora curſu
Corrigit: atq; iterum iuuenem poſt terga reliqt.
Atruſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequit: tranſitq; uirum. pars ultima curſus
Reſtabat. nunc inquit ades Dea muneris auctor:
Inq; latus campi; quo tardius illa rediret:

nem indignum eſſe qui pereat. Non erit inuidiæ: hoc eſt inuidia uictoriam noſtrā perferre non poterit. Ah q̄ uirgineus: uirgini conueniens. Miſeretur autem Hippomenis Atalanta & ætate & pulchritudine illius mota. Fata importuna: difficilia: quæ exorari non poſſunt. Cum quo ſociare cubilia uellem: cui nubere uellem. Illi nanq; ſociare cubilia dicuntur: qui una dormiunt. Rudis: imperita amoris. Primo Cupidine: Amor. Tacta: pcuſſa. Proles Neptunis pronepos. Quos dedit: quos mihi iniecit. Ignes: amores. Aura nō inuida: uent⁹ benignus & Hippomeni fauens. Nec opis mora longa dabatur: nec longa auxilii mora mihi concedebatur: cum ipſum ilico oporteret inire curſum. Eſt ager: topographia: hoc eſt loci deſcriptio. Deſcribit enim agrum nomine Damaſenum, unde Venus tria aurea poma: quæ hyppomeni tradidit: ſe ſumpſiſſe ait. Indigenæ: inde geniti homines. Damaſenum nomine dictū: quem ſubaudiamus: ut intelligamus: quem proprio nomine Damaſenum uocant: nam eſt etiam ager Damaſcenus a Damaſco urbe Syriæ declinatus. Accede: adiſigi. Iuſſere: uoluere: decreuere. Nitet: ſplendet. Fulua comas: fuluas & aureas frondes habens. Aurea nāque mala ferebat. Hinc: illinc ex agro Damaſeno. Decerpta: accepta. Proprie autem decerpi & poma & frondes & roſæ dicuntur. Quis uſus: quæ utilitas. Dederant: fecerūt. Carcere: abuſiue pro carceribus. Carcer nanq; eſt locus ubi ſeruantur noxii a coercendo dictus.

Ager Damaſcenus

decerpi

Carcer

uterque Emicat: exilit. Habitum autem expreſſit poeta uelociter currentium. Libat: leuiter tangit. Poſſe putes illos: hiperbole poetica: qua ſūma Hippomenis: Atalātęq; uelocitas declaratur. Sic Virgili⁹ de Camilla: Illa uel intactæ ſegetis p ſumma uolaret Gramina: nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. Vel mare p mediū fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter celeres: nec tingeret ęquore plantas. Stātes ariſtas: erectas. Ariſtæ aūt ab arēdo ſunt dictæ: q̄ primæ in ſpica areſcāt. Incumbere tempus: incumbendi. Eſt enim græca figura. Machareus heros: Hippomenes Macharei fili⁹. O quoties: hinc quoq; colligit Venus Atalantā Hippomenis amore fuiſſe captā. Arid⁹ anhelitus: ſiccus ac difficilis. id q̄ ſignificat hippomenē laſſum fuiſſe. Metaq; erat lōge: ad quā currētes peruenire debebāt. Fœtibus arboreis: periphraſis eſt pomorū. Aurumq;: aureum pomum. Plauſu: eorum qui Hippomeni fauebāt. Ceſſata tēpora: quibus ipſa a curſu inſtituto ceſſauerat. Eſt autem participium contra grammatices rationem audacter a poeta declinatum. Corrigit: reſarcit: reparat. Curſus: uelocitate curſus. Remorata: retenta: tardata. Ades: auxilio ſis. Dea muneris auctor: Venus: quæ mihi hoc dediſti munus.

Ariſtæ

Ceſſa

ℂIecit

Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum·
An peteret uirgo uiſa eſt dubitare: coegi
Tollere: & adieci ſublato pondera malo,
Impediiq; oneris pariter grauitate, moraq;.
Ne ue meus ſermo curſu ſit tardior ipſo:
Præterita eſt uirgo, duxit ſua præmia uictor,
Digna ne cui grates ageret? cui thuris honorem
Ferret Adoni fui? nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit. ſubitam cōuertor in iram:
Contemptuq; dolens: ne ſim ſpernenda futuris:
Exemplo caueo: meq; ipſam exhortor in ambos.
Templa Deum matri: quæ quōdā clarus Echion
Fecerat ex uoto: nemoroſis abdita ſiluis
Tranſibant: & iter longum requieſcere ſuaſit.
Illic concubitus intempeſtiua cupido
Occupat Hippomenē, & a numine cōcita noſtro.
Luminis exigui fuerat prope templa receſſus
Speluncæ ſimilis, natiuo pumice tectus.
Relligione ſacer priſca: quo multa ſacerdos
Lignea cōtulerat ueterum ſimulachra Deorum.
Hunc init: & uetito temerat ſacraria probro:
Sacra retorſerunt oculos: turritaq; Mater
An Stygia ſontes dubitauit, mergeret unda.
Pœna leuis uiſa eſt. ergo modo leuia, fuluæ
Colla, iubæ uelant, digiti curuantur in ungues.
Ex humeris, armi fiunt in pectora totum
Pondus abit. ſummæ cauda uerruntur harenæ.
Iram uultus habet pro uerbis murmura reddūt.
Pro thalamis, celebrant ſiluas. aliiſq; timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena Leones.
Hos tu chare mihi, cūq; his genus omne ferarū:
Quod non terga, fugæ: ſed pugnæ pectora pbet,
Effuge. ne uirtus tua ſit damnoſa duobus.
Illa quidem monuit, iunctiſq; per aera Cygnis
Carpit iter. ſed ſtat monitis contraria uirtus·
Forte Suem latebris ueſtigia certa ſecuti
Excutere canes: ſiluiſq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
Protinus excuſſit pando uenabula roſtro
Sanguine tincta ſuo: trepidumq;, & tuta petētem
Trux Aper inſequitur: totoſq; ſub inguine dētes
Abdidit: & fulua moribundum ſtrauit harena.
Vecta leui curru, medias Cytherea per auras
Cypron Olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis: & albas
Flexit aues illuc, utq; æthere uidit ab alto:
Exanimem, inq; ſuo iactantem ſanguine corpus:
Deſiluit: pariterq; ſinum, pariterq; capillos
Rupit: & indignis percuſſit pectora palmis.
Queſtaq; cum fatis: & non tamen omnia ueſtri

RAph. ¶ Iecit iuueniliter: forti ter ut iuuenem decebat: per quod innuit eum longe pomū iecisse. ⌈ Impediiq;: curſum ſubaudiamus. ⌈ Duxit ſua pmia uictor: Hippomenes inquit uictor duxit Atalantam uxorem. ⌈ Cui thuris honorem Ferret: cui ſacrificaret thure. ⌈ Immemor: ingratus. ⌈ Contemptuq; dolens: me eē contemptam ægre ferēs. ⌈ Spernenda: contemnenda. ⌈ In ambos: contra ambos: Hippomenē & Atalantam. ⌈ Clarus

Echion Echion: un⁹ fuit ex Cadmi ſociis Echion. ⌈ Concita: commota: ſtimulata. ⌈ A numie noſtro: a nr̄a potentia. ⌈ Receſſus: locus ſeceſſui aptus. ⌈ Natiuo: naturali. ⌈ Hūc init: ingreditur: intrat. ⌈ Temerat: uiolat. ⌈ Probro: ſcelere, flagitio. ⌈ Sacra: ſimulachra Deoꝝ. ⌈ Retorſerunt oculos: auerterunt oculos ne tantum ſcelus uiderent. ⌈ Tur

Turrit⁹ rita mater: turribus or nata: nam Cybele eadē cum tellure putatur eſſe.

Atalāta i leænā. Hippomenes i leonē ⌈ Sontes: nocentes: Hippomenem atque Atalantam. ⌈ Mergeret ſtygia unda: hoc eſt ad inferos demitteret. ⌈ Modo leuia: paulo ante mollia ac ſine ullis pilis. ⌈ Fuluæ iubæ: hinc leonum præcipua colligitur generoſitas ut Plinius ait. Si colla harmoſq; ueſtiāt iubæ. ⌈ In pectora totum Pondus abit: leones enim pectus reliquo corpore craſſius habent. ⌈ Caudas: caudaꝫ leonum animi eē indicem: ut aures equorum Plinius ſcribit. Nam immota placidum: mota iratum ſignificat. ⌈ Verruntur: trahuntur. ⌈ Irā uultus habet: facies leonū præ ſe fert iram. Trucem nanq; habent aſpectū. ⌈ Cybeleia frena: nam matris Deum currum a leonibus trahi fingunt poetæ.

Cybele Cybele autem dicta eſt a Cybelo monte Phrygiæ ipſi Deū matri ſacto.

Fabulæ duodecimę & quīti decimi argumentum.

LAct. ¶ Hos tu chare mihi &c. Adonis ſupradictus monitus a Venere quā uim feræ haberent. Igitur is in uenatione ab Apro interimitur: cuius cruor eiuſdem Deæ numine in florem purpurei coloris conuerſus eſt.

RAph. ¶ Quod nō terga fugæ: quod non fugit. ⌈ Sed pugnæ pectora præbet: ſed repugnat: ac reſiſtit. ⌈ Damnoſa duobus: & mihi & tibi. ⌈ Iunctis cygnis: currus nanque Veneris ab oloribus trahi fingitur. ⌈ Sed ſtat monitis contraria uirtus: ſed fortitudo inquit Adonidis Veneris admonitionib⁹ eſt aduerſa. ⌈ Suem: aprum: Sues autem & apri Veneri ſunt inuiſi propter Adonidis cædē.

Prouerbium Vnde prouerbium apud græcos in eos: qui rem ingratā alicui faciūt: ἀφροδίτῃ ὗν ἔθυκεν: hoc eſt Veneri Suem ſacrificauit. ⌈ Excutere: excitarunt. ⌈ Iuuenis Cinyrei⁹: Adonis Cinyræ filius. ⌈ Pando: roſtro: recuruo. ⌈ Et tuta petentem: loca ſubintelligamus. ⌈ Trux ap: terribilis. ⌈ Abdidit: abſcondidit. ⌈ Moribundum: morientem. ⌈ Rupit: dilaniauit: lacerauit. ⌈ Et indignis percuſſit: indigne. Nomen nanque pro aduerbio poſitum ē. ⌈ Et non tamen: ordo ē: & tamen omnia non erūt ueſtri iuris. Illa autem & copula affectui ſeruit.

RAph. Luctus monumenta:ſigna,memoria.Eſt autem apo ſtrophe ad Adoni. Annua ſimulamina:ſimulachra. Nam ſingulis quibuſq; annis Adonia:ideſt ſacra i ado- Adonia nis honorem celebrabantur,in quibus Adonis plange- batur,ac luctus Veneris referebatur. ex aqua naſci ſolet,ſtatimq; euaneſcere.Bulla autem ſpi ritu & aqua excitat rotunda figura, quæ quoniam cito diſſoluitur:uetiſſimum illud ſumptum ẽ prouerbium, Prouerbium quo humanæ uitæ breuitas,fragilitaſq; deſignatur.Ho mo bulla.Inde fit bullare:quod eſt bullas facere.Vnde Plinius bullantem urinam uocat bullas emittentẽ. Bulla etiam eſt ornamẽtum pectoris ingenuorũ: qui- dem aureum, Libertinorum uero Scorteũ, ut co pioſe Macrobius ſcribit. Plena hora:perfecta.

Fabulæ.xiii.libri decimi argumentum.

LAct. At cruor &c. Minthe nympha in herbã mutata menthã odio Proſerpinæ Cereris filiæ, q cum Dictæo patre cõiuge ſuo concubuiſſet.

RAph. An tibi quodã: Mynthe nympha fuit, quam Plutonis pellicem fabulæ tradũt extitiſſe. Eam cũ Adõis i florem Proſerpina dolo circũuenisſet,in hortenſem menthã fuiſſe trãſfiguratã, quam plerique hedyoſmõ uocant.Eſt & mons prope Pylũ cognomie Mynthes iuxta quẽ Plutonis quoq; eſt templũ. mynthe Nobis erit inuidiæ:in nos inuidiã cõcitabit. Perlucida bulla:tranſlucida,quæ Bulla

Iuris erunt:dixit.luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei.repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
At cruor i florem mutabitur.an tibi quondam
Fœmineos artus inolentes uertere menthas
Perſephone licuit:nobis Cinyreius heros
Inuidiæ mutatus erit?ſic fata cruorem
Nectare odorato ſparſit:qui tactus ab illo
Intumuit:ſic ut ſaluo perlucida cælo
Surgere bulla ſolet.nec plena longior hora
Facta mora e:cũ flos de ſanguine cõcolor ortus,
Qualem,quæ lento celant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent. breuis eſt tamen uſus in illo.
Namq; male hærentem,& nimia leuitate caducũ
Excutiunt iidem:qui præſtant omnia,uenti.

Cõcolor:eiuſdẽ eſt ſanguine coloris. Eſt.n. purpureus. In Anemonẽ autẽ Adonim fuiſſe cõuerſum innuere ui,cuius flos, ut inqt Pli.nunq̃ ſe aperit niſi uento ſpirante:unde & nomen accepit ἀνεμώνη.n. uentus dr. mynthe i herbã Punica:quæ & mala granata dicitur. Mala Punica Qui præſtãt oĩa uẽti: ſecundũ phyſicã rationẽ hoc dictum eſt.Nã uenti re cõ omniũ generationis cauſa eſſe perhibentur.

RAPHAELIS Regii in undecimum Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



Fabulæ primæ undecimi libri argumentum.

LAct. Carmine dũ tali &c. Orphe⁹ Oeagri fluminis & Calliopes muſæ fili⁹, cum habuiſſet coniugem noie Eurydicen: & eam amiſiſſet:& cũ ſine ea ab inferis rediſſet,lege accepta a Plutone ad ſuperos ne talem dolorem in altera experiretur: puerilem amorem primus inſtituit. Quã ob cauſam Threiciæ mulieres inſtinctæ in abditis locis ſolitudinem agentẽ propter deſyderium coniugis interfecerunt: ſeparatumq; caput eius a reliquo corpore cũ lyra in amnem Hebrum præcipitauerunt:per quẽ in mare delatũ: & hic in inſulam Leſbum cum hic hæſiſſet i littore:ſerpẽſq; morſu ſanguinem lambe ret:priuſq̃ uultũ eius ap peteret:ab Apolline Iouis & Latonæ filio duratus in lapidem eſt.

Bacchi ſacra celebrarent, ipſum in ferarum cœtu canentem aſpexerunt:ac impetu facto dilacerarunt: caputq; ac lyrã in Hebrũ fluuium coniecerunt:quæ ad inſulam Leſbon uſq; delata cũ eſſent: ſerpens Orphei caput dilaniaturus ab Apolline in ſaxũ fuit cõuerſus.Primũ itaq; Orphei cædem poeta deſcribit:deinde ſerpẽtis in ſaxum trãſmutationem. Threici⁹ uates: Orpheus Thracius. Ducit:delectat. Ducere nanque interdum ſignificat delectare:ut Nonius ſcribit.Cicero de finibus bonorũ & malorum:Fabellarumq; auditione ducũt. Duco Animoſq; ferarũ:ſeuus.Neq; enim feræ animos habere dicuntur:niſi poeta ad ueritatẽ potius alludat ut intelligamus ferorum hominũ animos ab Orpheo fuiſſe excultos: id qd Horatius aperte his uerſibus ſcribit. Siluestres homines ſacer interpreſq; Deorum Cædib⁹ & uictu fœdo deterruit orpheus:Dictus ob hoc lenire tigres:rabidoſque leones. Ecce nurus Ciconum:ſeptentrionalis bacchantium Ecce

Pu.Ouidii Naſonis Meta.Liber undecimus.

Armine dũ tali ſiluas,
animoſq; ferarum
Threicius Vates:& ſaxa ſequentia ducit.
Ecce nurus Ciconũ tectæ,lymphata ferinis
Pectora uelleribus,tumuli ẽ uertice,cernũt
Orphea percuſſis ſociã tem carmina neruis,
E quibus una,leues iactato crine per auras,

RAph. Impet⁹ Baccharum in Orpheum Armine dũ tali. Orpheus thracias mulieres aſpernatus (ut diximus) in ſe earum odium traxit. Quare ,cum

Cicões rum impetus illa particula ecce ſignificatur. Cicones autem populi ſunt Thraciæ ad Hebrum habitātes. ⸿ Tumuli de uertice: de mõtis ſũmitate. ⸿ Lymphata pectora furentia. ⸿ Ferinis uelleribus: ferarum pellibus.

RAph. ⸿ En ait, en hic eſt: cõduplicatio indignationi conueniens: tametſi hoc aduerbium en fere indignatiõi ſeruiat. ⸿ Apollinei uatis: Orphei Apollinis filii. ⸿ Vocalia ora: optimã uocem emittentia. ⸿ Præſuta: ĩ phixa, tecta. Nã haſtæ Bacchãq; quæ

Thyrſi thyrſi dicunt ꝓ pãpinis: hederaq; cooperiebantur. ⸿ Notam: ſignum. ⸿ Ac ueluti ſupplex: tanq̃ ueniam petiturus. ⸿ Ante pedes: Orphei. ⸿ Cõcẽtu: harmonia. Eſt autem pulchra poetæ phãtaſia: qua ſignificatur quanta uis ſit muſici cãt⁹. ⸿ Bella: Bacchará furores bella uocat poeta. ⸿ Inſana Erinnys: ab effectu q̃ furia homines iſanos furioſoſq; reddit. ⸿ Mollita: mitigata ſic ĩ ut Orpheo nunq̃ nocere potuiſſent. ⸿ Berecynthia tibia: qua in ſacris Cybeles q̃ Berecynthia dicit primum uſi fuere. Bere-

Bere/cynth⁹ cynthus autem Phrygiæ mõs eſt & ciuitas matri Deum dicata. ⸿ Obſtrupuere ſono ci. cõtra citharæ ſonum ſtrepuerunt. ⸿ Attonitas: ſtupefactaſ

Orphei cædes ſuauitate cantus Orphei. ⸿ Menades: Bacchæ ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι: hoc ẽ a furendo dictæ. ⸿ Titulũ: gloriã. ⸿ Orphei theatri: ſpectaculi ab Orpheo congregati. Eſt aũt adiectiuũ Orphei. Alii triumphi leg: ⸿ intelligũtq; agmen illud ferarum a bacchis raptũ in titulũ & gloriam triũphi de Orpheo actũ. ⸿ Et coeunt: congregant, conueniunt. ⸿ Noctis auẽ: noctuã. ⸿ Structo utrinq; theatro: ĩ ſpectaculo. Eſt autẽ amphitheatri ꝑiphraſis. ⸿ Matutina harena: hoc eſt matutino tempore in hare-

En ait. en hic eſt noſtri contemptor, & haſtam
Vatis Apollinei, uocalia miſit in ora,
Quæ foliis præſuta, notam ſine uulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt: qui miſſus in ipſo
Aere, concentu uictus, uociſq;, lyræq; eſt.
Ac ueluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit. ſed enim temeraria creſcunt
Bella: moduſq; abiit, inſanaq; regnat Erinnys,
Cunctaq; tela forent cantu mollita. ſed ingens
Clamor: & inflato Berecynthia tibia cornu:
Tympanaq;, & plauſus, & Bacchei ululatos
Obſtrepuere ſono citharæ, tum deniq; ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine Vatis.
Ac primum attonitas etiam nunc uoce canentis
Innumeras uolucres, angueſq;, agmenq; ferarũ,
Mænades Orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis uertuntur in Orphea dextris:
Et coeunt: ut aues. ſi quando luce uagantem
Noctis auem, cernunt. ſtructoq; utrinq; theatro
Vt matutina Ceruus periturus harena
Prædaq; canũ eſt: Vatẽq; petũt: & fronde uirẽtes
Coniiciunt Thyrſos, non hæc in munera factos.
Hæ glebas: illæ direptos arbore ramos:
Pars torquent ſilices. neu deſint tela furori:
Forte Boues preſſo ſubigebant uomere terram:
Nec procul hinc multo fructum ſudore parãtes,
Dura lacertoſi fodiebant arua Coloni:
Agmine qui uiſo fugiunt: operiſq; relinquunt
Arma ſui. uacuoſq; iacent diſperſa per agros:
Sarculaq;. Raſtriq; graues, longiq; Ligones:
Quæ poſtquam rapuere feræ: cornuq; minaces
Diuulſere boues: ad Vatis fata recurrunt:
Tendentemq; manus: atq; illo tempore primum
Irrita dicentem: nec quicquam uoce mouentem
Sacrilegæ perimũt: perq; os (proh Iuppiter) illud
Auditum ſaxis: intellectumq; ferarum
Senſibus, in uentos anima exhalata receſſit.
Te mœſtæ uolucres Orpheu. te turba ferarum:
Te rigidi Silices, tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſiluæ. poſitis te frondibus arbos
Tõſa comas, luxit. lachrymis quoq; flumia dicũt
Increuiſſe ſuis: obſcuraq; carbaſa pullo
Naiades. & Dryades: paſſoſq; habuere capillos.
Membra iacent diuerſa locis. caput Hebre, lyrãq;
Excipis: & (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra. flebile lingua
Murmurat exanimis reſpondent flebile ripæ.
Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquũt.
Et Methymnææ potiuntur littore Leſbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis

na. Quod enim eſt temporis, attribuit loco. Vna autem oẽs bacchas in Orpheũ impetum feciſſe his ſimilitudinibus oſtendit poeta. ⸿ Petunt: aggrediuntur, inuadunt. ⸿ Hæc in munera: ad hos uſus. ⸿ Torquẽt: iaciũt. ⸿ Subigebant: arabant. ⸿ Lacertoſi: magna & ualida brachia habentes. ⸿ Fructum: frumentum. ⸿ Agmine: baccharum furentium. ⸿ Arma: inſtrumẽta. ⸿ Diuulſere: dilacerauere. ⸿ Feræ: crudeles. ⸿ Ad uatis fata: ad Orphei mortẽ. ⸿ Irrita: uana uerba, quę bacchas nihil cõmouebant. ⸿ Proh Iuppiter: exclamatio poetæ doloris ac commiſeratiõis plena ⸿ Exhalata: emiſſa. ⸿ In uentos: eorum ſequit opinionem q animam uentum eſſe putant. ⸿ Te mœſtæ: apoſtrophe ad Orpheũ querimoniæ. ac cõmiſerationis plena. ⸿ Obſcura carbaſa: pullas ac nigras ueſtes. ⸿ Flumẽ populare: fluuium patriũ. Hebrus enim Thraciæ fluui⁹ eſt.

⸿ Methymnææ Leſbi: Methymna urbs eſt Leſbi optimo uino inſignis: dicta a Methymne Macaris filia ac Lepydni uxore: unde Methymnæ- Methymna

us deriuatur. Leſbos autem inſula eſt clariſſima, quam nunc Metylenen a nomine urbis uocant. Leſbos

⸿ Ferus anguis: crudelis, qui illius uatis caput uiolare ſuſtineret, cuius cantu ſerpẽtes quoq; ſæpius delectati eſſent.

Cui. meta.

R Aph. ℭ Inhiat diuellere: appetit ore a pto dilacerat. ℉ Hymniferos uultus: qui hymnos in Deorũ fere ſingulos compoſuerant. ℉ Vmbra ſub. ter. umbra Orphei inferos petit. Eorũ autem opinionẽ ſecutus uidetur poeta: qui hominem ex tribus cõſtare aiunt: corpore: anima: & umbra: quorũ corpus terræ: anima cælo: umbra inferis reddit.

quæq; contigiſſet, aurum fieret. quod ei inutile fuit. Cui Deus petẽti ut reſtitueret, ſibi fecit: iuſſit. n. ut ad flumẽ Pactolum perueniret: ibiq; ſe ſupponeret: & ſic rediret in priſtinum ſtatum. Vnde aqua aurei coloris eſſet.

ℭ Nec ſatis hoc baccho eſt: Midas rex Phrygiæ cũ Silenum a ruſticis captũ, ſibiq; traditũ baccho reddidiſſet: R Aph. Midas

℉ Hic: illic apud iferos.

℉ Spatiantur: deambulãt.

Fabulæ ſecundę. xi. libri argumentum.

LAct. Anguis in ſaxũ ℭ Nõ impune &c. Cæ matronæ quę cædi interfuerãt Orphei: a Libero ulciſcẽte æmulum ſcientiæ ſuæ in ſpecies uarias abierunt.

R Aph. ℭ Nõ impune tñ: Thracię mulieres quę Orphei cædi interfuerũt omnes a baccho cædem Orphei ægre ferente in uarias arbores fuer ɔuerſę. ℉ Vate ſuorũ ſacrorũ: nam orpheus in Bacchum pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Alludere autẽ ad id poeta uidetur, quod ſcribit Diodorus. Cerimonias a Dionyſio repertas cum ad Orgia q̃dam Orpheus addidiſſet, orphe Thraciæ mulieres in arbores ica a poſteris fuiſſe appellata. ℉ Matres Aedoni. mulieres thracias. Aedo Aedones nes nanque populi ſunt Thraciæ. ℉ Plangit: percutitur a ſeipſa. ℉ Ac trepidans: quanto nãq; magis trepidant: tãto magis uinculo aſtringunt aues. ℉ Exterrnata: cõſternata, pterrefacta. ℉ Lenta: flexibilis. ℉ Coercet: continet. ℉ Exultantẽ: exultare uolẽtem. ℉ Dũq; ubi ſunt digiti: ordo eſt: Dũ q̃rit, ubi ſunt digiti. ℉ Succedere: ſuccreſcẽ. ℉ Mœrẽti dextra: hypallage ẽ: ipſa n. q; mœrens intelligit. ℉ Et non fallere putando: nõ decipere ſi putes. Re. n. uera rami erãt.

Fabulæ tertiæ. xi. libri argumentum.

LActã. ℭ Nec ſatis &c. Liber pater Thracia digreſſus cũ Tmolũ montem Ciliciç comitatus Bacchis peteret Silen⁹ ei aufugit: quẽ Phryges captũ ad Midã regem adduxerunt: a quo tus ab eo exceptus eſt, & Libero aduenienti reddidit: & ob beneficium optandi Deus ueniam ei dedit ſi quid uellet a ſe peteret, Ille ut

Obſtitit: & ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit: & hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandem Phœbus adeſt: morſuſq; inferre parãtẽ
Arcet: & in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat: & patulos (ut erant) indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras: & quæ loca uiderat ante:
Cuncta recognoſcit: quærenſq; per arua piorũ
Inuenit Eurydicen: cupidiſq; amplectitur ulnis.
Hic modo coniunctis ſpaciantur paſſibus ambo.
Nunc præcedentem ſequitur, nũc præuius anteit:
Euridicenq; ſuam iam tuto reſpicit Orpheus.
Non impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus:
Amiſſoq; dolens ſacrorum Vate ſuorum,
Protinus in ſiluis matres Aedonidas omnes,
Quæ uidere nefas: torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos ĩ quãtũ eſt quæq; ſecuta:
Traxit: & in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuum laqueis: quos callidus abdidit auceps:
Crus ubi commiſit uolucris: ſenſitq; teneri:
Plangitur: ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcunq; ſolo defixa cohæſerat harum
Exterrnata, fugam fruſtra tentabat. at illam
Lenta tenet radix: exultantemq; coercet.
Dũq; ubi ſunt digiti, dũ pes ubi quærit, & ũgues,
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata, femur mœrenti plangere dextra:
Robora percuſſit. pectus quoq; robora fiunt.
Robora ſunt humeri. lõgos quoq;, brachia uera
Eſſe putes ramos: & non fallere putando.
Nec ſatis hoc Baccho ẽ: ipſos quoq; deſerit agros
Cumq; choro meliore, ſui uineta Tymoli:
Pactolonq; petit. quamuis non aureus illo
Tempore: nec charis erat inuidioſus harenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri, Bhaccæq; frequẽtãt,
At Silenus abeſt. titubantem, anniſq;, meroq;,
Ruricolæ cœpere Phryges: uinctumq; coronis
Ad regem duxere Midam, cui Thracius Orphe⁹
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium. comitemq; ſacrorũ:
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinq; dies: & iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus: Lydus cum lætus in agros

iuſſus eſt a Deo: ut quicquid uellet peteret. Ille petiit ut q̃cquid corpore ſuo tangeret, aurũ fieret. Id illi conceſſit Bacchus: quamuis inutile ipſi futurũ uidebat. Cũ uero panis quoq; ac uinũ in aurum uerterentur: fameq; perire cœpiſſet: tandẽ cognouit ſtolidus ſe rẽ dãnoſam petiiſſe: Bacchum itaq; rogauit, ut peccato ueniã daret: & mun⁹ datum irritum faceret. bacchus igitur illi mandauit ut ad fontem Pactoli pergeret, ſeq; totum in eo lauaret: quod cũ feciſſet, uis illa aurũ efficiẽdi q̃cquid tangeret, in fluuiũ tranſiuit: unde etiã harenas aureas efficere memoratur. ℉ Ipſos agros: Cur aureæ Pactoli harenæ Thraciæ. ℉ Cũq; choro me. q̃ fuerãt Thraciç illę mulieres, quæ orpheum trucidarũt. ℉ Sui Tymoli: a ſe amati. Eſt. n. Tymolus: q & Tmolus dicitur, mons Lydiæ optimi uini fertilis: ut in ſuperioribus quoq; diximus. Neq; eſt ſpõdaicus uerſus, cũ Tymolus ẽt triſſyllabum ſit nomen: non ſolum biſſyllabũ. ℉ Pactolonq;: Pactolus fluuius ẽ Lydię aureis harenis noſſimus. ℉ Charis harenis: pretioſis. ℉ Frequentant: celebrãt. ℉ Titubãtem: uacillantem. ℉ Vinctum: ligatum. ℉ Ad regem Midã: Midas Gordia Bubulci filius Phrygiæ rex fuit ditiſſim⁹: eoq; fictus eſt omnia quæcunq; tangeret in aurum tranſmutare: de quo Herodotus in primo multa ſcribit. ℉ Orgia: bacchi ſacrificia. ℉ Cũ Cecropio Eumolpo: Eumolpus uates fuit Atheniẽſis bacchi ſacerdos. ℉ Genialiter: uoluptuoſe ac læte.

Tymolas

Pactol⁹

Midas

Eumolpus

℉ Lucifer undecimus: Lucifer ſtella eſt: quæ adueniente die ultima deſinit lucere: eoq; a poetis alias ſtellas cogere Lucifer

cogere:congregare:congregareq; dicitur. ┌ Coegerat: congregauerat. Significat autem undecimū diem aduenisse. ┌ Sub auaritiam illud a Baccho petierat. ┌ Lenæe pater: Bacche. ┌ Specioſo damno: quod pulchrum & bonum uidetur, cum alioquin dānum ſit & malū. ┌ Mite

Rex uenit:& iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum:ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male uſurus donis,ait.effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis:nocituraq; munera ſoluit
Liber:& indoluit quod non meliora petiſſet.
Lætus abit:gaudetq; malo Berecynthius heros.
Sollicitiq; fidem tangendo ſingula tentat.
Vixq; ſibi credens nō alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam.uirga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum.ſaxum quoq; palluit auro.
Contigit & glebam.contactu gleba potenti
Maſſa fit.arentes Cereris decerpſit ariſtas.
Aurea meſſis erat.demptum tenet arbore pomū.
Heſperidas donaſſe putes.ſi poſtibus altis
Admouit digitos:poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
Vnda fluens palmis,Danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit,aurea fingens
Omnia.gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus:nec toſtæ frugis egentes.
Tum uero,ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat:Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua,dapes,admoto dente premebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis:
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali,diueſq;,miſerq;,
Effugere optat opes:& quæ modo uouerat,odit.
Copia nulla famem releuat,ſitis arida guttur
Vrit:& inuiſo meritus torquetur ab auro.
Ad cælumq; manus,& ſplendida brachia tollens
Da ueniam Lenæe pater.peccauimus inquit.
Sed miſerere precor:ſpecioſoq; eripe damno.
Mite Deum numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit:factiq; fide,data munera ſoluit.
Ne ue male optato maneat circumlitus auro:
Vade ait,ad magnis uicinum Sardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe uiam:donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroq; tuum fonti:qua plurimus exit:
Subde caput:corpuſq; ſimul,ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ.uis aurea tinxit
Flumen:& humano de corpore ceſſit in amnem.
Nunc quoq; iam ueteris percepto ſemine uenæ
Arua rigent,auro madidis pallentia glebis.
Ille peroſus opes ſiluaſq;,& rura colebat,
Panaq;,montanis habitantem ſemper in antris.

Cui.meta.

lime agmen ſtellarū ſubiunctum & aliarum ſtellarum multitudinem, eſt enim hypallage. ┌ Lydos in agros: in Lydiā. Secūdum grammatices autem rationem deriuatiuum nomen pauciores q̄ primitiuum ſyllabas habet.
Tacta a Mida in aurū

RAph. ℭ Iuueni alumno: Baccho. ┌ Altore: Sileno nutritore. ┌ Male uſurus: in ſuum malum & perniciem. paulum enim abfuit quin fame periret Midas. ┌ Annuit: annuit consenſit. ┌ Soluit: perſoluit præſtitit. ┌ Berecynthius heros: Midas Phrygius, a Berecyntho Phrygiæ oppido. ┌ Pollicitā fidē: promiſſi ueritatē. ┌ Tētat: experitē. ┌ Non alta: ſed humili. Illud enim aduerbium Non hoc loco ad uerbuȝ detraxit referri non pōt: ſed uirgaȝ ex non alta fronde decerptaȝ fuiſſe oſtēdit. ┌ Cereris: frumēti per metonymiam. ┌ Heſperidas donaſſe putes: ſcite. nam Heſperides hortos habuiſſe dicunt aurea poma ferentes. ┌ Radiare: fulgere. ┌ Danaen eluderē poſſit: eleganter. Iuppiter enim in guttas cōuerſus aureas in ſinum Danaes deſcendit: ſicq; illa eſt potitus. ┌ Vix ſpes ipſe ſuas animo capit: nā maxima quæq; ſibi pollicebat Mydas. ┌ Poſuere: apposuere. ┌ Toſtæ fru. periphraſis ē panis. ┌ Cerealia dona: panes. ┌ Rigebant: duri fiebāt. Q uippe qui in aurum conuertebant. ┌ Cōuellere: mādare. ┌ Premebat: tāgebat. ┌ Auctorē muneris: Bacchum p metonymiā pro uino. ┌ Fuſile: liquidum, ac fuſum, & liquefactum. ┌ Diuerſq;: qa auro abundabat. ┌ Miſerq;: qa auro frui nō poterat. ┌ Modo uouerat: noto paulo āte cōcupiuerat. ┌ Torquet: cruciat. ┌ Meritus: quia propter
Rigere

Deum numen: Dii ſunt mites & facile placātur. ┌ Reſtituit: in priſtinum ſtatum reduxit. ┌ Facti fide: ob fidē: quā præ ſe tulerat Silenū reſtituendo. ┌ Data munera ſoluit: reſoluit, & irrita fecit. ┌ Circūlitus: infectus. ┌ Male optato: ſtulte ac pernitioſe petito. ┌ Magnis Sardibus: Sardeis urbs eſt Lydię Crœſi regia. ┌ Ceſſit: tranſiuit.
Sardeis

Fabulæ quartæ.xi. libri argumentum.
LAct.

ℭ Ille peroſus &c. Pan cū Tmolū montem Lydiæ frequentās fiſtula ſe oblectaret: elatus gloria agreſtium nympharum Apollinem in certamen deuocauit: a iudice ergo Tmolo cuius mōs erat, cum Apollini uictoria eſſet adiudicata: Midæ regi ſupradicto aſſidenti ſoli diſplicuit: quam ob cauſam Apollo ob eandem ſtultitiam: quam & ſupra geſſerat in Liberi patris uoluntate: Deus iratus aures eius Aſininæ ut eſſent ſempiterno effecit: ut cuius iudicii nulli rei facerent: qui tamē fertur Midas eē matris magnę filius. ſic enim cuȝ Heliodo conſentit Ouidius.

RAph. ℭ Ille peroſus opes: Midas facultate auri efficiūdi quicquid tāgeret liberatus: opeſq; peroſus in ſiluis habitabat, Panaq; paſtorū Deum colebat: q cū fiſtula inuēta ſibi multum nymphis placere uideretur, auſus eſt Apollinem in certamen prouocare, Tmolo mōtis Deo iudice conſtituto. Cū uero ſententia p Apolline lata omnibus placeret, ſolus Midas naturali ſtultitia duct⁹ eam ut iniuſtā īprobauit. Q uare Apollo indignatus aures illi⁹ in aſininas conuertit: quibus ipſi⁹ ſtoliditas indicaretur. Longiores nāq; aures ex phyſicorum ſen

Pingue ſed ingenium manſit:nociturać ut ante
Rurſus erant domino ſtultæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu:cliuoq; extenſus utroq;
Sardibus hinc.illinc paruis finitur Hypæpis.
Pan ibi dũ teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cærata modulatur arundine carmen:
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus:
Iudice ſub Tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit:& aures
Liberat arboribus.Quercu coma cærula tantũ
Cingitur:& pẽdẽt circum caua tempora Glandes.
Iſq; Deum pecoris ſpectans:in iudice dixit
Nulla mora eſt.calamis agreſtibus inſonat ille.
Barbaricoq; Midan(aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit.poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os Phœbi.uultũ ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſide uinctus:
Verrit humum,Tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctamq; lyram gemmis,& dentibus Indis
Suſtinet a læua.tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit.tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat.quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium,ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus.arguitur tamen,atq; iniuſta uocatur
Vnius ſermone Midæ.nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram,
Sed trahit in ſpatium:uilliſq; albentibus implet.
Inſtabileſq; illas facit:& dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis.partem damnatur in unã.
Induiturq; aures lente gradientis Aſelli.



Ille quidem celare cupit:turpiq; pudore,
Tempora purpureis tentat uelare Tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus:qui nec,cum prodere uiſũ
Dedecus auderet,cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere tamen:ſecedit,humumq;

tentia uecordiam præ ſe ferunt.Cæterum Midas aures aſininas uariis purpureis occultauit,tõſoriq; mandauit,ne uerbum cuiquam de illis faceret. Tonſor uero cum reticere nõ poſſet,in locum deſertum ſeceſſit,ibiq; foueæ factæ immurmurauit:Midã aures Aſininas habere.Deinde foueam terra repleuit. Arũdines autem eo in loco natæ uentoq; agitatæ eadem uerba:hoc eſt Midas rex aſininas aures habet, referebãt.¶ Peroſus opes: odio habens:qbus pene fame fuerat confectus.

RAph. ¶ Pingue:tardu3.¶ Vt ante:quando optauit:ut quicquid contingeret,aurum fieret.¶ Nam freta proſpiciẽs:Tmoli mõtis

Hypæpa descriptio ¶ Paruis Hypæpis:Hypæpa,urbs eſt Lydiæ ut diximus.¶ Cerata:cæra iuncta.¶ Iudi

Tmolus ce ſub Tmolo:Tmolus & mons & Deus mõtis ipſius dicitur.Nam montes ut flumina deos ſuos habere dicitur.¶ Et aures Liberat arboribus:ab

Midæ aures in aſininas auribus arbores remouet. ¶ Deliniit:blanditus eſt. ¶ Sacer:Apollo.¶ Reſoluit ora:aperuit ora,& canere cœpit.¶ Tmolus ad os Phœbi:ſe cõuertit ſubaudiendu3.¶ Ille caput flauum uinctus:flauũ caput habens coronatũ. ¶ Parnaſide:Parnaſia:q̃ Parnaſus abundat. Forma n. q; patronymica p poſſeſſiua ẽ uſus poeta. Apollinis autẽ Citharœdi habitũ deſcribit.¶ Saturata:infecta,bis tincta. ¶ Tyrio murice:Tyria

Palla purpura.Palla autem ueſtis ẽ muliebris ſyrma habens,qua & Citharœdi utebantur.¶ Verrit humum:innuit pallã Apollinis ſyrma habuiſſe,qđ per terrã trahebatur.Sic Horatius de tibicine loquẽs:Traxitq; uagus p pulpita ueſtẽ.¶ Diſtinctamq;:ornatam.¶ Dẽtib9 Indis:ebore.¶ Stamina:chordas.¶ Sollici

tat:tangit,percutit.¶ Cãnas:tibiam ex cannis confectam.¶ Arguit:reprehenditur.¶ Nec Delius: Apollo.¶ Aures ſtolid. oi carẽtes iudicio.¶ Sed trahit in ſpacium:protrahit,producit ac longas efficit.¶ Inſtabiles:mobiles,quales ſunt aſininæ. ¶ Et dat poſſe moueri: concedit facultatẽ ſeipſas mouendi.¶ Lente gradientis:tarde euntis.

Fabulæ quintæ.xi.libri argumentum.

¶ Ille qdem &c.Refert quoq; deformitatẽ illius cum ueſte celaret:ut famulus uidit,neq; eloqui poſſet eiuſdem Dei mentem in aures haberet:q rurſus obruta harena arũdines enatæ agitatæq; uento deformitatem Midæ indicarent. LAct.

¶ Purpureis Tiaris:Tiara,qui & Tyaras dicit tegmen eſt capitis regum Orientis.¶ Velare:celare occultare.¶ Efferre ſub auras:uulgare.¶ Seceſſit:in locũ ſecretũ uadit. RAph. Tiara

¶ Voce

RAph. ¶ Voce parua:murmure. ⸿ Hauſtæ:effoſſæ. ⸿ Regeſta:reiecta. ⸿ Scrobibus opertis:repleta fouea. ⸿ Prodidit agr. indicauit eã q̃ illã effoderat terrã. ⸿ Obruta uerba:q̃ talia fuerũt. Midas rex Aſini aures habet. ⸿ Dominiq; coarguit aures:hoc eſt Midæ regis aures conuincit eſſe aſininas.

& Nepheles filia fuit, ac ſoror Phrixi:a q̃ i mari ſubmerſa Helleſpontus fuit cognominatus. ⸿ Latoius:Apollo Latonæ fili⁹. ⸿ Dextera Sigei. Rhœtei:Sigeũ & Rhœteum ꝓmontoria ſunt Troiæ notiſſima. ⸿ Ara Panomphæo Tonanti:ſic quidem in exemplaribus legit:ſed corrupte legi facile Homeri carmine coarguit:nã i octauo Iliados libro ſic ſcri. de hac eadẽ Ara⁹ ενθα πανομφαίῳ ζηνὶ ρέζεσκον ἀχαιοί:hoc eſt ubi Panomphæo Ioui ſacra faciebãt Achiui. Quare hic quoq; Panomphæo legẽdum eſſe:uel refragantibus exemplaribus audacter contenderim. ⸿ Panõphæus autẽ Iuppiter dictus eſt:ut exponit Euſtachius:uel q̃ omnium uoces audiat, uel q̃ omnium uoce colatur. nam παν omne ομφη uox dicit. ⸿ Suſcepta magna:incœpta grandia. ⸿ Stabat opus:erectum erat. ⸿ Inficiatur. negat. Naʒ inficiari:& infictas ire negare eſt. ⸿ Mõſtro ꝗquo recœto. ⸿ Vindicat:liberat. ⸿ Dictos:pactos, ꝓmiſſos:ex Solis equorum ſemine progenitos. ⸿ Bis piura mœnia:nã primũ Apollini atq; Neptuno ædificatis muris:deinde Herculi ꝑ liberata Heſione pacta ꝑmia denegarat. ⸿ Nec pars militiæ Telamon:Telamõ Aeaci filius ex Heſione Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit. Telamon

Fabulæ ſextæ. xi. libri argumentum.

LAct. Cano͏̨ uocales ¶ Vltus abit Tmoloq; dumq; ꝑ aera uect⁹ &c. Inter Sygeũ:Rhœteũq; ꝓmõtorias quo loco ara Iouis Panophæi Phrygibus eſt cõſecrata:Laomedon Capis filius eũ Iliũ poneret:Apollo & Neptun⁹ in hõies uerſi operas ſuas æſtimati ad extruẽdũ murũ addixerũt. Ita tamẽ ut Neptunus ꝑfidia regis offenſus i agros eius mare mitteret, oẽſq; fructus obrueret:ſupra quã pœnã coegit eũ Heſionem filiam marinæ ꝓſtituere belluæ. Q̃ua liberata ab Hercule rurſus i fraude cognitus:equos enim quos ob ſalutẽ uirginis pactus erat ei abnegauit. Ideoq; ille expugnato Ilio Heſionem abreptam Telamoni:qui ſocius militiæ fuerat, copulauit. Apollo & Neptun⁹ in hõies Laomedõtis ꝑfidia

RAph. ¶ Vltus abit Tmolo:Apollo atq; Neptun⁹ cũ Laomedontem mœnia Troiæ ædificantẽ uidiſſent:in humanam figurã cõuerſi pacto auro ſe ciuito op⁹ illud abſoluturos receperũt. Mœnib⁹ uero perfectis cũ promiſſum aurum repoſcerẽt, a Laomedonte illo fraudati iq; iureiurando ſe nihil promiſiſſe affirmauit:tãtam perfidiam inultã eſſe nõ permiſſerunt. Neptunus enim & diluuium immiſit:quo totus ager Troian⁹ eſt deuaſtatus:& Heſionem filiam monſtro marino exponere Laomedõtẽ coegit. Quam q̃dẽ eũ Hercules illac cum Argonautis trãſiens liberaſſet:ac ꝓmiſſis eq̃s a ꝑfido rege fraudaret:& Troiã expugnauit:& Heſionẽ captã Telamõi ſocio donauit. ⸿ Nepheleidos: Helles Nepheles filiæ. Helle nãq; Athamãtis: Helles

Effodit:& domini quales aſpexerit aures,
Voce refert parua:terraeq; immurmurat hauſtæ:
Indiciumq; ſuæ uocis,tellure regeſta
Obruit:& ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit:& ut primum pleno maturuit anno
Prodidit. Agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obruta uerba refert:dominiq; coarguit aures.
Vltus abit Tmolo. liquidumq; per aera uectus
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis.
Dextera Sigei. Rhœtei læua profundi
Ara Panomphæo uetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde nouæ primum moliri mœnia Troiæ
Laomedonta uidet:ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili:nec opes expoſcere paruas.
Cumq; Tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formã, Phrygiæq; Tyranno
Aedificant muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus:pretium rex inficiatur:& addit
Perfidiæ cumulum, falſis periuria uerbis.
Non impune feres rector maris inquit:& omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ:
Inq; freti formam, terras conuertit:opeſq;
Abſtulit agricolis:& fluctibus obruit agros.
Pœna neq; hæc ſatis eſt:regis quoq; filia mõſtro
Poſcitur æquoreo:quam dura ad ſaxa reuinctã
Vindicat Alcides:promiſſaq; munera dictos
Poſcit equos:tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit.
Heſioneq; data potitur. nam coniuge Peleus

Fabulæ ſeptimæ libri undecimi argumentum.

LAct. ¶ Clar⁹ erat diua:nec aui magis ille ſupbit &c. Proteus cũ Thetidi præ dixiſſet:ſi uellet iugalis fieri:quod filiũ parente ſuo fortiorem procrearet, Iuppiter incenſus ẽ pulchritudine nymphæ:q id ſibi ne incideret, cõcubitum eius refugit:& ſucceſſionem coniugi Peleum nepotem dedit:quẽ illa refugiens modo in uolucrẽ:modo in arborem:interdũ in Tigrim conuerſa concluderet: Peleus Neptunum orauit ut opem ſibi ferret:qui cum Proteo preſſa



Clarus erat Diua, nec aui magis, ille ſuperbit
Oui. meta.

eius cõmendaret, ille emergens e mari Peleo mãdauit: ut quieſcenti Thetidi meridiano calore inſidiaretur eam/ que uinculis illigatam aggrauaret. Ex quo Achilles Græcorum fortiſſimus natus eſt.

RAph. ¶ Nam coniuge Peleus Clarus erat Diuũ: Peleus Aeaci fili⁹ ac Telamonis fra

Peleus ter nepoſq; Iouis ſoi⁹ ex hominibus Deam uxorẽ ducere meruit. Cum.n. Proteus Thetidi prædixiſſet ipſam eſſe parituram filium patre maiorẽ Iuppiter quamuis eius amore captus: illo quidem abſtinuit coniugio: nepoti autem Peleo mãdauit: ut illam duceret uxorẽ. Quare Peleus Thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus: nã Dea cum in uolucrem, & arborem conuerſa a Peleo non dimitteretur in Tigridẽ ſe tranſfigurauit: cuius ſæuitia territus Peleus eam dimiſit. Admonitus autẽ a Proteo: ut eam dormientem & uinclis ligaret, & quãuis in mille uarias figuras cõuerteret: tantiſper detineret donec in priſtinã rediiſſet formam: illa tãdem eſt potitus: ex qua Achillẽ ſuſcepit. Pulchra autem phantaſia uarias Thetidis tranſfigurationes poeta deſcribit.

¶ Nec aui Iouis.

RAph. ¶ Quam ſoceri Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. ¶ Siquidem Iouis eſſe nepotem: nam multis inquit nepotibus eſſe Iouis contigit. Siquidem

Sigdẽ uero interdum una eſt dictio: ut hoc loco: interdum duæ, id quod facile ex ipſo dignoſcitur ſenſu. ¶ Coniunx Dea contigit uni: uxor inquit Dea ſoli Peleo obuenit. ¶ Vdæ: humidæ. nympha enim fuit marina. ¶ Quãuis: quãuis Thetidis amore Iuppiter teneret. ¶ Haud tepidos ignes: uehementes amores. ¶ Connubia: nuptias. ¶ Aeaciden: Peleum Aeaci filiũ Iouis ex Aegina nepotẽ. ¶ Eſt ſinus Aemoniæ: Topographia ẽ. Deſcribit enim ſpecum: in quo Thetis feſſa requieſcere

Nomine, q̃ ſoceri. ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni, coniunx Dea contigit uni.
Nam ſenex Thetidi proteus prædixerat udæ.
Concipe, mater eris iuuenis: qui fortibus armis
Acta patris uincet: maiorq; uocabitur illo.
Ergo ne quicq̃ mundus Ioue maius haberet:
Quamuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes
Iuppiter: æquoreæ Thetidis connubia uitat.
Inq; ſua Aeaciden ſuccedere uota nepotem
Iuſſit: & amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrunt: ubi ſi foret altior unda,
Portus erat. ſummis inductũ eſt æquor harenis.
Littus habet ſolidum: quod nec ueſtigia ſeruet:
Nec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
Myrtea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita Baccis.
Eſt ſpecus in medio: Natura factus, an arte
Ambiguum. magis arte tamen. quo ſæpe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus: ut ſomno uicta iacebas:
Occupat: & quoniam precibus tẽtata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis:
Quod niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris
Ad ſolitas artes: auſo foret ille potitus.
Sed modo tu uolucris uolucrẽ tamẽ ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras: hærebat ĩ arbore pele⁹.
Tertia forma fuit maculoſæ Tigridis. illa
Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit.
Iſq; Deos pelagi uino ſuper æquora fuſo:
Et pecoris fibris: & fumo thuris adorat,
Donec Carpathius medio de gurgite Vates
Aeacide dixit. thalamis potiere petitis.
Tu modo: cum gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis, uincloq; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed preme quicqd erit, dũ q fuit ante reformet.
Dixerat hæc Proteus: & condidit æquore uultũ:
Admiſitq; ſuos in uerba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan: inclinatoq; tenebat
Heſperium temone fretum: cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu:
Vix bene uirgineos peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit: & in partes diuerſas brachia tendit.
Tunc demũ ingemuit. neq; ait ſine numine uincis,
Exhibita eſtq; Thetis. confeſſã ãplectitur [illegible]os:
Et potitur uotis: ingentiq; implet Achille.

ſolebat. ¶ Aemoniæ: Theſſaliæ. ¶ Falcatus: in ſimilitudinem falcis figuratus: eſt autem nomen ſimile participio a falce declinatum. ¶ Brachia pcurrunt: promontoria quæ brachia uidentur in mare ptendunt. ¶ Seruet: cuſtodiat. ¶ Remoretur: retardet. ¶ Pendeat: ſuſpenſum Fata⁹ ſit. ¶ Myrtea ſilua ſubeſt: hoc ẽ ſilua myrtis cõſita illi adiacet ſinui. Subeſſe autem illã ait: q̃ ex phyſicorum ſententia mare q̃ terra altius eſt. ¶ Obſita: conſita. prępoſitio nanq; pro ppoſitione poſita e. ¶ Occupat: inuadit. ¶ Ad ſolitas artes: ad conſuetas ubi trãſformationes. ¶ Auſo: re tentata, & concubitu appetito. ¶ Carpathi⁹ uates: Proteus, qui in Carpathio habitat mari: a Carpathio inſula dicto. ¶ Thalamis petitis: nuptiis optatis. ¶ Innecte: connecte, colliga. ¶ Centum mentita figuras: mutata in cẽtum falſas figuras. Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus. ¶ Sed preme: cõprime, ac retine. ¶ Du q̃d fuit ante reformet: hoc ẽ dum in priſtinam redeat formam. ¶ Suos fluctus: marinas undas. ¶ Inclinato temone: inclinato curru. Partem.n. pro toto poſuit. Currus autem Solis cum tendit ad occaſum deſcendere uidetur. ¶ Heſperium fretum: Atlanticum mare in quod Sol condi uidet. ¶ Conſueta cubicularia ſolitam ſpeluncã. ¶ Relicto fluctu: derelicto mari. ¶ Donec ſua membra teneri Senſit: donec ſe ligatã eſſe animaduertit. ¶ Sine numine: ſine auxilio numinis alicuius & dei. ¶ Exhibita eſt Thetis: id eſt in figurã Thetidis eſt conuerſa. ¶ Ingenti Achille: ſemi dei ex quo magn⁹ Achilles eſt nat⁹.

Fabulæ

Fabulæ octauę undecimi libri argumentum.

LACTA. ¶ Felix & nato felix &c. Peleus fratre Phoco iterēpto p fugus Trachina ad Ceycem Luciferi filium uenit: ſuſceptusq; ab eo mœrēte cām mœroris ab ipſo audiuit: huic Ceyci nāq; frater erat Dędaliō hńs filiā Chionē ſpecioſiſſimam: quæ cum ab Apolline, & mercurio amaretur: a Mercurio per quietem cōpreſſa eſt. Itē ab Apolline in anum uerſo horū altero Autolycū furacissimū: qui ex albis nigra: & ex nigris alba fecit p creatū. Ex Apolline uero Philemona ſtudioſiſſimum citharæ. Hanc etiā gloriam tam quod cū talibus cōcubuiſſet Deis: t Dianę ſe pulchritudini p tuliſſet: itaq; Dea confeſtim ut debuit procacem eius linguā ſagitta traiecit: atq; ex eo uulnere eſt ſubito interempta. Qua calamitate Dędalion cū ſe eodem rogo uellet cōſumi: neq; eum pximi paterentur: ut furiis iſtinctus montem Parnaſum petiſſet: & ſe pcipitaſſet: anteq̃ radicem mōtis cōtigeret: ab Apolline ſuo lucrē accipitrē ē cōuerſus

RAph. phocus. ¶ Iugulati Phoci: phocꝰ Aeaci filius ex Pſamathe nympha a Peleo fuit interfectus. Quare Peleus a patre in exilium eiectꝰ ad Ceycem Trachinę regem infelicē

Ceyx Dędalionis fratris caſum lugētem confugit. Nā Dædaliō Luciferi filiꝰ Chionē

Dædalion filiā habuit: quę cum iam ex Mercurio Autolycū: ex Apolline Philemonē genuiſſ3 Dianę ſe formoſiorē eſſe iactauit. Qua re Dea irata ſagittis eam cōfecit, cuiꝰ morte Dædalion tantū concepit dolorem: ut ex parnaſi uertice ſe in mare pręcipitauit. Sed Apollo nō immemor uoluptatis, quā de

Chióe illius filia cōceperat, eū in accipitrem antequam in mare caderet, commutauit. ¶ Omnia contigerant: ad felicitatem faciē tia intelligam². ¶ Trachi

trachis nia tellus: Trachin, quæ & Trachis dicitur urbs eſt Theſſaliæ ſub Oeta monte ab Hercule ædificata: ἀπὸ τῆς τραχύτητος: hoc eſt ab aſperitate dicta: unde Trachinius deriuatur. ¶ Lucifero genitore ſatus: Ceyx Phoſphori: hoc eſt Luciferi fuit filius, Halcyoneſque maritus. ¶ Diſſimiliſq; ſui: nam præter quandam hylaritatem antea ferre conſueuerat: quæ tunc in mœſtitiam fuerat conuerſa. ¶ Fratrem ademptum: Dædalionem in accipitrem commutatum. ¶ Velamenta: ramum oliuæ dicit: qui ab externis: qui pacem afferebant geſtabatur. Vnde Virgilius i octauo Aeneidos: Tū pr̄ Aeneas puppi ſic fatur ab alta: Paciferęq; manu ramum prętēdit oliuę. ¶ Sua crimina: phoci fratris cædem. ¶ Mentiturq; fugæ cauſam: falſā fugæ cauſā refert. ¶ Mediæ plebi: infimę. ¶ Patent: parata ſunt. Hac autem oratione Ceyx ſe i omnes benigniſſimū eſſe oſtēdit. ¶ Innoſpita: inhoſpitalia. ¶ Huic animo: noſtro animo p ſe benigno ac liberali. ¶ Omne feres: habebis, accipies. ¶ Meliora: feliciora. ¶ Peleuſq; comit. q; ro. ſic quidem corrupte legitur: neq; enim ratio carminis patitur, ut q; copula breuis producatur Quare illa q; eraſa hanc copulam & in uerſus principio putaui reponendā. ¶ Quæ rapto uiuit: rapina. Accipitris autem ē periphraſis ¶ Qui uocat Auroram: Luciferi periphraſis. Nam Lucifer & primus ſtellarum icipit, & ultimꝰ lucere deſinit. ¶ Tuendæ: cōſeruādę. ¶ Thiſbeas columbas: Thiſbe urbs eſt Bœotię a Thiſbe Aſopi filia cognominata colūbis abundās: ūde Thiſbeus dedicatur. Portus autē & nauale Thiſbeorum (ut ait Stephanus ex ſententia Epaphroditi) colūbis plenum erat. ¶ Agitat: uexat, perſequitur. Accipitres nāq; maxime colūbas infeſtāt. ¶ Nata erat huic Chione: ab eximio cādore forſitā ſic fuit appellata. Nam Chione nix interpretatur. ¶ Maiaq; creatus: Mercurius. ¶ Hic uertice Cyllenęo: hic Mercurꝰ a Cyllene Arcadiæ monte: ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. ¶ Pariter traxere calorem: una ambo cœperunt amare. ¶ Mouente ſoporem: inducente ſomnum.

Felix & nato. felix & coniuge peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci:
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſontem:
Expulſumq; domo patria: Trachinia tellus
Accipit: hic regnum ſine ui. ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus: patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx: illo qui tempore mœſtus:
Diſſimiliſq; ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtq̃ Aeacides feſſus, curaq;, uiaq;:
Venit: & intrauit paucis comitantibus urbem:
Quoſq; greges pecoꝝ: q̃ ſecū armēta trahebat:
Haud procul a muris ſub opaca ualle reliquit:
Copia cum facta eſt adeundi tecta tyranni:
Velamenta manu prætendens ſupplice, quis ſit:
Quoq; ſatus memorat. tantū ſua crimina cælat:
Mentiturq; fugæ cauſam: petit urbe, uel agro
Se iuuet. hunc contra placido Trachinius ore
Talibꝰ alloquit̄, mediæ quoq; commoda plebi
Noſtra patent Peleu. nec inhoſpita regna tenemꝰ.
Adiicis huic animo monimenta potentia: clarū
Nomē, auūq; Iouē, nec tempora perde precando.
Quod petis omne feres: tuaq; hæc ꝑ pte uocato,
Qualiacunq; uides. utinam meliora uideres.
Et flebat. moueat tantos quæ cauſa dolores:
Et Peleus, comiteſq; rogant: quibus ille profat̄.
Forſitan hanc uolucrem: rapto quæ uiuit: & oēs
Terret aues: ſemper pennas habuiſſe putetis.
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia: quantum
Acer erat: belloq; ferox, ad uimq; paratus
Nomine Dædalion: illo genitore creatus:
Qui uocat Auroram: cæloq; nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ,
Coniugiiq; fuit. fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes, regeſq; ſubegit:
Quæ nunc Thiſbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione: quæ dotatiſſima forma
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus:
Ille ſuis Delphis. hic uertice Cyllenæo
Videre hanc pariter. pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempore noctis Apollo.
Non fert ille moras: uirgaq; mouente ſoporem

Virginis os tangit. tactu iacet illa potenti:
Vimq; Dei patitur. Nox cælum ſparſerat aſtris.
Phœbꝰ anum ſimulat: præreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter:
Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſꝰ ad omne:
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.
Naſcitur e phœbo (nanq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaq; philemon.
Quid peperiſſe duos: & Diis placuiſſe duobus:
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoq; gloria multis?
Obfuit huic certe: quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit: faciemq; Deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt: factiſq; placebimus inquit.
Nec mora. curuauit cornu: neruoq; ſagittam
Impulit: & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec uox, tentataq; uerba ſequunt.
Conantemq; loqui, cum ſanguine uita reliquit.
Quam miſer (O pietas) ego tunc: patrioq; dolorẽ
Corde tuli. fratriq; pio ſolatia dixi,
Quæ pater haud aliter q̃ cautes. murmura ponti
Accipit: & natam delamentatur ademptam.
Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſos
Concita membra fugæ mandat: ſimiliſq; iuuẽcõ
Spicula Crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua uia nulla ruit. iam tum mihi currere uiſus
Plus homine eſt: alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes: uelox q; cupidine leti
Vertice parnaſi potitur. miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto:
Fecit auem: & ſubitis pendentem ſuſtulit alis.
Oraq; adũca dedit: curuos dedit ũguibꝰ hamos
Virtutem antiquam. maiores corpore uires.
Et nunc Accipiter nulli ſatis æquus in omnes
Sæuit aues: aliiſq; dolens fit cauſa dolendi.
Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo: curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos phocæus Anetor,
Et peleu, peleu, magnæ tibi nuncius adſum
Cladis ait: quodcunq; ferat. iubet edere peleus.
Pendet & ipſe metu trepidi Thrachinius oris,
Ille refert, feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret: quantum ſupereſſe uideret:
Parſq; boum fuluis genua inclinarat harenis
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum.

RAph. ¶ Iacet: in ſomnum reſoluitur. ¶ Prærepta gaudia: ante a Mercurio rapta. ¶ Alipedis Dei: Mercurii talaria alata in pedibꝰ geſtantis. Quod idcirco fingit, qa Mercurius uelociſſimus eſt omnium planetarũ. ¶ Verſuta: aſtuta, callida: q̃ nigrũ in cãdida uertere ſciat. ¶ Cãdida de nigris: hoc de aſtutis, uerſutiſq; dici ſolet.

Autolycus. ¶ Carmine uo. cãtu ſonoro ac ſuaui. ¶ Progenitore tonãte: auo Ioue: q Luciferi pater eſt.

Philemon. ¶ Curuauit cornu: flexit arcũ ex cornu confectũ: eſt enim metonymia. ¶ Arũdine: ſagitta ex arundine & calamo facta. ¶ Verba têtata: quę Chione emittere conata eſt. ¶ Sequũtur: linguam ſubaudiamus. ¶ Quam miſer ego tũc fui ſubaudiat. Cum quadam exclamatione autẽ hæc efferuntur, ac ſi diceret: O quantũ miſer ego tunc fui. ¶ O pietas: exclamatio affectui ſeruiẽs.

Delamẽtari. ¶ Delamentatur: ualde lamentatur: ut Deamare ualde amare dicimus.

Crabro. ¶ Spicula Crabronum: Crabro uolatile ẽ: ut ueſpa maxime iuuẽcos infeſtans.

Dædalion in auem. ¶ Alaſq; pedes: iã enim in accipitrem uerti cœptus erat. ¶ Cupidine leti: cupiditate mortis. ¶ Vertice Parnaſi potit: in uerticem: ac ſummitatẽ parnaſi aſcẽdit. ¶ Ab alto ſaxo: monte. ¶ Subitis alis: ſubito natis. ¶ Ora adunca: roſtrũ aduncũ. ¶ Maiores corpore uires: maiores q̃ ui illi tam paruo corpori cõuenirẽt. ¶ Nulli ſatis æquus: rapto enim uiuit accipiter. Sexdecim autem accipitrum genera eſſe ſcribit Plinius, quæ ſiquis noſſe cupit: inde petat. Illud ſciendum apud priſcos accipitres manſueſcere non

Accipiter. cõſueſſe: id quod facile cum ex aliis: quæ de accipitribus ſcribuntur: tum ex his Plinii uerbis colligi poteſt. In Thraciæ parte ſup Amphipolim homines atq; accipitres ſocietate quadam aucupantur. Hi ex ſiluis & arundinetis excitant aues, illi ſup uolantes deprimunt: rurſus captas aucupes diuidunt cũ his. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: & cum tempus ſit capturæ clangore ac uolatꝰ genere inuitare ad occaſionem. Denique Plinius de manſuetis accipitribꝰ ne unum quidem uerbum facit, nequaq̃ taciturus ſi tẽpore ſuo i uſu fuiſſent. Fabulę nonæ libri undecimi argumentũ.

LAct. ¶ Quę dũ Lucifero &c. Anetor paſtor armentorumque pelei ad Ceyca perduxerat, indicat a lupo, cui obſiſti nequiret, cuſtodeſq; interimi: qui ut intellexit Samates Nereidis id ſibi accidere: qd phocus ea ætate Aeaco genitus a ſe interiiſſet: & id precibus q̃ ultione eſſet ſedãdũ: ſuppliciter ab ea petiit ne ultra pſequeretur admiſſum, quæ aliquando Thetis ſororis mota precibus ne amplius fera armẽta perẽs lupus retti ſaxi eũ figurã uertit.

RAph. ¶ De cõſorte ſuo: fratre ſuo Dædaliõe. Lupi aſtu qui pelei armenta lacerat: Metamorphoſin i ſaxum ſubtexit poeta. ¶ Curſu feſtinꝰ anhelo: hypallage eſt. Feſtino ſiquidem curſu illum anhelantem ueniſſe itelligimus. ¶ Phoceus Ane. a Phocide regiõe phocæꝰ Phocaicuſq; declinatur. ¶ Et Peleu, Peleu: cõduplicatio ſubitum malum nũciãti maxime conueniens. ¶ Trepidi oris: trepide nuncupatur. ¶ Pendet: ſollicitus eſt. ¶ Tantum reſpiceret: periphraſis meridiei. ¶ Campos latarũ aquarũ: æquor.

¶ Gradibus

pars gradibus tardis illuc errabat,& illuc.
Namq; alii:celſoq; extant ſuper æquora collo.
Tēpla mari ſobſūt:nec marmore clara.nec auro:
Sed trabibus denſis,lucoq; umbroſa uetuſto,
Nereides,Nereuſq; tenent.hos nauita ponti
Edidit eſſe Deos:dum retia littore ſiccat.
Iūcta palos huic eſt denſis obſeſſa Salictis:
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem.
Inde fragore graui ſtrepitus,loca proxima terret
Bellua uaſta Lupus:ſiluiſq; paluſtribus exit,
Oblitos & ſpumis,& craſſo ſanguine rictus
Folmineus:rubra ſuffuſus lomina flamma.
Qui q̄q̄ ſæuit pariter rabieq;,fameq;,
Acrior eſt rabie.neq; enim ieiunia corat
Cæde boom,diramq; famem finire,ſed omne
Vlnerat armenrum:ſterniq; hoſtiliter omnes.
Pars quoq; de nobis funeſto ſaocia morſu:
Dum defenſamus:leto eſt data.ſanguine littus,
Vndaq; prima rubet:demugitæq; paludes.
Sed mora damnoſa eſt:nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliqoid:cuncti coeamus ad arma:
Arma capeſſamos:coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agreſtis.nec Pelea damna mouebant.
Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam,
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco,
Induere arma uiros:uiolentaq; ſumere tela
Rex iubet Oetæus:cum quis ſimul ipſe parabat
Ire.ſed Halcyone coniunx excita tomultu
Proſilit:& nondum totos ornata capillos:
Diſiicit hos ipſos:colloq; infuſa mariti:
Mittat ut auxiliom ſine ſe,uerbiſq; precatur,
Et lachrymis,animaſq; duas,ut ſeruet in una.
A eacides illi,pulchros regina,pioſq;
Pone metus.plena eſt promiſſi gratia ueſtri.
Nō placet arma mihi cōtra noua mōſtra mouere
[illegible]nen adorandum pelagi eſt.erat ardua turris
[illegible] locus ſomma:feſſis loca grata carinis.
[illegible]dunt illuc:ſtratoſq; in littore tauros
[illegible]emitu aſpiciunt:uaſtatoremq; cruento
Or[illegible]um,longos infectum ſanguine uillos.
Ind[illegible] hos rendens in aperti littora ponti:
Cær[illegible]n Peleus Pſamathen:ut finiat iram
Orá[illegible]nq; ferat.nec uocibus illa rogantis
Flect[illegible]acidæ. Thetis hāc p coniuge ſupplex
Accepit ueniam:ſed enim irreuocatos,ab acri
Cæde Lupos perſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore motaoit.corpus,pariterq; colorem,
Omnia ſeroauit.lapidis color indicat illum
Iam non eſſe Lupum:iam non debere timeri.

RAph. ¶ Gradibus:paſſibus. ¶ Tēpla mari ſubſūt:ad ſunt,iuxta mare ſunt. ¶ Edidit:dixit ¶ Huic:luco ſubintelligat. ¶ Reſtagnantis:æſtuātis. Elegāter autem deſcribit locum luporū latebris accommodatū. ¶ Inde:ex ea palude. ¶ Oblit⁹:infectus.Eſt autē ſynecdoche.Rictus enim oblitos & infectos habēs intelligitur. ¶ Fulmineus:inſtar fulminis omnia proſternens. ¶ Funeſto morſu:mortali. ¶ Saucia:uulnerata. ¶ Leto data:interfecta. ¶ Defenſam⁹:defendere conamus. ¶ Demugitæq; paludes:mugitu boū repletæ:eſt aūt participium cōtra grāmatices rationem formatū. ¶ Remittit:permittit. ¶ Arma capeſſam⁹:atq; diploſis pulchra exhortatōi accōmodata. ¶ Agreſtis:paſtor. ¶ Admiſſi:cōmiſſi,& fraternæ cædis. ¶ Nereida colligit orbā:hoc eſt ratiocinat Pſamathen nymphā phoci matrem filio inferias mittere. ¶ Rex Oetæ⁹:Ceyx rex Trachinæ:q̄ contermina eſt Oetæ mōti. A quibuſdā tamen æthereus legit:hoc eſt ſydereus & ſplendidus. ¶ Excita:reuocata ex intima ædium parte ac Gynæceo.Significat autē Halcyonē de uiri ſalute quē uehementiſſime amabat maxime ſollicitā eſſe. ¶ In unarū:Halcyōes uitā a Ceycis uita pependiſſe exitus fecit manifeſtum. Eo nāq; in mari ſubmerſo ipſa quoq; uitā dolore finiuit. ¶ Eacides:illi eloquit uerbum,quod facile ſubaudit,fuit prætermiſſum. ¶ Plena eſt:perfecta atq; cumulata. ¶ Numē

Demugitus

pelagi:pſamathe nympha marina. ¶ Ardua turris:alta.Turris autē a terrendis hoſtib⁹ dicta uidet. ¶ Feſſis loca grata carinis:illā nāq; nautæ aſpicientes i portū naues dirigebāt:ſeq; terræ propinquos eē cognoſcebāt. ¶ Inde:ab illa turri. ¶ In littora:uerſus littora. ¶ Apti pōti:maris late patentis. ¶ Pſamathen:pſamathe nympha fuit Nerei filia & phoci mater. ¶ Aeacidę rogantis:pelei precantis:illi nanq; fuerat irata,eoq; precib⁹ illius nihil mouebatur. ¶ Sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat:ſed enī lupus ferox inquit imperterritus perſtat in acri cæde dulcedine ſanguinis allectus. ¶ Marmore mutauit:in marmor,Thetis autem ſubaudiatur.Loc⁹ uero ipſe quo lupus in ſaxum fuit tranſmutatus Lydō fuit appellatus:a ἀπὸ τοῦ λύκου id eſt a lupo.

Turris

pſamathe

Lydon



Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terra
Fata ſinunt. Magnetas adit uagos exul: & illic
Sumit ab Aemonio purgamina cædis Acaſto.
Interea, fratriſq; ſui, fratremq; ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx:
Conſulat ut ſacras (hominū oblectamina) ſortes:
Ad Clarium parat ire Deum. nã templa profanus
Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica phorbas.
Conſilii tamen ante ſui fidiſſima, certam
Te facit Halcyone: cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt: buxoq; ſimillimus ora
Pallor obit: lachrymiſq; genæ maduere profuſis,
Ter conata loqui: ter fletibus ora rigauit.
Singultuq; pias interrumpente querelas:
Quæ mea culpa, tuam dixit chariſſime mentem
Vertit: ubi eſt, quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Halcyone ſecurus abeſſe relicta?
Iam uia lōga placet? iam ſum tibi charior abſēs?
At puto per terras iter eſt: tantumq; dolebo,
Non: etiam metuam: curæq; timore carebunt?
Aequora me terrent: & ponti triſtis imago:
Et laceras nuper tabulas in littore uidi.
Et ſæpe in tumulis ſine corpore, nomina legi.

Fabulæ decimæ libri undecimi argumentum.

LActā. ¶ Nec tamen hac pfugum cōſiſtere &c. Cexy Luciferi filius, pdigiis agitatus Miletum ad oraculum Apollinis quoniã Delphos Phorbas cum phlegyis infeſtabat: cō tendit: cōiugiq; Halcyone Aeoli filiæ tradenti pfectionem ob deſyderiū affirmauit intra alterū menſem ſe reuerſurū: quod ut nō poſſet pſtare naufragio uitam amiſit. Cuius aduētū cū illa deſyderaret: nō reſpōdentem tēpore deſtinato: & i dies grauiſſimo luctu afficeret, miſericordia Iunonis: quã ipſius pcibus fatigabat: per gētē ſomnus eius filius ad Idiā Morphea imitatorē figurarum miſſus eſt: cuius frater a Diis Iceon & hominib' Phetor apellatur: & qui i uarias figuras haberi ſolitus ē: Itemq; Hipathesus Thrachinā ad Halcyonē dimiſerat, ꝗ coniugē cōperit interiiſſe. Excuſſo ergo ſopor' lumen inferri iuſſit. Agnitū uero pdiſſe nouiſſime ad littus decurrit: ubi illū dimiſerat & ut naufragi exanime corp' fluctuari pximo littore perſpexit in figuram uolucris Aeolis ceſſit: quæ ab eius nomine uocatur: in eandē ſpeciem corp' Ceycis ē uerſū. Hæ uolucres hyberno tempore per ſeptem dies in mare nidū ponūt pulloſq; qui caſus ſuorū maiorū deplorent, i littore exponunt.

RAph. ¶ Magnetas adit: Magnetes ppli ſūt Theſſaliæ equorum domitores clariſſimi: de qbus Lucanus in. vi. Et Magnetes eqs Minyæ gēs cognita remis. Magneſia uero ē regio theſſaliæ. Eſt & Magneſia urbs iuxta Mæandrū: & regio a Magnete dicta. (Magnetes) (Magneſia) ¶ Ab Aemo. Aca. Acaſt' rex fuit theſſaliæ Peliæ fili' ut ex Senecæ Medea colligit'. Is uxorē duxit Creteidem, uel (ut qdam aiunt) Hippolyten: quæ qdem Pelei amore capta eſt. (Acaſtus) (Creteis) Spreta autem illum marito accuſauit: ꝙ ſe de ſtupro interpellaſſet. Quare Acaſtus Peleum tanquam ad uenationem in Pelion montem ex urbe eduxit: illicq; penit' inermem reliquit ut a feris interimeretur: ſed Mercurius uel (ut quidam putant) Chiron illi eſt opitulatus: dedit q; enſem a Vulcano fabricatum, quo & feras occurrentes interfecit: & in urbem reuerſus Acaſti uxorem: ipſumq; Acaſtum (ut quidam aiunt) interemit. ¶ Interea fratriſq; ſui: Ceyx Luciferi filius fratris caſu admodum ſollicitus ad Clariū oraculū conſulēdū ire cū uellet: diu ab Halcyōe uxore fuit remorat'. Cū uero illi pmiſiſſet ſe intra duos mēſes reuerſurū: abire pmiſſus ē. Sed i Aegeo tēpeſtate dephenſus naufragiū fecit, nauiq; amiſſa una cū ſociis ſubmerſus, quē uxori pmiſerat reditū, pſtare non potuit. Vxor aūt cū quotidie p mariti ſalute Diis oibus, Iunoniq; i primis uota ſolueret, opa illi' p ſomnū admonita ē, maritū i mari piſſe. Quare ex pfefacta ad littus unde ſoluerat marit' acceſſit, ac dū iſortunia ſua qreretur, cadauer i mari longius aſpexit, qḋ cū mariti eē cognouiſſet, ad illudq; p undas exilire uellet: in auem Halcyonē conuerſa ad os mariti aduolauit: q miſeratione Deoꝝ pia uxoris oſcula ſentiēs i eiuſdē generis auē ipſe quoq; fuit trāſfiguratus. (Ceyx & Halcyone in aues) Ab his āt auib' xiiii. dies Halc. ſunt dicti, qb' mare quietū ē. Nā tēpore brumæ nidificāt, ac dū & excludūt pullos & educent, mare omni tempeſtate caret. ¶ Anxia pectora turbatus: ſynecdoche poetica: hoc eſt ſollicitū aīum & turbatum habēs. ¶ Prodigiis: fratris ſui, cui' filia Dianæ ſagitta ſubito fuerat interfecta. ¶ Fratremq; ſecutis: qui i accipitrē fuerat cōmutat'. ¶ Hoium oblectamina: mortaliū oblectamēta: nō infortunioꝝ remedia. ¶ Ad Clariū Deū: ad oracula Clarii Apollinis, qḋ olī in Lycia fuerāt. Nā Claros urbs ē Lyciæ Apollinis oraculo clariſſima. (Claros) ¶ Nā tē. Del. tacitæ obiectiōi occurrit. ¶ Profanus Phor. phorbas Phlegyarū rex fuiſſe phibet', ac cōtra Delphos bellū ſuſcepiſſe. (Phorbas) phlegyę āt populi fuerūt Theſſaliæ aduerſus Deos ipii, q tādē a Neptūo diluuio īmiſſo fuerūt deleti. (phlegyę) ¶ Profanus: ſacrilegus, q nulla ſacroꝝ cura tāgebat'. (Profanus) ¶ Te facit certã: in ſoluta oratiōe certiorē diceremus: ē aūt apoſtrophe ad Halcyonē. (Facere certum) ¶ Cui ptinus itima frigus Oſſa receperunt: id eſt quæ ſtatim tremere cœpit. ¶ Receperunt: conceperunt, traxerunt. ¶ Obit: occupat. ¶ Rigauit: madefecit. Eleganter autem effingit mores uxoris maritum effliēctim deamantis. ¶ Pias qrelas: a pio amore prouenientes lamentationes. ¶ Vertit: cōuertit: commutauit. ¶ Securus: ſine ulla mei cura. ¶ Triſtis imago pōti: aſpa facies maris. ¶ In tumulis: ſepulchris. ¶ Sine corpore: erāt nāq; Cenotaphia, hoc ē inania ſepulchra.

¶ Hippotades:

RAph. Hippotades

¶ Hippotades:Aeolus Hippotę Troiāi nepos. filius nanq; fuit Iouis ex Segeſta Hippote filia. ¶ Placet:mulget. ¶ Incōmendata:ſic: quidā legebant:ſed nihil ſenſui cōuenire uidet:Incommendata uero maxime quadrare,ut intelligamus neq; terram:neq; mare uētis eſſe commēdata, ſed uiolēter perturbari atq; uaſtari. ¶ Excutiūtq; ſeris:ex concurſu nubium ut ſcribunt phiſici fulmina generant. ¶ Rutilos ignes:fulmina. ¶ Aeolidis:Halcyones Aeoli filię. ¶ Ignis:amor. ¶ Propoſitos pelagi curſus:ꝓpoſitam ac deliberatam nauigationē. ¶ Nō tamē idcirco cauſam probat:hoc eſt non tamen idcirco uxori pſuadetur ſe diſcedere permittat:neque diſceſſum ſuum ægre ferat. ¶ Per patrios ignes:per Luciferi ſplendorē. ¶ Quā Luna bis impleat orbem:q̄ duo trāſeant mēſes. ¶ Recurſus:ueloci reditus. ¶ Aequore tingi:in æquor deduci. ¶ Pinum:nauē ex pino cōfectam. ¶ Veluti præſaga:tanquā pręſentiens malum futurum. ¶ Collapſa corpore tota eſt:ſemimortua in terram cecidit. ¶ Quærēte moras Ceyce:lachrymis.n.uxoris motus diſcedebat inuitus. ¶ Ordinibus geminis:nam biremis erat. Ad fortiora pectora:geſtum exprimit remigrantium. ¶ Aequali ictu:æquali percuſſione.id enī exigit ars remigandi. ¶ Vbi terra receſſit Lōgius:hoc ex uulgari ſenſu dictū eſt.neq; enī terra cum ſit immobilis, recedere poteſt:ſed mari abeunte naue refugere uideat. ¶ Dū licet:dum pōt. ¶ Fluitātia uela:ſemotantia. ¶ Vacuum lectum:marito carentem. ¶ Quæ pars abſit:nam optima pars lecti aberat maritus. ¶ Portub⁹ exierant:e portu egreſſi erāt. ¶ Aura:uentus. ¶ Rudentes:funes ſunt nautici rudentes a ſtrepitu:quem uento agitati emittunt,dicti. Rudere nāq;,quod aſinorū eſt ꝓprium, uidenf. ¶ Obuertit:conuertit. ¶ Lateri:in latus. ¶ Cornua:antennas. ¶ In ſumma locat arbore:in ſummitate arboris collocat & ponit.Id autē fieri ſolet,cum ſecundus flare cœperit uentus. ¶ Carbaſa:uela. ¶ Deducit:detrahit. ¶ Malo:arbore nauis. ¶ Vtraq; tell⁹:& a qua diſceſſerat & quam petebat Ceyx.

Rudentes.

Ne te tuum fallax animum fiducia tangat:
Quod ſocer Hippotades tibi ſit:q; carcere fortes
Contineat uentos:& cum uelit æquora placet:
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti:
Nil illis uetitum eſt:incommendataq; tellus
Omnis:& omne fretū ē:cæli quoq; nubila uexãt:
Excutiuntq; feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos noui(nam noui,& ſæpe paterna
Parua,domo uidi)magis hos reor eſſe timendos.
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Chare poteſt coniunx:nimiumq; es certus eundi:
Me quoq; tolle ſimul.certe iactabimur una.
Nec niſi,quæ patiar,metuam:pariterq; feremus
Quicquid erit:pariter ſup æquora lata feremur:
Talibus Aeolidis dictis,lachrymiſq; mouetur
Sydereus coniunx.neq; enī minor ignis in ipſo ē.
Sed neq; propoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec uult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaq; reſpondit timidum ſolantia pectus.
Non tamen iccirco cauſam probat.addidit illis
Hoc quoq; lenimen:quo ſolo flexit amantem.
Longa quidē eſt nobis omnis mora.ſed tibi iuro
Per patrios ignes(ſi me modo fata remittant:
Ante reuerſurum:q̄ Luna bis impleat orbem.
His ubi promiſſis ſpes eſt admota recurſus:
Protinus eductam naualibus,æquore tingi:
Aptariq; ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus uiſa ueluti præſaga futuri
Horruit Halcyone:lachrymaſq; amiſit obortas:
Amplexuſq; dedit:triſtiſq; miſerrima tandem
Ore uale,dixit:collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes,quærente moras Ceyce,reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Aequaliq; ictu ſcindunt freta.ſuſtulit illa
Humentes oculos:ſtantemq; in puppe recurua:
Concuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima uidet:redditq; notas.ubi terra receſſit
Longius:atq; oculi nequeunt cognoſcere uult⁹:
Dum licet:inſequitur fugientem lumine pinum,
Hæc quoq;:ut haud poterat ſpacio ſūmota uideri
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec uela uidet:uacuum petit anxia lectum:
Seq; toro ponit.renouat lectuſq;,locuſq;,
Halcyones lachrymas:& q̄ pars admonet,abſit.
Portubus exierat:& mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos:
Cornuaq; in ſumma locat arbore:totaq; malo
Carbaſa deducit:uenienteſq; accipit auras.
Aut minus,aut certe mediū non amplius æquor
Puppe ſecabatur:longeq; erat utraq; tellus:

RAph. Elegãs tẽpeſtatis deſcriptio — ¶ Sub noctem.prope noctem.ſignum eſt autem maxi | Baliſtaue: baliſta quoq inſtrumentum eſt bellicũ: Baliſ

mæ tempeſtatis futuræ: cum undæ albeſcere ui/ dent. Præceps Eurus: uiolentus. Valẽtius: ue hemẽtius. Ardua cor/ nua: alta. Procellæ: uẽ/ torum impetus. Eſt.n.p cella(ut Seruius tradit) uis uẽti cum pluuia:i di/ cta q omnia percellat & cõcutiat. Fragor: ſtrepi tus. Pars munire lat?: ne aqua igrediat. Pars uentis uela negare: uela complicare. Egerit: eii cit. Aequor: aquas ma ris. Refundit: reiicit. Rapit: celeriter detra/ hit. Sine lege: ſine or/ dine. Ab omni parte: ab oriente & occidente, a ſeptẽtrione & merid.e. Freta indignantia: tu meſcentia. Miſcẽt: per turbant. Nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur Scire ratis rector: ordo ẽ & ſen ſus: Et ipſe rector & gu/ bernator nauis: fatet ſe neſcire quis: & qualis re rum ſtatus, aut quid iu/ bere: uelleue debeat. Tãta mali moles: ma gnitudo. Eſt autem accla matio: qua tempeſtatis ſæuitia declarat. Quip pe ſonãt: nãq ſtrepunt. Ea uero omnia deſcribit elegãtiſſime: q̃ i magnis tempeſtatib? euenire ſo let. Incurſu: impulſu. Erigitur: extollitur. Aſpergine: aſperſiõe. Concolor eſt illis: eun dem cũ ipſis harenis ha bet colorem. Sternit interdum: ſtratum uidet & æquale. Agit: agita tur. His uicibus: muta tiõibus. Deſpicere: de orſum aſpicere, interduz contemnere ſignificat. Imuz Acherõta: infer num. Eſt enim Acheron unus ex inferni fluuiis. Suſpicere: ſurſuz aſpi cere. Aliquando mirari ſignificat. Icta lat?: in latere percuſſa. ſynegdo che eſt poetica. Pulſa/ ta: pcuſſa. Ferreus ari es: inſtrumentũ eſt belli cũ aries: quo priſci ad di ruẽdos muros utebant.

Procella

Deſpicere

Suſpicere

Aries

Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus: & præceps ſpirare ualentius Eurus.
Ardua iam dudum demittere cornua rector
Clamat: & antennis totum ſubnectire uelum.
Hic iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ.
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant. alii ſubducere remos.
Pars munire latus, pars uentis uela negare.
Egerit hic fluctus: æquorq reſundit in æquor.
Hic rapit antennas. quæ dum ſine lege geruntur:
Aſpera creſcit hyems: omniq a parte feroces
Bella gerunt uenti: fretaq indignantia miſcent.
Ipſe pauet: nec ſe quis ſit ſtatus, ipſe fatetur
Scire ratis rector. nec quid iubeatue, uelitue.
Tanta mali moles, tantoq potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamor ueri ſtridore rudentes.
Vndarum incurſu grauis ũda. tonitribus æther.
Fluctibus erigitur: cælumq æquare uidetur
Pontus: & inductas aſpergine tangere nubes.
Et modo cum fuluas ex imo uertit harenas:
Concolor eſt illis. Stygia modo nigrior unda:
Sternitur interdum: ſpumiſq ſonantibus albet.
Ipſa quoq his agitur uicibus Trachinia puppis.
Et nunc ſublimis ueluti de uertice montis
Deſpicere in ualles: imumq Acheronta uidetur.
Nunc ubi demiſſam curuũ circumſtetit æquor:
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta, fragorem.
Nec leuius pulſata ſonat: q̃ ferreus olim
Cum laceras aries, baliſtaue concutit arces.
Vtq ſolent ſumptis incurſu uiribus, ire
Pectore, in arma feri: protentaq tela leones:
Sic ubi ſe uentis commiſerat unda coortis:
Ibat arma ratis: multoq erat altior illis,
Iamq labant cunei: ſpoliataq tegmine ceræ
Rima patet: præbetq uiam letalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inq fretum credas totum deſcendere cælum.
Inq plagas cæli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis. & cum cæleſtibus undis
Aequoreæ miſcentur aquæ. caret ignibus æther:
Cæcaq nox premitur tenebris hyemiſq, ſuiſq:
Diſcutiunt tamen has: præbẽtq micantia lumẽ
Fulmina. fulmineis ardeſcunt ignibus undæ.
Dat quoq iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus, & ut miles numero præſtantior omni
Cum ſæpe aſſiliit defenſæ mœnibus urbis.
Spe potitur tandem: laudiſq accenſus amore
Inter mille uiros, murum tamen occupat unus.
Sic ubi pulſarunt celſi latera ardua fluctus:

quo ſaxa longe emittun tur. Incurſu: impetu. Protenta: porrecta. In arma ratis: in nauis inſtrumenta: armamẽta. Multoq: multo q̃ na/ uis erãt altiores. Cæ/ ræ: picis, qua naues inte gunt. Letalib? undis: mortiferis aquis. Scã/ dere: aſcẽdere. Caret ignibus æther: ſyderib? æther carere uidebat: q̃a nulla apparebãt. Cæ caq: nox: obſcura. Diſ cutiũt: depellũt. Arde ſcũt: ſplẽdeſcunt. Intra caua texta: intra cõcauita tem carinæ. Omni nu mero: omni multitudie. Mœnibus: in muros. Spe potit tandez: hoc eſt tandem uoti ſit com/ pos, in murũq aſcendit. Decimæ undæ: maxi mæ atq uaſtiſſimæ. Nã decima quæq: unda ma xima eſſe uidet: ut Cic. in primo de Triſtibus li bro teſtat, cum inqt. Qui uenit hic fluct?, fluctus ſupereminet omnes: Po ſterior nono eſt undeci moq prior. Hinc factũ eſt ut decimũ, decuma/ nũq p maximo ampliſſi moq accipiat. ut decu/ mana porta in caſtris ma xima, ut quæ ab hoſtib? foret auerſa: & decuma na ſcuta ampliſſima: & decumanus in agro li/ mes: qui longiſſimus & maximus foret.

Decima unda

Decumana

¶ Vaſtius

Vaſtius inſurgens Decimæ ruit impetus undæ.
Nec prius abſtitit feſſam oppugnare carinam:
Quam uelut in captæ deſcendat mœnia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris itꝰ erat. trepidãt haud ſegniꝰ omnes:
Quam ſolet urbs, aliis murum fodientibꝰ extra:
Atq; aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt: totidemq; uidentur
Quot ueniũt fluctus: ruere, atq; irrũpere mortes.
Nõ tȝ hic lachrymas. ſtupet hic. uocat ille beatos
Funera, quos maneat. hic uotis numen adorat:
Brachiaq; ad cælum: q non uidet, irrita tollens
Poſcit opem. ſubeunt illi, fraterq;, parenſq;.
Huic cũ pignoribus domꝰ: & q cuiq; relictũ eſt.
Halcyone Ceyca mouet. Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt: & cum deſyderet unam:
Gaudet abeſſe tamẽ. patriæ quoq; uellet ad oras
Reſpicere: inq; domum ſupremos uertere uultꝰ.
Verum ubi ſit neſcit. tanta uertigine pontus
Feruet: & inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cælum, duplicataq; noctis imago ẽ.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor.
Frangitur & regimen: ſpoliiſq; animoſa ſupſtes
Vnda uelut uictrix: ſinuataq; deſpicit undas.
Nec leuius, q̃ ſi quis Athon, Pindumq; reuulſos
Sede ſua, totos in apertum euerteret æquor:
Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,
Mergit in ima ratem: cũ qua pars magna uirorũ
Gurgite preſſa graui: neq; in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt. alii partes, & membra carinæ
Trũca tenẽt. tenet ipſe manu: qua ſceptra ſolebat
Fragmina nauigii Ceyx, ſocerumq;, patremq;
Inuocat (Heu) fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Halcyone coniunx, illam meminitq;, refertq;.
Illius ante oculos, ut agant ſua corpora fluctus
Optat: & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat: abſentẽ, quoties ſinit hiſcere fluctꝰ:
Nominat Halcyonen: ipſiſq; immurmurat ũdis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: & rupta merſum caput obruit unda.
Lucifer obſcurus. nec quem cognoſcere poſſes:
Illa nocte fuit. quoniamq; excedere cælo
Non licuit: denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea tantorũ ignara malorum
Dinumerat noctes: & iam quas induat ille,
Feſtinat ueſtes. iam quas ubi uenerit ille:
Ipſa gerat. reditusq; ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem ſuperis pia thura ferebat.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat.
Proq; uiro: qui nullus erat: ueniebat ad aras.

Raph. ¶ Vaſtiꝰ: ualidiꝰ. ¶ Abſtitit: deſiſtit. ¶ Velut in mœnia: ſimilitudo eſt a captis urbibus ſumpta: ſignificat autem fluctus partem intra nauem irrupiſſe. ¶ Pinum: nauem. ¶ Trepidant: timent. ¶ Haud ſegnius: nõ minus. ¶ Pulchra autem ſimilitudine exprimit timorem nautarum a tempeſtate depħẽſoꝝ. ¶ Tenentibus: defendentibꝰ. ¶ Deficit ars: tempeſtati ars ſuccumbit. ¶ Irrumpere: cum impetu intrare. (Irrumpere.) ¶ Nõ tenet hic lachrymas: alius inquit lachrymatur: alius ſtupet, attonitusq; uidet. ¶ Funera quos maneant: qui exequiarum honore nõ priuentur. ¶ Hic uotis numen adorat: alius inquit Diis uota facit. ¶ Subeunt illius mentem ueniunt. ¶ Cũ pignoribus: cum liberis. ¶ Tanta uertigine: euerſione, perturbatione: Eſt autem acclamatio qua maxima tẽpeſtas declarat. ¶ Piceis e nubibus: nigris, aqua plenis. ¶ Incurſu: impetu. ¶ Turbinis: uẽti uiolentioris. ¶ Regimen: gubernaculum: ¶ Superſtes: ſuperans, ſuperextans. ¶ Sinuata: in ſinus coacta, cõuoluta. ¶ Quã ſi quis Athon, Pindũue: montes eſſe Macedoniæ Athon, & Pindum Theſſaliæ ſuperius diximus. ¶ Præcipitata: impulſa uentis. ¶ Et ictu: impulſu. ¶ In ima: in profundum. ¶ Functa ſuo fato: mortua eſt. Ex ſententia autem ſtoicorum hoc ait, qui omnia fato fieri putant. (Stoicorum dogma.) ¶ Et mẽbra: fruſta abrupta. ¶ Socerũ: Aeolum. ¶ Patremq;: Luciferum. ¶ Exanimis: mortuus. ¶ Tumuletur: ſepeliatur. ¶ Hiſcere: os aperire. ¶ Ecce ſuper medios: repẽtini mali fere ſignificatiua eſt hæc particula ecce. (Ecce) ¶ Niger arcus: nubes nigra & aquarum plena arcui ſimilis. ¶ Merſũ obruit: hoc eſt obruit & ſubmerſit. ¶ Non licuit: non potuit. Neq; enim ſydera p noctẽ cælũ relinquere poſſunt: ac interdiu quidẽ, quamuis uideant. ¶ Texit: cooperuit, ne uideret filium pereũtem. ¶ Aeolis: Halcione Aeoli filia. ¶ Feſtinat ueſtes: feſtinanter ſuit & facit. ¶ Pia thura ferebat: pie ſacrificabat. ¶ Qui nullus erat: qui non erat. neque enim mortui eſſe dicuntur.

Vtq; foret ſoſpes coniunx ſuos:utq; rediret
Optabat:nullamq; ſibi præferret. at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere ſolum.
At Dea non ultra pro functo morte rogari
Suſtinet:utq; manus funeſtas arceat aris:
Iri meæ dixit fidiſſima nuncia uocis,
Viſe ſoporiferam Somni uelociter aulam.
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen ueros narrantia caſus.
Dixerat.induitur uelamina mille colorum
Iris:& arquato cælum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope Cimerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui domus:& penetralia Somni:
Quo nunq̃ radiis oriens,mediuſue,cadenſue,
Phœbus adire poteſt.nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo.dubiæ crepuſcula lucis.
Non uigil Ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram.nec uoce ſilentia rumpunt:
Solicitiue Canes:Caniboſue ſagacior Anſer.
Non fera,non pecudes,non moti flamine rami,
Humanæue ſonum reddunt conuitia linguæ.
Tuta quies habitat.ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quẽ cũ murmure,labẽs
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent:
Innumeræq; herbæ:quarum de lacte,ſoporem
Nox legit:& ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridorem cardine reddat:
Nulla domo tota.cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt Hebeno ſublimis in antro
Plumeus.unicolor.pullo uelamine tectus:
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
Somnia uana iacẽt totidem, quot meſſis ariſtas:
Silua gerit frondes:eiectat littus harenas.
Quo ſimul intrauit:manibuſq; obſtantia,uirgo
Somnia dimouit.ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus:tardaq; Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens,iterumq;,iterumq; relabens:
Summaq; percutiens nutanti pectora mento
Excuſſit tandem ſibi ſe:cubitoq; leuatus
Quid ueniat(cognouit enim)ſcitatur.at illa.
Somne quies rerum,placidiſſime Somne Deorũ.
Pax animi.quem cura fugit.qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces:reparaſq; labori:
Somnia,quæ ueras æquant imitamine formas:
Herculeam Trachina iube ſub imagine regis,
Halcyonen adeãt:ſimulachraq; naufraga fingãt.
Imperat hoc Iuno.poſtq̃ mandata peregit:

RAph. ¶Hoc ſolum ut nullam aliam ipſi pferret. Manus funeſtas: funere & morte mariti pollutas. Meæ uocis: meorum uerborum & mãdatorum. Viſe: ad uidendũ uade. De ſcribit autem & ſomnum Deum,& ſomni aulam. Soporiferam aulam: ſoporem:& ſomnum aſſerentem,atq; inducẽtẽ. Somni:Dei ſoporis. Arquato:in arcus ſimilitudinem figurato. Eſt

cimerii
Somni
domus

ppe Cimerios: Cimerii (ut Strabo atq; Sextus ſcribunt)populi fuerunt iuxta Baias habitantes ſubterranea domicilia: ubi iacra Plutõia fiebãt. Dabãturq; ab his reſpõſa:atq; inde faciebant q̃ſtum. Conueniebant n. aduenæ aliquid auditũri,qui ducebant in cauernas illas:quas nec oriẽs, nec occidens Sol aſpiciebat:ut ſcribit in Odyſſea Homerus. Hi a quodam rege deleti fuerunt, cum oraculi fides parum ſucceſſiſſet. Alii ſcribunt Cimerios populos eſſe in Aſia Amazonibus proximos,qui ex ultimo uenerint occidente. Iuxta Cimerios Somni aulam eſſe fingit poeta, quã ut omnia, una cum ſomno & inſomniis elegantiſſime deſcribit. Ignaui: inertis, pigri.ab effectu q: ignauos & pigros homines reddat. Quo nunquã: pulchra poetæ phantaſia. Solis enim radii ſomnum auertũt: tenebræ autem alliciunt. Exhalantur: emittuntur. Dubiæ lucis:crepuſculi eſt interpretatio. Nã crepuſculũ eſt dubia lux. Ales criſtati oris:periphraſis eſt Galli.

Crepuſculum

Nihil aũt in aula Somni eſſe poeta ait,quo turbari ſomnus poſſit. Omnia uero adeſſe quæ ſomnũ ipſum allicere ualeant.

Somni deſcriptio

Vnda labens:murmure ſiquidem aquæ ſomni efficiunt ſuaues. Caniboſq; ſagacior anſer: id maxime tum fuit cõpertum,quo tempore Capitolium a Gallis obſidebat, Canibus enim quieſcentibus anſer: clangore excitati cuſtodes Gallos iam Capitolium ingreſſos: ex arce deturbarunt. Lethe:nomen illi aquæ cõueniens. Lethe nanq; obliuio interpretat. Dormientes autem omnium obliti uidentur. Fœcũda papauera: multorum ſeminum fertilia,quæ ſomnum maxime inducunt: unde & ſoporiferum papauer uocat. Stridorẽ reddat: ſtrepitum faciat. Hebeno:ex hebeni ui gro ligno confectus. Hebenus autem arbor eſt Indica,cuius lignum natura eſt nigrum. Scite uero poeta ſomni lectum nigrum eſſe fingit: pullus nanq; color ſomnum hominibus allicit. Vix oculos tollens: eleganter geſtus deſcribit poeta eorum:qui graui ſomno premũtur. Eſt autem proſopopœia: rei enim corpore carenti corpus attribuit. Cognouit enim:illam ueniſſe ſubaudiamus. eſt autem parentheſis. Cubitoq; leua.innixus. neq; enim aliter caput poterat ſuſtinere Somnus. Scitat: rogat. At illa:reſpõdit uel ſimile uerbum eſt ſubaudiendum. Somne quies rerum:elegans ſomni deſcriptio. Quem cura fugit:ſcite,qui enim curis premuntur,dormire non poſſunt. Mulces:foues. Labori: ad laborem. Herculeam Trachina: ab Hercule ædificatam: excultamq; ut paulo ante diximus. Regis: Ceycis. Simulachra naufraga: ſimulachra naufragii a Ceyce facti. Fingant: effingant,exprimant.

Hebenus

¶Vim

Iris abit.neq; enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat:labiq; ut ſomnum ſenſit in artus:
Effugit:& remeat:per quos modo uenerat,arc⁹.
At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem:ſimulatoremq; figuræ
Morphea.non illo iuſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus:uultumq;,ſonumq; loquendi.
Adiicit & ueſtes,& conſuetiſſima quæq;
Verba,ſed hic ſolus homines imitatur.at alter
Fit fera.fit uolucris,fit longo corpore ſerpens.
Hunc Icelon Superi:mortale Phobetora uulgus
Nominat.eſt etiam diuerſæ tertius artis
Phantaſos.ille in humũ,ſaxũq;,undãq;,trabẽq;.
Quæq; uacant anima:fallaciter omnia tranſit.
Regibus hi,ducibuſq;,ſuos oſtendere uultus
Nocte ſolent.populos alii.plebemq; pererrant.
Præterit hos ſenior.cunctiſq; e fratribus,unum
Morphea,q peragat Thaumãtidos edita:Somn⁹
Eligit:& rurſus molli languore ſolutus,
Depoſuitq; caput,ſtratoq; recondidit alto.
Ille uolat,nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras:intraq; moræ breue temp⁹,in urbẽ
Peruenit Aemoniam:poſitiſq; e corpore pennis
In faciem Ceycis abit:ſumptaq; figura
Luridus.exanimi ſimilis.ſine ueſtibus ullis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit.uda uidetur
Barba uiri:madidiſq; grauis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens fletu ſuper ora profuſo
Hæc ait,agnoſcis Ceyca miſerrima coniunx?
An mea mutata eſt facies nece?reſpice,noſces:
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis umbram.
Nil opis Halcyone nobis tua uota tulerunt.
Occidimus,falſo tibi me promittere noli.
Nubilus Aegæo deprendit in æquore nauem
Auſter:& ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oraq; noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerunt.fluctus.non hæc tibi nunciat auctor
Ambiguus.non iſta uagis rumoribus audis:
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge age:da lachrymas:lugubriaq; idue:nec me
Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Adiicit his uocem Morpheus:quã coniugis illa
Crederet eſſe ſui:fletus quoq; fundere ueros
Viſus erat:geſtumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Halcyŏe.lachrymas mouet:atq; lacertoſ
Per ſomnum,corpuſq; petẽs, amplectitur auras,
Exclamatq; mane.quo te rapis?ibimus una.
Voce ſua,ſpecieq; uiri turbata.ſoporem
Excutit:& primo ſi ſit,circunſpicit illic:
Qui modo uiſus erat(nam moti uoce miniſtri

RAph. ¶ Vim ſoporis:ſomni uiolẽtiã. ¶ At pater e populo: Somno Deo multos eſſe filios poeta fingit:e qbus tres nominat:qbus facultas eſt ſe i uarias figuras tranſmutãdi. ¶ E populo:e turba & multitudine. ¶ Mille:finitum numerum p infinito poſuit. ¶ Simulatoremq; figuræ Morphea: Morphe⁹ ἀπὸ τῆς μορφῆς:hoc eſt a forma,dicit formæ ſimulator. ¶ Hunc Icelon ſuperi:Icelos ſimilis trãſfertur,quo qdem nomine is eleganter appellatur:q ſe omnibus animalibus ſimilem exhibere poteſt. Icelon autem per L ſcribendum eſt:quamuis ſe con uulgus grammaticorum hactenus legerit. ¶ Mortale Phobetora uulgus.Phobetor terrefactor interpretari poteſt. Sic autem eſt legendũ: quamuis corrupte Phebetora in exemplaribus legatur. ¶ Eſt etiã diuerſæ tertius artis Panthaſos: Latini quidem ſic legunt,ſed minus recte: cum id nomen a græcis non agnoſcatur. Phantaſos autem q imaginator transferri poteſt,forſitan ab Ouidio fuit ſcriptus. φαντάζομαι nãq; :unde Phantaſos deriuat, imaginari ſignificat. Eleganter autẽ hoc nomine donat:qui hanc hominibus immiuit imaginationem: ut ſibi per ſomnum uideant uidere undam:ſaxũ: trabem aliud ue quid in animatorum. ¶ Vacant: carent. ¶ Thaumãtidos edita:Iridis iuſſa Thaumantis filię. ¶ Somnus: ſomni Deus. ¶ Molli lãguore:ſuaui ſopore. ¶ Strato:lecto. ¶ In urbem Aemoniã:i Trachina. ¶ In faciem Ceycis abit:in figurã Ceycis ſe cõuertit. ¶ Luridus:niger. ¶ Vda:humida. ¶ Tua uota:tuæ preces. ¶ Falſo:uane. ¶ Aegæo in æquore:Aegæũ dictũ eſt ab inſula quã Aegas uocat Homerus Neptuno dicatã: in qua nemi|nem fas eſt dormire propter phantaſmata:ut inquit Nicocrates. Alii dicũt a Neptuno Aegæus pelagus fuiſſe denominatum.Vt enim Pherecydes ait. Is Deus Aegæus uocatur. Quod uero Nicocrates ait:ab Aegæo,qui ſe in illud mare ex arce Athenarum pcipitauit,Aegæum eſſe dictum falſum eſt.Lõge nãq; a mari diſtat. Aegæum quidã nũc a uulgo Archipelagus uocat. ¶ Soluit:diſſoluit, reſoluit. ¶ Ambigu⁹:dubius. ¶ Vagis:incertis. ¶ Mea fata:meam mortẽ,mea infortunia. ¶ Lugubria:ueſtes luctui conuenientes. ¶ Inania tartara:uacua,neq; enĩ animæ,ut quę ſunt incorporeę occupant locũ. Tartarus autem locus eſt apud inferos profundiſſimus. ¶ Lachrymas mouet:lachrymas emittit. ¶ Mãe:expecta. ¶ Quo te rapis:quo fugis. ¶ Excutit:expellit. ¶ Si ſit illic:an ſit illic, ubi uiſus fuerat maritus. ¶ Nam moti uoce miniſtri: hac parentheſi exponit poeta:quo modo Halcyone circunſpexerit an illic eſſet maritus quẽ per ſomnum uidere ſibi fuerat uiſa.

Morpheus

Phobetor

Phantaſos

Morpheus in Ceycẽ

Aegæũ

Tartarus

RAph. ¶ Inhiat diuellere:appetit ore apto dilacerař. ⁋ Hymniſeros uultus:qui hymnos in Deorũ fere ſingulos composuerant. ⁋ Vmbra ſub.ter.umbra Orphei inferos petit. Eorũ autem opinionẽ ſecutus uideř poeta:qui hominem ex tribus cõſtare aiunt:corpore:anima:& umbra:quorũ corpus terræ:anima cælo:umbra inferis reddiř. ⁋ Hic:illic apud iſeros. ⁋ Spatianř:deambulãt.

quęq; contigiſſet,aurum fieret.quod ei inutile fuit. Cur Deus petẽti ut teſti:ueteř,ſibi ſeciniuſſit.n.ut ad flumẽ Pactolum perueniret:ibiq; ſe ſupponeret:& ſic rediret in priſtinum ſtatum. Vnde aqua aurei coloris eſſet.

RAph. Midas ¶ Nec ſatis hoc baccho eſt:Midas rex Phrygiæ cũ Silenum a ruſticis captũ,ſibiq; traditũ baccho reddidiſſet: iuſſus eſt a Deo:ut quicquid uellet peteret. Ille petiit ut qcquid corpore ſuo tangeret,aurũ fieret.

Obſtitit:& ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit:& hymniſeros inhiat diuellere uultus.
Tandem Phœbus adeſt:morſuſq; inferre paratẽ
Arcet:& in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat:& patulos(ut erant)indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras:& quæ loca uiderat ante:
Cuncta recognoſcit:quærenſq; per arua piorũ
Inuenit Eurydicen:cupidiſq; amplectitur ulnis.
Hic modo coniunctis ſpaciantur paſſibus ambo.
Nunc præcedentem ſequitur,nũc præuius ãteit:
Euridicenq; ſuam iam toto reſpicit Orpheus.
Non impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus:
Amiſſoq; dolens ſacrorum Vate ſuorum,
Protinus in ſiluis matres Aedonidas omnes,
Quæ uidere nefas:torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos ĩ quãtũ eſt quæq; ſecuta:
Traxit:& in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuum laqueis:quos callidus abdidit auceps:
Crus ubi commiſit uolucris:ſenſitq; teneri:
Plangitur:ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcunq; ſolo defixa cohæſerat harum
Externata,fugam fruſtra tentabat.at illam
Lenta tenet radix:exultantemq; coercet.
Dũq; ubi ſunt digiti,dũ pes ubi quærit,& ũgues,
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata,femur mœrenti plangere dextra:
Robora percuſſit.pectus quoq; robora fiunt.
Robora ſunt humeri.lõgos quoq;,brachia uera
Eſſe putes ramos:& non fallere putando.
Nec ſatis hoc Baccho ẽ:ipſos quoq; deſerit agros
Cumq; choro meliore,ſui uineta Tymoli:
pactolonq; petit.quamuis non aureus illo
Tempore:nec charis erat inuidioſus harenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri,Bhaccæq; frequẽtãt,
At Silenus abeſt.titubantem,annisq;,meroq;,
Ruricolæ cœpere Phryges:uinctumq; coronis
Ad regem duxere Midam,cui Thracius Orphe⁹
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium.comitemq; ſacrorũ;
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinq; dies:& iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus:Lydos cum lætus in agros

Fabulæ ſecundę.xi.libri argumentum.

LAct. Anguis in ſaxũ ¶ Nõ impune &c.Cęterę matronæ quę cędi interfuerãt Orpheiza Libero ulciſcẽte æmulum ſcientiæ ſuæ in ſpecies uarias abierunt.

RAph. ¶ Nõ impune tñ: Thracię mulieres quę Orphei cędi interfuerãt:omnes a baccho cædem Orphei ægre ferente in uarias arbores fuerř cõuerſę. ⁋ Vate ſuorũ ſacrorũ:nam Orpheus in Bacchum pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Thracię mulieres in arbores Alludere autẽ ad id poeta uidetur,quod ſcribit Diodorus.Cerimonias a Dionyſio repertas cum ad Orgia qdam Orpheus addidiſſet,orphei a poſteris fuiſſe appellata. ⁋ Matres Aedoni. Aedones mulieres thracias.Aedones nanque populi ſunt Thraciæ. ⁋ Plangit:percutitur a ſeipſa. ⁋ Ac trepidans:quanto nãq; magis trepidant:tãto magis uinculo aſtringunř aues. ⁋ Externata: cõſternata, perterefacta. ⁋ Lenta:flexibilis. ⁋ Coercet: continet. ⁋ Exultantẽ: exultare uolẽtem. ⁋ Dũq; ubi ſunt digiti:ordo eſt:Dũ quærit,ubi ſunt digiti. ⁋ Succedere:ſuccreſcẽ. ⁋ Mœrẽti dextra:hypallage ẽt ipſa nãq; mœrens intelligit. ⁋ Et non fallere putando:nõ decipere ſi putes.Re.n.uera rami erãt.

Fabulæ tertiæ.xi.libri argumentum.

LActã. ¶ Nec ſatis &c.Liber pater Thracia digreſſus cũ Tmolũ montem Ciliciæ comitatus Bacchis peteret:Silen⁹ ei aufugit:quẽ Phryges captũ ad Midã regem adduxerunt:agnitus ab eo exceptus eſt,& Libero aduenienti reddidit:& ob beneficium optandi Deus ueniam ei dedit ſi quid uellet a ſe peteret,Ille ut

Id illi conceſſit Bacchus: quamuis inutile ipſi futurũ uidebat.Cũ uero panis quoq; ac ulnus in aurum uerterentur:fameq; perire cœpiſſet:tandẽ cognouit ſtolidus ſe rẽ dãnoſam petiiſſe:Bacchum itaq; rogauit, ut peccato ueniã daret:& mun⁹ datum irritum faceret.bacchus igitur illi mandauit ut ad fontem Pactoli pergeret,ſeq; totum in eo lauaret:quod cũ feciſſet, uis illa aurũ efficiẽdi qcquid tangeret,in fluuiũ tranſiuit:unde etiã harenas aureas efficere memoratur. Cur ſarex Pactoli harenæ ⁋ Ipſos agros: Thraciæ. ⁋ Cũq; choro me.q̃ fuerãt Thracię illę mulieres,quæ orpheum trucidarũt. ⁋ Sui Tymoli:a ſe amati.Eſt.n. Tymolus:q & Tmolus dicitur,mons Lydiæ optimi uini fertilis:ut in ſuperioribus quoq; dixim⁹. Neq; eſt ſpõdaicus uerſus,cũ Tymolus ẽt triſſyllabum ſit nomen:non ſolum biſſyllabũ. Tymolus ⁋ Pactolõq;: Pactolus fluuius ẽ Lydię aureis harenis notiſſimus. Pactol⁹ ⁋ Charis harenis:pretioſis. ⁋ Frequentant:celebrãt. ⁋ Titubãtem:uacillantem. ⁋ Vinctum:ligatum. ⁋ Ad regem Midã:Midas Gordia Bubulci filius Phrygiæ rex fuit ditiſſim⁹:ideo q; fictus eſt omnia quæcunq; tangeret in aurum tranſmutare:de quo Herodotus in primo multa ſcribit. Midas ⁋ Orgia:bacchi ſacrificia. ⁋ Cũ Cecropio Eumolpo:Eumolpus uates fuit Athenienſis bacchi ſacerdos. Eumolpus ⁋ Genialiter:uoluptuoſe ac læte.

Lucifer ⁋ Lucifer undecimus: Lucifer ſtella eſt:quæ aduenienie die ultima deſinit lucere:eoq; a poetis alias ſtellas:

cogere

cogereſ congregareq; dicitur. ¶ Coegerat: congregauerat. Significat autem undecimũ diem aduenisse. ¶ Sub lime agmen ſtellarũ ſublimium & altarum ſtellarum multitudinem, eſt enim hypallage. ¶ Lydos in agros: in Lydiã. Secũdum grammaticos autem rationem deriuatiuum nomen pauciores q̃ primitiuum ſyllabas habet.

Tacta a Mida in aurũ

RAph.

¶ Iuueni alumno: Baccho. ¶ Altore: Sileno nutritore. ¶ Male uſurus: in ſuum malum & pernitiem. paulum enim abfuit quin fame periret Midas. ¶ Annuit: nutu conſenſit. ¶ Soluit: perſoluit præſtitit. ¶ Berecynthius heros: Midas Phrygius, a Berecyntho Phrygiæ oppido. ¶ Pollicitã fidẽ: promiſſi ueritatẽ. ¶ Tẽtat: experitũ. ¶ Non altam ſed humili. Illud enim aduerbium Non hoc loco ad uerbũ detraxit referri non põt: ſed uirgã ex non alta fronde decerptã fuiſſe oſtẽdit. ¶ Cereris: frumẽti per metonymiam. ¶ Heſperidas donaſſe putes: ſcite. nam Heſperides hortos habuiſſe dicũt aurea poma ferentes. ¶ Radiare: fulgere. ¶ Danaen eludere poſſit: elegãter. Iuppiter enim in guttas cõuerſus aureas in ſinum Danaes deſcendit: ſicq; illa eſt potitus. ¶ Vix ſpes ipſe ſuas animo capit: nã maxima quæq; ſibi pollicebat Mydas. ¶ Poſuere: apponere. ¶ Toſtæ fru. periphraſis ẽ panis. ¶ Cerealia dona: panes. ¶ Rigebãt: duri fiebãt. Quippe qui in aurum conuertebant. ¶ Cõuellere: mãdare. ¶ Premebat: tãgebat. ¶ Auctorẽ muneris: Bacchum p metonymiã pro uino. ¶ Fuſile: liquidum, ac fuſum, & liquefactum. ¶ Diuerſq;: qa auro abundabat. ¶ Miſerq;: qa auro frui nõ poterat. ¶ Modo uouerat: uoto paulo ãte cõcupiuerat. ¶ Torquet: cruciat. ¶ Meritus: quia propter

Rigere

Rex uenit: & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum: ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male uſurus donis, ait, effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraq; munera ſoluit
Liber: & indoluit quod non meliora petiſſet.
Lætus abit: gaudetq; malo Berecynthius heros.
Pollicitæq; fidem tangendo ſingula tentat.
Vixq; ſibi credens nõ alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam. uirga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum. ſaxum quoq; palluit auro.
Contigit & glebam. contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas.
Aurea meſſis erat. demptum tenet arbore pomũ.
Heſperidas donaſſe putes. ſi poſtibus altis
Admouit digitos: poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
Vnda fluens palmis, Danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus: nec toſtæ frugis egentes.
Tum uero, ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat: Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua, dapes, admoto dente premebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis:
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali, diueſq;, miſerq;,
Effugere optat opes: & quæ modo uouerat, odit.
Copia nulla famem releuat, ſitis arida guttur
Vrit: & inuiſo meritus torquetur ab auro.
Ad cœlumq; manus, & ſplendida brachia tollens
Da ueniam Lenææ pater. peccauimus inquit.
Sed miſerere precor: ſpecioſoq; eripe damno.
Mite Deum numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit: factiq; fide, data munera ſoluit.
Ne ue male optato maneas circumlitus auro:
Vade ait, ad magnis uicinum Sardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe uiam: donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroq; tuum fonti: qua plurimus exit:
Subde caput: corpuſq; ſimul, ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ. uis aurea tinxit
Flumen: & humano de corpore ceſſit in amnem.
Nunc quoq; iam ueteris percepto ſemine uenæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis.
Ille peroſus opes ſiluaſq;, & rura colebat,
Panaq;, montanis habitantem ſemper in antris.

Cui. mens.

auaritiam illud a Baccho petierat. ¶ Lenææ pater: Bacche. ¶ Specioſo damno: quod pulchrum & bonum uideatur, cum alioquin dãnum ſit & malũ. ¶ Mite Deum numen: Dii ſunt mites & facile placãtur. ¶ Reſtituit: in priſtinum ſtatum reduxit. ¶ Facti fide: ob fidẽ: quã præ ſe tulerat Silenũ reſtituendo. ¶ Data munera ſoluit: reſoluit, & irrita fecit. ¶ Circũlitus: infectus. ¶ Male optato: ſtulte ac pernitioſe petito. ¶ Magnis Sardibus: Sardeis urbs eſt Lydię Crœſi regia. ¶ Ceſſit: tranſiuit.

Sardeſ

Fabulæ quartæ. xi. libri argumentum.

LAeta.

¶ Ille peroſus &c. Pan cũ Tmolũ montem Lydiæ frequentãs fiſtula ſe oblectaret: elatus gloria agreſtium nympharum Apollinem in certamen deuocauit: a iudice ergo Tmolo cuius mõs erat, cum Apollini uictoria eſſet adiudicata: Midæ regi ſupradicto aſſidenti ſoli diſplicuit: quam ob cauſam Apollo ob eandem ſtultitiam: quam & ſupra geſſerat in Liberi patris uoluntate: Deus iratus aures eius Aſininæ ut eſſent ſempiterno effecit: cuius iudicii nulli rei facerent: qui tamẽ fertur Midas eẽ matris magnę filius. ſic enim cũ Heliodo conſentit Ouidius.

¶ Ille peroſus opes: Midas facultate auri efficiẽdi quicquid tãgeret liberatus: opeſq; peroſus in ſiluis habitabat, Panaq; paſtorũ Deum colebat: q cũ fiſtula inuẽta ſibi multum nymphis placere uideretur, auſus eſt Apollinem in certamen prouocare, Tmolo mõtis Deo iudice conſtituto. Cũ uero ſententia p Apolline lata omnibus placeret, ſolus Midas naturali ſtultitia duct⁹ eam ut iniuſtã iprobauit. Quare Apollo indignatus aures illi⁹ in aſininas conuertit: quibus ipſi⁹ ſtoliditas indicaretur. Longiores nãq; aures ex phyſicorum ſen

RAph.

tentia uecordiam præ ſe ferunt. Cæterum Midas aures aſininas uariis purpureis occultauit, tōſoriq; mandauit, ne uerbum cuiquam de illis faceret. Tonſor uero cum reticere nō poſſet, in locum deſertum receſſit, ibiq; foueæ factæ immurmurauit: Midā aures Aſininas habere. Deinde foueam terra repleuit. Arūdines autem eo in loco natæ uentoq; agitatæ eadem uerba: hoc eſt Midas rex aſininas aures habet, referebāt. Peroſus opes: odio habens: qbus pene fame fuerat confectus.

RAph. Pingue: tardū. Vt ante: quando optauit: ut quicquid contingeret, aurum fieret. Nam freta proſpiciēs: Tmoli mōtis deſcriptio. Paruis Hypæpis: Hypæpa, urbs eſt

Hypæpa Lydiæ ut diximꝰ. Cęrata: cæra iuncta. Iudi

Tmolꝰ ce ſub Tmolo: Tmolus & mons & Deus mōtis ipſius dicitur. Nam montes ut flumina deos ſuos habere dicitur. Et au

Midæ aures in aſininaſ res Liberat arboribꝰ: ab auribꝰ arbores remouet. Deliniit: blanditus eſt. Sacer: Apollo. Reſoluit ora: aperuit ora, & canere cœpit. Tmolꝰ ad os Phœbi: ſe cōuertit ſubaudiendū. Ille caput flauum uinctꝰ: flauū caput habens coronatū. Parnaſide: Parnaſia: q̄ Parnaſus abundat. Forma n̄q; patronymica p poſſeſſiua ē uſus poeta. Apollinis autē Citharœdi habitū deſcribit. Saturata: infecta, bis tincta. Tyrio murice: Tyria

Palla purpura. Palla autem ueſtis ē muliebris ſyrma habens, qua & Citharœdi utebantur. Verrit humum: innuit pallā Apollinis ſyrma habuiſſe, qḋ per terrā trahebatur. Sic Horatius de tibicine loquēs: Traxitq; uagus p pulpita ueſtē. Diſtinctamq;: ornatam. Dētibꝰ Indis: ebore. Stamina: chordas. Sollid

Pingue ſed ingenium manſit: nocituraq; ut ante
Rurſus erant domino ſtultæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu: cliuoq; extenſus utroq;
Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.
Pan ibi dū teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cærata modulatur arundine carmen:
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus:
Iudice ſub Tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit: & aures
Liberat arboribus. Quercu coma cærula tantū
Cingitur: & pēdēt circum caua tempora Glandes.
Iſq; Deum pecoris ſpectans: in iudice dixit
Nulla mora eſt. calamis agreſtibus inſonat ille.
Barbaricoq; Midan (aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit. poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os Phœbi. uultū ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſide uinctus:
Verrit humum, Tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctamq; lyram gemmis, & dentibus Indis
Suſtinet a læua. tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit. tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat. quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium, ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus. arguitur tamen, atq; iniuſta uocatur
Vnius ſermone Midæ. nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram.
Sed trahit in ſpatium: uilliſq; albentibus implet.
Inſtabileſq; illas facit: & dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis. partem damnatur in unā.
Induiturq; aures lente gradientis Aſelli.



Ille quidem cælare cupit: turpiq; pudore,
Tempora purpureis tentat uelare Tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus: qui nec, cum prodere uiſū
Dedecus auderet, cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere tamen: ſeceſſit, humumq;

tactu tangit, percutit. Cannas: tibiam ex cannis confectam. Arguit: reprehenditur. Nec Delius: Apollo. Aures ſtolidas: carētes iudicio. Sed trahit in ſpacium: protrahit, producit ac longas efficit. Inſtabiles: mobiles, quales ſunt aſininæ. Et dat poſſe moueri: concedit facultatē ſeipſas mouendi. Lente gradientis: tarde euntis.

Fabulæ quintæ. xi. libri argumentum.

LAct. Ille qdem &c. Refert quoq; deformitatē illius cum ueſte cælaret: ut famulus uidit, neq; eloqui poſſet eiuſdem Dei mentem in aures haberet: q rurſus obruta harena arūdines enatæ agitatæq; uento deformitatem Midæ indicarent.

RAph. Tiara Purpureis Tiaris: Tiara, quæ & Tyaras dicitur tegmen eſt capitis regū Orientis. Velare: celare, occultare. Efferre ſub auras: uulgare. Seceſſit: in locū ſecretū uadit.

Voce

RAph. ℂ Voce parua:murmure. ⸿ Hauſtæ:effoſſæ. ⸿ Rege ſta:reiecta. ⸿ Scrobibus opertis:repleta fouea. ⸿ Prodidit agri.indicauit eũ q illã effoderat terrã. ⸿ Obruta uerba:q talia fuerũt. Midas rex Aſini aures habet. ⸿ Dominiq; coarguit aures:hoc eſt Midæ regis aures conuincit eſſe aſininas.

& Nepheles filia fuit, ac ſoror Phrixi:a q̃ i mari ſubmerſa Helleſpontus fuit cognominatus. ⸿ Latoius: Apollo Latonæ fili⁹. ⸿ Dextera Sigei. Rhœtei: Sigeũ & Rhœteum ꝓmontoria ſunt Troiæ notiſſima. ⸿ Ara Panophæo Tonanti:ſic quidem in exemplaribus legit̃: ſed

Fabulæ ſextæ. xi. libri argumentum.

LAct. ℂ Vitus abit Tmolo liquidumq; p aera uect⁹ &c. Inter Sygeũ Rhœteũq; ꝓmõtoria: quo loco ara Iouis Panophæi Phrygibus eſt cõſecrata: Laomedon Capis filius eũ Iliũ poneret: Apollo & Neptun⁹ in hões uerſi operas ſuas æſtimati ad extruẽdũ murũ addixerũt. Ita tamẽ ut Neptunus p ficta regis officius i agros eius mare mitteret, oẽsq; fructus obrueret: i ſupra quã pœnã coegit eũ Heſionem filiam marinæ p ſtituere belluæ. Quã liberata ab Hercule rurſus i fraude cognitus: equos enim quos ob ſalutẽ uirginis pactus erat ei abnegauit. Ideoq; ille expugnato Ilio Heſionem abreptam Telamoni: qui ſocius militiæ fuerat, copulauit.

Canoc nocales — Apollo & Neptun⁹ in hões — Laomedõtis p fidia

RAph. ℂ Vitus abit Tmolo: Apollo atq; Neptun⁹ cũ Laomedontem mœnia Troiæ ædificantẽ uidiſſent, in humanam figurã cõuerſi: pacto auro ſe cito op⁹ illud abſoluturos receperũt. Mœnib⁹ uero perfectis cũ promiſſum aurum repoſcerẽt, a Laomedonte illo fraudati: q iureiurando ſe nihil promiſiſſe affirmauit: tãtam perfidiam inultã eſſe nõ permiſerunt. Neptunus enim & diluuium immiſit: quo totus ager Troian⁹ eſt deuaſtatus: & Heſionem filiam monſtro marino exponere Laomedõtẽ coegit. Quam q̃ cũ Hercules illac cum Argonautis trãſiens liberaſſet, ac pmiſſis eqs a pfido rege fraudaret: & Troiã expugnauit: & Heſionẽ captã Telamõi ſocio donauit. ⸿ Nepheleidos: Helles Nepheles filiæ.

Helles — Helle nãq; Athamãtis:

Effodit:& domini quales aſpexerit aures,
Voce refert parua:terræq; imurmurat hauſtæ:
Indiciumq; ſuæ uocis, tellure regeſta
Obruit:& ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit:& ut primum pleno maturuit anno
Prodidit. Agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obruta uerba refert:dominiq; coarguit aures.
Vitus abit Tmolo. liquidumq; per aera uectus
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis.
Dextera Sigei. Rhœtei læua profundi
Ara Panomphæo uetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde nouæ primum moliri mœnia Troiæ
Laomedonta uidet:ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili:nec opes expoſcere paruas.
Cumq; Tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formã, Phrygiæq; Tyranno
Aedificant muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus:pretium rex inficiatur:& addit
Perfidiæ cumulum, falſis periuria uerbis.
Non impune feres rector maris inquit:& omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ:
Inq; freti formam, terras conuertit:opeſq;
Abſtulit agricolis:& fluctibus obruit agros.
Pœna neq; hæc ſatis eſt:regis quoq; filia mõſtro
Poſcitur æquoreo:quam dura ad ſaxa reuinctã
Vindicat Alcides:promiſſaq; munera dictos
Poſcit equos:tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit.
Heſioneq; data potitur. nam coniuge Peleus



Clarus erat Diua. nec aui magis, ille ſuperbit
Oui. meta.

corrupte legi facile Homeri carmine coarguit̃: nã i octauo Iliados libro ſic ſcri. de hac eadẽ Ara: ενθα πανομφαιω ζηνι ρεζεσκον αχαιοι: hoc eſt ubi Panomphæo Ioui ſacra faciebãt Achiui. Quare hic quoq; Panomphæo legẽdum eſſe: uel refragantibus exemplaribus audacter contenderim. ⸿ Panõphæus autẽ Iuppiter dictus eſt: ut exponit Euſtachius: uel q̃ omnium uoces audiat, uel q̃ omnium uoce colatur. nam παν omne ομφη uox dicit. ⸿ Suſcepta magna: incœpta grandia. ⸿ Stabat opus: erectum erat. ⸿ Inficiatur. negat. Nã inficiari: & inficias ire negare eſt. ⸿ Mõſtro æquoreo: ceto. ⸿ Vindicat: liberat. ⸿ Dictos: pactos, pmiſſos: ex Solis equorum ſemine progenitos. ⸿ Bis periura mœnia: nã primũ Apollini atq; Neptuno ædificatis muris: deinde Herculi p liberata Heſione pacta pmia denegarat. ⸿ Nec pars militiæ Telamon: Telamõ Aeaci filius ex Heſione Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit. Telamon

Fabulæ ſeptimæ libri undecimi argumentum.

ℂ Clar⁹ erat diua: nec aui magis ille ſupbit &c. Proteus cũ Thetidi prædixiſſet: ſi uellet iugalis fieri: quod filiũ parente ſuo fortiorem pcrearet, Iuppiter incenſus ẽ pulchritudine nymphæ: q id ſibi ne incideret, cõcubitum eius refugit: & ſucceſſionem coniugi Peleum nepotem dedit: quẽ illa refugiens modo in uolucrẽ: modo in arborem: interdũ in Tigrim conuerſa concluderet: Peleus Neptunum orauit: ut opem ſibi ferret: qui cum Proteo precca LAct.

eius cōmendaret, ille emergens e mari Peleo mādauit: ut quieſcenti Thetidi meridiano calore inſidiaretur eam/ q uinculis illigatam aggrauaret. Ex quo Achilles Græcorum fortiſſimus natus eſt.

ſolebat. ┌ Aemoniæ: Theſſaliæ. ┌ Falcatus in ſinuſitu Facat⁹ dinem falcis figuratus: eſt autem nomen ſimile participio a falce declinatum. ┌ Brachia procurrunt: promontoria quæ brachia uidentur in mare ptendunt. ┌ Seruet: cuſtodiat. ┌ Remoretur: retardet. ┌ Pendeat: ſuſpenſum ſit.

RAph. Peleus ¶ Nam coniuge Peleus Clarus erat Diua: Peleus Aeaci filius ac Telamonis frater: nepoſq; Iouis ſolus ex hominibus Deam uxorē ducere meruit. Cum. n. Proteus Thetidi prædixiſſet ipſam eſſe paritu ram filium patre maiorē Iuppiter quamuis eius amore captus: illo q̄dem abſtinuit coniugio: nepoti autem Peleo mādauit: ut illam duceret uxorē. Quare Peleus Thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus: nā Dea cum in uolucrem, & arborem conuerſa a Peleo non dimitteretur in Tigride ſe transfigurauit: cuius ſæuitia territus Peleus eam dimiſit. Admonitus autē a Proteo: ut eam dormientem & uinclis ligaret, & q̄uis in mille uarias figuras cōuerteretur: tantiſper detineret donec in priſtinam rediſſet formam: illa tā/dem eſt potitus: ex qua Achillē ſuſcepit. Pulchra autem phantaſia uarias Thetidis transfigurationes poeta deſcribit.
┌ Nec aui: Iouis.

RAph. ¶ Quam ſoceri: Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. ┌ Siquidem Iouis eſſe nepotem: nam multis inquit nepotibus eſſe Iouis contigit. Siquidem

Sigdē uero interdum una eſt dictio: ut hoc loco: interdum duæ. id q̄d facile ex ipſo dignoſcit̄ ſenſu.
┌ Coniunx Dea contigit uni: uxor inq̄t Dea ſoli Peleo obuenit. ┌ Vdæ: humidæ. nympha enim fuit marina. ┌ Quamuis: quāuis Thetidis amore Iuppiter teneret̄. ┌ Haud tepidos ignes: uehementes amores. ┌ Connubia: nuptias. ┌ Aeaciden: Peleum Aeaci filiū Iouis ex Aegina nepotē.
┌ Eſt ſinus Aemoniæ: Topographia ē. Deſcribit enim ſpecum: in quo Thetis feſſa requieſcere

Nomine, q̄ ſoceri. ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni, coniunx Dea contigit uni.
Nam ſenex Thetidi proteus prædixerat udæ.
Concipe, mater eris iuuenis: qui fortibus armis
Acta patris uincet: maiorq; uocabitur illo.
Ergo ne quicq̄ mundus Ioue maius haberet:
Quamuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat ignes
Iuppiter: æquoreæ Thetidis connubia uitat.
Inq; ſua Aeaciden ſuccedere uota nepotem
Iuſſit: & amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus.
Brachia procurreunt. ubi ſi foret altior unda,
Portus erat. ſummis inductū eſt æquor harenis.
Littus habet ſolidum: quod nec ueſtigia ſeruet:
Nec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
Myrtea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita Baccis.
Eſt ſpecus in medio: Natura factus, an arte
Ambiguum. magis arte tamen. quo ſæpe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus: ut ſomno uicta iacebas:
Occupat: & quoniam precibus tētata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis:
Quod niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris
Ad ſolitas artes: auſo foret ille potitus.
Sed modo tu uolucris uolucrē tamē ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras: hærebat ī arbore pele⁹.
Tertia forma fuit maculoſæ Tigridis. illa
Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit.
Iſq; Deos pelagi uino ſuper æquora fuſo:
Et pecoris fibris: & fumo thuris adorat,
Donec Carpathius medio de gurgite Vates
Aeacide dixit. thalamis potiere petitis.
Tu modo: cum gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis, uincloq; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed p̄me quicq̄d erit, dū q fuit ante reformet.
Dixerat hæc Proteus: & condidit æquore uultū:
Admiſitq; ſuos in uerba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan: inclinatoq; tenebat
Heſperium temone fretum: cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu:
Vix bene uirgineos peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit: & in partes diuerſas brachia tendit.
Tunc demū ingemuit. neq; ait ſine numine uicis.
Exhibita eſtq; Thetis. confeſſā āplectitur heros:
Et potitur uotis: ingentiq; implet Achile.

┌ Myrtea ſilua ſubeſt: hoc ē ſilua myrtis cōſita illi adiacet ſinui. Subeſſe autem illā ait: q̄d ex phyſicorum ſententia mare q̄ terra altius eſt.
┌ Obſita: conſita. præpoſitio nanq; pro p̄poſitione poſita e. ┌ Occupat: inuadit. ┌ Ad ſolitas artes: ad conſuetas tranſformationes. ┌ Auſo: re tentata, & concubitu appetito. ┌ Carpathi⁹ uates: Proteus, qui in Carpathio habitat mari: a Carpathio inſula dicto.
┌ Thalamis petitis: nuptiis optatis. ┌ Innecte: connecte, colliga. ┌ Centum mentita figuras: mutata in cētum falſas figuras. Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus. ┌ Sed preme: cōprime, ac retine. ┌ Dū q̄d fuit ante reformet: hoc ē dum in priſtinam redeat formam. ┌ Suos fluctus: marinas undas.
┌ Inclinato temone: inclinato curru. Partem. n. pro toto poſuit. Currus autem Solis cum tendit ad occaſum deſcendere uidetur. ┌ Heſperium fretum: Atlanticum mare: in quod Sol condi uidet. ┌ Conſueta cubicula: ſolitam ſpeluncā. ┌ Relicto fluctu: derelicto mari. ┌ Donec ſua membra teneri Senſit: donec ſe ligatā eſſe animaduertit.
┌ Sine numine: ſine auxilio numinis alicuius & dei. ┌ Exhibita eſt Thetis: ideſt in figurā Thetidis eſt conuerſa. ┌ Ingēti Achille: ſemine ex quo magnus Achilles eſt natus.

Fabulæ

Felix & nato.felix & coniuge peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci:
Omnia contigerant.fraterno ſanguine ſontem:
Expulſumq; domo patria:Trachinia tellus
Accipit:hic regnum ſine ui.ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus: patriumq; nitorrm
Ore ferens Ceyx:illo qui tempore mœſtus:
Diſſimiliſq; ſui,fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtq̄ Aeacides feſſus,curaq;,uiaq;:
Venit:& intrauit paucis comitantibus urbem:
Quoſq; greges pecoꝝ: q; ſecū arméta trahebat:
Haud procul a muris ſub opaca ualle reliquit:
Copia cum facta eſt adeundi tecta tyranni:
Velamenta manu prætendens ſupplice,quis ſit:
Quoq; ſatus memorat.tantū ſua crimina celat:
Mentiturq; fugæ cauſam:petit urbe,uel agro
Se iuuet.hunc contra placido Trachinius ore
Talib⁹ alloquit̄,mediæ quoq; commoda plebi
Noſtra patet Peleu.nec inhoſpita regna tenem⁹.
Adiicis huic animo monimenta potentia:clarū
Nomē,auūq; Iouē,nec tempora perde precando.
Quod petis omne feres:tuaq; hæc ꝑ pte uocato,
Qualiacunq; uides.utinam meliora uideres.
Et flebat.moueat tantos quæ cauſa dolores:
Et Peleus,comiteſq; rogant:quibus ille profat̄.
Forſitan hanc uolucrem:rapto quæ uiuit:& oēs
Terret aues:ſemper pennas habuiſſe putetis.
Vir fuit:& tanta eſt animi conſtantia:quantum
Acer erat:belloq; ferox,ad uimq; paratus
Nomine Dædalion:illo genitore creatus:
Qui uocat Auroram:cæloq; nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt,pacis mihi cura tuendæ,
Coniugiiq; fuit.fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes,regeſq; ſubegit:
Quæ nunc Thiſbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione:quæ dotatiſſima forma
Mille procis placuit,bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus,Maiaq; creatus:
Ille ſuis Delphis. hic uertice Cyllenæo
Videre hanc pariter.pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempore noctis Apollo.
Non fert ille moras:uirgaq; mouente ſoporem

Fabulæ octauæ undecimi libri argumentum.

LAct. ¶ Felix & nato:felix &c.Peleus fratre Phoco interēpto profugus Trachina ad Ceycem Luciferi filium uenit:ſuſceptuſq; ab eo mœrēte cām mœroris ab ipſo audiuit:huic Ceyci nāq; frater erat Dædaliō hñs filiā Chionē ſpecioſiſſimam:quæ cum ab Apolline,& mercurio amaretur: a Mercurio per quietem cōpreſſa eſt.Itē ab Apolline in anum uerſo horū altero Autolycū furaciſſimū: qui ex albis nigras & ex nigris alba fecit ꝑcreatū.Ex Apolline uero Philemona ſtudioſiſſimum citharæ.Hanc etiā gloriam iam quod cū talibus cōcubuiſſet Deis ꝑ Dianę ſe pulchritudini ꝑtuliſſet:itaq; Dea conſeſtim ut debuit procacem eius linguā ſagitta traiecitq; ex eo uulnere eſt ſubito interempta.Qua calamitate Dædalion cū ſe eodem rogo uellet cōſumi:neq; eum proximi paterentur:ut furiis iſtinctus montem Parnaſum petiſſet:& ſe ꝑcipitaſſet: anteq̄ radicem mōtis cōtigeret:ab Apolline in uolucrē accipitrē ē cōuerſus

RAph. phocus. ¶ Iugulati Phoci:Phoc⁹ Aeaci filius ex Pſamathe nympha a Peleo fuit interfectus.Quare Peleus a patre in exilium eiect⁹ ad Ceycem Trachinę regem infelicē Dædalionis fratris caſum lugētem confugit.

Ceyx Dædalion Nā Dædaliō Luciferi fili⁹ Chionē filiā habuit:quę cum iam ex Mercurio Autolycū ex Apolline Philemonē genuiſſ3 Diana ſe formoſiorē eſſe iactauit.Qua re Dea irata ſagittis eam confecit,cui⁹ morte Dædalion tantū concepit dolorem:ut ex parnaſi uertice ſe in mare præcipitauit.Sed Apollo nō imme-

Chiōe mor uoluptatis,quā de illius filia cōceperat,eum in accipitrem antequam in mare caderet,commutauit. ¶ Omnia contigerant:ad felicitatem factē tia intelligam⁹. ¶ Trachi-

trachis nia tellus:Trachin,quæ & Trachis dicitur urbs eſt Theſſaliæ ſub Oeta monte ab Hercule ædificata:ἀπὸ τῆς τραχύτητος:hoc eſt ab aſperitate dicta:unde Trachinius deriuatur. ¶ Lucifero genitore ſatus:Ceyx Phoſphori:hoc eſt Luciferi fuit filius,Halcyoneſque maritus. ¶ Diſſimilis ſui:nam præter quandam hylaritatem antea ferre conſueuerat:quæ tunc in mœſtitiam fuerat conuerſa. ¶ Fratrem ademptum:Dædalionem in accipitrem commutatum. ¶ Velamenta:ramum oliuæ dicit:qui ab externis:qui pacem afferebant geſtabatur. Vnde Virgilius in octauo Aeneidos:Tū pr̄ Aeneas puppi ſic fatur ab alta:Paciferęq; manu ramum prętēdit oliuę. ¶ Sua crimina phoci fratris cædem. ¶ Mentiturq; fugæ cauſam:falſā fugæ cauſā refert. ¶ Mediæ plebi:infimę. ¶ Patent:parata ſunt.Hac autem oratione Ceyx ſe in omnes benigniſſimū eſſe oſtēdit. ¶ Innoſpita:inhoſpitalia. ¶ Huic ani.noſtro animo ꝑ ſe benigno ac liberali. ¶ Omne feres:habebis,accipies. ¶ Meliora:feliciora. ¶ Peleuſq;,comi.q; ro.ſic quidem corrupte legitur:neq; enim ratio carminis patitur,ut q; copula breuis producatur. Quare illa q; eraſa hanc copulam & in uerſus principio putaui reponendā. ¶ Quæ rapto uiuit:rapina.Accipitris autem ē periphraſis. ¶ Qui uocat Auroram:Luciferi periphraſis.Nam Lucifer & primus ſtellarum icipit,& ultim⁹ lucere deſinit. ¶ Tuendæ:cōſeruādę. ¶ Thiſbeas columbas:Thiſbe urbs eſt Bœotię a Thiſbe Aſopi filia cognominata colūbis abundās:unde Thiſbeus dediuatur.Portus autē & nauale Thiſbeorum(ut ait Stephanus ex ſententia Epaphroditi)colūbis plenum erat. ¶ Agitat:uexat,perſequitur.Accipitres nāq; maxime colūbas infeſtāt. ¶ Nata erat huic Chione:ab eximio cādore forſitā ſic fuit appellata. Nam Chione nix interpretatur. ¶ Maiaq; creatus:Mercurius. ¶ Hic uertice Cyllenęo:hic Mercuri⁹ a Cyllene Arcadiæ monte:ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. ¶ Pariter traxere calorem:una ambo cœperunt amare. ¶ Mouente ſoporem:inducente ſomnum.

RAph. ¶ Iacet: in ſomnum reſoluitur. ⸿ Prærepta gaudia: ante a Mercurio rapta. ⸿ Alipedis Dei: Mercurii talaria alata in pedib⁹ geſtantis. Quod idcirco fingit, quia Mercurius uelociſſimus eſt omnium planetarũ. ⸿ Verſuta: aſtuta, callidaq́; nigrũ in cãdida uertere ſciat. ⸿ Cãdida de nigris: hoc de aſtutis, uerſutiſq; dici ſolet. **Autolycus** ⸿ Carmine uo.cãtu ſonoro ac ſuaui. ⸿ Progenitore tonãte: auo Ioue: q Luciferi pater eſt. **Philemon** ⸿ Curuauit cornu: flexit arcũ ex cornu confectũ: eſt enim metonymia. ⸿ Arũdine: ſagitta ex arundine & calamo facta. ⸿ Verba tẽtata: quę Chione emittere conata eſt. ⸿ Sequũtur: linguam ſubaudiamus. ⸿ Quam miſer ego tũc fui ſubaudiat. Cum quadam exclamatione autẽ hæc efferuntur, ac ſi diceret: O quantũ miſer ego tunc fui. ⸿ O pietas: exclamatio affectui ſeruiẽs. **Delamẽtari** ⸿ Delamentatur: ualde lamentatur: ut Deamare ualde amare dicimus. ⸿ Spicula Crabronũ: **Crabro** Crabro uolatile ẽ: ut ueſpa maxime iunẽcos infeſtans. **Dædalion in auem** ⸿ Alaſq; pedes: iã enim in accipitrem uerti cœptus erat. ⸿ Cupidine leti: cupiditate mortis. ⸿ Vertice Parnaſi potit̃: in uerticem: ac ſummitatẽ parnaſi aſcẽdit. ⸿ Ab alto ſaxo: monte. ⸿ Subitis alis: ſubito natis. ⸿ Ora adunca: roſtrũ aducũ. ⸿ Maiores corpore uires: maiores q̃ ut illi tam paruo corpori cõuenſit. ⸿ Nulli ſatis æquus: rapto enim uiuit accipiter. Sexdecim autem accipitrum genera eſſe ſcribit Plinius, quæ ſiquis noſſe cupit: inde petat. Illud ſciendum apud priſcos accipitres manſueſcere non cõſueſſe: id quod facilius **Accipiter** cum ex aliis: quæ de accipitribus ſcribuntur: tum ex his Plinii uerbis colligi poteſt. In Thraciæ parte ſup Amphipolim homines atq; accipitres ſocietate quadam aucu-

Virginis os tangit. tactu iacet illa potenti:
Vimq; Dei patitur. Nox cælum ſparſerat aſtris.
Phœb⁹ anum ſimulat: præreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter:
Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſ⁹ ad omne:
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.
Naſcitur e phœbo (nanq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaq; philemon.
Quid peperiſſe duos: & Diis placuiſſe duobus:
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoq; gloria multis?
Obfuit huic certe: quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit: faciemq; Deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt: factiſq; placebimus inquit.
Nec mora. curuauit cornu: neruoq; ſagittam
Impulit: & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec uox, tentataq; uerba ſequunt̃:
Conantemq; loqui, cum ſanguine uita reliquit.
Quam miſer (O pietas) ego tunc: patrioq; dolorẽ
Corde tuli. fratriq; pio ſolatia dixi.
Quæ pater haud aliter q̃ cautes. murmura ponti
Accipit; & natam delamentatur ademptam.
Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſos
Concita membra fugæ mandat: ſimiliſq; iunẽcõ
Spicula Crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua uia nulla ruit. iam tum mihi currere uiſus
Plus homine eſt: alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes: ueloxq; cupidine leti
Vertice parnaſi potitur, miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto:
Fecit auem: & ſubitis pendentem ſuſtulit alis.
Oraq; adũca dedit: curuos dedit ũguib⁹ hamos
Virtutem antiquam. maiores corpore uires.
Et nunc Accipiter nulli ſatis æquus in omnes
Sæuit aues: aliiſq; dolens fit cauſa dolendi.
Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo: curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos phocæus Anetor,
Et peleu, peleu, magnæ tibi nuncius adſum
Cladis ait: quodcunq; ferat. iubet edere peleus.
Pendet & ipſe metu trepidi Thrachinius oris,
Ille refert, feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret: quantum ſupereſſe uideret
Parſq; boum fuluis genua inclinarat harenis
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum.

pantur. Hi ex ſiluis & arundinetis excitant aues, illi ſuperuolantes deprimunt: rurſus captas aucupes diuidunt cũ his. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: & cum tempus ſit capturæ clangore ac uolat⁹ genere inuitare ad occaſionem. Deniq; Plinius de manſuetis accipitrib⁹ ne unum qdem uerbum facit, nequaq̃ taciturus ſi tẽpore ſuo in uſu fuiſſent. Fabulę nonæ libri undecimi argumentũ.

LAct. ¶ Quę dũ Lucifero &c. Anetor paſtor armentorumq; quę peleus ad Ceyca perduxerat, indicat a lupo, cui obſiſti nequiret, cuſtodes interimi: qui ut intellexit Samates Nereidis id ſibi accidere: q̃d phocus ea ætate Aeaco genitus a ſe interiiſſet: & id precibus q̃ ultione eſſet ſedãdũ: ſuppliciter ab ea petiit ne ultra pſequeretur admiſſum, quæ aliquando Thetis ſororis motæ precibus ne amplius fera armẽta petẽs ſçuiret: ſaxi eã figurã uertit.

RAph. ¶ De cõſorte ſuo: fratre ſuo Dædaliõe. Lupi aũt qui pelei armenta lacerat: Metamorphoſin i ſaxum ſubtexit poeta. ⸿ Curſu feſtin⁹ anhelo: hypallage eſt. Feſtino ſiquidem curſu illum anhelantem ueniſſe itelligimus. ⸿ Phoceus Ane. a Phocide regiõe phocæ⁹ Phocaicuſq; declinatur. ⸿ Et Peleu, Peleu: cõduplicatio ſubitum malum nũciãti maxime conueniens. ⸿ Trepidi oris: trepide nunciantis. ⸿ Pendet: ſollicitus eſt. ⸿ Tantum reſpiceret: periphraſis meridiei. ⸿ Campos latarũ aquarũ: æquor.

¶ Gradibus

pars gradibus tardis illuc errabat,& illuc.
Namq; alii:celſoq; extant ſuper æquora collo.
Tēpla mari ſubſūt:nec marmore clara.nec auro:
Sed trabibus denſis,lucoq; umbroſa uetuſto.
Nereides,Nereuſq; tenent.hos nauita ponti
Edidit eſſe Deos:dum retia littore ſiccat.
Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa Salictis:
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem.
Inde fragore graui ſtrepitus,loca proxima terret
Bellua uaſta Lupus:ſiluiſq; paluſtribus exit,
Oblitus & ſpumis,& craſſo ſanguine rictus
Fulmineus:rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui q̃q̃ ſæuit pariter rabieq;,fameq;,
Acrior eſt rabie.neq; enim ieiunia curat
Cæde boum,diramq; famem finire,ſed omne
Vlnerat armentum:ſterniq; hoſtiliter omnes.
Pars quoq; de nobis funeſto ſaucia morſu:
Dum defenſamus:leto eſt data.ſanguine littus,
Vndaq; prima rubet:demugitæq; paludes.
Sed mora damnoſa eſt:nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliquid:cuncti coeamus ad arma:
Arma capeſſamus:coniunctaq; tela feramus.
Dixerat agreſtis.nec Pelea damna mouebant.
Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam,
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma uiros:uiolentaq; ſumere tela
Rex iubet Oetæus:cum quis ſimul ipſe parabat
Ire.ſed Halcyone coniunx excita tumultu
Proſilit:& nondum totos ornata capillos:
Diſiicit hos ipſos:colloq; infuſa mariti:
Mittat ut auxilium ſine ſe,uerbiſq; precatur,
Et lachrymis,animaſq; duas,ut ſeruet in una.
Aeacides illi.pulchros regina,pioſq;
Pone metus.plena eſt promiſſi gratia ueſtri.
Nō placet arma mihi cōtra noua mōſtra mouere
Numen adorandum pelagi eſt.erat ardua turris
Arce locus ſumma:feſſis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc:ſtratoſq; in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt:uaſtatoremq; cruento
Ore ferum,longos infectum ſanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti:
Cæruleam Peleus Pſamathen:ut finiat iram
Orat:opemq; ferat.nec uocibus illa rogantis
Flectit Aeacidæ. Thetis hāc p̄ coniuge ſupplex
Accepit ueniam:ſed enim irreuocatus,ab acri
Cæde Lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit.corpus,pariterq; colorem,
Omnia ſeruauit.lapidis color indicat illum
Iam non eſſe Lupum:iam non debere timeri.

RAph. ¶ Gradibus: paſſibus. ¶ Tēpla mari ſubſūt: ad ſunt, iuxta mare ſunt. ¶ Edidit: dixit ¶ Huic: luco ſubintelligat. ¶ Reſtagnantis: æſtuātis. Eleganter autem deſcribit locum luporum latebris accommodatū. ¶ Inde: ex ea palude. ¶ Oblit⁹: infectus. Eſt autē ſynecdoche. Rictus enim oblitos & infectos habēs intelligitur. ¶ Fulmineus: inſtar fulminis omnia proſternens. ¶ Funeſto morſu: mortali. ¶ Saucia: uulnerata. ¶ Leto data: interfecta. ¶ Defenſam⁹: defendere conamus. ¶ Demugitæq; paludes: mugitu boū repletæ: eſt aūt participium cōtra grāmatices rationem formatū. (Demugitus) ¶ Remittit: permittit. ¶ Arma capeſſam⁹: iuna diploſis pulchra exhortatiōi accōmodata. ¶ Agreſtis: paſtor. ¶ Admiſſi: cōmiſſi, & fraternæ cædis. ¶ Nereida colligit orbam: hoc eſt ratiocinat Pſamathen nymphā phoci matrem filio inferias mittere. ¶ Rex Oetæ⁹: Ceyx rex Trachinæ q̄ contermina eſt Oetæ mōti. A quibuſdā tamen ætherius legit: hoc eſt ſydereus & ſplendidus. ¶ Excita: reuocata ex intima ſedium parte ac Gynæceo. Significat autē Halcyonē de uiri ſalute quē uehementiſſime amabat maxime ſollicitā eſſe. ¶ In unam: Halcyōes uitā a Ceycis uita pependiſſe exitus fecit manifeſtum. Eo nāq; in mari ſubmerſo ipſa quoq; uitā dolore finiuit. ¶ Aeacides illi: loquitur uerbū, quod facile ſubaudiri, fuit prætermiſſum. ¶ Plena eſt: perfecta atq; cumulata. ¶ Numē pelagi: pſamathe nympha marina. ¶ Ardua turris: alta. Turris autē a terrendis hoſtib⁹ dicta uidet. (Turris) ¶ Feſſis loca grata carinis: illā nāq; nautæ aſpicientes i portū naues dirigebāt: ſeq; terræ propinquos eē cognoſcebāt. ¶ Inde: ab illa turri. ¶ In littora: uerſus littora. ¶ Aperti pōti: maris late patentis. ¶ Pſamathen: pſamathe nympha fuit Nerei filia & phoci mater. (pſamathe) ¶ Aeacidæ rogantis: pelei precantis: illi nanq; fuerat irata, eoq; precib⁹ illius nihil mouebatur. ¶ Sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat: ſed enim lupus ferox inquit imperterritus perſtat in acri cæde dulcedine ſanguinis allectus. ¶ Marmore mutauit: in marmor, Thetis autem ſubaudiatur. Loc⁹ uero ipſe quo lupus in ſaxum fuit tranſmutatus Lydō fuit appellatus: ἀπὸ τοῦ λύκου id eſt a lupo. (Lydon)

RAph. ¶ Agiturque in tædia uitæ: quia illum uiuere tędet. ¶ Occidet hic igitur: nunc Atalanta colligit Hippomenem indignum eſſe qui pereat. ¶ Non erit inuidiæ: hoc eſt inuidia uictoriam noſtrã perferre non poterit. ¶ Ah q̃ uirgineus: uirgini conueniens. Miſeretur autem Hippomenis Atalanta & ætate & pulchritudine illius mota. ¶ Fata importuna: difficilia: quæ exorari non poſſunt. ¶ Cum quo ſociare cubilia uellem: cui nubere uellem. Illi nanq; ſociare cubilia dicuntur: qui una dormiunt. ¶ Rudis: imperita amoris. ¶ Primo Cupidine: Amor. ¶ Tacta: pcuſſa. ¶ Proles Neptunia: pronepos. ¶ Quos dedit: quos mihi iniecit. ¶ Ignes: amores. ¶ Aura nõ inuida: uent⁹ benignus & Hippomeni fauens. ¶ Nec opis mora longa dabatur: nec longa auxilii mora mihi concedebatur: cum ipſum ſtatim oporteret inire curſum. ¶ Eſt ager: topographia: hoc eſt loci deſcriptio. Deſcribit enim agrum nomine Damaſcenum, unde Venus tria aurea poma quæ hyppomeni tradidit ſe ſumpſiſſe ait. ¶ Indigenæ: inde geniti homines. ¶ Damaſenum nomine dicũt: quem ſub audiamus: ut intelligamus: quem proprio nomine Damaſenum uocant: nam eſt etiam ager Damaſcenus a Damaſco urbe Syriæ declinatus. (Ager Damaſcenus) ¶ Accedere: addiſſi. ¶ Iuſſere: uoluere: decreuere. ¶ Nitet: ſplendet. ¶ Fulua comas: fuluas & aureas frondes habens. Aurea nãque mala ferebat. ¶ Hinc: illinc ex agro Damaſeno. ¶ Decerpta: accepta. Proprie autem decerpi & poma & frondes & roſæ dicuntur. (decerpi) ¶ Quis uſus: quæ utilitas. ¶ Dederant: fecerãt. ¶ Carcere: abuſiue pro carceribus. Carcer nanq; eſt locus ubi ſeruantur noxii a coercendo dictus. (Carcer) Carceres autem ſunt funes illi qui prætenduntur equis curſuris, ut una omnes emittantur. (Carceres) ¶ Pronus uterque. Emicat: exilit. Habitum autem exprimit poeta uelociter currentium. ¶ Libat: leuiter tangit. ¶ Poſſe putes illos: hiperbole poetica: qua ſũma Hippomenis: Atalãtęq; uelocitas declaratur. Sic Virgili⁹ de Camilla: Illa uel intactæ ſegetis p ſumma uolaret Gramina: nec teneras curſu læſiſſet ariſtas. Vel mare p mediũ fluctu ſuſpenſa tumenti Ferret iter celeres: nec tingeret ęquore plantas. ¶ Stãtes ariſtas: erectas. Ariſtæ aũt ab arẽdo ſunt dictæ: q᷑ primæ in ſpica areſcãt. (Ariſtæ) ¶ Incumbere tempus: incumbendi. Eſt enim græca figura. ¶ Machareius heros: Hippomenes Macharei fili⁹. ¶ O quoties: hinc quoq; colligit Venus Atalantã Hippomenis amore fuiſſe captã. ¶ Arid⁹ anhelitus: ſiccus ac difficilis. id q᷑ ſignificat hippomenẽ laſſum fuiſſe. ¶ Metaq; erat lõge: ad quã currẽtes peruenire debebãt. ¶ Fœtibus arboreis: periphraſis eſt pomorũ. ¶ Aurumq;: aureum pomum. ¶ Plauſu eorum qui Hippomeni fauebãt. ¶ Ceſſata tẽpora: quibus ipſa a curſu inſtituto ceſſauerat. Eſt autem participium contra grammatices rationem audacter a poeta declinatum. (Ceſſat) ¶ Corrigit: reſarcit: reparat. ¶ Curſu: uelocitate curſus. ¶ Remorata: retenta: tardata. ¶ Ades: auxilio ſis. ¶ Dea muneris auctor: Venus: quæ mihi hoc dediſti munus.

Admonitus non eſt: agiturq; in tædia uitæ.
Occidet hic igitur, uoluit quia uiuere mecum?
Indignamq; necem pretium patietur amoris?
Non erit inuidiæ uictoria noſtra ferenda.
Sed non culpa mea eſt. utinam deſiſtere uelles.
At quoniam es demens: utinam uelocior eſſes.
Ah q̃ uirgineus puerili uultus in ore eſt.
Ah miſer Hippomene. nollem tibi uiſa fuiſſem.
Viuere dignus eras. q̃ ſi felicior eſſem:
Nec mihi coniugium fata importuna negarent:
Vnus eras, cum quo ſociare cubilia uellem.
Dixerat: utq; rudis, primoq; Cupidine tacta
Quod facit ignorans, amat, & nõ ſentit amorem.
Iam ſolitos poſcunt curſus, populuſq;, paterq;,
Cum me ſollicita proles Neptunia uoce
Inuocat Hippomenes. Cythéream cõprecor, auſiſ
Adſit ait noſtris, & quos dedit adiuuet igens.
Detulit aura preces ad me non inuida blandas:
Motaq; ſum (fateor) nec opis mora lõga dabatur.
Eſt ager: indigenæ Damaſenum nomine dicunt,
Telluris Cypriæ pars optima: quam mihi priſci
Sacrauere ſenes: templiſq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis: medio nitet arbor in aruo
Fulua comas. fuluo ramis crepitantibus auro.
Hinc tria forte, mea ueniens, decerpta ferebam
Aurea poma, manu, nulliq; uidenda niſi ipſi:
Hippomenen adii. docuiq; quis uſus in illis.
Signa tubæ dederant: cum carcere pronus uterq;
Emicat: & ſummam celeri pede libat harenam.
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu:
Et ſegetis canæ ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni, clamorq;, fauorq;,
Verbaq; dicentum. nunc, nunc incumbere tẽpus.
Hippomene propera, nunc uiribus utere totis.
Pelle moram. uinces. dubium Machareius heros
Gaudeat, an uirgo magis his Schœneia dictis.
O quoties cum iam poſſet tranſire: morata eſt.
Spectatoſq; diu uultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo ueniebat anhelitus ore:
Metaq; erat longe. tum deniq; de tribus unum
Fœtibus arboreis proles Neptunia miſit.
Obſtupuit uirgo: nitidiq; cupidine pomi
Declinat curſus: aurumq; uolubile tollit.
Præterit Hippomenes. reſonãt ſpectacula plauſu.
Illa moram celeri, ceſſataq; tempora curſu
Corrigit: atq; iterum iuuenem poſt terga reliqt.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequit: tranſitq; uirum. pars ultima curſus
Reſtabat. nunc inquit ades Dea muneris auctor:
Inq; latus campi; quo tardius illa rediret:

Iecit

RAph. ¶ Iecit iuueniliter: forti ter ut iuuenem decebat: per quod innuit eum longe pomū iecisse. ⸿ Impediitq;: cursum subaudiamus. ⸿ Duxit sua pmia uictor: Hippomenes inquit uictor duxit Atalantam uxorem. ⸿ Cui thuris honorem Ferret? cui sacrificaret thure. ⸿ Immemor: ingratus. ⸿ Contemptuq; dolens: me eē contemptam ægre ferēs. ⸿ Spernenda: contemnenda. ⸿ In ambos: contra ambos: Hippomenē & Atalantam. ⸿ Clarus
Echion Echion: un⁹ fuit ex Cadmi sociis Echion. ⸿ Concita: commota: stimulata. ⸿ A numie nostro: a nr̃a potentia. ⸿ Recessus: locus secessui aptus. ⸿ Natiuo: naturali. ⸿ Hūc init: ingreditur: intrat. ⸿ Temerat: uiolat. ⸿ Probro: scelere, flagitio. ⸿ Sacra: simulachra Deoꝝ. ⸿ Retorserunt oculos: auerterunt oculos ne tantum scelus uiderent. ⸿ Tur-
Turrit⁹ rita mater: turribus or-
Atalāta nata: nam Cybele eadē
ī leænā cum tellure putatur esse.
Hippo ⸿ Sontes: nocentes: Hip-
menes pomenem atque Atalan-
ī leonē tam. ⸿ Mergeret stygia unda: hoc est ad inferos demitteret. ⸿ Modo leuias: paulo ante mollia ac sine ullis pilis. ⸿ Fuluæ iubæ: hinc leonum præcipua colligitur generositas ut Plinius ait. Si colla harmosq; uestiāt iubæ. ⸿ In pectora totum Pondus abit: leones enim pectus reliquo corpore crassius habent. ⸿ Cauda: cauda; leonum animi eē indicem: ut aures equorum Plinius scribit. Nam immota placidum: mota iratum significat. ⸿ Verruntur: trahuntur. ⸿ Irā uultus habet: facies leonū præ se fert iram. Trucem nanq; habent aspectū. ⸿ Cybeleia frena: nam matris Deum currum a leonibus trahi fin-
Cybele gunt poetæ. Cybele autem dicta est a Cybelo

Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum:
An peteret uirgo uisa est dubitare: coegi
Tollere: & adieci sublato pondera malo.
Impediiq; oneris pariter grauitate, moraq;.
Ne ue meus sermo cursu sit tardior ipso:
Prætерita est uirgo. duxit sua præmia uictor,
Digna ne cui grates ageret? cui thuris honorem
Ferret Adoni fui? nec grates immemor egit,
Nec mihi thura dedit. subitam cōuertor in iram:
Contemptuq; dolens: ne sim spernenda futuris:
Exemplo caueo: meq; ipsam exhortor in ambos.
Templa Deum matri: quæ quōdā clarus Echion
Fecerat ex uoto: nemorosis abdita siluis
Transibant: & iter longum requiescere suasit.
Illic concubitus intempestiua cupido
Occupat Hippomenē, & a numine cōcita nostro.
Luminis exigui fuerat prope templa recessus
Speluncæ similis, natiuo pumice tectus.
Relligione sacer prisca: quo multa sacerdos
Lignea cōtulerat ueterum simulachra Deorum.
Hunc init: & uetito temerat sacraria probro:
Sacraq; retorserunt oculos: turritaq; Mater
An Stygia sontes dubitauit, mergeret unda.
Pœna leuis uisa est. ergo modo leuia, fuluæ
Colla, iubæ uelant. digiti curuantur in ungues.
Ex humeris, armi fiunt in pectora totum
pondus abit. summæ cauda uerruntur harenæ.
Iram uultus habet pro uerbis murmura reddūt.
Pro thalamis, celebrant siluas. aliisq; timendi
Dente premunt domito Cybeleia frena Leones.
Hos tu chare mihi, cūq; his genus omne ferarū:
Quod non terga, fugæ: sed pugnæ pectora pbet,
Effuge. ne uirtus tua sit damnosa duobus.
Illa quidem monuit, iunctisq; per aera Cygnis
Carpit iter. sed stat monitis contraria uirtus:
Forte Suem latebris uestigia certa secuti
Excivere canes: siluisq; exire parantem
Fixerat obliquo iuuenis Cinyreius ictu.
Protinus excussit pando uenabula rostro
Sanguine tincta suo: trepidumq;, & tuta petētem
Trux Aper insequitur: totosq; sub inguine dētes
Abdidit: & fulua moribundum strauit harena.
Vecta leui curru, medias Cytherea per auras
Cypron Olorinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum morientis: & albas
Flexit aues illuc, utq; æthere uidit ab alto:
Exanimem, inq; suo iactantem sanguine corpus:
Desiluit: pariterq; sinum, pariterq; capillos
Rupit: & indignis percussit pectora palmis.
Questaq; cum fatis: & non tamen omnia uestri

monte Phrygiæ ipsi Deū mam sacro.

Fabulæ duodecimę libri decimi argumentum.

¶ Hos tu chare mihi &c. Adonis supradictus monitus a Venere quā uim feræ haberent. Igitur is in uenatione ab Apro interimitur: cuius cruor eiusdem Deæ numine in florem purpurei coloris conuersus est. LActā.

RAph. ¶ Quod nō terga fugæ: quod non fugit. ⸿ Sed pugnæ pectora præbet: sed repugnat ac resistit. ⸿ Damnosa duobus: & mihi & tibi. ⸿ Iunctis cygnis: currus nanque Veneris ab oloribus trahi fingitur. ⸿ Sed stat monitis contraria uirtus: sed fortitudo inquit Adonidis Veneris admonitionib⁹ est aduersa. ⸿ Suem: aprum: Sues autem & apri Veneri sunt inuisi propter Adonidis cædē. Vnde prouerbium apud græcos in eos: qui rem ingratā alicui faciūt: αφροδίτῃ ὗν ἔθυκεν: hoc est Veneri Suem sacrificauit. Prouerbium
⸿ Excivere: excitarunt. ⸿ Iuuēis Cinyrei⁹: Adonis Cinyræ filius. ⸿ Pando rostro: recuruo. ⸿ Et tuta petentem: loca subintelligamus. ⸿ Trux aper: terribilis. ⸿ Abdidit: abscondidit. ⸿ Moribundum: morientem. ⸿ Rupit: dilaniauit: lacerauit. ⸿ Et indignis percussit: indigne. Nomen nanque pro aduerbio positum ē. ⸿ Et non tamen: ordo ē & tamen omnia non erūt uestri iuris. Illa autem & copula affectui seruit.

RAph. ℂLuctus monumenta:ſigna,memoria.Eſt autem apoſtrophe ad Adoni. ⸿Annua ſimulamina:ſimulachra. Nam ſingulis quibuſq; annis Adonia:ideſt ſacra i adonis honorem celebrabantur,in quibus Adonis plangebatur,ac luctus Veneris referebatur. Adonia

ex aqua naſci ſolet,ſtatimq; euaneſcere.Bulla autem ſpiritu & aqua excitaſ rotunda figura,quæ quoniam cito diſſoluitur:uetiſſimum illud ſumptum ē prouerbium, quo humanæ uitæ breuitas,fragilitaſq; deſignatur.Homo bulla.Inde fit bullare:quod eſt bullas facere.Vnde Plinius bullantem urinam uocat bullas emittentē. Bulla etiam eſt ornamētum pectoris ingenuoꝝ quidem aureum, Libertinorum uero Scorteū, ut copioſe Macrobius ſcribit. Prouerbium

Fabulæ.xiii.libri decimi argumentum.

LAct. ℂAt cruor &c. Minthe nympha in herbā mutata menthā odio Proſerpinæ Cereris filiæ, ꝙ cum Dictæo patre cōiuge ſuo concubuiſſet.

RAph. ℂAn tibi quodā: Mynthe nympha fuit, quam Plutonis pellicem fabulę tradūt extitiſſe.Eam cū Proſerpina dolo circūuenisset,in hortenſem menthem fuiſſe trāſfiguratā, quam plerīq; hedyoſmō uocant.Eſt & mons prope Pylū cognomie Mynthes iuxta quē Plutonis quoq; eſt templū.⸿Nobis erit inuidiæ:in nos inuidiā cōcitabit.⸿Perlucida bulla:tranſlucida,quę Adōis i florem mynthe Bulla

Iuris erunt:dixit.luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei.repetitaq; mortis imago
Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri.
At cruor i florem mutabitur.an tibi quondam
Fœmineos artus inolentes uertere menthas
Perſephone licuit:ſnobis Cinyreius heros
Inuidiæ mutatus erit:ſic fata cruorem
Nectare odorato ſparſit:qui tactus ab illo
Intumuit:ſic ut fuluo perlucida cælo
Surgere bulla ſolet.nec plena longior hora
Facta mora ē:cū flos de ſanguine cōcolor ortus,
Qualem,quæ lento cælant ſub cortice granum
Punica ferre ſolent. breuis eſt tamen uſus in illo.
Namq; male hærentem,& nimia leuitate caducū
Excutiunt iidem:qui præſtant omnia,uenti.

⸿Plena hora:perfecta. ⸿Cōcolor:eiuſdē cū ſanguine coloris. Eſt.n. purpureus. In Anemonē aūt Adonim fuiſſe cōuerſum innuere uī,cuius flos, ut inqt Pli.nūq̄ ſe aperit niſi uēto ſpirante:unde & nomen accepit:ἄνεμος.n. uentus dī.⸿Punica:quę & mala granata dicitur. ⸿Qui præſtāt oia uēti: ſecundū phyſicā rationē; hoc dictum eſt.Nā uenti reꝝ omniū generationis cauſa eſſe perhibentur. mynthe i herbā Mala Punica

ℂRAPHAELIS Regii in undecimum Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



Fabulæ primę undecimi libri argumentum.

LAct. ℂCarmine dū tali &c. Orphe⁹ Oeagri fluminis & Calliopes muſæ fili⁹, cum habuiſſet coniugem noie Eurydicen:& eam amiſiſſet:& cū ſine ea ab inferis reduxiſſet,lege accepta a Plutone ad ſuperos ne talem dolorem in altera experiretur: puerilem amorem primus iſtituit. Quā ob cauſam Threiciæ mulieres inſtinctæ in abditis locis ſolitudinem agentē; propter deſyderium coniugis interfecerunt: ſeparatumq; caput eius a reliquo corpore cū lyra in amnem Hebrum præcipitauerunt:per quē in mare delatū: & hic in inſulam Leſbum cum hic hæſiſſet i littore:ſerpēſq; morſu ſanguinem lamberat:priuſq̄ uultū eius appeteret:ab Apolline Iouis & Latonæ filio duratus in lapidem eſt.

RAph. Impet⁹ baccharum in Orpheum

CArmine dū tali. Orpheus thracias mulieres aſpernatus (ut diximus) in ſe earum odium traxit. Quare,cum Bacchi ſacra celebrarent, ipſum in ferarum coetu canentem aſpexerunt:ac īpetu facto dilacerarunt: caputq; ac lyrā in Hebrū fluuium coniecerunt:quę ad inſulam Leſbon uſq; delata cū eſſent: ſerpens Orphei caput dilaniaturus ab Apolline in ſaxū fuit cōuerſus.Primū itaq; Orphei cædem poeta deſcribit:deinde ſerpētis in ſaxum trāſmutationem. ⸿Threici⁹ uates:Orpheus Thracius.⸿Ducit:delectat.Ducere nanque interdum ſignificat delectare:ut Nonius ſcribit.Cicero de finibus bonoꝝ & malorum:Fabellarumq; auditione ducūt.⸿Animoſq; ferarū:ſēſus.Neq; enim feræ animos habere dicuntur:niſi poeta ad ueritatē; potius alludat: ut intelligamus ferorum hominū animos ab Orpheo fuiſſe excultos: id qđ Horatius aperte his uerſibus ſcribit. Siluestres homines ſacer:interpreſq; Deorum Cædib⁹ & uictu fœdo deterruit orpheus: Dictus ob hoc lenire tigres:rabidoſque leones. ⸿Ecce nurus Ciconum:ſpētimus baccharum Ducere Ecce

ℂPu.Ouidii Naſonis Meta.Liber undecimus.

CArmine dū tali ſiluas,
animoſq; ferarum
Threicius Vates:& ſaxa ſequentia ducit.
Ecce nurus Ciconū tectæ,lymphata ferinis
Pectora uelleribus,tumuli de uertice,cernūt
Orphea percuſſis ſociātem carmina neruis,
E quibus una,leues iactato crine per auras,

En ait en hic eſt noſtri contemptor,& haſtam
Vatis Apollinei,uocalia miſit in ora,
Quæ foliis præſuta,notam ſine uulnere fecit,
Alterius telum lapis eſt:qui miſſus in ipſo
Aere,concentu uictus,uociſq;,lyræq; eſt,
Ac ueluti ſupplex pro tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit.ſed enim temeraria creſcunt
Bella:moduſq; abiit,inſanaq; regnat Erinnys,
Cunctaq; tela forent cantu mollita.ſed ingens
Clamor:& inflato Berecynthia tibia cornu:
Tympanaq;,& plauſus,& Bacchei ululatus
Obſtrepuere ſono citharæ,tum deniq; ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine Vatis.
Ac primum attonitas etiam nunc uoce canentis
Innumeras uolucres,angueſq;,agmenq; ferarũ,
Mænades Orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis uertuntur in Orphea dextris:
Et coeuntur aues.ſi quando luce uagantem
Noctis auem,cernunt.ſtructoq; utrinq; theatro
Vt matutina Ceruus periturus harena
Prædaq; canũ eſt:Vatẽq; petũt:& fronde uirẽtes
Coniiciunt Thyrſos,non hæc in munera factos,
Hæ glebas:illæ direptos arbore ramos:
Pars torquent ſilices.neu deſint tela furori:
Forte Boues preſſo ſubigebant uomere terram:
Nec procul hinc multo fructum ſudore parãtes,
Dura lacertoſi fodiebant arua Coloni:
Agmine qui uiſo fugiunt:operiſq; relinquunt
Arma ſui.uacuoſq; iacent diſperſa per agros:
Sarculaq;,Raſtriq; graues,longiq; Ligones:
Quæ poſtquam rapuere feræ:cornuq; minaces
Diuulſere boues:ad Vatis fata recurrunt:
Tendentemq; manus:atq; illo tempore primum
Irrita dicentem:nec quicquam uoce mouentem
Sacrilegæ perimũt:perq; os(proh Iuppiter)illud
Auditum ſaxis:intellectumq; ferarum
Senſibus,in uentos anima exhalata receſſit,
Te mœſtæ uolucres Orpheu.te turba ferarum:
Te rigidi Silices,tua carmina ſæpe ſecutæ
Fleuerunt ſiluæ.poſitis te frondibus arbos
Tõſa comas,luxit.lachrymis quoq; flumia dicũt
Increuiſſe ſuis:obſcuraq; carbaſa pullo
Naiades,& Dryades:paſſoſq; habuere capillos.
Membra iacent diuerſa locis.caput Hebre,lyrãq;
Excipis:& (mirum) medio dum labitur amne,
Flebile neſcio quid queritur lyra.flebile lingua
Murmurat exanimis reſpondent flebile ripæ,
Iamq; mare inuectæ flumen populare relinquũt,
Et Methymnææ potiuntur littore Leſbi.
Hic ferus expoſito peregrinis anguis harenis

Cicõꝰ rum impetus illa particula ecce ſignificatur.Cicones autem populi ſunt Thraciæ ad Hebrum habitãtes. Tumuli de uertice:de mõtis ſũmitate. Lymphata pectora furentia. Ferinis uelleribus: ferarum pellibus.

RAph. En ait,en hic eſt:cõduplicatio indignationi conueniens:tametſi hoc aduerbium en ſere indignatiõi ſeruiat. Apollinei uatis: Orphei Apollinis filii. Vocalia ora:optimã uocem emittentia. Præſuta i.pfixa,tecta. Nã haſtæ Baccharũ quæ thyrſi dicunt:pãpinis:hederaq; cooperiebantur. Notam:ſignum. Ac ueluti ſupplex:tanq̃ ueniam petiturus. Ante pedes:Orphei. Cõcẽtu:harmonia. Eſt autem pulchra poetæ phãtaſia: qua ſignificatur: quantus ſit muſicæ cãtꝰ. Bella:Bacchaꝝ furorem bella uocat poeta. Inſana Erinnys: ab effectu quia furia homines inſanos furioſoſq; reddit. Mollita: mitigata ſic: ut Orpheo nunq̃ nocere potuiſſent. Berecynthia tibia:qua in ſacris Cybeles q̃ Berecynthia dicit primum uſi fuere. Berecynthus autem Phrygiæ mõs eſt & ciuitas matri Deum dicata. Obſtrupuere ſono ci.cõtra citharæ ſonum ſtrepuerunt. Attonitas:ſtupefactas ſuauitate cantus Orphei. Menades: Bacchæ ἀπὸ τοῦ μαίνεσθαι:hoc ẽ a furendo dictæ. Titulum:gloriã. Orphei theatri:ſpectaculi ab Orpheo congregati. Eſt aũt adiectiuũ Orphei.Alii triumphi leg.̃ intelligũtq; agmen illud ferarum a bacchis raptũ in titulũ & gloriam triũphi de Orpheo actũ. Et coeunt:congregant,conueniunt. Noctis auẽ:noctuã. Structo utrinq; theatro i.ſpectaculo. Eſt autẽ amphitheatri piphraſis. Matutina harena:hoc eſt matutino tempore in hare

Vna autem oẽs bacchas in Orpheũ impetum feciſſe his ſimilitudinibus oſtendit poeta. Petunt:aggrediuntur,inuadunt. Hæc in munera:ad hos uſus. Torquẽt.iaciũt. Subigebant.arabant. Lacertoſi:magna & ualida brachia habentes. Fructum:frumentum. Agmine:baccharum furentium. Arma:inſtrumẽta. Diuulſere:dilacerauere. Feræ:crudeles, Ad uatis fata:ad Orphei mortẽ. Irrita:uana uerba,quæ bacchas nihil cõmouebant. Proh Iuppiter:exclamatio poetæ doloris ac commiſerationis plena. Exhalata: emiſſa. In uentos:eorum ſequit opinionem q animam uentum eſſe putant. Te mœſtæ:apoſtrophe ad Orpheũ quæ rimoniæ.ac cõmiſerationis plena. Obſcura carbaſa:pullas ac nigras ueſtes. Flumẽ populares fluuium patriũ. Hebrus enim Thraciæ fluuiꝰ eſt. Methymnææ Leſbi. Methymna urbs eſt Leſbi optimo uino inſignis: dicta a Methymne Macaris filia ac Lepydni uxore:unde Methymnæus deriuatur. Leſbos autem inſula eſt clariſſima, quam nunc Metylenen a nomine urbis uocant. Ferus anguis: crudelis,qui illius uatis caput uiolare ſuſtineret, cuius cantu ſerpẽtes quoq; ſæpius delectati eſſent. Methymna Leſbos

Q

Cui,meta.

R Aph. ¶ Inhiat diuellere:appetit ore apto dilacerat. ¶ Hymniferos uultus:qui hymnos in Deorū fere ſingulos compoſuerant. ¶ Vmbra ſub.ter.umbra Orphei inferos petit. Eorū autem opinionē ſecutus uidet poetaq; qui hominem ex tribus cōſtare aiunt:corpore:anima:& umbra: quorū corpus terræ:anima cælo:umbra inferis reddit. ¶ Hic:illic apud inferos. ¶ Spatiantur:deambulāt.

Fabulæ ſecundę.xi.libri argumentum.

LAct. Anguis in ſaxū ¶ Nō impune &c. Thracię matronæ quę cædi interfuerāt Orpheita Libero ulciſcēte æmulum ſcientię ſuæ in ſpecies uarias abierunt.

R Aph. ¶ Nō impune tn̄: Thracię mulieres quę Orphei cædi interfuerūt omnes a baccho cædem Orphei ægre ferente in uarias arbores ſuet ūuerſę. ¶ Vate ſuorū ſacrorū:nam Orpheus in Bacchum pulcherrimos ſcripſerat hymnos. Alludere autē ad id poeta uidetur,quod ſcribit Diodorus. Cerimonias a Dionyſio repertas cum ad Orgia q̄dam Orpheus addidiſſet, orphea a poſteris fuiſſe appellata. ¶ Matres Aedoni. mulieres thracias. Aedones nanque populi ſunt Thraciæ. ¶ Plangit:percutitur a ſeipſa. ¶ Ac trepidans:quanto nāq; magis trepidant:tāto magis uinculo aſtringunt aues. ¶ Externata: conſternata, perterrefacta. ¶ Lenta:flexibilis. ¶ Coercet: continet. ¶ Exultantē: exultare uolētem. ¶ Dūq; ubi ſunt digiti:ordo eſt:Dū q̄rit,ubi ſunt digiti. ¶ Succedere:ſuccreſcē. ¶ Mœrēti dextra:hypallage ē: ipſa nāq; mœrens intelligit. ¶ Et non fallere putando:nō decipere ſi putes. Re.n.uera rami erāt.

Thrades mulieres in arbores

Aedones

Fabulæ tertiæ.xi. libri argumentum.

LAct. ¶ Nec ſatis &c. Liber pater Thracia digreſſus cū Tmolū montem Ciliciæ comitatus Bacchis peteret:Silen⁹ ei aufugit:quē Phryges captū ad Midā regem adduxerunt:a quo tus ab eo exceptus eſt,& Libero aduenienti reddidit:& pb beneficium optandi Deus ueniam ei dedit ſi quid uellet a ſe peteret,Ille ut quęcunq; contigiſſet,aurum fieret.quod ei inutile fuit. Cui Deus petēti ut reſtitueret,ſibi fecit:iuſſit.n.ut ad flumē Pactolum perueniret:ibiq; ſe ſupponeret:& ſic rediret in priſtinum ſtatum. Vnde aqua aurei coloris eſſet.

R Aph. Midas ¶ Nec ſatis hoc baccho eſt:Midas rex Phrygiæ cū Silenum a ruſticis captū,ſibiq; traditū bacchō reddidiſſet: iuſſus eſt a Deo:ut quicquid uellet peteret. Ille petiit ut q̄cquid corpore ſuo tangeret,aurū fieret. Id illi conceſſit Bacchus: quamuis inutile ipſi futurū uidebat. Cū uero panis quoq; ac cibus in aurum uerterentur:fameq; perire cœpiſſet:tandē cognouit ſtolidus ſe rē dānoſam petiiſſe:Bacchum itaq; rogauit, ut peccato ueniā daret:& mun⁹ datum irritum faceret,bacchus igitur illi mandauit ut ad fontem Pactoli pergeret,ſeq; totum in eo lauaret:quod cū feciſſet, uis illa aurū efficiēdi quicquid tangeret,in fluuiū tranſiuit:unde etiā harenas aureas efficere memoratur. ¶ Ipſos agros: Thraciæ. ¶ Cūq; choro me.q̄ fuerāt Thracię illę mulieres,quæ orpheum trucidarūt. ¶ Sui Tymoli:a ſe amati. Eſt.n. Tymolus:q & Tmolus dicitur,mons Lydiæ optimi uini fertilis:ut in ſuperioribus quoq; dixim⁹. Neq; eſt ſpōdaicus uerſus, cū Tymolus ēt triſſyllabum ſit nomen:non ſolum biſſyllabū. ¶ Pactolōq;:Pactolus fluuius ē Lydię aureis harenis notiſſimus. ¶ Charis harenis:pretioſis. ¶ Frequentant:celebrāt. ¶ Titubātem:uacillantem. ¶ Vinctum:ligatum. ¶ Ad regem Midā:Midas Gordia Bubulci filius Phrygiæ rex fuit ditiſſim⁹:eoq; fictus eſt omnia quæcunq; tangeret in aurum tranſmutare:de quo Herodotus in primo multa ſcribit. ¶ Orgia:bacchi ſacrificia. ¶ Cū Cecropio Eumolpo:Eumolpus uates fuit Athenienſis bacchi ſacerdos. ¶ Genialiter:uoluptuoſe ac læte.

Cur aurea Pactoli harenæ

Tymolus

Pactol⁹

Midas

Eumolpus

Obſtitit:& ſparſos ſtillanti rore capillos
Lambit:& hymniferos inhiat diuellere uultus.
Tandem Phœbus adeſt:morſuſq; inferre paratē
Arcet:& in lapidem rictus ſerpentis apertos
Congelat:& patulos(ut erant)indurat hiatus.
Vmbra ſubit terras:& quæ loca uiderat ante:
Cuncta recognoſcit:quærenſq; per arua piorū
Inuenit Eurydicen:cupidiſq; amplectitur ulnis.
Hic modo coniunctis ſpaciantur paſſibus ambo.
Nunc præcedentem ſequitur,nūc præuius āteit:
Euridicenq; ſuam iam tuto reſpicit Orpheus.
Non impune tamen ſcelus hoc ſinit eſſe Lyæus:
Amiſſoq; dolens ſacrorum Vate ſuorum,
Protinus in ſiluis matres Aedonidas omnes,
Quæ uidere nefas:torta radice ligauit.
Quippe pedum digitos ī quātū eſt quæq; ſecuta:
Traxit:& in ſolidam detruſit acumine terram.
Vtq; ſuum laqueis:quos callidus abdidit auceps:
Crus ubi commiſit uolucris:ſenſitq; teneri:
Plangitur:ac trepidans aſtringit uincula motu:
Sic quæcunq; ſolo defixa cohæſerat harum
Externata,fugam fruſtra tentabat.at illam
Lenta tenet radix:exultantemq; coercet.
Dūq; ubi ſint digiti,dū pes ubi quærit,& ūgues,
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata,femur mœrenti plangere dextra:
Robora percuſſit.pectus quoq; robora ſiunt.
Robora ſunt humeri.lōgos quoq;,brachia uera
Eſſe putes ramos:& non fallere putando.
Nec ſatis hoc Baccho eſt:ipſos quoq; deſerit agros
Cumq; choro meliore,ſui uinera Tymoli:
Pactoloq; petit.quamuis non aureus illo
Tempore:nec charis erat inuidioſus harenis.
Hunc aſſueta cohors Satyri,Bacchæq; frequētāt,
At Silenus abeſt.titubantem,annisq;,meroq;,
Ruricolæ cœpere Phryges:uinctumq; coronis
Ad regem duxere Midam,cui Thracius Orphe⁹
Orgia tradiderat cum Cecropio Eumolpo.
Qui ſimul agnouit ſocium,comitemq; ſacrorū:
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinq; dies:& iunctas ordine noctes.
Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer undecimus:Lydos cum lætus in agros

Lucifer ¶ Lucifer undecimus: Lucifer ſtella eſt:quæ adueniente die ultima deſinit lucere:eoq; a poetis alias ſtellas cogere

cogere:congregare:congregareq; dicitur. Coegerat: congregauerat. Significat autem undecimũ diem aduenisse. Sub auaritiam illud a Baccho petierat. Lenææ pater: Bacche. Specioſo damno: quod pulchrum & bonum uideatur,

lime agmen ſtellarũ ſublimium & altarum ſtellarum multitudinem, eſt enim hypallage. Lydos in agros: in Lydiã. Secũdum grammatices autem rationem deriuatiuum nomen pauciores q̃ primitiuum ſyllabas habet.

Tacta a Mida in aurũ

RAph.

Iuueni alumno: Baccho. Altore: Sileno nutritore. Male uſurus: in ſuum malum & pernitiem. paulum enim abfuit quin fame periret Midas. Annuit: annuit: conſenſit. Soluit: perſoluit praeſtitit. Berecynthius heros: Midas Phrygius, a Berecyntho Phrygiae oppido. Pollicitã fidẽ: promiſſi ueritatẽ. Tẽtat: experitũ. Non altas ſed humili. Illud enim aduerbium Non hoc loco ad uerbum detraxit referri non põt: ſed uirgã ex non alta fronde decerptã fuiſſe oſtẽdit. Cereris: frumẽti per metonymiam. Heſperidas donaſſe putes: ſcite. nam Heſperides hortos habuiſſe dicunt aurea poma ferentes. Radiare: fulgere. Danaen eludere poſſit: elegãter. Iuppiter enim in guttas cõuerſus aureas in ſinum Danaes deſcendit: ſicq; illa eſt potitus. Vix ſpes ipſe ſuas animo capit: nã maxima quæq; ſibi pollicebat Mydas. Poſuere: appoſuere. Toſtæ fru. periphraſis ẽ panis. Cerealia dona: panes. Rigebãt: duri fiebãt. Quippe qui in aurum conuertebant. Cõuellere: mãdare. Premebat: tãgebat. Auctorẽ muneris: Bacchum p metonymiã pro uino. Fuſile: liquidum, ac fuſum, & liquefactum. Diuerſaq;: qa auro abundabat. Miſerq;: qa auro frui nõ poterat. Modo uouerat: uoto paulo ãte cõcupiuerat. Torquet: cruciat. Meritus: quia propter

Rigere

Rex uenit: & iuueni Silenum reddit alumno.
Huic Deus optandi gratum: ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Ille male uſurus donis, ait: effice quicquid
Corpore contigero fuluum uertatur in aurum.
Annuit optatis: nocituraq; munera ſoluit
Liber: & indoluit quod non meliora petiſſet.
Lætus abit: gauderq; malo Berecynthius heros.
Pollicitã tentat fidem tangendo ſingula tentat.
Vixq; ſibi credens nõ alta fronde uirentem
Ilice detraxit uirgam: uirga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxum: ſaxum quoq; palluit auro.
Contigit & glebam: contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes Cereris decerpſit ariſtas.
Aurea meſſis erat. demptum tenet arbore pomũ.
Heſperidas donaſſe putes, ſi poſtibus altis
Admouit digitos: poſtes radiare uidentur.
Ille etiam liquidis palmas ubi lauerat undis:
Vnda fluens palmis, Danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit, aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus: nec toſtæ frugis egentes.
Tum uero, ſiue ille ſua Cerealia dextra
Munera contigerat: Cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua, dapes, admoto dente premebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris undis:
Fuſile per rictus aurum fluitare uideres.
Attonitus nouitate mali, diueſq;, miſerq;,
Effugere optat opes: & quæ modo uouerat, odit.
Copia nulla famem releuat, ſitis arida guttur
Vrit: & inuiſo meritus torquetur ab auro.
Ad cælumq; manus, & ſplendida brachia tollens
Da ueniam Lenææ pater. peccauimus inquit.
Sed miſerere precor: ſpecioſoq; eripe damno.
Mite Deum numen Bacchus peccaſſe fatentem
Reſtituit: factiq; fide, data munera ſoluit.
Ne ue male optato maneat circumlitus auro:
Vade ait, ad magnis uicinum Sardibus amnem:
Perq; iugum ripæ labentibus obuius undis
Carpe uiam: donec uenias ad fluminis ortus.
Spumigeroq; tuum fonti: qua plurimus exit:
Subde caput: corpuſq; ſimul, ſimul elue crimen.
Rex iuſſæ ſuccedit aquæ. uis aurea tinxit
Flumen: & humano de corpore ceſſit in amnem.
Nunc quoq; iam ueteris percepto ſemine uenæ
Arua rigent, auro madidis pallentia glebis.
Ille peroſus opes ſiluaſq;, & rura colebat,
Panaq;, montanis habitantem ſemper in antris.

Cui.meta.

cum alioquin dãnum ſit & malũ. Mite Deum numen: Dii ſunt mites & facile placãtur. Reſtituit: in priſtinum ſtatum reduxit. Facti fide: ob fidẽ: quã præ ſe tulerat Silenũ reſtituendo. Data munera ſoluit: reſoluit, & irrita fecit. Circumlitus: infectus. Male optato: ſtulte ac pernitioſe petito. Magnis Sardibus: Sardeis urbs eſt Lydiæ Crœſi regia. Ceſſit: tranſiuit.

Sardeſ

Fabulæ quartæ. xi. libri argumentum.

LAct.

Ille peroſus &c. Pan cũ Tmolũ montem Lydiæ frequentãs fiſtula ſe oblectaret: elatus gloria agreſtium nympharum Apollinem in certamen deuocauit: & iudice ergo Tmolo cuius mõs erat, cum Apollini uictoria eſſet adiudicata: Midæ regi ſupradicto aſſidenti ſoli diſplicuit: quam ob cauſam Apollo ob eandem ſtultitiam: quam & ſupra geſſerat in Liberi patris uolũtate: Deus iratus aures eius Aſininæ ut eſſent ſempiterno eſſe cruciatus iudicio nulli rei facerent: qui tamẽ fertur Midas eẽ matris magnæ filius. ſic enim cũ Heliodo conſentit Ouidius.

RAph.

Ille peroſus opes: Midas facultate auri efficiũdi quicquid tãgeret liberatus: opeſq; peroſus in ſiluis habitabat, Panaq; paſtorũ Deum colebat: q cũ fiſtula inuẽta ſibi multum nymphis placere uideretur, auſus eſt Apollinem in certamen prouocare, Tmolo mõtis Deo iudice conſtituto. Cũ uero ſententia p Apolline lata omnibus placeret, ſolus Midas naturali ſtultitia duct⁹ eam ut iniuſtã iprobauit. Quare Apollo indignatus aures illi⁹ in aſininas conuertit: quibus ipſi⁹ ſtoliditas iudicaretur. Longiores nãq; aures ex phyſicorum ſen

Pingue ſed ingenium manſit:nocituraq; ut ante
Rurſus erant domino ſtultæ præcordia mentis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu:cliuoq; extenſus utroq;
Sardibus hinc.illinc paruis finitur Hypæpis.
Pan ibi dũ teneris iactat ſua carmina nymphis:
Et leue cærata modulatur arundine carmen:
Auſus Apollineos præ ſe contemnere cantus:
Iudice ſub Tmolo certamen uenit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit:& aures
Liberat arboribus.Quercu coma cærula tantũ
Cingitur:& pẽdẽt circum caua tempora Glandes.
Iſq; Deum pecoris ſpectans:in iudice dixit
Nulla mora eſt.calamis agreſtibus inſonat ille.
Barbaricoq; Midan(aderat nam forte canenti)
Carmine deliniit.poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os Phœbi.uultũ ſua ſilua ſecuta eſt.
Ille caput flauum lauro Parnaſide uinctus:
Verrit humum,Tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctamq; lyram gemmis,& dentibus Indis
Suſtinet a læua.tenuit manus altera plectrum.
Artificis ſtatus ipſe fuit.tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat.quorum dulcedine captus
Pana iubet Tmolus citharæ ſummittere cannas.
Iudicium,ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus.arguitur tamen,atq; iniuſta uocatur
Vnius ſermone Midæ.nec Delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuram,
Sed trahit in ſpatium:uilliſq; albentibus implet.
Inſtabileſq; illas facit:& dat poſſe moueri.
Cætera ſunt hominis.partem damnatur in unã.
Induiturq; aures lene gradientis Aſelli.



Ille quidem cælare cupit:turpiq; pudore,
Tempora purpureis tentat uelare Tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulus:qui nec,cum prodere uiſũ
Dedecus auderet,cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere tamen:ſecedit,humumq;

tentia uecordiam præ ſe ferunt.Cæterum Midas aures aſininas uaris purpureis occultauit, tõſoriq; mandauit,ne uerbum cuiquam de illis faceret. Tonſor uero cum tetice re nõ poſſet,in locum deſertum ſeceſſit, ibiq; foueæ factæ immurmurauit:Midã aures Aſininas habere.Deinde ſoueam terra repleuit. Arũdines autem eo in loco natæ: uentoq; agitatæ eadem uerba:hoc eſt Midas rex aſininas aures habet, referebãt.⸿ Peroſus opes: odio habens:qbus pene fame fuerat confectus.
RAph. ¶Pingue:tardus.⸿ Vt ante:quando optauit:ut quicquid contingeret,aurum fieret.⸿ Nam freta proſpiciẽs:Tmoli mõtis deſcriptio ⸿ Paruis Hy-
Hypæpa pæpis:Hypæpa,urbs eſt Lydiæ ut diximꝰ.⸿ Cærata:cæra iuncta.⸿ Iudi-
Tmolꝰ ce ſub Tmolo: Tmolus & mons & Deus mõtis ipſius dicitur.Nam montes ut flumina deos ſuos habere dicũtur.⸿ Et au-
Midæ aures in aſininas res Liberat arboribꝰ:ab auribꝰ arbores remouet. ⸿ Deliniit:blanditus eſt. ⸿ Sacer: Apollo. ⸿ Reſoluit ora:aperuit ora, & canere cœpit.⸿ Tmolꝰ ad os Phœbi:ſe cõuertit ſubaudiendu3.⸿ Ille caput flauum uinctꝰ:flauũ caput habens coronatũ. ⸿ Parnaſide:Parnaſia:q̃ Parnaſus abundat. Forma n. q; patronymica p poſſeſſiua ẽ uſus poeta. Apollinis autẽ Citharœdi habitũ deſcribit.⸿ Saturata:iſecta,bis tincta. ⸿ Tyrio murice:Tyria
Palla purpura.Palla autem ueſtis ẽ muliebris ſyrma habens,qua & Citharœdi utebantur.⸿ Verrit humum:innuit pallã Apollinis ſyrma habuiſſe, qđ per terrã trahebatur.Sic Horatius de tibicine loquẽs:Traxitq; uagus p pulpita ueſte3. ⸿ Diſtinctamq;:ornatam. ⸿ Dẽtibꝰ Indis:ebore. ⸿ Stamina:chordas. ⸿ Solid-

tactangit,percutit.⸿ Cãnas:tibiam ex cannis confectam.⸿ Arguitur:reprehenditur.⸿ Nec Delius: Apollo.⸿ Aures ſtolid. oĩ carẽtes iudicio.⸿ Sed trahit in ſpacium:protrahit,producit ac longas efficit.⸿ Inſtabiles: mobiles,quales ſunt aſininæ. ⸿ Et dat poſſe moueri: concedit facultatẽ ſeipſas mouendi. ⸿ Lente gradientis:tarde euntis.

Fabulæ quintæ.xi.libri argumentum.

¶Ille qdem &c.Refert quoq; deformitatẽ illius cum ueſte cælaret: ut famulus uidit:neq; eloqui poſſet eiuſdem Dei mentem in aures haberet: q rurſus obruta harena arũdines enatæ:agitatæq; uento deformitatem Midæ indicarent. LAdi.
¶Purpureis Tiaris:Tiara,quĩ & Tyaras dicit tegmen eſt capitis regum Oriẽtis.⸿ Velare:occlare occultare. ⸿ Efferre ſub auras: uulgare. ⸿ Seceditin locũ ſecretũ uadit. RAph. Tiara

¶Voce

RAph. ¶ Voce parua murmurante. ⸿ Hauſtæ: effoſſæ. ⸿ Rege ſtatre iecta. ⸿ Scrobibus opertis: repleta fouea. ⸿ Prodidit agr. indicauit eā q illā effoderat terrā. ⸿ Obruta uerba: q talia fuerūt. Midas rex Aſini aures habet. ⸿ Dominiq; coarguit aures: hoc eſt Midæ regis aures conbin cit eſſe aſininas. & Nepheles filia fuit, ac ſoror Phrixi: a q̄ i mari ſubmerſa Helleſpontus fuit cognominatus. ⸿ Latoius: Apollo Latonæ fili⁹. ⸿ Dextera Sigei. Rhœtei: Sigeū & Rhœteum ꝓmontoria ſunt Troiæ notiſſima. ⸿ Ara Panomphæo Tonanti: ſic quidem in exemplaribus legit: ſed

Fabulæ ſextæ. xi. libri argumentum.

LAcā. ¶ Vitus abit Tmoloq; Cantoc nocales — liquidumq; p aera uect⁹ &c. Inter Sygeū: Rhœteūq; ꝓmōtoria: quo loco ara Iouis Panophæi Phrygibus eſt cōſecrata: Laomedon Capis filius cū Iliū poneret: Apollo & Neptun⁹ in hōies uerſi operas ſuas æſtimati ad extruēdū murū addixerūt.

Apollo & Neptun⁹ in hōies Laomedōtis pfidia. Ita tamē ut Neptunus pfidia regis offēſus i agros eius mare mitteret, oēſq; fructus obrueret: ſupra quā pœnā coegit eū Heſionem filiam marinæ pſtituere belluæ. Qua liberata ab Hercule rurſus i fraude cognitus: equos enim quos ob ſalutē uirginis pactus erat ei abnegauit. Ideoq; ille expugnato Ilio Heſionem abreptam Telamoni: qui ſocius militiæ fuerat, copulauit.

RAph. ¶ Vitus abit Tmolo: Apollo atq; Neptun⁹ cū Laomedontem mœnia Troiæ ædificantē uidiſſent in humanam figurā cōuerſi: pacto auro ſe cito op⁹ illud abſoluturos receperūt. Mœnib⁹ uero perfectus cū promiſſum aurum repoſcerēt, a Laomedonte illo fraudati: q iureiurando ſe nihil promiſiſſe affirmauit: tātam perfidiam inultā eſſe nō permiſerunt. Neptunus enim & diluuium immiſit: quo totus ager Troian⁹ eſt deuaſtatus: & Heſionem filiam monſtro marino exponere Laomedōtē coegit. Quam q̄ſē cū Hercules illæ cum Argonautis trāſiens liberaſſet: ac pmiſſis eqs a pfido rege fraudaret: & Troiā expugnauit: & Heſionē captā Telamōi ſocio donauit. ⸿ Nepheleidos: Helles Nephelès filiæ.

Helles. Helle nāq; Athamātis:

Effodit: & domini quales aſpexerit aures,
Voce refert parua: terræq; imurmurat hauſtæ:
Indiciumq; ſuæ uocis, tellure regeſta
Obruit: & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arundinibus tremulis ibi ſurgere lucus
Cœpit: & ut primum pleno maturuit anno
Prodidit. Agricolam. leni nam motus ab Auſtro
Obruta uerba refert: dominiq; coarguit aures.
Vitus abit Tmolo. liquidumq; per aera uectus
Anguſtum citra pontum Nepheleidos Helles
Laomedonteis Latoius aſtitit aruis.
Dextera Sigei. Rhœtei læua profundi
Ara Panomphæo uetus eſt ſacrata Tonanti.
Inde nouæ primum moliri mœnia Troiæ
Laomedonta uidet: ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili: nec opes expoſcere paruas.
Cumq; Tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formā, Phrygiæq; Tyranno
Aedificant muros, pacto pro mœnibus auro.
Stabat opus: pretium rex inficiatur: & addit
Perfidiæ cumulum, falſis periuria uerbis.
Non impune feres rector maris inquit: & omnes
Inclinauit aquas ad auaræ littora Troiæ:
Inq; freti formam, terras conuertit: opeſq;
Abſtulit agricolis: & fluctibus obruit agros.
Pœna neq; hæc ſatis eſt: regis quoq; filia mōſtro
Poſcitur æquoreo: quam dura ad ſaxa reuinctā
Vindicat Alcides: promiſſaq; munera dictos
Poſcit equos: tantiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperatæ mœnia Troiæ.
Nec pars militiæ Telamon ſine honore receſſit.
Heſioneq; data potitur. nam coniuge Peleus

corrupte legi facile Homeri carmine coarguit: nā i octauo Iliados libro ſic ſcri. de hac eadē Arat⁹ ἔνθα πανομφαίῳ Ζηνὶ ῥέζεσκον Ἀχαιοί: hoc eſt ubi Panomphæo Ioui ſacra faciebāt Achiui. Quare hic quoq; Panomphæo legēdum eſſe: uel refragantibus exemplaribus audacter contenderim. ⸿ Panōphæus autē Iuppiter dictus eſt: ut exponit Euſtachius: uel q omnium uoces audiat, uel q omnium uoce colatur. nam πᾶν omne ὀμφὴ uox dicit. ⸿ Suſcepta magna: incœpta grandia. ⸿ Stabat opus: erectum erat. ⸿ Inficiatur. negat. Naq inficiari: & inficias ire negare eſt. ⸿ Mōſtro æquoreo: ceto. ⸿ Vindicat: liberat. ⸿ Dictos: pactos, ꝓmiſſos: ex Solis equorum ſemine progenitos. ⸿ Bis periura mœnia: nā primū Apollini atq; Neptuno ædificatis muris: deinde Herculi p liberata Heſione pacta ꝓmia denegarat. ⸿ Nec pars militiæ Telamon: Telamō Aeaci filius ex Heſione Laomedontis filia Teucrum ſuſcepit. Telamon

Fabulæ ſeptimæ libri undecimi argumentum.

¶ Clar⁹ erat diua: nec aui magis ille ſupbit &c. LAcā. Proteus cū Thetidi prędixiſſet: ſi uellet iugalis fieri: quod filiū parente ſuo fortiorem procrearet, Iuppiter incenſus ē pulchritudine nymphæ: q id ſibi ne incideret, cōcubitum eius refugit: & ſucceſſionem coniugi Peleum nepotem dedit: quē illa refugiens modo in uolucrē: modo in arborem: interdū in Tigrim conuerſa concluderet: Peleus Neptunum orauit ut opem ſibi ferret: qui cum Proteo preca



Clarus erat Diua. nec aui magis, ille ſuperbit.
Oui. meta.

eius cõmendaret, ille emergens e mari Peleo mãdauit: ut quieſcenti Thetidi meridiano calore inſidiaretur eam/ qꝫ uinculis illigatam aggrauaret. Ex quo Achilles Græcorum fortiſſimus natus eſt.

ſolebat. ⸿ Aemoniæ: Theſſaliæ. ⸿ Falcatus in ſimilitudinem falcis figuratus: eſt autem nomen ſimile participio a falce declinatum. ⸿ Brachia procurrunt: promontoria quæ brachia uidentur: in mare ptendunt. ⸿ Seruet: cuſtodiat. ⸿ Remoretur: retardet. ⸿ Pendeat: ſuſpenſum ſit. ⸿ Myrtea ſilua ſubeſt: hoc ē ſilua myrtis cõſita illi adiacet ſinui. Subeſſe autem illã ait: q𝔡 ex phyſicorum ſententia mare q̃ terra altius eſt. ⸿ Obſita: conſita, pręppoſito nanqꝫ pro ꝓpoſitione poſita e. ⸿ Occupat: inuadit. ⸿ Ad ſolitas artes: ad conſuetas ſibi trãſformationes. ⸿ Auſo: re tentata, & concubitu appetito. ⸿ Carpathi⁹ uates: Proteus, qui in Carpathio habitat mari: a Carpathio inſula dicto. ⸿ Thalamis petitis: nuptiis optatis. ⸿ Innecte: connecte, colliga. ⸿ Centum mentita figuras: mutata in cẽtum falſas figuras. Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus. ⸿ Sed preme: cõprime, ac retine. ⸿ Dũ q𝔡 fuit ante reformet: hoc ē dum in priſtinam redeat formam. ⸿ Suos fluctus: maiores undas. ⸿ Inclinato temone: inclinato curru. Partem. n. pro toto poſuit. Currus autem Solis cum tendit ad occaſum deſcendere uidetur. ⸿ Heſperium fretum: Atlanticum mare in quod Sol condi uidet. ⸿ Conſueta cubicula: ſolitam ſpeluncã. ⸿ Relicto fluctu: i. derelicto mari. ⸿ Donec ſua membra teneri Senſit: donec ſe ligatã eſſe animaduertit. ⸿ Sine numine: ſine auxilio numinis alicuius & dei. ⸿ Exhibita eſt Thetis: id eſt in figurã Thetidis eſt conuerſa. ⸿ Ingẽti Achille: ſemi eex quo magnus Achilles eſt nat⁹.

RAph. ⸿ Nam coniuge Peleus Clarus erat Diua: Peleus Aeaci fili⁹ ac Telamonis frater: nepoſqꝫ Iouis ſol⁹ ex hominibus Deam uxorẽ ducere meruit. Cum. n. Proteus Thetidi prædixiſſet ipſam eſſe parituram filium patre maiorẽ Iuppiter quamuis eius amore captus: illo q𝔡em abſtinuit coniugio: nepoti autem Peleo mãdauit: ut illam duceret uxorẽ. Quare Peleus Thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus: nã Dea cum in uolucrem, & arborem conuerſa a Peleo non dimitteretur: in Tigridẽ ſe transfigurauit: cuius ſæuitia territus Peleus eam dimiſit. Admonitus autẽ a Proteo: ut eam dormientem & uinclis ligaret, & quis in mille uarias figuras cõuerteret: tantiſper detineret donec in priſtinã rediſſet formam: illa tãdem eſt potitus: ex qua Achillẽ ſuſcepit. Pulchra autem phantaſia uarias Thetidis tranſfigurationes poeta deſcribit. ⸿ Nec aui: Iouis.

RAph. ⸿ Quam soceri: Nerei. Nam Thetis Nerei filia fuit. ⸿ Siquidem Iouis eſſe nepotem: nam multis inquit nepotibus eſſe Iouis contigit. Siquidem

Sigdẽ uero interdum una eſt dictio, ut hoc loco: interdum duæ, id q𝔡 facile ex ipſo dignoſcit ſenſu. ⸿ Coniunx Dea contigit uni: uxor ingt Dea ſoli Peleo obuenit. ⸿ Vdæ: humidæ. nympha enim fuit marina. ⸿ Quãuis: quãuis Thetidis amore Iuppiter teneret. ⸿ Haud tepidos ignes: uehementes amores. ⸿ Connubia: nuptias. ⸿ Aeaciden: Peleum Aeaci filiũ Iouis ex Aegina nepotẽ. ⸿ Eſt ſinus Aemoniæ: Topographia ẽ. Deſcribit enim ſpecum in quo Thetis feſſa requieſcere

Nomine, q̃ ſoceri. ſiquidem Iouis eſſe nepotem
Contigit haud uni, coniunx Dea contigit uni.
Nam ſenex Thetidi proteus prædixerat udæ.
Concipe, mater eris iuuenis: qui fortibus armis
Acta patris uincet: maiorqꝫ uocabitur illo.
Ergo ne quicq̃ mundus Ioue maius haberet:
Quamuis haud tepidos ſub pectore ſẽſerat ignes
Iuppiter: æquoreæ Thetidis connubia uitat.
Inqꝫ ſua Aeaciden ſuccedere uota nepotem
Iuſſit: & amplexus in uirginis ire marinæ.
Eſt ſinus Aemoniæ, curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrunt. ubi ſi foret altior unda,
Portus erat. ſummis inductũ eſt æquor harenis.
Littus habet ſolidum: quod nec ueſtigia ſeruet:
Nec remoretur iter: nec opertum pendeat alga.
Myrtea ſilua ſubeſt bicoloribus obſita Baccis.
Eſt ſpecus in medio: Natura factus, an arte
Ambiguum. magis arte tamen. quo ſæpe uenire
Frenato delphine ſedens Theti nuda ſolebas.
Illic te Peleus: ut ſomno uicta iacebas:
Occupat: & quoniam precibus tẽtata repugnas,
Vim parat, innectens ambobus colla lacertis:
Quod niſi ueniſſes uariatis ſæpe figuris
Ad ſolitas artes: auſo foret ille potitus.
Sed modo tu uolucris uolucrẽ tamẽ ille tenebat.
Nunc grauis arbor eras: hærebat ĩ arbore pele⁹.
Tertia forma fuit maculoſæ Tigridis. illa
Territus Aeacides a corpore brachia ſoluit.
Iſqꝫ Deos pelagi uino ſuper æquora fuſo:
Et pecoris fibris: & fumo thuris adorat,
Donec Carpathius medio de gurgite Vates
Aeacide dixit. thalamis potiere petitis.
Tu modo: cum gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis, uincloqꝫ innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.
Sed ꝑme quicq̃d erit, dũ qꝫ fuit ante reformet.
Dixerat hæc Proteus: & condidit æquore uultũ:
Admiſitqꝫ ſuos in uerba nouiſſima fluctus.
Pronus erat Titan: inclinatoqꝫ tenebat
Heſperium temone fretum: cum pulchra relicto
Nereis ingreditur conſueta cubilia fluctu:
Vix bene uirgineos peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit: & in partes diuerſas brachia tendit.
Tunc demũ ingemuit. neqꝫ ait ſine numine uicis,
Exhibita eſtqꝫ Thetis. confeſſã ãplectitur [illegible]os:
Et potitur uotis: ingentiqꝫ implet Achille.

Fabulæ

Fabulæ octauæ undecimi libri argumentum.

Felix & nato. felix & coniuge peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina Phoci:
Omnia contigerant. fraterno ſanguine ſontem:
Expulſumq; domo patria: Trachinia tellus
Accipit: hic regnum ſine ui. ſine cæde regebat
Lucifero genitore ſatus: patriumq; nitorem
Ore ferens Ceyx: illo qui tempore mœſtus:
Diſſimiliſq; ſui, fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtq; Aeacides feſſus, curaq;, uiaq;:
Venit: & intrauit paucis comitantibus urbem:
Quoſq; greges pecorū: q̄ ſecū armēta trahebat:
Haud procul a muris ſub opaca ualle reliquit:
Copia cum facta eſt adeundi recta tyranni:
Velamenta manu prætendens ſupplice, quis ſit:
Quoq; ſatus memorat. tantū ſua crimina cælat:
Mentiturq; fugæ cauſam: petit urbe, uel agro
Se iuuet. hunc contra placido Trachinius ore
Talib⁹ alloquit̄, mediæ quoq; commoda plebi
Noſtra patet Peleu. nec inhoſpita regna tenem⁹.
Adiicis huic animo mouimenta potentia: clarū
Nomē, auūq; Ioue, nec tempora perde precando.
Quod petis omne feres: tuaq; hæc ꝑ pte uocato,
Qualiacunq; uides. utinam meliora uideres.
Et flebat. moueat tantos quæ cauſa dolores:
Et Peleus, comiteſq; rogant: quibus ille profat̄.
Forſitan hanc uolucrem: rapto quæ uiuit: & oēs
Terret aues: ſemper pennas habuiſſe putetis.
Vir fuit: & tanta eſt animi conſtantia: quantum
Acer erat: belloq; ferox, ad uimq; paratus
Nomine Dædalion: illo genitore creatus:
Qui uocat Auroram: cæloq; nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt, pacis mihi cura tuendæ,
Coniugiiq; fuit. fratri fera bella placebant.
Illius uirtus gentes, regeſq; ſubegit:
Quæ nunc Thiſbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic Chione: quæ dotatiſſima forma
Mille procis placuit, bis ſeptem nubilis annis.
Forte reuertentes Phœbus, Maiaq; creatus:
Ille ſuis Delphis. hic uertice Cyllenæo
Videre hanc pariter. pariter traxere calorem.
Spem Veneris differt in tempore noctis Apollo,
Non fert ille moras: uirgaq; mouente ſoporem

LACTA. ¶ Felix & nato felix &c. Peleus fratre Phoco itereptop fugus Trachina ad Ceycem Luciferi filium uenit: ſuſce peuſq; ab eo mœrēte cām mœroris ab ipſo audiuit: huic Ceyci nāq; frater erat Dędaliō hñs filiā Chionē ſpecio ſiſſimam: quæ cum ab Apolline, & mercurio amaretur: a Mercurio per quietem cōpreſſa eſt. Itē ab Apolline in anum uerſo horū altero Autolycū furaciſ ſimū: qui ex albis nigras & ex nigris alba fecit p̄creatū. Ex Apolline uero Philemona ſtudioſiſſimum citharæ. Hanc etiā gloriam iam quod cū ta libus cōcubuiſſet Deis r Dianę ſe pulchritudini ꝑtuliſſet: itaq; Dea confeſtim ut debuit procacem eius linguā ſagitta traiecit: atq; ex eo uulnere eſt ſubito interempta. Qua calamitate Dędalion cū ſe eodem rogo uellet cōſumi: neq; eum pximi paterentur: ut furiis illinctus montem Parnaſum petiiſſet: & ſe ꝑcipitaſſet: anteq̄ radicem mōtis cōtigeret: ab Apolline i uolucrē accipitrē ē cōuerſus
RAph. phocus. ¶ Iugulati Phoci: phoc⁹ Aeaci filius ex Pſamathe nympha a Peleo fuit interfectus. Quare Peleus a patre in exilium eie ct⁹ ad Ceycem Trachinę regem infelicē Dędalionis fratris caſum lugē tem confugit.
Ceyx Dæda/lon Nā Dædaliō Luciferi fili⁹ Chionē filiā habuit: quę cum iam ex Mercurio Autolycū: ex Apolline Philemonē genuiſſ; Diana ſe formoſiorē eſſe iactauit. Qua re Dea irata ſagittis eam confecit, cui⁹ morte Dædalion tantū concepit dolorem: ut ex parnaſi uertice ſe in mare præcipitarit. Sed Apollo nō immemor uoluptatis, quā de illius filia cōceperat, eū in accipitrem antequam in mare caderet, commutauit.
Chiōe ¶ Omnia contigerant: ad felicitatem facītia itelligam⁹. ¶ Trachinia tellus: Trachin, quæ
trachis & Trachis dicitur urbs eſt Theſſaliæ ſub Oeta monte ab Hercule ædificata: ἀπὸ τῆς τραχύτητος: hoc eſt ab aſperitate dicta: unde Trachinius deriuatur. ¶ Lucifero genitore ſatus: Ceyx Phoſphori: hoc eſt

Luciferi fuit filius, Halcyoneſque maritus. ¶ Diſſimilis ſui: nam præ ſe quandam hylaritatem antea ferre conſueuerat: quæ tunc in mœſtitiam fuerat conuerſa. ¶ Fratrem ademptum: Dædalionem in accipitrem commutatum. ¶ Velamenta: ramum oliuæ dicit: qui ab externis: qui pacem afferebant geſtabatur. Vnde Virgilius i octauo Aeneidos: Tū pr̄ Aeneas puppi ſic fatur ab alta: Paciferęq; manu ramum pręten̄dēs oliuę. ¶ Sua crimia phoci fratris cædem. ¶ Mentiturq; fugæ cauſam: falſā fugæ cauſā refert. ¶ Mediæ plebi: infimę. ¶ Patent: parata ſunt. Hac autem oratione Ceyx ſe i omnes benigniſſimū eſſe oſtēdit. ¶ Innoſpita: ī hoſpitalia. ¶ Huic ani. noſtro animo p ſe benigno ac liberali. ¶ Omne feres: habebis, accipies. ¶ Meliora: feliciora. ¶ Peleuſq;, comi. q; to. ſic quidem corrupte legitur: neq; enim ratio carminis patitur, ut q; copula breuis producatur. Quare illa q; eraſa hanc copulam & in uerſus prīcipio putaui reponendā. ¶ Quæ rapto uiuit: rapina. Accipitris autem ē periphraſis ¶ Qui uocat Auroram: Luciferi periphraſis. Nam Lucifer & primus ſtellarum icipit, & ultim⁹ lucere deſinit. ¶ Tuendæ: cōſeruādę. ¶ Thiſbeas columbas: Thiſbe urbs eſt Bœotię a Thiſbe Aſopi filia cognominata colūbis abundās: ūde Thiſbeus declinatur. Portus autē & nauale Thiſbeorum (ut ait Stephanus ex ſententia Epaphroditi) colūbis plenum erat. ¶ Agitat: uexat, perſequitur. Accipitres nāq; maxime colūbas infeſtāt. ¶ Nata erat huic Chione: ab eximio cādore forſitā ſic fuit appellata. Nam Chione nix interpretatur. ¶ Maiaq; creatus: Mercurius. ¶ Hic uertice Cyllenęo: hic Mercuri⁹ a Cyllene Arcadiæ monte: ubi Mercurius ipſe natus eſſe fingitur. ¶ Pariter traxere calorem: una ambo cœperunt amare. ¶ Mouente ſoporem: inducente ſomnum.

RAph. ¶ Iacet: in ſomnum reſoluitur. ¶ Præcepta gaudia: ante a Mercurio rapta. ¶ Alipedis Dei: Mercurii talaria alata in pedib⁹ geſtantis. Quod idcirco fingit, quia Mercurius uelociſſimus eſt omnium planetarũ. ¶ Verſuta: aſtuta, callida: quæ nigrũ in cãdida uertere ſciat. ¶ Cãdida de nigris: hoc de aſtutis, uerſutiſq; dici ſolet. ¶ Carmine uo. cãtu ſonoro ac ſuaui. ¶ Progenitore tonãte: auo Ioue: q Luciferi pater eſt. ¶ Curuauit cornu: flexit arcũ ex cornu confectũ: eſt enim metonymia. ¶ Arũdine: ſagitta ex arundine & calamo facta. ¶ Verba tẽtata: quæ Chione emittere conata eſt. ¶ Sequũtur: linguam ſubaudiamus. ¶ Quam miſer ego tũc: fui ſubaudiat. Cum quadam exclamatione autẽ hæc efferuntur, ac ſi diceret: O quantũ miſer ego tunc fui. ¶ O pietas: exclamatio affectui ſeruiẽs

Delamẽtari: ¶ Delamentatur: ualde lamentatur: ut Deamare ualde amare dicimus.

Crabro: ¶ Spicula Crabronũ: Crabro uolatile ẽ: ut ueſpa maxime iuuẽcos infeſtans. ¶ Alaſq; pedes: iã

Dædalion in auem: enim in accipitrem uerti cœptus erat. ¶ Cupidine leti: cupiditate mortis. ¶ Vertice Parnaſi potit: in uerticem: ac ſummitatẽ parnaſi aſcẽdit. ¶ Ab alto ſaxo: monte. ¶ Subitis alis: ſubito natis. ¶ Ora adunca: roſtrũ aduncũ. ¶ Maiores corpore uires: maiores q̃ ut illi tam paruo corpori cõuenirẽt. ¶ Nulli ſatis æquus: rapto enim uiuit accipiter. Sexdecim autem accipitrum genera eſſe ſcribit Plinius, quæ ſiquis noſſe cupit: inde petat. Illud ſciendum apud priſcos accipitres manſueſcere non cõſueſſe: id quod faciet cum ex aliis: quæ de accipitribus ſcribuntur: tum ex his Plinii uerbis colligi poteſt. In Thraciæ parte ſup Amphipolim homines: atq; accipitres ſocietate quadam aucu

Virginis os tangit. tactu iacet illa potenti:
Vimq; Dei patitur. Nox cælum ſparſerat aſtris.
Phœb⁹ anum ſimulat: præreptaq; gaudia ſumit.
Vt ſua maturus compleuit tempora uenter:
Alipedis de ſtirpe Dei uerſuta propago
Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſ⁹ ad omne:
Qui facere aſſuerat patriæ non degener artis
Candida de nigris: & de candentibus atra.
Naſcitur e phœbo (namq; eſt enixa gemellos)
Carmine uocali clarus, citharaq; philemon.
Quid peperiſſe duos: & Diis placuiſſe duobus:
Et forti genitore, & progenitore Tonante
Eſſe ſatam prodeſt? an obeſt quoq; gloria multis?
Obfuit huic certe: quæ ſe præferre Dianæ
Suſtinuit: faciemq; Deæ culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt: factiſq; placebimus inquit.
Nec mora. curuauit cornu: neruoq; ſagittam
Impulit: & meritam traiecit arundine linguam.
Lingua iacet: nec uox, tentataq; uerba ſequunt:
Conantemq; loqui, cum ſanguine uita reliquit.
Quam miſer (O pietas) ego tunc: patrioq; dolorẽ
Corde tuli. fratriq; pio ſolatia dixi,
Quæ pater haud aliter q̃ cautes. murmura ponti
Accipit; & natam delamentatur ademptam.
Vt uero ardentem uidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulſos
Concita membra fugæ mandat: ſimiliſq; iuuẽcõ
Spicula Crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua uia nulla ruit. iam tum mihi currere uiſus
Plus homine eſt: alaſq; pedes ſumpſiſſe putares.
Effugit ergo omnes: uelocq; cupidine leti
Vertice parnaſi potitur, miſeratus Apollo,
Cum ſe Dædalion ſaxo miſiſſet ab alto:
Fecit auem: & ſubitis pendentem ſuſtulit alis,
Oraq; adũca dedit: curuos dedit ũguib⁹ hamos
Virtutem antiquam. maiores corpore uires.
Et nunc Accipiter nulli ſatis æquus in omnes
Sæuit aues: aliiſq; dolens fit cauſa dolendi.
Quæ dum Lucifero genitus miracula narrat:
De conſorte ſuo: curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos phocæus Anetor,
Et peleu, peleu, magnæ tibi nuncius adſum
Cladis ait: quodcunq; ferat. iubet edere peleus.
Pendet & ipſe metu trepidi Thrachinius oris,
Ille refert, feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum Sol altiſſimus orbe
Tantum reſpiceret: quantum ſupereſſe uideret:
Parſq; boum fuluis genua inclinarat harenis
Latarumq; iacens campos ſpectabat aquarum.

pantur. Hi ex ſiluis & arundinetis excitant aues, illi ſupuolantes deprimunt: rurſus captas aucupes diuidunt cũ his. Traditum eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: & cum tempus ſit capturæ clangore ac uolat⁹ genere inuitare ad occaſionem: Deniq; Plinius de manſuetis accipitrib⁹ ne unum quidem uerbum facit, nequaq̃ taciturus ſi tẽpore ſuo i uſu fuiſſent. Fabulæ nonæ libri undecimi argumentũ.

L Act. ¶ Quæ dũ Lucifero &c. Anetor paſtor armentorumque peleus ad Ceyca perduxerat, indicat a lupo, cui obſiſti nequiret, cuſtodes interimi: qui ut intellexit Samates Nereidis id ſibi accidere: quõ phocus ea ætate Aeaco genitus a ſe interfectus & id precibus q̃ ultione eſſet ſedãdũ: ſupplicit ab ea petiuit ne ultra pſequeretur admiſſum, quæ aliquando Thetis ſororis mota precibus ne amplius fera armẽta petẽs ſçu retti ſaxi eã figurã uertit.

R Aph. ¶ De cõſorte ſuo: fratre ſuo Dædaliõe. Lupi aũt qui pelei armenta lacerarat: Metamorphoſin i ſaxum ſubtexit poeta. ¶ Curſu feſtin⁹ anhelo: hypallage eſt. Feſtino ſiquidem curſu illum anhelantem ueniſſe itelligimus. ¶ Phoceus Ane. a Phocide regiõe phocæ⁹ Phocaicuſq; declinatur. ¶ Et Peleu, Peleu: cõduplicatio ſubitum malum nũciãti maxime conueniens. ¶ Trepidi oris: trepide nunciantis. ¶ Pendet: ſollicitus eſt. ¶ Tantum reſpiceret: periphraſis meridiei. ¶ Campos latarũ aquarũ: æquor.

¶ Gradibus:

pars gradibus tardis illuc errabat,& illuc.
Namq alii:celſoq extant ſuper æquora collo.
Tẽpla mari ſubſũt:nec marmore clara.nec auro:
Sed trabibus denſis,lucoq umbroſa uetuſto.
Nereides,Nereuſq tenent.hos nauita ponti
Edidit eſſe Deos:dum retia littore ſiccat.
Iũcta palus huic eſt denſis obſeſſa Salictis:
Quam reſtagnantis fecit maris unda paludem.
Inde fragore graui ſtrepitus,loca proxima terret
Bellua uaſta Lupus:ſiluiſq paluſtribus exit,
Oblitus & ſpumis,& craſſo ſanguine rictus
Fulmineus:rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui q̃q̃ ſæuit pariter rabieq,fameq,
Acrior eſt rabie.neq enim ieiunia curat
Cæde boum,diramq famem finire,ſed omne
Vulnerat armentum:ſterniq hoſtiliter omnes.
Pars quoq de nobis funeſto ſaucia morſu:
Dum defenſamus:leto eſt data.ſanguine littus,
Vndaq prima rubet:demugitæq paludes.
Sed mora damnoſa eſt:nec res dubitare remittit.
Dum ſupereſt aliquid:cuncti coeamus ad arma:
Arma capeſſamus:coniunctaq tela feramus.
Dixerat agreſtis.nec Pelea damna mouebant.
Sed memor admiſſi Nereida colligit orbam,
Damna ſuo inferias extincto mittere Phoco.
Induere arma uiros:uiolentaq ſumere tela
Rex iubet Oetæus:cum quis ſimul ipſe parabat
Ire.ſed Halcyone coniunx excita tumultu
Proſilit:& nondum totos ornata capillos:
Diſicit hos ipſos:colloq infuſa mariti:
Mittat ut auxilium ſine ſe,uerbiſq precatur,
Et lachrymis,animaſq duas,ut ſeruet in una.
Aeacides illi,pulchros regina,pioſq
Pone metus.plena eſt promiſſi gratia ueſtri.
Nõ placet arma mihi cõtra noua mõſtra mouere
Numen adorandum pelagi eſt.erat ardua turris
Arce locus ſumma:feſſis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc:ſtratoſq in littore tauros
Cum gemitu aſpiciunt:uaſtatoremq cruento
Ore ferum,longos infectum ſanguine uillos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti:
Cæruleam Peleus Pſamathen:ut finiat iram
Orat:opemq ferat.nec uocibus illa rogantis
Flectit Aeacidæ. Thetis hãc p coniuge ſupplex
Accepit ueniam:ſed enim irreuocatus,ab acri
Cæde Lupus perſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inhærentem laceræ ceruice iuuencæ
Marmore mutauit.corpus,paritérq colorem,
Omnia ſeruauit.lapidis color indicat illum
Iam non eſſe Lupum:iam non debere timeri.

RAph. ℭ Gradibus:paſſibus. ¶ Tẽpla mari ſubſũt:ad ſunt,iuxta mare ſunt. ¶ Edidit:dixit ¶ Huic:luco ſubintelligat. ¶ Reſtagnantis:æſtuãtis. Eleganter autem deſcribit locum luporũ latebris accommodatũ. ¶ Inde:ex ea palude. ¶ Oblitꝰ:infectus. Eſt autẽ ſynegdoche. Rictus enim oblitos & infectos habẽs intelligitur. ¶ Fulmineus:inſtar fulminis omnia proſternens. ¶ Funeſto morſu:mortali. ¶ Saucia:uulnerata. ¶ Leto data:interfecta. ¶ Defenſamꝰ:defendere conamur. ¶ Demugitæq paludes:mugitu boũ repletæ:eſt aũt
Demugitus
participium cõtra grãmatices rationem formatũ. ¶ Remittit:permittit. ¶ Arma capeſſamꝰ:anadiploſis pulchra exhortatiõi accõmodata. ¶ Agreſtis:paſtor. ¶ Admiſſi:cõmiſſi,& fraternæ cædis. ¶ Nereida colligit orbã:hoc eſt ratiocinat Pſamathen nymphã phoci matrem filio inferias mittere. ¶ Rex Oetæꝰ:Ceyx rex Trachinæ:q̃ cõterminã eſt Oetæ mõti. A quibuſdã tamen ætherius legitur hoc eſt ſydereus & ſplendidus. ¶ Excita:reuocata ex intima ædium pte ac Gynæceo. Significat autẽ Halcyonẽ de uiri ſalute quẽ uehementiſſime amabat maxime ſollicitã eſſe. ¶ In una:unã Halcyões uitã a Ceycis uita pependiſſe exitus fecit manifeſtum. Eo nãq in mari ſubmerſo ipſa quoq uitã dolore finiuit. ¶ Eacides illi:inquit uerbum,quod facile ſubaudiri,fuit prætermiſſum. ¶ Plena eſt:pfecta atq cumulata. ¶ Numẽ pelagi:pſamathe nympha marina. ¶ Ardua turris:alta. Turris autẽ a terrendis hoſtibꝰ dicta uidet. ¶ Feſſis loca grata carinis:illã nãq nautæ aſpicientes i portũ naues dirigebãt:ſeq terræ propinquos eẽ cognoſcebãt. ¶ Inde:ab illa turri. ¶ In littora:uerſus littora.
Turris
¶ Apti põti:maris late patentis. ¶ Pſamathen:pſamathe nympha fuit Nerei filia & phoci mater. ¶ Aeacidę rogantis:pelei precantis:illi nanq fuerat irata,eoq precibꝰ illius nihil mouebatur. ¶ Sed enim irreuocatus ab acri Cæde lupus perſtat:ſed enĩ lupus ferox inquit imperterritus perſtat in acri cæde dulcedine ſanguinis allectus. ¶ Marmore mutauit:in marmor,Thetis autẽ ſubaudiatur. Locꝰ uero ipſe quo lupus in ſaxum fuit tranſmutatus Lydõ fuit appellatus:ἀπὸ τοῦ λύκου idest a lupo.
pſamathe
Lydon

Fabulæ decimæ libri undecimi argumentum.

LAct. ℂ Nec tamen hac pfugum cōſiſtere &c. Cexy Luciferi filius, pdigiis agitatus Miletum ad oraculum Apollinis quoniaꝫ Delphos Phorbas cum phlegyis infeſtabat:cō tendit:cōiugiq Halcyone Aeoli filiæ itadenti pfectio nem ob deſyderiū affirmauit intra alterū menſem ſe re uerſurū: quod ut nō poſ ſet pſtare naufragio ui tam amiſit. Cuius aduē tū cū illa deſyderaret:nō reſpōdentem tēpore de ſtiato:& i dies grauiſſimo luctu afficeret, miſericor dia Iunonis:quā ipſius p cibus fatigabat:per getē ſomnus eius filius ad Idi ctū Morphea imitatorē figurarum miſſus eſt: cu ius frater a Diis Iceon & hominib⁹ Phetor apel latur:& qui i uarias figu ras haberi ſolitus ē:Item Hipathesus Thrachinā ad Halcyonē dimiſerat, q coniugē cōperit iteriiſ ſe. Excuſo ergo ſopor iu men inferri iuſſit. Agnitū uero piſſe nouiſſime ad litus decurrit: ubi illū di miſerat & ut naufragi ex anime corp⁹ fluctuari p ximo littore perſpexit in figuram uolucris Aeolis ceſſitque ab eius nomi ne uocatur:in eandē ſpe ciem corp⁹ Ceycis ē uer ſū. Hæ uolucres hyber no tempore per ſeptem dies in mare nidū ponūt pulloſq qui caſus ſuorū maloꝝ deplorent, i litto re exponunt.

ſollicitus ad Clarii oraculū conſulēdū ire cū uellet: diu ab Halcyōe uxore fuit remorat⁹. Cū uero illi pmiſiſſet ſe itra duos mēſes reuerſurū:abire pmiſſus ē. Sed i Ae gæo tēpeſtate dephenſus naufragiū fecit, nauiq amiſſa una cū ſociis ſubmerſus, quē uxori pmiſerat rediui, pſta re non potuit. Vxor aūt cū quotidie p mariti ſalute Diis oibus, Iunoniq i primis uota ſolueret, opa illi⁹ p ſomnū admonita ē, mari tū i mari piſſe. Quare ex pgefacta ad litus unde ſoluerat maritus acceſſit. ac dū iſortunia ſua qrere tur, cadauer i mari longi us aſpexit, qd cū mariti eē cognouiſſet, ad illudq p undas exilire uellet i in auem Halcyonē conuer ſa ad os mariti aduolauit q miſeratiōe Deoꝝ pia uxoris oſcula ſētiēs i eiuſ dē generis auē ipſe quoq fuit traſfiguratus. Ab his ſt auib⁹ .xiiii. dies Halc. ſunt dicti, qb⁹ mare ge tū ē. Nā tēpore brumæ ni dificāt, ac dū & excludūt pullos & educent, mare omni tempeſtate caret. **Ceyx & Halcyone in aues**



Nec tamen hac profugum conſiſtere Pelea terra
Pata finunt. Magnetas adit uagus exul:& illic
Sumit ab Aemonio purgamina cædis Acaſto.
Interea, fratriſq ſui, fratremq ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora Ceyx:
Conſulat ut ſacras(hominū oblectamina) ſortes:
Ad Clarium parat ire Deum. nā templa profanus
Inuia cum Phlegyis faciebat Delphica phorbas.
Conſilii tamen ante ſui fidiſſima, certam
Te facit Halcyone:cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt:buxoq ſimillimus ora
Pallor obit:lachrymiſq genæ maduere profuſis.
Ter conata loqui:ter fletibus ora rigauit,
Singultuq pias interrumpente querelas:
Quæ mea culpa, tuam dixit chariſſime mentem
Vertit?ubi eſt, quæ cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes Halcyone ſecurus abeſſe relicta?
Iam uia lōga placet?iam ſum tibi charior abſēs?
At puto per terras iter eſt?tantumq dolebo,
Non:etiam metuam?curæq timore carebunt?
Aequora me terrent:& ponti triſtis imago:
Et iaceras nuper tabulas in littore uidi.
Et ſæpe in tumulis ſine corpore, nomina legi.

RAph. ℂ Magnetas adit: Magnetes ppli ſūt Theſſaliæ equorum domitores clari ſſimi:de qbus Lucanus in .vi. Et Magnetes equis Minyæ gēs cognita remis. **Magnetes** Magneſia uero ē regio theſſaliæ. Eſt ēt Magneſia urbs iuxta Mæandrū:& regio a Magnete dicta. **Magneſia** ℉ Ab Aemo. Aca. **Acaſtus** Acaſt⁹ rex fuit theſſaliæ Peliæ fili⁹, ut ex Senecæ Medea colligit. Is uxorē duxit Creteidem, uel(ut qdam aiunt)Hippolytem:quæ qdem Pelei amore capta eſt. **Creteis** Spreta autem illum marito accuſauit:q ſe de ſtupro in terpellaſſet. Quare Acaſtus Peleum tanquam ad uenationem in Pelion montem ex urbe eduxit:illicq penit⁹ inermem reliquit:ut a feris interimeret: ſed Mercurius uel(ut quidam putant)Chiron illi eſt opitulatus:dedit q enſem a Vulcano fabricatum, quo & feras occurrentes interfecit:& in urbem reuerſus Acaſti uxorem:ipſumq Acaſtum(ut quidam aiunt)interemit. ℉ Interea fratriſq ſui:Ceyx Luciferi filius fratris caſu admodum

℉ Anxia pectora turbatus:ſynegdoche poetica: hoc eſt ſollicitū aium & turbatum habēs. ℉ Prodigiis:fratris ſui, cui⁹ filia Dianę ſagitta ſubito fue rat interfecta. ℉ Fratrēq ſecutis:qui i accipitrē fuerat cōmutat⁹. ℉ Hoium oble ctamina: mortaliū oble ctamēta:nō infortunioꝝ remedia. ℉ Ad Claniū Deū:ad oracula Clarii Apollinis, qui in Lycia fuerit. Nā Claros urbe ē Lyciæ Apollinis oraculo clariſſima. **Claros** ℉ Nā tē. Del. tacitæ obiectiōi occurrit. ℉ Profanus Phor. phorbas Phlegyarū rex fuiſſe phibet, ac cōtra Delphos bellū ſuſcepiſſe. **Phorbas** phlegyę āt populi fuerūt Theſſaliæ aduerſus Deos ipii, q tādē a Neptūo diluuio i miſſo fuerūt deleti. **phlegyę** ℉ Profanus:ſacrilegus, q nulla ſacroꝝ cura tāgebat. **Profanus** ℉ Te facit certā: in ſoluta oratiōe certiorē diceremus: ē aūt apoſtrophe ad Halcyonē. **Facere certum** ℉ Cui ptinus itima frigus Oſſa receperunt:id eſt quæ ſtatim tremere cœpit. ℉ Receperunt:conceperunt, traxerunt. ℉ Obit:occupat. ℉ Rigauit: madefecit. Eleganter autem effingit mores uxoris maritum efflictim deamantis. ℉ Pias qrelas:a pio amore prouenientes lamentationes. ℉ Vertit:cōuertit:commutauit. ℉ Securus:ſine ulla mei cura. ℉ Triſtis imago pōti:aſpa facie a maris. ℉ In tumulis:ſepulchris. ℉ Sine corpore: erāt nāq Cenotaphia, hoc ē inania ſepulchra.

ℂ Hippotades

R Aph. Hippotades

Ne ue tuum fallax animum fiducia tangat:
Quod ſocer Hippotades tibi ſit:q; carcere fortes
Contineat uentos:& cum uelit æquora placet:
Cum ſemel emiſſi tenuerunt æquora uenti:
Nil illis uetitum eſt:incommendataq; tellus
Omnis:& omne fretũ ẽ:cæli quoq; nubila uexãt:
Excutiuntq; feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos noui(nam noui,& ſæpe paterna
Parua,domo uidi)magis hos reor eſſe timendos.
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Chare poteſt coniunx:nimiumq; es certus eundi:
Me quoq; tolle ſimul.certe iactabimur una.
Nec niſi,quæ patiar,metuam:pariterq; feremus
Quicquid erit:pariter ſup æquora lata feremur:
Talibus Aeolidis dictis,lachrymiſq; mouetur
Sydereus coniunx.neq; enĩ minor ignis in ipſo ẽ.
Sed neq; propoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec uult Halcyonen in partem adhibere pericli:
Multaq; reſpondit timidum ſolantia pectus.
Non tamen idcirco cauſam probat.addidit illis
Hoc quoq; lenimen:quo ſolo flexit amantem.
Longa quidẽ eſt nobis omnis mora.ſed tibi iuro
Per patrios ignes(ſi me modo fata remittant:
Ante reuerſurum:q̃ Luna bis impleat orbem.
His ubi promiſſis ſpes eſt admota recurſus:
Protinus eductam naualibus,æquore tingi:
Aptariq; ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus uiſa ueluti præſaga futuri
Horruit Halcyone:lachrymaſq; amiſit obortas:
Amplexuſq; dedit:triſtiſq; miſerrima tandem
Ore uale,dixit:collapſaq; corpore toto eſt.
At iuuenes,quærente moras Ceyce,reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos:
Aequaliq; ictu ſcindunt freta.ſuſtulit illa
Humentes oculos:ſtantemq; in puppe recurua:
Concuſſaq; manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima uidet:redditq; notas.ubi terra receſſit
Longius:atq; oculi nequeunt cognoſcere uultꝰ:
Dum licet:inſequitur fugientem lumine pinum,
Hæc quoq;:ut haud poterat ſpacio ſũmota uideri
Vela tamen ſpectat ſummo fluitantia malo.
Vt nec uela uidet:uacuum petit anxia lectum:
Seq; toro ponit.renouat lectuſq;,locuſq;,
Halcyones lachrymas:& q̃ pars admonet,abſit.
Portubus exierat:& mouerat aura rudentes:
Obuertit lateri pendentes nauita remos:
Cornuaq; in ſumma locat arbore:totaq; malo
Carbaſa deducit:uenienteſq; accipit auras.
Aut minus,aut certe mediũ non amplius æquor
Puppe ſecabatur:longeq; erat utraq; tellus:

¶ Hippotades:Aeolus Hippotę Troiũ nepos, filius nanq; fuit Iouis ex Segeſta Hippote filia. ¶ Placet: mitiget. ¶ Incõmũdata:ſic quidẽ legebatur:ſed nihil ſenſui cõuenire uidet. Incommendata uero maxime quadrare,ut intelligamus neq; terram:neq; mare uẽtis eſſe commẽdata,ſed uiolẽter perturbari atq; uaſtari. ¶ Excutiũtq; ſc ris:ex concurſu nubium: ut ſcribunt phiſici fulmina generant. ¶ Rutilos ignes:fulmina. ¶ Aeolidis:Halcyones Aeoli filię. ¶ Ignis:amor. ¶ Propoſitos pelagi curſus:p poſitam ac deliberatam nauigationẽ. ¶ Nõ tamẽ idcirco cauſam probat: hoc eſt non tamen idcirco uxori pſuadetur ſe diſcedere permittat:neque diſceſſum ſuum ægre ferat. ¶ Per patrios ignes: per Luciferi ſplendorẽ. ¶ Quã Luna bis impleat orbem:q̃ duo trãſeant mẽſes. ¶ Recurſus:uelocis reditus. ¶ Aequore tingi:in æquor deduci. ¶ Pinum:nauẽ ex pino cõfectam. ¶ Veluti præſaga:tanquã pręſentiens malum futurum. ¶ Collapſa corpore tota eſt:ſe mimortua in terram cecidit. ¶ Quærẽte moras Ceyce:lachrymis.ſ.uxoris motus diſcedebat inuitus. ¶ Ordinibus geminis:nam biremis erat. Ad fortiora pectora:geſtum exprimit remigrantium. ¶ Aequali ictu:æquali percuſſione.id enĩ exigit ars remigandi. ¶ Vbi terra receſſit Lõgius:hoc ex uulgari ſenſu dictũ eſt,neq; enĩ terra cum ſit immobilis,recedere poteſt:ſed tñ abeunte naue refugere uideat. ¶ Dũ licet:dum põt. ¶ Fluitãtia uela:ſe motantia. ¶ Vacuum lectum:marito carentem. ¶ Quæ pars abſit:nam optima pars lecti aberat maritus. ¶ Portub⁹ exierant:e portu egreſſi erãt. ¶ Aura:uentus. ¶ Rudentes:funes ſunt nauici rudentes a ſtrepitu: quem uento agitati emittunt,dicti. Rudere nãq;, quod aſinoꝝ eſt pprium, uidet. ¶ Obuertit:conuertit. ¶ Lateri:in latus. ¶ Cornua:antennarũ. ¶ In ſumma locat arbore:in ſummitate arboris collocat & ponit.Id autẽ fieri ſolet,cum ſecundus flare cœperit uentus. ¶ Carbaſa:uela. ¶ Deducit:detrahit. ¶ Malo:arbore nauis. ¶ Vtraq; tell⁹:& a qua diſceſſerat & quam petebat Ceyx.

Rudentes.

Cum mare ſub noctem tumidis albeſcere coepit
Fluctibus:& præceps ſpirare ualentius Eurus.
Ardua iam dudum demittere cornua rector
Clamat:& antennis totum ſubnectite uelum.
Hic iubet: impediunt aduerſæ iuſſa procellæ.
Nec ſinit audiri uocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant.alii ſubducere remos.
Pars munire latus.pars uentis uela negare.
Egerit hic fluctus:æquorq; refundit in æquor.
Hic rapit antennas.quæ dum ſine lege geruntur:
Aſpera creſcit hyems:omniq; a parte feroces
Bella gerunt uenti: fretaq; indignantia miſcent.
Ipſe pauet:nec ſe quis ſit ſtatus,ipſe fatetur
Scire ratis rector.nec quid iubeatue,uelitue.
Tanta mali moles,tantoq; potentior arte eſt.
Quippe ſonant clamore uiri ſtridore rudentes.
Vndarum incurſu grauis ūda.tonitribus æther.
Fluctibus erigitur:cælumq; æquare uidetur
Pontus:& inductas aſpergine tangere nubes.
Et modo cum fuluas ex imo uertit harenas:
Concolor eſt illis.Stygia modo nigrior unda:
Sternitur interdum:ſpumiſq; ſonantibus albet.
Ipſa quoq; his agitur uicibus Trachinia puppis.
Et nunc ſublimis ueluti de uertice montis
Deſpicere in ualles:imumq; Acheronta uidetur.
Nunc ubi demiſſam curuū circumſtetit æquor:
Suſpicere inferno ſummum de gurgite cælum.
Sæpe dat ingentem fluctu latus icta,fragorem.
Nec leuius pulſata ſonat:q̄ ferreus olim
Cum laceras aries,baliſtaue concutit arces.
Vtq; ſolent ſumptis incurſu uiribus,ire
Pectore,in arma feri:protentaq; tela leones:
Sic ubi ſe uentis commiſerat unda coortis:
Ibat in arma ratis:multoq; erat altior illis,
Iamq; labant cunei:ſpoliatq; tegmine ceræ
Rima patet:præbetq; uiam letalibus undis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inq; fretum credas totum deſcendere cælum.
Inq; plagas cæli tumefactum ſcandere pontum.
Vela madent nimbis.& cum cæleſtibus undis
Aequoreæ miſcentur aquæ.caret ignibus æther.
Cæcaq; nox premitur tenebris hyemiſq;,ſuiſq;:
Diſcutiunt tamen has:præbētq; micantia lumē
Fulmina.fulmineis ardeſcunt ignibus undæ.
Dat quoq; iam ſaltus intra caua texta carinæ
Fluctus,& ut miles numero præſtantior omni
Cum ſæpe aſſilit defenſæ mœnibus urbis.
Spe potitur tandem:laudiſq; accenſus amore
Inter mille uiros,murum tamen occupat unus.
Sic ubi pulſarunt celſi latera ardua fluctus:

RAph. Elegās tēpeſtatis deſcriptio. ℂ Sub noctem.prope noctem.ſignum eſt autem maximæ tempeſtatis futuræ: cum undæ albeſcere uidenť. ⸢ Præceps Eurus: uiolentus. ⸢ Valētius:uehemētius. ⸢ Ardua cornua:alta. Procella ⸢ Procellæ:uētorum impetus.Eſt.n.procella(ut Seruius tradit) uis uēti cum pluuia: dicta q͏ͦ omnia percellat & cōcutiat. ⸢ Fragor:ſtrepitus. ⸢ Pars munire lat⁹: ne aqua igrediať. ⸢ Pars uentis uela negare: uela complicare. ⸢ Egerit:eiicit. ⸢ Aequor:aquã maris. ⸢ Refundit:reiicit. ⸢ Rapit:celeriter detrahit. ⸢ Sine lege: ſine ordine. ⸢ Ab omni parte: ab oriente & occidente, a ſeptētrione & merid.e. ⸢ Freta indignantia: tumeſcentia. ⸢ Miſcēt:perturbant. ⸢ Nec ſe quis ſit ſtatus ipſe fatetur Scire ratis rector:ordo ē & ſenſus: Et ipſe rector & gubernator nauis: fateť ſe neſcire quis:& qualis rerum ſtatus,aut quid iubere:uelleue debeat. ⸢ Tāta mali moles: magnitudo. Eſt autem acclamatio: qua tempeſtatis ſæuitia declarať. ⸢ Quippe ſonāt:nāq; ſtrepunt. Ea uero omnia deſcribit elegātiſſime:q̄ i magnis tempeſtatib⁹ euenire ſolēt. ⸢ Incurſu: impulſu. ⸢ Erigitur: extollitur. ⸢ Aſpergine: aſperſiōe. ⸢ Concolor eſt illis:eundem cū ipſis harenis habet colorem. ⸢ Sternit interdum:ſtratum uideť & æquale. ⸢ Agitatur. ⸢ His uicibus:mutatiōibus. Deſpicere ⸢ Deſpicere:deorſum aſpicere,interdū contemnere ſignificat. ⸢ Imū Acherōta: infernum. Eſt enim Acheron unus ex inferni fluuiis. Suſpicere ⸢ Suſpicere:ſurſū aſpicere. Aliquando mirari ſignificat. ⸢ Icta lat⁹: in latere percuſſa.ſynecdoche eſt poetica. ⸢ Pulſata:pcuſſa. Aries ⸢ Ferreus aries:inſtrumentū eſt bellicū aries:quo priſci ad diruēdos muros utebanť. ⸢ Baliſtaue: baliſta quoq; inſtrumentum eſt bellicū: Baliſta quo ſaxa longe emittuntur. ⸢ Incurſu : impetu. ⸢ Protenta : porrecta. ⸢ In arma ratis:in nauis inſtrumenta:armamēta. ⸢ Multoq;:multo q̄ nauis erāt altiores. ⸢ Ceræ picis, qua naues integuntur. ⸢ Letalib⁹ undis: mortiferis aquis. ⸢ Scādere:aſcēdere. ⸢ Caret ignibus æther:ſyderib⁹ æther carere uidebať:q͏ͥa nulla apparebāt. ⸢ Cæcaq; nox:obſcura. ⸢ Diſcutiūt:depellūt. ⸢ Ardeſcūt:ſplēdeſcunt. ⸢ Intra caua texta:intra cōcauitatem carinæ. ⸢ Omni numero:omni multitudīe. ⸢ Mœnibus:in muros. ⸢ Spe potiť tandē:hoc eſt tandem uoti fit compos,i muroſq; aſcendit. Decima unda ⸢ Decimæ undæ:maximæ atq; uaſtiſſimæ. Nā decima quæq; unda maxima eſſe uideť:ut Ouid. in primo de Triſtibus libro teſtať,cum inq͏ͭ. Qui uenit hic fluct⁹, fluctus ſupereminet omnes: Poſterior nono eſt undecimoq; prior. Hinc factū eſt ut decimū, decumanū q; p maximo ampliſſimoq; accipiať.ut decumana porta in caſtris maxima,ut quæ ab hoſtib⁹ foret auerſa: & decumana ſcuta ampliſſima: & decumanus in agro limes:qui longiſſimus & maximus foret. Decumanus

ℂ Vaſtius

RAph.

¶ Vaſtiꝰ: ualidꝰ. ¶ Abſtitit: deſiſtit. ¶ Velut in mœnia: ſimilitudo eſt a captis urbibus ſumpta: ſignificat autem fluctus partem intra nauem irrupiſſe. ¶ Pinum: nauem. ¶ Trepidant: timent. ¶ Haud ſegnius: nõ minus. ¶ Pulchra autem ſimilitudie exprimit timorem nautarum a tempeſtate depreſſorum. ¶ Tenentibus: defendentibꝰ. ¶ Deficit ars: tempeſtati ars ſuccumbit. ¶ Irrumpere: cum impetu intrare. ¶ Nõ tenet hic lachrymas: alius inquit lachrymat: alius ſtupet, attonituſq; uidet. ¶ Funera quos maneant: qui exequiarum honore nõ priuentur. ¶ Hic uotis numen adorat: alius inquit Diis uota facit. ¶ Subeunt illi: in mentem ueniunt. ¶ Cũ pignoribus: cum liberis. ¶ Tãta uertigine: euerſione, perturbatione: Eſt autem acclamatio qua maxima tẽpeſtas declarat. ¶ Piceis e nubibus: nigris, aqua plenis. ¶ Incurſus impetu. ¶ Turbinis: uẽti uiolentioris. ¶ Regimen: gubernaculum: ¶ Superſtes: ſuperans, ſuperextans. ¶ Sinuata: in ſinus coacta, cõuoluta. ¶ Quã ſiquis Athon, Pindũ: et montes eſſe Macedoniç Athon, & Pindum Theſſaliæ ſuperius diximus. ¶ Præcipitata: impulſa uentis. ¶ Et ictu: impulſu. ¶ In ima: in profundum. ¶ Functa ſuo fato: mortua eſt. Ex ſententia autem ſtoicorum hoc ait, qui omnia fato fieri putant.

Irrumpere.

Vaſtius inſurgens Decimæ ruit impetus undæ.
Nec prius abſtitit feſſam oppugnare carinam:
Quam uelut in captæ deſcendat mœnia nauis.
Pars igitur tentabat adhuc inuadere pinum,
Pars maris itꝰ erat. trepidãt haud ſegniꝰ omnes:
Quam ſolet urbs, aliis murum fodientibꝰ extra:
Atq; aliis murum trepidare tenentibus intus.
Deficit ars, animiq; cadunt: totidemq; uidentur
Quot ueniũt fluctus: ruere, atq; irrũpere mortes.
Nõ tenet hic lachrymas. ſtupet hic. uocat ille beatos
Funera, quos maneat. hic uotis numen adorat:
Brachiaq; ad cælum: quod non uidet, irrita tollens
Poſcit opem. ſubeunt illi, fraterq;, parenſq;.
Huic cũ pignoribus domꝰ: & quod cuiq; relictũ eſt.
Halcyone Ceyca mouet. Ceycis in ore
Nulla niſi Halcyone eſt: & cum deſyderet unam:
Gaudet abeſſe tamẽ. patriæ quoq; uellet ad oras
Reſpicere: inq; domum ſupremos uertere uultꝰ.
Verum ubi ſit neſcit. tanta uertigine pontus
Feruet: & inducta piceis e nubibus umbra
Omne latet cælum, duplicataq; noctis imago ẽ.
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor.
Frangitur & regimen: ſpoliiſq; animoſa ſupſtes
Vnda uelut uictrix: ſinuataq; deſpicit undas.
Nec leuius, q̃ ſi quis Athon, Pindumq; reuulſos
Sede ſua, totos in apertum euerteret æquor:
Præcipitata cadit: pariterq; & pondere, & ictu,
Mergit in ima ratem: cũ qua pars magna uirorũ
Gurgite preſſa graui: neq; in aera reddita, fato
Functa ſuo eſt. alii partes, & membra carinæ
Trũca tenẽt. tenet ipſe manu: qua ſceptra ſolebat
Fragmina nauigii Ceyx, ſocerumq;, patremq;
Inuocat (Heu) fruſtra. ſed plurima nantis in ore
Halcyone coniunx, illam meminitq;, refertq;.
illius ante oculos, ut agant ſua corpora fluctus:
Optat: & exanimis manibus tumuletur amicis.
Dum natat: abſentẽ, quoties ſinit hiſcere fluctꝰ:
Nominat Halcyonen: ipſiſq; immurmurat ũdis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur: & rupta merſum caput obruit unda.
Lucifer obſcurus. nec quem cognoſcere poſſes:
Illa nocte fuit. quoniamq; excedere cælo
Non licuit: denſis texit ſua nubibus ora.
Aeolis interea tantorũ ignara malorum
Dinumerat noctes: & iam quas induat ille,
Feſtinat ueſtes. iam quas ubi uenerit ille:
Ipſa gerat. reditusq; ſibi promittit inanes.
Omnibus illa quidem ſuperis pia thura ferebat.
Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat.
Proq; uiro: qui nullus erat: ueniebat ad aras.

¶ Et mẽbra: fruſta abrupta. ¶ Socerũ: Aeolum. ¶ Patremq;: Luciferum. ¶ Exanimis: mortuus. ¶ Tumuletur: ſepeliatur. ¶ Hiſcere: os aperire. ¶ Ecce ſuper medios: repẽtini mali ferre ſignificatiua eſt hæc particula ecce. ¶ Niger arcus: nubes nigra & aquarum plena arcui ſimilis. ¶ Merſuʒ obruit: hoc eſt obruit & ſubmerſit. ¶ Non licuit: non potuit. Neq; enim ſydera p noctẽ ẽ cælũ relinquere poſſunt: ac interdiu quideʒ, quamuis uideant. ¶ Texit: cooperuit, ne uideret filium pereũtem. ¶ Aeolis: Halcione Aeoli filia. ¶ Feſtinat ueſtes: feſtinanter fuit & facit. ¶ Pia thura ferebat: pie ſacrificabat. ¶ Qui nullus erat: qui non erat. neque enim mortui eſſe dicuntur.

Stoicorum dogma

Ecce

Vtq; foret ſoſpes coniunx ſuus:utq; rediret
Optabat:nullamq; ſibi præferret. at illi
Hoc de tot uotis poterat contingere ſolum.
At Dea non ultra pro functo morte rogari
Suſtinet:utq; manus funeſtas arceat atis:
Iri meæ dixit fidiſſima nuncia uocis,
Viſe ſoporiferam Somni uelociter aulam.
Extinctiq; iube Ceycis imagine mittat
Somnia ad Halcyonen ueros narrantia caſus.
Dixerat.induitur uelamina mille colorum
Iris:& arquato cælum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope Cimerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui domus:& penetralia Somni:
Quo nunq̃ radiis oriens,mediuſue,cadenſue,
Phœbus adire poteſt.nebulæ caligine mixtæ
Exhalantur humo.dubiæ crepuſcula lucis.
Non uigil Ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat Auroram.nec uoce ſilentia rumpunt:
Solicitiue Canes:Canibuſue ſagacior Anſer.
Non fera,non pecudes,non moti flamine rami,
Humanæue ſonum reddunt conuitia linguæ,
Tuta quies habitat.ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aquæ Lethes: per quẽ cũ murmure,labẽs
Inuitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Ante fores antri fœcunda papauera florent:
Innumeræq; herbæ:quarum de lacte,ſoporem
Nox legit:& ſpargit per opacas humida terras.
Ianua ne uerſo ſtridorem cardine reddat:
Nulla domo tota.cuſtos in limine nullus.
In medio torus eſt Hebeno ſublimis in antro
Plumeus.unicolor.pullo uelamine tectus:
Quo cubat ipſe Deus membris languore ſolutis.
Hunc circa paſſim uarias imitantia formas
Somnia uana iacẽt totidem, quot meſſis ariſtas:
Silua gerit frondes:eiectas litus harenas.
Quo ſimul intrauit:manibuſq; obſtantia,uirgo
Somnia dimouit.ueſtis fulgore reluxit
Sacra domus:tardaq; Deus grauitate iacentes
Vix oculos tollens,iterumq;,iterumq; relabens:
Summaq; percutiens nutanti pectora mento
Excuſſit tandem ſibi ſe:cubitoq; leuatus
Q uid ueniat(cognouit enim)ſciſcitatur.at illa.
Somne quies rerum,placidiſſime Somne Deorũ.
Pax animi.quem cura fugit.qui corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces:reparaſq; labori:
Somnia,quæ ueras æquant imitamine formas:
Herculeam Trachina iube ſob imagine regis,
Halcyonen adeat:ſimulachraq; naufraga fingat.
Imperat hoc Iuno.poſtq̃ mandata peregit:

RAph. ¶ Hoc ſolum:ut nullam aliam ipſi pferret. Manus funeſtas:i:funerẽ & morte mariti pollutas. Meæ uocis:meorum uerborũ & mãdatorum. Viſe: ad uidendũ uade. Deſcribit autem & ſomnũ Deum,& ſomni aulam. Soporiferam aulam: soporem:& ſomnum aſferentem,atq; inducẽtẽ. Somni:Dei ſoporis. Arquato:in arcus ſimilitudinẽ figurato. Eſt ppe Cimerios: Cimerii (ut Strabo atq; Sextus ſcribunt)populi fuerunt iuxta Baias habitantes ſubterranea domicilia:i ubi ſacra Plutõia fiebãt. Dabãturq; ab his reſpõſa:atq; inde faciebant q̃ſtum. Conueniebant.n. aduenæ aliquid audituri,qui ducebant in cauernas illas:quas nec oriẽs, nec occidens Sol aſpiciebat:ut ſcribit in Odyſſea Homerus. Hi a quodam rege deleti fuerunt,cum oraculi fides parum ſucceſſiſſet. Alii ſcribunt Cimerios populos eſſe in Aſia Amazonibus proximos,qui ex ultimo uenerint occidente. Iuxta Cimerios Somni aulam eſſe fingit poeta,quã ut omnia,una cum ſomno & inſomniis elegantiſſime deſcribit. Ignaui: inertis,pigri.ab effectu q; ignauos & pigros homines reddat. Quo nunquã: pulchra poetæ phantaſia. Solis enim radii ſomnum auertũt:tenebræ autem alliciunt. Exhalantur: emittuntur. Dubiæ lucis:crepuſculi eſt interpretatio. Nã crepuſculũ eſt dubia lux. Ales criſtati oris:periphraſis eſt Galli. Nihil adẽ in aula Somni eſſe poeta ait:quo turbari ſomnus poſſit. Omnia uero adeſſe quæ ſomnũ ipſum allicere ualeant. Vnda labens:murmure ſiquidem aquæ ſomni efficiunt ſuaues. Canibuſq; ſagacior anſer: id maxime tum fuit cõpertum,quo tempore Capitolium a Gallis obſidebat. Canibus enim quieſcentibus anſerũ clangore excitati cuſtodes Gallos iam Capitoliũ ingreſſos ex arce deturbarunt. Lethes:nomen illi aquæ cõueniens. Lethe nanq; obliuio interpretat. Dormientes autem omnium obliti uidentur. Fœcũda papauera:multorum ſeminum fertilia,quæ ſomnum maxime inducunt: unde & ſoporiferum papauer uocat. Stridorẽ reddat: ſtrepitum faciat. Hebeno:ex hebeni uel pro ligno confectus. Hebenus autẽ arbor eſt Indica,cuius lignũ natura eſt nigrũ. Scite uero poeta ſomni lectum nigrum eſſe fingit: pullus nanq; color ſomnum hominib⁹ allicit. Vix oculos tollens: eleganter geſtus deſcribit poeta eorum:qui graui ſomno premũtur. Eſt autẽ proſopopœia: rei enim corpore carenti corpus attribuit. Cognouit enim:illã uenisse ſubaudiamus. eſt autem parentheſis. Cubitoq; leua.innixus. neq; enim aliter caput poterat ſuſtinere Somnus. Sciſcitatur: rogat. At illa:reſpõdit uel ſimile uerbũ eſt ſubaudiendum. Somne quies rerũ:elegans ſomni deſcriptio. Quem cura fugit:ſcite,qui enim curis premuntur,dormire non poſſunt. Mulces:foues. Labori: ad laborem. Herculeam Trachina:i ab Hercule ædificatam:excultamq; ut pauloante diximus. Regis:i Ceycis. Simulachra naufraga:i ſimulachra naufragii a Ceyce facti. Fingant: effingant,exprimant.

Cimerii Somni domus

Crepuſculum

Somni deſcriptio

Hebenus

¶ Vm

Iris abit.neq; enim ulterius tolerare ſoporis
Vim poterat:labiq; ut ſomnum ſenſit in artus:
Effugit:& remeat:per quos modo venerat,arcꝰ.
At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem:ſimulatoremq; figuræ
Morphea.non illo iuſſus ſolertius alter
Exprimit inceſſus:uultumq;,ſonumq; loquendi.
Addiicit & ueſtes,& conſuetiſſima quæq;
Verba,ſed hic ſolus homines imitatur.at alter
Fit fera.fit uolucris.fit longo corpore ſerpens.
Hunc Icelon Superi:mortale Phobetora uulgus
Nominat.eſt etiam diuerſæ tertius artis
Phantaſos.ille in humũ,ſaxũq;,undãq;,trabẽq;,
Quæq; uacant anima:fallaciter omnia tranſit.
Regibus hi,ducibuſq;,ſuos oſtendere uultus
Nocte ſolent.populos alii,plebemq; pererrant.
Præterit hos ſenior.cunctiſq; e fratribus,unum
Morphea,q peragat Thaumãtidos edita:Somnꝰ
Eligit:& rurſus molli languore ſolutus,
Depoſuitq; caput,ſtratoq; recondidit alto.
Ille uolat,nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras:intraq; moræ breue tempꝰ,in urbẽ
Peruenit Aemoniam:poſitiſq; e corpore pennis
In faciem Ceycis abit:ſumptaq; figura
Luridus.exanimi ſimilis.ſine ueſtibus ullis
Coniugis ante torum miſeræ ſtetit.uda uidetur
Barba uiri:madidiſq; grauis fluere unda capillis.
Tum lecto incumbens fletu ſuper ora profuſo
Hæc ait,agnoſcis Ceyca miſerrima coniunx?
An mea mutata eſt facies nece?reſpice,noſces:
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis umbram.
Nil opis Halcyone nobis tua uota tulerunt.
Occidimus.falſo tibi me promittere noli.
Nubilus Aegæo deprendit in æquore nauem
Auſter:& ingenti iactatam flamine ſoluit.
Oraq; noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerunt .fluctus.non hæc tibi nunciat auctor
Ambiguus.non iſta uagis rumoribus audis:
Ipſe ego fata tibi præſens mea naufragus edo.
Surge age:da lachrymas:lugubriaq; indue:nec me
Indeploratum ſub inania Tartara mitte.
Adiicit his uocem Morpheus:quã coniugis illa
Crederet eſſe ſui:fletus quoq; fundere ueros
Viſus erat:geſtumq; manus Ceycis habebat.
Ingemit Halcyõe.lachrymas mouet:atq;lacertoſ
Per ſomnum,corpuſq; petẽs, amplectitur auras,
Exclamatq; mane.quo te rapis?ibimus una.
Voce ſua,ſpecieq; uiri turbata ſoporem
Excutit:& primo ſi ſit,circumſpicit illic:
Qui modo uiſus erat(nam moti uoce miniſtri

Raph. ¶ Vim ſoporis:ſomni uiolẽtiam. ¶ At pater e populo: Somno Deo multos eſſe filios poeta fingit:e qbus tres nominat:qbus facultas eſt ſe i uarias figuras tranſmutãdi. ¶ E populo:e turba & multitudine. ¶ Mille:finitum numerum p infinito poſuit. ¶ Simulatoremq; figuræ Morphea: Morpheꝰ ἀπὸ τῆς μορφῆς:hoc eſt a forma,dicit formæ ſimulator. ¶ Hunc Icelon ſuperi:Icelos ſimilis trãſfertur,quo qdem nomine is eleganter appellatur:q ſe omnibus animalibus ſimilem exhibere poteſt. Icelon autem per L ſcribendum eſt:quamuis ſecus uulgus grammaticorum hactenus legerit. ¶ Mortale Phobetora uulgus.Phobetor terrefactor interpretari poteſt. Sic autem eſt legendũ: quamuis corrupte Phebetora in exemplaribus legatur. ¶ Eſt etiã diuerſæ tertius artis Panthaſos: Latini quidem ſic legunt,ſed minus recte: cum id nomen a græcis non agnoſcatur. Phantaſos autem q imaginator transferri poteſt,forſitan ab Ouidio fuit ſcriptus. φαντάζομαι nãq; : unde Phantaſos deriuat,imaginari ſignificat. Eleganter autẽ hoc nomine donat:qui hanc hominibus immittit imaginationem: ut ſibi per ſomnum uideant uidere undam:ſaxũ: trabem aliud ne quid inanimatorum. ¶ Vacant: carent. ¶ Thaumãtidos edita:Iridis iuſſa Thaumantis filię. ¶ Somnus: ſomni Deus. ¶ Molli lãguore:ſuaui ſopore. ¶ Strato:lecto. ¶ In urbem Aemoniã:i Trachina. ¶ In faciem Ceycis abiit:in figurã Ceycis ſe cõuertit. ¶ Luridus:niger. ¶ Vda:humida. ¶ Tua uota:tuæ preces. ¶ Falſo:uane. ¶ Aegæo in æquore:Aegæũ dictũ eſt ab inſula quã Aegas uocat Homerus Neptuno dicata:in qua nemi nem fas eſt dormire propter phantaſmata:ut inquit Nicocrates. Alii dicũt a Neptuno Aegæus pelagus fuiſſe denominatum. Vt enim Pherecydes ait. Is Deus Aegæus uocatur. Quod uero Nicocrates ait:ab Aegæo,qui ſe in illud mare ex arce Athenarum pcipitauit,Aegæum eſſe dictum falſum eſt. Lõge nãq; a mari diſtat. Aegæum quidã nũc a uulgo Archipelagus uocat. ¶ Soluit: diſſoluit, reſoluit. ¶ Ambiguꝰ: dubius. ¶ Vagis:incertis. ¶ Mea fata:meam mortẽ,mea infortunia. ¶ Lugubria:ueſtes luctui conuenientes. ¶ Inania tartara:uacua,neq; enĩ animæ,ut quę ſunt incorporeę occupant locũ. Tartarus autem locus eſt apud inferos profundiſſimus. ¶ Lachrymas mouet:lachrymas emittit. ¶ Mãe:expecta. ¶ Quo te rapis:quo fugis. ¶ Excutit:expellit. ¶ Si ſit illic: an ſit illic,ubi uiſus fuerat maritus. ¶ Nam moti uoce miniſtri: hac parentheſi exponit poeta:quo modo Halcyone circumſpexerit an illic eſſet maritus quẽ per ſomnum uidere ſibi fuerat uiſa.

Morpheus
Phobetor
Phantaſos
Morpheus i Ceycẽ
Aegæũ
Tartarus

RAph. ¶ Altrici:nutrici. ⸿ Nulla eſt Halcyone, nulla ē: cōduplicatio mulieri grauiſſimo dolore affectæ maxime conueniens. Ait autem ſe non eſſe:uerū una cum marito periiſſe. ⸿ Solātia tollite uerba: auferte inquit uerba cōſolatoria:& nolite me cōſolari. ⸿ Aſſuetos uult⁹: ſolitos,hoc eſt hylares & lætos. ⸿ Nitebat:ſplēdebat. ⸿ Humente: madido. ⸿ Et ne me fugeres: apoſtrophe halcyōes ad maritum querelarū plena. ⸿ Fuit ah fuit: anadiploſis dolenti accommodata. ⸿ Neq; enim de uitæ tempore quicquam Non ſimul egiſſem: hoc eſt omne tempus uitæ meæ tecum traduxiſſē, tecumq; fuiſſem. ⸿ Diſcreta: ſeparata, diuiſa. ⸿ Nunc abſens perii: ſe cum Ceyce uiro periiſſe ait Halcyone, quamuis abſens fuerit,q̄ ſuā quoque animam in Ceycis corpore fuiſſe uult uideri. ⸿ Abſens:corpore nō animo. ⸿ Ducere:producere. ⸿ Supereſſe: ſupuiuere. ⸿ Nunc ſaltem: poſtquā tu periiſti. ⸿ Litera:epitaphium. ⸿ Prohibet: loqui ſubaudiamus. ⸿ Attonito: dolorib⁹ ſtupefacto. ⸿ Mane erat:prima pars diei aderat. ⸿ Euntem: recedentem maritum. ⸿ Dumque moratur ibi: ordo ē & ſenſus:& Halcyone uidet neſcio quod corpus longe poſitum in media aqua: dumq; Halcyone ibi moratur,& dum di

Intulerant lumen(poſtq̄ non inuenit uſquam:
Percutit ora manu:laniatq; a pectore ueſtes.
Pectoraq; ipſa ferit:nec crines ſoluere curans
Scindit:& altrici,quæ luctus cauſa,roganti,
Nulla eſt Halcyone,nulla eſt ait,occidit una
Cum Ceyce ſuo.ſolantia tollite uerba.
Naufragus interiit,uidi,agnouiq; manuſq;,
Et diſcedentem cupiens retinere,tenenti
Vmbra fuit.ſed & ūbra tamē manifeſta:uiriq;
Vera mei.non ille quidem:ſi quæris:habebat
Aſſuetos uultus:nec quo prius ore nitebat
Pallentem,nudnmq;,& adhuc humente capillo
Infelix uidi.ſteti hoc meſerabilis ipſo
Ecce loco:& quærit ueſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat,hoc animo quod diuinante timebam:
Et ne me fugiens uentos ſequerere,rogabam.
At certe uellem:quoniam periturus abibas:
Me quoq; duxiſſes.fuit ah,fuit utile,tecum
Ire mihi.neq; enim de uitæ tempore quicq̄
Non ſimul egiſſem.nec mors diſcreta fuiſſet.
Nunc abſens perii,iactor quoq; fluctibus abſens.
Et ſine me,te pontus habet.crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago:ſi uitam ducere nitar
Longius:& tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neq; pugnabo:nec te miſerande relinquam.
Et tibi nunc ſaltem ueniā comes:inq; ſepulchro
Si non urna,tamen iunget nos litera.ſi non
Oſſibus oſſa meis,at nomen nomine tangam.
Plura dolor prohibet:uerboq; interuenit omni
Plangor:& attonito gemitus a corde trahuntur.
Mane erat.egreditur tectis ad littus:& illum
Mœſta locum repetit:de quo ſpectarat euntem.
Dumq; moratur ibi:dūq; hinc retinacula ſoluit.
Hoc mihi diſcedens dedit oſcula littore dixit.
Dumq; notata oculis reminiſcitur acta: fretūq;
Proſpicit:in liquida ſpacio diſtante tuetur
Neſcio quid quaſi corp⁹,aqua .primoq; qd illud
Eſſet,erat dubium. poſtq̄ paulum appulit unda:
Et q̄uis aberat:corpus tamen eſſe liquebat.
Quis foret ignorās:qa naufrag⁹:omine mota ē:
Et tāq̄ ignoto lachrymas daret,heu miſer, inqt,
Quiſquis es:& ſi qua eſt cōiunx tibi fluctib⁹actū
Fit propius corpus:quod quo magis illa tuetur:
Hoc minus,& minus eſt mētis.iā, iamq; ꝓpiquæ
Admotum terræ:iam quod cognoſcere poſſet:
Cernit.erat coniunx.ille eſt exclamat:& una
Ora,comas,ueſtem lacerat:tendenſq; trementes
Ad Ceyca manus.ſic o chariſſime coniunx!
Sic ad me miſerande redis!ait.adiacet undis
Facta manu moles:quæ primas æquoris undas

xit:Vir meus hinc ſoluit retinacula, & diſcedens ex hoc littore me oſculatus eſt:& dum reminiſcitur acta a Ceyce ſuis oculis animaduerſa: & mare proſpicit. ⸿ Retinacula:funes:quibus naues ad terram ligantur ac retinentur. ⸿ Soluit: Ceyx ſubaudiat. ⸿ Reminiſcitur: in memoriā reuocat Halcyone. ⸿ Tuetur:aſpicit. ⸿ Appulit:ad littus ſubintelligatur. ⸿ Corpus: cadauer. ⸿ Et ſi qua eſt coniunx:heu & miſera ſubaudiatur. ⸿ Quo magis: quanto magis. ⸿ Tueſi aſpicit. ⸿ Hoc minus:tāto minus eſt compos mētis. ⸿ Admotum:appulſum. ⸿ Et una: & ſimul cum exclamatiōe. ⸿ Ad Ceyca:ad Ceycis cadauer. ⸿ Moles:murus maximus:quo portus ab undarum incurſu tutus reddebatur. Moles

¶ Quæ

R Aph. ¶ Quæ prædelaſſat: laſſos ac debiles reddit antequã in portum perueniant. ¶ Inſilit huc: illuc in illam molem manu factam. ¶ Potuiſſe: inſilire. ¶ Volabat: iam enim in auem fuerat conuerſa. ¶ Stringebat: radebat, leuiter attingebat. ¶ Dilectos artus: amata Ceycis membra. ¶ Tollere: extollere. ¶ Alite: in alites. ¶ Obnoxi⁹: ſubiectus, debitus. ¶ Perq́ dies placidos: Halcyões (ut refert Plinius) fœtificãt bruma, qui dies Halcyonides uocantur, placido mari per eos & nauigabili: Siculo maxime. Faciũt autem ſeptẽ ante brumam diebus nidos: & totidẽ ſequentibus pariunt. Quibus qñ quatuordecim diebus maxime trãquillatur mare: unde & Halcedonia p tranquillitate a Plauto i Caſſina accipiuntur, cum inquit. Tranquillum eſt: Halcedonia ſunt circa forum. Nam (ut ſcribit Sextus) Halcedones a ueteribus latinis dictæ ſunt: q̃ a græcis Halcyones uocant: & Halcedõia dies, qui Halcyonides appellantur. Sane Ariſtoteles in octauo de animalib⁹ Halcyonum duo eſſe genera ait. Alterũ uocales quod arundinibus inſideat: alterum mutũ paulo maiori corpore. Plini⁹ uero ſcribit Halcyonem paulo paſſere eſſe ãplio remcolore Cyaneo, & ſubnigro. Dictę ſũt Halcyones, ut Ouidi⁹ putat ab Halcyõe Ceycis uxore: ut alii ἀπὸ τοῦ κύειν ἐν τῇ ἁλί: hoc eſt a concipiendo in mari. Vt uero Hegeſander in commentariis narrat ab Halcyoneo gigante: cuius filiæ fuerunt: Phoſtonia: Anche: Mechone: Alcippe: Palene: Drimoſterie: quæ poſt patris mortem ſe a Canaſtræo promontorio in mare p̃cipitarunt. Amphitrite uero ipſas in aues commutauit: quas ab Halcyoneo patre Halcyonas uocarunt. ¶ Perq́ dies placidos ſeptem: de numero quidem horum dierum uariæ ſunt antiquorum opiniones: Simonides nanque in Pentathlis undecim eſſe ait: quod etiam Ariſtoteles in libris de animalibus confirmat. Philochorus autem nouem eſſe ſcribit: Demagoras uero ſeptem: cuius opinioni Ouidius adhæret. ¶ Incubat Halcyone: incubare proprie dicuntur aues, dum oua fouent. Halcyone autem & Halcyon dicitur. Halcedo quoq́ latine uocatur. Plautus in penulo: Quam mare dulce eſt, cum ibi Halcedo pullos educit ſuos. ¶ Pẽdẽtibus nidis: Halcyonum, nidi admirationem habent: ut refert Plinius. Pilę ſi gura paululuẽ eminentiores, ore perquam anguſto, grandium ſpongiarum ſimilitudine, intercidi non queunt, franguntur ictu ualido, ut ſpuma arida maris: nec unde confingant: inuenitur: putant ex ſpinis aculeatis. ¶ Tuta uia tuta maris: nam (ut dixim⁹) per quatuordecim illos dies: quibus fœtificant Halcyones mare tranquillatur: id quod benignitate Aeoli fieri ait poeta: ut cõmodum nepotibus faciat, nã Halcyone (ut uidimus) Aeoli filia fuit. ¶ Præſtat: accõmodat ac tutũ reddit ęquor Halcyonum pullis.

Marginal notes: Halcyones · Halcyones i auẽ · Ceyx i auem · Halcedones · Incubare · Halcyonũ nidi

Frangit: & incurſus quæ prædelaſſat equarum.
Inſilit huc: mirumq́ fuit potuiſſe. uolabat.
Percutienſq́ leuem modo natis aera pennis,
Stringebat ſummas ales miſerabilis undas.
Dumq́ uolat: mœſto ſimilem, plenumq́ querelæ
Ora dedere ſonum, tenui crepitantia roſtro.
Vt uero tetigit murum, & ſine ſanguine corpus
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
Frigida nequicquam duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hæc Ceyx: an uultum motibus undæ
Tollere ſit uiſus: populus dubitabat. at ille
Senſerat: & tandem ſuperis miſerantibus: ambo
Alite mutantur. fatis obnoxius iiſdem.
Tũc quoq́ mãſit amor: nec coniugale ſolutum ẽ
Fœdus in alitibus. coeunt: fiuntq́ parentes:
Perq́ dies placidos hyberno tempore ſeptem
Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis,
Tum uia tuta maris. uentos cuſtodit, & arcet
Aeolus egreſſu: præſtatq́ nepotibus æquor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata uolantes
Spectat: & ad finem ſeruatos laudat amores.
Proximus, aut idem, ſi fors tulit, hic quoq́ dixit
Quem mare carpẽtem, ſubſtrictaq́ crura gerẽtẽ
Aſpicis: oſtendens ſpatioſum in guttura Mergũ:
Regia progenies: & ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo quæris: ſunt huius origo
Ilus, & Aſſaracus: raptuſq́ Ioui Ganymedes:
Laomedonq́ ſenex: priamuſq́ nouiſſima Troiæ
Tempora ſortitus. frater fuit Hectoris iſte:
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta:
Forſitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamuis eſt illum proles enixa Dymantis:
Aeſacon umbroſa furtim peperiſſe ſub Ida

Fabulæ. xi. undecimi libri argumentum.

LAcẽ. ¶ Hos aliquis ſenior ct cum freta lata &c. Aeſacus natus Priami & Alyxothoes Crebenitanis filiæ ſub mõte Ida furtiuẽ editus urbanũ apparatũ conſultumq́ cũ ſiluis & labori poſtpoſuiſſet: incidit in conſpectum Eperies nymphæ: cui⁹ captus pulchritudine dũ fugientẽ perſequitur cauſa interemptus eius extitit. Cõfuſa enim timore p ignorantiam ſerpentem calce preſſit: cuius morſu cõcidit: eius deſyderio Aeacus ne diuti⁹ dolorẽ ſentiret e monte in ſubiectũ pelagus ſe præcipitauit: qui priuſquam mergeretur in auem ceſſit. Hæc æquora amat: nomenq́ Mergi tenet: qui amne mergitur illo.

R Aph. Aeſac⁹ ¶ Hos aliq̃s ſenior: Aeſac⁹ Priami filius ex Alyxothoe nympha cũ amore Eperies nymphæ captus eam fugientem perſequeretur. in cauſã fuit: ut illa periret: nam inter fugiendum a ſerpente icta interiit: tantoq́ dolore Aeſacon affecit: ut moriturus e ſcopulo ſe in mare p̃cipitarit. Quem Tethys miſerata in mergum trãſmutauit. Ille uero indignatus q̃ mori non potuerit: ſe mergere nunquam deſiſtit: unde & mergus a ſæpius ſe mergende a latinis eſt dictus. ¶ Proximus aut idem ſi fors tulit: hoc eſt aliquis proximus, aut forte idem ſenior. ¶ Subſtricta crura: ſubtilia. ¶ Sunt huius origo: Ilus: & Aſſaracus: & Ganymedes filii fuerunt Trois Troianorum regis. Laomedon uero Ili fuit filius: ac Priami pater: ut cum ex aliis permultis: tum ex Homero aperte colligitur. ¶ Proles Dymantis: Hecuba, quam Dymantis filiam fuiſſe ſcribit Homerus. Eurypides uero Ciſſei Thracum regis. Ilus Aſſaracus hecubæ pater

Fertur Alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic urbes:nitidaq; remotus ab aula
Secretos montes,& inambitioſa colebat
Rura:nec Iliacos cœtus.niſi rarus adibat.
Non agreſte tamen:nec inexpugnabile amori
Pectus habens.ſiluas captatam ſæpe per omnes
Aſpicit Eperien patria Cebriuida ripa
Iniectos humeris ſiccantem Sole capillos.
Viſa fugit nymphe:ueluti perterrita fuluum
Cerua Lupum:longeq; lacu depręnſa relicto
Accipitrem fluuialis Anas:quam Troius heros
Inſequitur:celeremq; metu,celer urget amore.
Ecce latens herba Coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit:uiruſq; in corpore liquit
Cum uita ſuppreſſa fuga eſt.amplectitur amens
Exanimem:clamatq;:piget:piget eſſe ſecutum.
Sed non hoc timui.nec erat mihi uincere tanti.
Perdidimus miſeram nos te duo,uulnus ab āgue:
A me cauſa data eſt.ego ſum ſceleratior illo:
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit:& e ſcopulo:quem rauca ſubederat unda
Decidit in pontum.Tethys miſerata cadentem
Molliter excepit:nantemq; per æquora pennis
Texit:& optatæ non eſt data copia mortis.
Indignatur amans inuitum uiuere cogi:
Obſtariq; animæ miſera de ſede uolenti
Exire:utq; nouas humeris aſſumpſerat alas
Subuolat:atq; iterū corpus ſuper æquora mittit.
Pluma leuat caſus:furit Aeſacus:inq; profūdū
Pronus abit:letiq; uiam ſine fine retentat.
Fecit amor maciem.longa internodia crurum.
Longa manet ceruix.caput eſt a corpore longe.
Aequor amat:nomenq; manet:quia mergit illo.

Publii Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber undecimus explicit.

R Aph. ¶ Alyxothoe: nympha fuit hæc, ex qua Priamus Aeſacō ſuſcepit. Conata:nixa & hæres. Gracili bicorni:bicorne iſtrumentū eſt ruſtici. Captatam:quam ſæpe cape re tētauerat. Eperien Cebriuida:Cebrinis fluuii ignobilis filiam.unde etiam(ut Herodianus ſcribit)Cebrinia urbs & regia Troadis fuit cognominata. Longe lacu relicto:ſcite.nam in lacu capi non poſſunt cum aduolante accipitre ſe mergant,ut iis qui illo aucupio delectant eſt notum. Lacu:gurgite. Fluuialis anas:fluuios incoleos. Vrget:impellit. Coluber:i ſerpens. Strinxit:percuſſit. Virus:uenenum. Suppreſſa:repreſſa. Nec erat mihi uincere tanti:ut tu perires intelligamus. Nos duo:ego,& ſerpens. Subederat:ſubroſerat. Decidit in pontū:ſic quidem etiam legi pōt:ſed deſiliit:uel deiicit forſitan elegātius legeretur:ut intelligamus Aeſacū ipſum ſe i mare præcipitaſſe. Copia mortis:facultas moriendi. Miſera de ſede:de miſero corpore. Subuolat:ſurſum uolat. Super æquora:in mare. Furit:idignatur. Pronus:in caput. elegaoter autē Mergi naturam poeta deſcribit. Fecit amor maciem:amor quem morte finire cupiebat,illum fecit macilentū. Lōga internodia crurum:internodiū id dicitur ſpatiū,quod eſt inter duos nodos.Nodoſa autē crura mergus habere uidetur. Nomenque manet:a mergēdo nanque mergus a latinis fuit denominatus.

Alyxothoe
Bicorne
Cebrinis
Cebrinia
Aeſacus i mergū
Internodium
Mergus

Fabulæ primæ duodecimi libri argumentum. LAct.

¶ Neſcius aſſūptis Priamus pater Aeſacon alis &c. Agamēnon Atrei & Europes filius dux Achiuorū,cum in Aulide Ioui ſacra miniſtraret:conſpexit draconem in arborē quæ impendebat aræ lapſum ad niduz uolucris cuius octo pullis conſumptis ab eodem ſerpente nouiſſime circumuolante matre Aquila conuerſus in ſaxū eſt. Quorum prodigio Calchas Teſtoris filius augur reſpōdit per nouem annos in Troade dimicaturos:decimo autem illo eos potituros. Fert autem portus Bœotiæ hic eſſe,ubi mille naues aduerſis tempeſtatibus ſteti ſſent. Morātibus enim Achiuis reſpondet a Calchāte nō ante claſſes poſſe moueri:q̄ Iphigeniam pater immolaſſet.Quę cum pro te communi ad arā eſſet applicata:inter ſacrificiū obductis nubibus a Diana rapta eſt:& pro ea ſuppoſita Cerua

¶ Neſcius

RAPHAELIS Regii in duodecimum Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



P. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber. XII.

Neſcius aſſumptis priam⁹ pater Aeſacon alis
Viuere: lugebat: tumulo quoq; nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus Hector inanes:
Defuit officio paridis p̃ſentia triſti:
Poſt modo qui rapta longum cum cõiuge bellū
Attulit in patriam: coniurataq; ſequuntur
Mille rates: gentiſq; ſimul commune Pelaſgæ.
Nec dilata foret uindicta: niſi æquora ſæui
Inuia feciſſent uenti: Bœotaq; tellus
Aulide piſcoſa, puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more, Ioui cum ſacra paraſſent:
Vt uetus accenſis incanduit ignibus ara:
Serpere cæruleum Danai uidere draconem
In platanum: cœptis quæ ſtabat proxima ſacris.
Nidus erat uolucrū bis quattuor arbore ſumma:
Quas ſimul & matrem, circū ſua damna uolātē
Corripuit ſerpens: auidaq; recondidit aluo.
Obſtupuere omnes. at ueri prouidus augur
Theſtorides uincemus, ait. gaudete Pelaſgi.
Troia cadet. ſed erit noſtri mora longa laboris
Atq; nouem uolucres in belli digerit annos.
Ille ut erat uirides amplexus in arbore ramos:
Fit lapis: & ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet Aoniis Nereus uiolentus in undis:
Bellaq; non transfert. & ſunt qui parcere Troiæ

RAph. Neſci⁹ aſſumptis. Quę tēpore belli Troiani factæ ſunt Metamorphoſeis: hoc libro fere deſcribit poeta: ac primū Draconis tranſmutationem, q̃ pullos cū matre apud Aulidem ſpectantibus Græcis deuorauit perſpicue exponi. Nam cum mille Græcorum Helenam repetentium naues ad Aulidem conueniſſet: ac Ioui ſacrificare Græci uellēt, ecce ſerpēs platanum aræ imminentē aſcendit: ac primū pullos octo qui adhuc in nido erāt, deinde circumuolantem matrem deuorauit. Quod quidē cū alii admirarent: Calchas ex eo collegit bellum nouē annos duraturum: ac decimo demum anno Troiam captum iri. Cæterū ſerpens ille ad perpetuā rei memoria in ſaxum a Diis fuit commutatus. ⁋ Neſci⁹ aſſumptis: more ſuo poeta concinne & librum libro cōnectit: & quædam prænarrat: quo commodius (quam dixi) Dracōis Metamorphoſin in ſaxū exponat. ⁋ Tumulo quoque nomē habēti: Cenotaphio in quo nomē ſine corpore erat inſcriptū. ⁋ Inferias dederat: ſacrificia fecerat. Nam inferiæ dicunt ea ſacrificia: q̃ inferis & mortuis fiunt. Hæc autē a poeta narrantur ut hūc librum cū ſuperiore aptius cōnectat. ⁋ Paridis præſentia: periphraſis ē. Paris enim defuit exequiis Aeſaci fratris. Nā in Græciam ad rapiendam Helenam nauigarat: quam Venus ipſi polliceta erat: cum iudex electus ſuper triū Dearū pulchritudine Iunonis: Palladis: & Veneris pro Venere ipſa ſniam tulit: ut in laudatiōe Helenes Iſocrates narrat. Orta nā q̃ inter illas Deas contētione de pulchritudine: Alexander qui Paris fuit cognominatus Priami filius index fuit conſtitutus, cui quidem cum Iuno polliceret ſe totius Aſiæ regnum conceſſuram. Pallas uero ipſum inuictū in bellis effecturā. Venus autē Helenam mulierum omniū pulcherrimam: p Venere ut Helena potiretur indicauit. ⁋ Poſtmodo: poſtea. ⁋ Longū bellū: decem nanq; annos durauit. ⁋ Cū cōiuge: Helena ⁋ Cōmune gentis Pelaſgæ: concilium toti⁹ Græcię. ⁋ Inuia: innauigabilia. ⁋ Aulide piſcoſa: Aulis urbs ē Bœotiæ Chalcidi finitima ab Aulide Euonymi filii Cephiſi filia cognominata. ⁋ Piſcoſa: piſcibus abundāte. ⁋ Tenuiſſet: retinuiſſet, remorata fuiſſet. ⁋ Incāduit: calefacta fuit. ⁋ Cæruleū Draconē: nigrum. ⁋ Quæ ſtabat proxima: q̃ imminebat ſacrificiis cœptis. ⁋ Theſtorides: Calchas Theſtoris filius. ⁋ Circū ſua dāna: circū ſua pignora, q̃ cum maximo ſuo damno deuorari a dracōe uidebat. ⁋ At nouē uolucres: ordo ē & ſenſus: Atq; Calchas digerit & diſtribuit nouē uolucres & aues i nouē belli annos.

Fabulæ ſecundæ. xii. libri argumentum.

LAct. ❡ Permanet &c. Iphigenia ſupradicta Agamēnonis filia in ceruam, & a Diana eſt in Tauricos fines tranſlata.

RAph. ❡ Permanet Aon. Agamemnon ad bellū Troianū proficiſcēs, cū apud Aulidē reliquos Gręcię principes expectaret, imprudens Dianæ ceruam occidit. Quare Dea irata in tantā tēpeſtatē mare excitauit: ut Gręcorū claſſis inde ſoluere non poſſet. Cū aūt ēt peſte laborarēt, cōſulti⁹ Calchas reſpōdit, Dianæ irā Agamēnonio ſanguine eē placandā. Tandē igit̃ Agamēnonis quoq; cōſenſu adducta Iphigenia ad aras ut imolaret, a Diana dicit̃ fuiſſe ſacerdoti ſubrepta, ac illi⁹ loco cerua ſuppoſita. ⁋ Bellaq; non transfert: e Græcia ad Troiam.

Margin notes: Inferiæ — Paridis iupiciū — Serpēs ſaxum — Cōmune — Aulis

Neptunum credant:quia mœnia feccrat urbis.
At non Aheſtorides.neq; enim neſcitur,racetue,
Sanguine Virgineo placandam uirginis iram
Eſſe Deæ:poſtquam pietatem publica cauſa,
Rexq; patrem uicit:caſtumq; datura cruorem
Flentibus ante aram ſterit Iphigenia miniſtris.
Victa Dea eſt:nubemq; oculis obiecit:& inter
Officium,turbamq; ſacri,uocemq; precantum,
Suppoſita fertur mutaſſe Mycenida cerua.



Ergo ubi qua decuit:lenita eſt cæde Diana:
Et pariter Phœbes,pariter maris ira receſſit.
Accipiunt uentos a tergo mille carinæ:
Multaq; perpeſſæ,phrygia potiuntur harena.
Orbe locus medio eſt inter terraſq;,fretumq;,
Cæleſteſq; plagas triplicis confinia mundi:
Vnde quod eſt uſquã:quamuis regionibus abſit:
Inſpicitur:penetratq; cauas uox omnis ad aures.
Fama tenet.ſummaq; domum ſibi legit in arce.
Innumeroſq; aditus,ac mille foramina tectis
Addidit:& nullis incluſit limina portis.
Nocte,dieq; patet,tota eſt ex ære ſonanti,
Tota fremit:uoceſq; refert:iteratq; quod audit.
Nulla quies intus:nullaq; ſilentia parte.
Nec tamẽ eſt clamor:ſed paruæ murmura uócis.
Qualia de pelagi(ſi quis procul audiat)undis
Eſſe ſolent.qualemue ſonum,cum Iuppiter atras
Increpuit nubes:extrema tonitrua reddunt,
Atria turba tenet:ueniunt leue uulgus:euntq;:
Mixtaq; cum ueris paſſim commenta uagantur
Millia rumorum:confuſa uerba uolutant.
E quibus hi uacuas implent ſermonibus aures.
Hi narrata ferunt alio:menſuraq; ficti
Creſcit:& auditis aliquid nouus adiicit auctor.
Illic credulitas:illic temerarius error:
Vanaq; lætitia eſt:conſternatiq; timores:
Seditioq; recens:dubioq; auctore ſuſurri.
Ipſa quid in cælo rerum,pelagoq; geratur:
Et tellure uidet:totum inquirit in orbem.

RAph. ¶Quia mœnia fecerat urbis:nã una cum Apolline muros urbis Troiæ ædificauit Neptunus.
Iphigenia in ceruam ¶Neq; enim neſcitur ta/cetue:hoc eſt & ſcit & ait uirginis ſanguine Dianã eſſe placãdã. ¶Virginis Deæ Dianæ. ¶Publica cauſa: publica utilitas. ¶Rexq; patrem: hoc eſt officium regis pietatẽ patris expugnauit. ¶Myce
Mycenæ nida:Iphigeniam Myce/næam.Mycenæ aũt urbs eſt Peloponneſi,a Mycenæo Spartonis filio,a Phorone fratre dicta.
Fabulę tertiæ.xii.libri argumentum.
LAct. ¶Ergo ubi&c. Cum fama per orbem Graiorũ aduentu ad expugnãdũ Iliũ eſſet in Troade dares apparuiſſent.Primus in congreſſu bellantium Proteſilaus Hiphidi filꝰ ab Hectore eſt interemptus:deinde hic nouiſſime Cygnũ Neptuni filium:qui nullo telo interimi poterat ab Achille,cũm diu in certamine uictoriæ con/tentio eſſet,& fruſtra in eum tela eminus iaceret:
Famæ ædiũ deſcriptio Meneto Lycio prius interempto ſtricto enſe perſequens præcipitatum ſupra ſaxum eliſo gutture preſſit.Qui priuſq̃ ſpoliaretur armis ab eo,Neptunus eius parens in uolũcrem eiuſdẽ nominis contulit,ne nominis aboleretur perpetuitas.
RAph. ¶Ergo ubi:ut Cygni Neptuni filii,cuius corpꝰ nulla ex parte poterat uulnerari, Metamorphoſin cũ ſuperiore connectat poeta:multa ꝑnarrat,ac primum Famæ aulam deſcribit:deinde aduentum Grecorum ad littus Troianum:tum Proteſilai cædem,qui primus egredi in littus Troianũ auſus ab Hectore fuit interfectus. ¶Phœbes:Dianæ.
¶A tergo:a puppi.
Famæ comites ¶Phrygia harena:littore Troiano. ¶Orbe locꝰ medio:Famæ ædiũ elegans deſcriptio. ¶Triplicis mũdi:in tres partes diuiſi,cæluũ:mare:& terrã: ſiue tribus partibus conſtantis:cælo:aqua:& terra. ¶Vſquã:aliquo in loco. ¶Abſit:diſtet. ¶Regionibus: regionum multarum ſpatio. ¶Fama tenet:habitat.Famam autem incorpoream,tãquã corpus habentem deſcribit. ¶Legit:elegit. ¶Sũma in arce:in arcis ſummitate. ¶Innumeros aditꝰ: innumerabiles & infinitos ingreſſus. ¶Et nullis incluſit limina portis: ianuas ædium Famæ ſemper patere, nec unq̃ claudi eã nullæ ſint. ¶Qualia de pelagi:qualia inquit eſſe ſolent murmura ab undis pelagi uenientia. ¶Increpuit:crepare & ſtrepere fecit. ¶Commenta:ficta.ſic Virgilius. Tã ficti,prauiq; tenax,q̃ nũcia ueri ¶Confuſa:obſcura,quæ difficulter percipi poſſũt. ¶Vacuas aures:ocioſas. ¶Illic credulitas:Famæ comites enumerat poeta. ¶Conſternatiq; timores:ab effectu,q̃ cõſternatos atq; perturbatos hoies reddant. ¶Seditioq; recens:nouꝰ tumultꝰ. ¶Suſurri: murmura. ¶Ipſa quid in cælo:Fama inq̃t omnia quęcunq; in mundo aguñt uidet. ¶In totum orbem: de iis, quæ in toto orbe aguntur.

¶Fecerat

Fecerat hæc notum:Graias cum milite forti
Auentare rates.neq; inexpectatus in armis
Hoſtis adeſt:proibentq; aditus:littuſq; tuentur
Troes:& Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilae cadis:commiſſaq; prælia magno
Stãt Danais:forteſq; animæ.nec cognit⁹ Hector,
Nec phryges,exiguo qd Achaica dextera poſſit
Sanguine,ſenſerunt.& iam ſignata rubebant
Littora:iam leto proles Neptunia Cygnus
Mille uiros dederat:iam currus ſtabat Achillis:
Totaq; peliacæ ſternebat cuſpidis ictu
Agmina:pq; acies,aut Cygnũ,aut Hectora q̃rẽs:
Congreditur Cygno.decimum dilatus in annũ
Hector erat.tum colla iugo canentia,preſſos
Exhortatus equos,currum direxit in hoſtem,
Concutienſq; ſuis uibrantia tela lacertis.
Quiſquis es o iuuenis dixit:ſolamen habeto
Mortis:ab Aemonio quod ſis iugulatus Achille:
Hactenus Aeacides.uocem grauis haſta ſecuta ẽ.
Sed q̃q̃ certa nullus fuit error in haſta,
Nil tamen emiſſi profecit acumine ferri.
Vtq; hebeti pectus tantummodo contudit ictu.
Nate Dea(nam te fama prænouimus)inquit
Ille.quid a nobis uulnus miraris abeſſe?
(Mirabantur enim)non hæc,quam cernis equis
Fulua iubis,caſſis.nec onus caua parma ſiniſtræ
Auxilio mihi ſunt.decor eſt quæſitus ab iſtis.
Mars quoq; ob hoc capeſ arma ſolet.remouebiſ
Tegminis officium.tamẽ indiſtrictus abibo. oẽ
Eſt aliquid non eſſe ſatum Nereide:ſed qui
Nereaq;,& natas,& totum temperat æquor.
Dixit.& hæſurum clypei curuamine telum
Miſit in Aeacidẽ:quod & æs,& proxima rumpit
Terga nouena boum.decimo tñ orbe moratũ eſt.
Excipit hoc heros.rurſuſq; trementia forti
Tela manu torſit.rurſus ſine uulnere corpus,
Syncerumq; fuit.nec tertia cuſpis apertum,
Et ſe præbentem ualuit diſtringere Cygnum.
Haud ſecus exarſit:q̃ circo Taurus aperto:
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Phœniceas ueſtes:eluſaq; uulnera ſentit,
Num tamen exciderit ferrum:conſyderat haſtæ.
Hærebat ligno.manus eſt mea debilis ergo.
Quaſq; ait ante habuit uires effudit in uno.
Nam certe ualuit.uel cum Lyrneſia primum
Mœnia deieci:uel cum Tenedonq;,ſuoq;
Aeetionias impleui ſanguine Thebas.

RAph. Fecerat hæc notũ:uulgauerat. Hoſtis adeſt:hoſtes adueniunt. Fatali ter:ex fato & lege. Proteſilae cadis:proteſilaus Iphycli fuit filius:ac Laodamiæ Acaſti filiæ maritus:qui græcorum prim⁹ in litus Troianum egre-(Proteſilaus deſ)ſſus auſus,ab Hectore fuit interfectus. Stant magno:conſtant,quia fortiſſimum uirum amiſerunt. Forteſq; animæ:conſtant:uerbum eſt ſubaudiendum. Nec cognitus Hector:conſtat magno ſubaudiatur.eſt enim ordo & ſenſus:& Hector non cognitus magno conſtat Græcis. Si enim cognitus fuiſſet facile illum uitaſſet Proteſilaus. Achaica dextera:Græcorũ uires:quãuis ad Achillem & Aiacem alludere uideatur:q multos ex Troianis interfecerunt. Signata:infecta ſanguine ſubaudiatur. Proles Neptunia Cygnus:tandem ad Cygni Metamorphoſin id quod a principio lib. intendebat poeta peruenit.(Cygn⁹ Neptuni filius) Nam Cygn⁹ Neptuni filius:quod dono patris nullo ferro poſſet uulnerari:Achillis impetum expectare auſus eſt,a quo ſæpius haſta fruſtra percuſſus:cum ferri acies corpore illius retunderetur,tandem correptus,& ſtrangulatus eſt. Quem cum Achilles ſpoliare uellet,arma ſine corpore fuiſſe relicta animaduertit:nam pater Neptunus illum in auem cygnum iam commutarat. (Achilles) Stabat:erectus erat. Achillis:Achilles autem Pelei & Thetidis fuit filius,dictus uel ἀπὸ τοῦ ἄχος λύειν:hoc eſt a ſoluendo dolore:medicus enim fuit a Chirone medicinam doctus:uel ἀπὸ τοῦ ἄχος Ἰλιεῦσιν:hoc eſt ab inferendo Ilienſibus dolore:uel ab a particula priuatiua,& χιλῶν:hoc eſt cibo. Neq; enim lac guſtauit prorſus:ſed medullis ceruorum a Chirone nutritus fuit. Vnde (ut inquit Euphorion)a Myrmidonibus Achilles fuit nominatus. Peliacæ cuſpidis:Pelias haſta Achillis dicta eſt a Pelio monte:ex (Pelias) quo fuerat reciſa:unde Peliacus declinat. Et guos pres.col.ca.hoc eſt preſſa & onerata iugo colla albentia habentes:eſt enim ſynecdoche maxime huic poetę familiaris. Hactenus Aeaci.locutus eſt ſubaudiatur. Vt he.tanquam hebeti & obtuſo,non autem acuto. Caſſis:galea. Caua par.concauum ſcutum. Decor:pulchritudo,ornamentum. Mars quoq; ob hoc:propter decorem:ut ornatus uideatur,nõ autem ut protegatur. Indiſtrictus:inuulneratus. Eſt aliquid:modeſte genua ſuum oſtentat Cygnus,ac matri Achillis antepoſuit. Nereide:Thetide nympha,Nerei filia. Sed qui Nereaq;:ex eo ſubaudiatur.eſt aũt Neptuni periphraſis. Terga nouena:nouem terga & pelles. Decimo or. decimo tergore. Moratum eſt:retentum eſt,atq; remoratum. Syncerũq; fuit:integrum. Apertum:nudatum. Et ſe prębentem:ſe haſtæ opponẽtem. Diſtringere:uulnerare. Circo aperto:ſpacioſo.In circo autẽ uenationes exhibebantur. Phœniceas ue.purpureas:quibus maxime agreſtes tauri in harena irritabantur. Eluſa:irrita & uana. Ergo:affectui & indignationi ſeruit hæc dictio ergo. Indignatur enim Achilles:q Cygnus acuta haſtę cuſpide uulnerari non poſſit. Cũ maxima uero indignatione in dextræ ſuæ debilitatẽ cãm refert. Lyrneſia mœn. Lyrneſus urbs (Lyrneſus) Troadis:quam Gręci diripuerunt:unde Breſeida rapuit Achilles. Solus Echionias:corrupte quidem ſic legitur eorum culpa,qui ſibi omnia permittunt in iis inuertẽdis,quæ in priſcis exemplaribus deſcripta non percipiunt.Cum enim quaſnã Ouidius Aeetionias Thebas uocaret,minus intelligerent homines & imperiti & temerarii,non ſolum Aeetionias

Aeetioniç thebæ — in Echionias inuerterunt, ſed hoc quoq; nomen Solus cõmodo ſuo aſcripſerunt, ignorantes Echionias Thebas in Bœotia eſſe, quæ pro græcis cõtra Troianos ſteterunt, ut aperte in ſecundo Iliados narrat Homerus. Quas autem ſe iactat expugnaſſe Achilles in Cilicia ſunt Aeetoniæ dictæ ab Aetione Andromaches patreq; quẽ ab Achille interfectũ, Thebẽq; urbẽ Ciliciæ excelſaz fuiſſe depopulataz apud Hom. Andromache ipſa cõqrit.

Thebç — Thebæ autẽ multaq; urbium eſt nomẽ. Siqdẽ & in Aegypto & in Bœotia & in Cilicia & in Syria & in Ionia iuxta Miletum, & in Attica & in Theſſalia Phthiotide & i italia thebæ fuerunt. Thebç ſane Ciliciæ p Troianis cõtra Grçcos arma ſumpſerãt. Legit etiam: Eetioneas.

RAph. Cayc⁷ — ¶ Purpureus Cayc⁷: fluuius eſt Myſiæ Caycus, quã regionẽ Grçci deuaſtarũt, ne Troianis ferre auxiliũ poſſet. ¶ Cæde popu. occiſiõe populi ſui.

Telephus — ¶ Bis ſenſit Telephus: Telephus Herculis fuit fili⁷ ex Auge nympha, q expoſitus, a cerua dicitur fuiſſe educatus: robuſtuſq; effectus Lyciis imperauit. Sentiens autem p Troianis ab Achille quẽ in femore fuit uulnerat⁷: ſed a ſuis p:ectus mortẽ effugit. Cum uero nulla remedia uulneri inuenirentur, Apollo conſultus reſpondit aliter non poſſe ſanari, niſi iteruz ſe Achilli præberet uulnerandum. Quod cum feciſſz, incolumis euaſit: hoc autem Plinius ad naturalẽ referens rõnem ait. Ferri naturam ſtipticam eſſe, ideoq; medicos emplaſtris plagarum limaturaz ferri adhibere ſolere. Vnde & Achilles inquit doctus a Chirone p decuſſionez ferri Telephi uulnus dicit curaſſe. ¶ Ante actis: cædibus ante factis. ¶ Plangente: percutiente. ¶ Vtar in hoc idẽ: ego idem utar haſta eadem cõtra hunc Cygnũ. ¶ Fraxinus: fraxinea haſta. ¶ Non euitata a Cygno, q nihil illa offendebat. ¶ Solida caute: ſolido lapide. ¶ Securũ ho. Cygnũ

Vel cum purputeus populari cæde Caycus
Fluxit: opuſq; meæ bis ſenſit Telephus haſtæ.
Hic quoq; tot cæſis, quorum per littus aceruos
Et feci, & uideo: ualuit mea dextra: ualetq;.
Dixit, & ante actis ueluti male crederet: haſtam
Miſit in aduerſum Lycia de plebe Nemeten.
Loricamq; ſimul, ſubiectaq; pectora rupit.
Quo plãgente, grauem moribũdo pectore terrã:
Extrahit illud idem calido de uulnere telum.
Atq; ait hæc manꝰ ẽ: hac qua mõ uicimꝰ haſta.
Vtar in hunc idem. ſit in hoc precor exitus idem.
Sic fatur. Cygnumq; petit. nec fraxinus errat:
Inq; humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde uelut muro, ſolida a caute repulſa eſt.
Qua tamẽ ictus erat: ſignatum ſanguine Cygnũ
Viderat: & fruſtra fuerat gauiſus Achilles.
Vulnus erat nullum. ſanguis fuit ille Nemetæ.
Tum uero præceps, curru fremebundus ab alto
Deſilit: & nitido ſecurum cõminus hoſtem
Enſe petens: parmam gladio, galeamq; cauari
Cernit: & in duro lædi quoq; corpore ferrum.
Haud tulit ulterius: gladioq; aduerſa reducto
Ter, quater ora uiri, capulo caua tẽpora pulſat:
Cedentemq; ſequens inſtat: turbatq;, ruitq;,
Attonitoq; negat requiem. pauor occupat illum:
Ante oculoſq; natant tenebræ: retroq; ferenti
Auerſos paſſus medio lapis obſtitit aruo:
Quem ſuper impulſum reſupino corpore Cygnũ
Vi multa uertit: terræq; affixit Achilles.
Tum clypeo, genibuſq; premẽs præcordia duris,
Vincra trahit galeæ: quæ preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces: & reſpiramen, iterq;
Eripiunt animæ. uictum ſpoliare parabat.
Arma relicta uidet. corpus Deus æquoris albam
Contulit in uolucrẽ: cuius modo nomẽ habebat.
Hic labor. hæc requiem multorum pugna dierũ
Attulit: & poſitis pars utraq; ſubſtitit armis.
Dumq; uigil Phrygios ſeruat cuſtodia muros:
At uigil Argolicas ſeruat cuſtodia foſſas:
Feſta dies aderat: qua Cygni uictor Achilles.
Pallada mactatæ placabat ſanguine uaccæ.
Cuius ut impoſuit Profecta calentibus aris:
Et Diis acceptus penetrauit in æthera nidor:
Sacra tulcre ſuam. pars eſt data cætera menſis.

nihil timentẽ, qa uulnerari non poterat. ¶ Ferrũ lædi: retũdi. ¶ Ter quater: ſæpius. ¶ Cedentẽ: retro ſubitelligit. ¶ Ruitq;: ruere facit. ¶ Tenebræ na. uoluit, attonitus. n. nihil pſpicere poterat. ¶ Quẽ ſuper: anaſtrophe eſt: ſuper quẽ. n. i ſoluta dicim⁷ orõne. ¶ Affixit terræ: proſtrauit. ¶ Trahit: trahẽs ſtringit. ¶ Elidũt: cõprimũt. ¶ Cõtulit in uolu. cõuertit i uolucrẽ ñ nouã, ſed i quã Cygn⁷ Stheneli regis Lygurũ filius caſu Phaethõtis ſine fine dolẽs fuerat cõmutatus: ut in ſecũdo poeta narrauit.

Fabulæ. iiii. libri duodecimi argumẽtum.

LAct. — ¶ Hic labor &c. Superato aũt Cygno iter epulas Achilles: cçteriq; Achiui admirãt corpis duriciẽ qd toties haſta a corpore ei⁷ eẽt repulſa: q̃ admiratio a Neſtore ſene doctiſſimo ſpecioſiore exẽplo ſirmat. Retulit. n. ſua çtate Cçnim Phiati filiã fuiſſe: q̃ pp pulchritudinẽ a Neptuno cõpreſſa ſit. Data uenia ob iniuriã, ut i uirũ mutata nullo telo interfici poſſit. Hic cũ Pirithous ixiõis fil⁷ Neptuni intereſſet: ducta Hippodamia: & Euryt⁷ iter Cẽtauros ictatus i nuptã nouã impetũ feciſſet: cæteri pũ luere Lapithæ: atq; Centauri in nuptias frequẽtãtes. Ideoq; cũ maxima çdes eẽt exorta, plurimiq; ex utraq; pte ob raptum matronç cõcidiſſent: & qd inuiolabilis ipe reſtaret ab uniuerſis: q ex çde reliq fuerãt, nouiſſime ipetu facto, cõgeſtiſq; in eũ arborũ trũcis ſpũm reddere coact⁷ eſt. Tũ nõ imemor Deus Neptunus a quo ſpecioſum mun⁷ acceperat: i ſupradictum in uolucrẽ nominis ſui tranſfigurauit.

RAph. — ¶ Hic labor: deſcriptur⁷ poeta duplicẽ Cçnei mutationẽ, nã ex fœmina in uirũ: & ex uiro i auẽ ẽ trãſfigurat⁷ & ſacrificia, conuiuiaq; Grçcorũ pricipũq; ſpoliiſq; Lapithaq; cũ Cẽtauris i Pirithoi nuptiis pnarrat. ¶ Foſſas: caſtrorum. ¶ Profecta: exta. ¶ Acceptus: gratus. ¶ Nidor: odor pp rie toſtaç carniũ. Nidor

¶ Sacra tulere ſuã: ſacrificia habuere ſuam portionem.

¶ Totis

Diſcubuere toris proceres:& corpora toſta
Carne replent:uinoq; leuant,curaſq;,ſitimq;.
Non illos citharæ,non illos carmina uocum,
Longaq; multifori delectat tibia buxi.
Sed noctem ſermone trahunt:uirtuſq; loquẽdi
Materia eſt.pugnam referunt,hoſtiſq;,ſuamq;:
Inq; uices adita,atq; exhauſta pericula ſæpe
Cõmemorare iuuat.qd enim loqueret̃ achilles?
Aut qd apud magnũ potius loqueret̃ achillem?
Proxima præcipue domito uictoria Cyguo
In ſermone fuit.uiſum mirabile cunctis:
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo:
Inuictumq; a uulnere erat,ferrumq; terebat.
Hoc ipſe æacides. hoc mirabantur achiui.
Cum ſic Neſtor ait.ueſtro fuit unicus æuo
Contemptor ferri:nulloq; forabilis ictu
Cygnus.at ipſe olim patientem uulnera mille
Corpore non læſo perrhæbum Cænea uidi.
Cænea Perrhæbum:qui factis inclytus,Othrin
Incoluit:quoq; id mirum magis eſſet in illo:
Fœmina natus erat.monſtri nouitate mouẽtur:
Quiſq; adeſt:narretq; rogant:quos inter achilles
Dic age(nam cunctis eadem eſt audire uolũtas)
O facunde ſenex æui prudentia noſtri:
Quis fuerit Cæneus.cur in contraria uerſus.
Qua tibi militia,cuius certamine pugnæ
Cognitus,a quo ſit uictus:ſi uictus ab ullo eſt.
Tum ſenior.quis obſtet mihi tarda uetuſtas:
Multaq; me fugiant primis ſpectata ſub annis:
Plura tamẽ memini:nec quæ magis hæreat,ulla
Pectore res noſtro eſt inter belliq;,domuſq;
Acta tot.ac ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus
Spectatorem operum multorum reddere:uixi
Annos bis centum.nunc tertia uiuitur ætas.
Clara decore fuit proles Elateia Cænis
Theſſalidum uirgo pulcherrima:perq; ꝓpinquas
Perq; tuas urbes(tibi enim popularis achille)
Multorum fruſtra uotis optata procorum.
Tentaſſet peleus thalamos quoq; forſitan illos:
Sed iam aut contigerant illi connubia matris:
Aut fuerant promiſſa tuæ.nec Cænis in ullos
Denupſit thalamos:ſecretaq; littora carpens
Aequorei uim paſſa Dei eſt.ita fama ferebat.
Vtq; noua Veneris Neptunus gaudia cœpit:
Sint tua uota licet dixit ſecura repulſæ.
Elige quid uoueas .eadem quoq; fama ferebat.
Magnum,Cænis ait, facit hæc iniuria uotum:
Tale pati iam poſſe nihil,da fœmina ne ſim.
Omnia præſtiteris.grauiore nouiſſima dixit
Verba ſono:poteratq; uiri uox illa uideri,

Cui.Meta.

RAph. ℂ Toris:in lectis.ſtratis namq; tribus lectis antiq diſcumbebant. ¶ Toſta carne:nam heroes elixis nõ ueſcebant̃ carnib⁹. ¶ Multifori buxi:multa foramina habentis.hæc aūt oblectamẽta ocioſorum & delicatorum ſunt:nõ fortium atq; bellicoſorum. ¶ Virt⁹:fortitudo. ¶ Exhauſta:expugnata, ac ſuperata. ¶ Inuictumq; a uulnere erat: inſuperabile atq; expers uulneris erat. ¶ Terebat: hebetabat,retũdebat. ¶ Forabilis: penetrabilis. ¶ Perrhæbũ Cænea uidi: Cænis Elatei Lapithæ filia fuit:cui Neptunus cũ uim intuliſſet:copiã fecit ut qd quid uellet,peteret: ſe.n. omnino cõceſſurũ.Puella ut uir inuulnerabilis effi ceretur petiit. Id illi benigne p̄ſtitit Neptun⁹,Cæneuſq; uocatus nulli deorum neq; ſacrificabat: neq; ſupplicabat:ſed ſuę dũtaxat haſtæ,cui etiã peregrinos ad ſe uenientes ſacrificare cogebat. ¶ Qua impietate iram Iouis in ſe concitauit.Nam in pugna a Cẽtauris i nuptiis Pirithoi excitata, multos hoſtium cum interfeciſſet: neq; ipſe cuiuſquam ferro uulnerari poſſet,a Cẽtauris tandem coniectis arborib⁹ fuit oppreſſus: in auẽq; a Neptuno trãſmutatus. ¶ Perrhæbum: Perrhæbus urbs eſt theſſaliæ:unde perrhębus & perrhæbeus nomen gentile declinatur: cuius nominis cum prima ſyllaba ſit breuis, duplicato r i a poeta producta eſt. ¶ Inclytus:p̄clarus. ¶ Othrin: mõs ẽ Theſſaliæ Othris notiſſimus. ¶ Voluntas audire: figura eſt græca. nam audiendi latine dicitur. ¶ Cur in contraria uerſus:ex fœmina in marem. ¶ Si uictus ab ullo eſt: bene dubitat Achilles, an ab ullo ſit uictus Cæneus,cum inuulnerabilis eſſet. ¶ Quãuis obſtet mihi:quamuis inquit Neſtor memoriam meã ſenectus impediat,multorumq; ſim oblitus,plura tamen recordor.Pulchre autem ſenis decorum ſeruatur:nam & ætatem excuſat Neſtor:& ſe iactat, id quod ſenili ætati peculiare eſſe Horatius tradit. ¶ Multaq; me fugiant: multorum ſim oblitus. ¶ Nunc tertia uiuit̃ ętas: poetica licẽtia hoc uerbo uiuitur in paſſiua & uoce, & ſignificatione uſus eſt poeta. Aetatem uero p ſęculo poſuit. Nam ſæculum centum annorum ſpacium comprehendit. ¶ Proles Elateia: Elatei filia. ¶ Theſſalidũ:theſſalarum:patronymica nãq; forma pro poſſeſſiua eſt poſita. ¶ Tibi.n. popularis Achille: ex eodẽ quo tu o Achille populo fuit. ¶ Multorum fruſtra uotis:nulli enim unquã nubere uoluit. ¶ Tuæ matris: Thetidis. ¶ Secretaq; litora carpens:p ſecreta litora ambulans. ¶ Aequorei Dei: Neptuni. ¶ Ita fama ferebat:ſic dicebat̃ ab omnibus Cænim a Neptuno fuiſſe cõpreſſam. ¶ Sint tua uota licet:hoc eſt ſecure potes omnia quæcunq; uis optare: nullam enim feres repulſam. ¶ Secura repulſę:nullam timentia repulſam. ¶ Quid uoueas: quid optes. ¶ Magnũ facit hæc iniuria uotũ: hæc iniuria inquit, qua mihi uirginitatem eripuiſti: effecit,ut magna petere audeam. ¶ Nihil tale:talem uiolentiam ne pati poſſiꝫ concede. ¶ Omnia pręſtiteris:omnia mihi uideberis p̄ſtitiſſe. ¶ Grauiore ſono:maiore uoce.ſã eniꝫ in marem fuerat conuerſa. Mariũ enim uoces q̃ fœminarum ſolent eſſe grauiores.

Cænis

Perrhæbus

Othris

Cænis in uirũ

Sicut erat. nam uoto Deus æquoris alti
Annuerat; dederatq; ſuper: ne ſaucius ullis
Vulneribus fieri: ferroue occumbere poſſet.
Munere lætus abit: ſtudiiſq; uirilibus æuum
Exigit Atracides: peneiaq; arua pererrat.
Duxerat Hippodamen audaci Ixione natus:
Nubigenaſq; feros, poſitis ex ordine menſis,
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro.
Aemonii proceres aderant. aderamus & ipſi.
Feſtaq; confuſa reſonabat regia turba.
Ecce canũt Hymenæon: & ignibus atria fumãt.
Cinctaq; adeſt uirgo, matrumq;. nurũq; caterua,
Præſignis facie. felicem diximus illa
Coniuge pirithoum: quod pene fefellimꝰ omen
Nam tibi ſæuorum ſæuiſſime Centaurorum
Euryte q̃ uino pectus: tam uirgine uiſa
Ardet: & ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſæ turbant conuiuia menſæ:
Raptaturq; comis per uim noua nupta prehẽſis.
Eurytus Hippodamen, alii, quã quiſq; probabat,
Aut poterat, rapiunt: captæq; erat urbis imago.
Fœmineo clamore ſonat domus. ocyus omnes
Surgimus. & primos: quæ te uecordia Theſeus
Euryte pulſat (ait) qui me uiuente laceſſas
Pirithoum: uiolaſq; duos ignarus in uno?
Neue ea magnanimꝰ fruſtra memorauerit heros
Summouet inſtantes: raptamq; furẽtibus aufert.
Ille nihil contra. neq; enim defendere uerbis
Talia facta poteſt. ſed uindicis ora proteruis
Inſequitur manibus: generoſaq; pectora pulſat.
Forte fuit iuxta ſignis extantibus [illegible]per
Antiquus crater: quem uaſtum, uaſtior ipſe
Suſtulit ægides: aduerſaq; miſit in ora.
Sanguinis ille globos pariter: cerebrũq;, merũq;.
Vulnere, & ore uomẽs, madida reſupinus harena
Calcitrat. ardeſcunt germani cæde Bimembres:
Certatimq; omnes uno ore arma, arma loquũt.
Vina dabant animos: & prima pocula pugna
Miſſa uolant: fragileſq; cadi, curuiq; lebetes,
Res epulis quõdam, nũc bello, & cædibus aptæ.
Primus Ophionides Amycus penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis: & primus ab æde
Lampadibus denſum rapuit finale corruſcis:
Elatumq; alte: ueluti qui candida tauri

RAph. ¶ Annuerat uoto: conceſſerat id qđ cupiebat. ⸿ Dederatq; ſup: inſuper cõceſſerat. ⸿ Atracides: Atrax urbs ẽ Theſſaliæ ab Atrace Penei & Buræ filio ædificata & denoiata, unde Atracides declinat & Atracius. Patronymicum aũt p poſſeſſiuo ẽ poſitũ. ⸿ Peneia at. p q̃ Peneus labit. ⸿ Duxerat Hippo. Pirithous Ixiõis nõ ex urbe, ſed ex coniuge filius Hippodamiã uxorẽ duxit, ad cuius nuptias Cẽtauros: Lapithaſq; inuitauit: ſed Cẽtauri, i primiſq; Eurytus uino calẽs uiꝫ nouæ nuptæ afferre cum uellet: maximã excitauit pugnã: in q̃ cũ multi utrinq; cecidiſſent: Lapithæ tãdem ſupiores euaſerunt. ⸿ Audaci Ixiõe: q aufus eſt de ſtupro iterpellare Iunonem, q̃ ei nubẽ ſibi ſimilem obiecit: ex qua Cẽtauri nati eſſe ferunt: caput qdẽ humanũ, reliqua uero mẽbra eqna hñtes. Quod qdẽ cũ fieri ñ poſſit: idcirco factũ eſt (ut Palæphacus narrat) q Ixione in Theſſalia regnante taurorũ grex in Pelio mõte ferus ẽ effectꝰ: qbus qdẽ nõ ſolũ mõtes infeſtabant: ſed culta quoq; loca deuaſtabant. Quare motus Ixion multas pecunias iis ppoſuit, q feros illos tauros caperẽt. Iuuenes igit qdam ad radices Pelii mõtis habitãtes i uicos q Nephele. i. nubes uocabat: cœperunt ita docere equos ut feſſorẽ paterẽt: antea nãq; eqtare neſciebãt: uerũ curribꝰ ſolũ utebant. Ita ſingulos equos cũ aſcẽdiſſẽt i tauros ipetũ fecerũt: iaculiſq; uulnerãtes iãdẽ iterfecerũt. Vnde & Cẽtauri iuuenes illi fuerũt denominati α πο τοῦ κεντεῖν τοὺς ταύρους hoc ẽ a ſtimulãdis & uulnerãdis bobus. Nulla qppe tauri ps Cẽtauris ineſt. Figura uero hois & equi eẽ ut̃, ex eo q primi aſcẽdere equos cœperũt. Acceptis aũt ab Ixione pecuniis adeo ſupbi ſunt effecti, ut cũ alios multos tuꝫ Ixionẽ ipm Lapithis ipe rantẽ uariis iniuriis afficerent. Ad nuptias. n. Pirithoi iuitati poſteaq̃ ebrii ſunt facti: Lapitharũ uxores rape atq; aſportare illas eqs ſponẽtes cœperũt. Ita pugna iter Cẽtauros & Lapithas exorta eſt. Cũ uero in mõtes refugerẽt: caudæ quoq; & capita hoium dũtaxat cernebant: ex quo icredibilis fabula fuit elegãter cõficta. ⸿ Nubigenaſq; feros: Centauros feroces ex nube genitos. ⸿ Aemonii pceres: Theſſali principes. ⸿ Cõfuſa turba: uarioꝝ pploꝝ. ⸿ Cinctaq; adeſt uirgo: circũdata multitudine matronarũ. ⸿ Quod pene fefellimus omẽ: pene falſum eẽ fecimus ppter eam q̃ ſecuta eſt rixã. ⸿ Ebrietas geminata: duplicata. ⸿ Libidine: appetitu coeundi cuꝫ Hippodamia uirgie. ⸿ Probabat: laudabat. ⸿ Sonat: reſonat, ſtrepit. ⸿ Quæ uecordia: Theſeꝰ ptes Pirithoi ſuſcipit, cui amicitia tanta coniunctus erat: ut inter paria amicorũ primi numerẽt. ⸿ Pulſat: uexat. ⸿ Laceſſas: ad iram prouoces. ⸿ Violaſq; duos ignarus in uno: ex prouerbio græco de ueris amicis: hoc ſumptum eſſe uidet σώματα μὲν δύο, ψυχὴ δὲ μία: hoc eſt corpora qdeꝫ duo, anima uero una. ⸿ Summouet: repellit. ⸿ Inſtantes: reſiſtentes. ⸿ Furẽtibus: Centauris. ⸿ Sed uindicis: Theſei quo nouaꝫ nuptam a Cẽtaurorum iniuria liberat. ⸿ Extantibus: eminentibus. ⸿ Crater: uetus. ⸿ Vaſtum: maximum. ⸿ Aegides: Theſeus Aegei filius. ⸿ Calcitrat: calcibus terram percutit. ⸿ Bimẽbres: Centauri, qui & homines & eq mẽbra habebant. ⸿ Arma arma loquuntur: clamãt. Eſt autem μίμησις & imitatio clamoris Centaurorum. ⸿ Fragiles cadi: ex creta confecti. ⸿ Ophionides Amycus: Ophiõis filius. ⸿ Penetralia: ſacraria. ⸿ Denſum finale: funale quidem hoc loco inſtrumentum eſſe uidetur lãpadibus ſuſtinendis accommodatum: ſed ut tradit Ser. funale a funibus dr: quos ante uſum papyri caera circundatos priſci habuere. Vñ & funera dicta ſuntq; funes incenſi mortuis pferebant. ⸿ Lãpadibus corruſcis: lucentibus corruſcantibus & lucentibus.

Margin notes: Atrax — Pirithoi nuptiæ — Ixion — Lapitharum Cẽtaurorũq; certamẽ — Cẽtauri — Prouerbium — Funale

¶ Sacrifica

LActã, ¶ Sacrifica ſecur. i. ſacrificiis dicata. ¶ Illiſit: intorſit, et impetu miſit. ¶ In ore nõ cognoſcẽdo: in facie: quæ propter omnium confuſionem cognoſci non poterat. ¶ Diſiectis: diuiſis diſſipatis. ¶ Menſę acernæ: ex acere confectæ. ¶ Strauit: proſtrauit. ¶ Pellæus Pelates: Pella

Pella nomen eſt multarum urbium, nã & in Macedonia, & in Theſſalia, & in Achaia, & in Syria è Pella: unde Pellęus deriuat. Sed Pella Macedoniæ Alexandri magni patria Bunomos, & Bunomia prius fuit dicta. Pella autẽ cognominata eſt a Pella conditore. ¶ Spumantem: expuẽtem: cum ſpuma eiicientem. ¶ Immanem: maximam. ¶ Reluctantis: repugnantis: reſiſtentis. ¶ Canendo: incãtando. ¶ Figit Gryneus lumina: figurate per ſynecdochen poeticã talia dicuntur. nam ſoluta oratio lumina figuntur expoſceret, & oculi eruũtur. ¶ Primitium torrem:

Primitium torris principalem titionem. ¶ Dedit: edidit, emiſit. ¶ Igne rubens: candens. ¶ Eduxit: extraxit ex igne. ¶ Lacubus: in lacus. ¶ Sibilat: ſibilare uidet. ¶ Onus plauſtri: magnitudinem ſaxi oſtendit. ¶ Permittat: immittat, iaciat. ¶ Ipſa grauitas: ipſum põdus. ¶ Saxea moles: ſaxi magnitudo. ¶ Gaudia nec retinet Rhœtus: hoc eſt præſefert lætitiam de Cometę morte conceptam. ¶ Semicremo: ſemicremato. ¶ Terq; quaterq;: ſæpius. numerus enim finitus pro infinito eſt poſitus. ¶ Verticis: capitis, a parte nanq; per ſynegdochẽ intelligimus totum. ¶ Sederunt: deprehenſa fuerunt, deſcenderunt in cerebrum. A ſidendo nanque hoc præteritum uenit. ¶ Prima lanugine: prima barba. ¶ Tectus

Mala malas: tectas & coopertas habens maxillas. Eſt enim ſynegdoche poeti

Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri:
Illiſit fronti Lapithæ Celadontis: & oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiliere oculi: diſiectiſq; oſſibus oris
Acta retro natis: medioq; eſt fixa palato.
Hunc pede conuulſo menſæ Pellæus acernæ
Strauit humi Pelates, deiecto in pectora mento,
Cumq; atro mixtos ſpumantem ſanguine dẽtes,
Vulnere tartareas geminato miſit ad umbras.
Proximus ut ſteterat: ſpectans altaria uultu
Fumida terribili: cur non ait utimur iſtis?
Cumq; ſuis Gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus: & medium Lapitharum iecit in agmen.
Oppreſſitq; duos Brotean, & Orion. Orio
Mater erat Mycale: quam deduxiſſe canendo
Sæpe reluctantis conſtabat cornua Lunæ.
Non impune feres: teli modo copia detur:
Dixerat Exadius: teliq; habet inſtar: in alta
Quæ fuerant pinu: uotiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici Gryneus ſua lumina ramo:
Eruiturq; oculos: quorum pars cornibus hæret.
Pars fluit in barbam: concretaq; ſanguine pẽdet.
Ecce rapit mediis flagrantem Rhœtus ab aris
Primitium torrem: dextraq; a parte Charaxi
Tempora perfregit fulua protecta capillo.
Correpti rapida: ueluti ſeges arida, flamma
Arſerunt crines: & uulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonum dedit. ut dare ferrum
Igne rubens plerunq; ſolet: quod forcipe curua
Cum faber eduxit: lacubus demittit, at illud
Stridet: & in tepida ſubmerſum ſibilat unda.
Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit: inq; humeros limen tellure reuulſum
Tollit onus plauſtri: quod ne permittat in hoſtẽ,
Ipſa facit grauitas. ſocium quoq; ſaxea moles
Oppreſſit ſpatio ſtantem propiore Cometen.
Gaudia nec retinet Rhœtus. ſic comprecor inquit
Cætera ſit turris caſtrorum turba tuorum.
Semicremoq; nouat repetitum ſtipite uulnus:
Terq; quaterq; graui iuncturas uerticis ictu
Rupit: & in liquido ſederunt oſſa cerebro.
Victor ad Euagrũ, Coritumq; Dryantaq; trãſit.
E quibus ut prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus. puero quæ gloria fuſo
Parta tibi eſt Euagrus ait? nec dicere Rhœtus
Plura ſinit: rutilaſq; ferox in aperta loquentis
Condidit ora uiri, perq; os in pectora flammas.
Te quoq; ſæue Drya circum caput igne rotato
Inſequitur. ſed non in te quoq; conſtitit idem
Exitus: aſſiduæ ſucceſſu cædis ouantem,

caput ſæpius diximus. Malas autem pro maxillis poſuit poeta. nam malæ: quę homini tantum tributę ſunt (ut tradit Plinius) lanugine non ueſtiuntur. Sunt enim partes illæ, quæ inter oculos & buccã in pomi ſimilitudinẽ eminent: unde etiam malæ fuerũt appellatæ: quod malo & pomo ſimiles eſſe uideãtur. ¶ Puero fuſo: ſtrato, interfecto. Puerum autẽ illum uocat: ut illius cędis auctorem in inuidiã adducat. ¶ Condidit: coniecit. ¶ Sed non in te quoq; conſtitit idem Exitus: nam Dryas Centauros, ipſumq; in primis Rhœtum in fugam cõuertit. ¶ Aſſiduæ cædis: nã particula ſimilitue ſubaudiatur. Exponit enim quomodo idem exitus Euagri & Dryantis non fuerit: Dryas enim Rhœtum ſe perſequẽtem uulnerauit, & in fugam cõuertit.

Qua iuncta eſt humero ceruix:ſude figis obuſta.
Ingemuit:duroq; ſudem uix oſſe reuellit
Rhœtus:& ipſe ſuo madefactus ſanguine fugit.
Fugit & arneus,Lycidaſq;:& ſaucius harmo
Dexteriore Medon:& cum Piſenore Caumas:
Quiq; pedum nuper certamine uicerat omnes
Mermeros:accepto tum uulnere tardius ibat.
Et Pholus.& Menele⁹,& abas prædator aprorũ,
Quiq; ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos.ille etiam metuenti uulnera Neſſo,
Ne fuge.ad Herculeos(inquit)ſeruaberis arcus.
At nõ Eurynomos,Lycidaſq;,& Arę⁹,& Imbre⁹
Effugere necem:quos omnes dextra Dryantis
Perculit aduerſos.aduerſum tu quoq;,quamuis
Terga fugæ dederas:uulnus Cænee tuliſti.
Nam graue reſpiciens inter duo lumina ferrum:
Qua naris fronti committitur:accipis imæ.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus uenis inexperrectus Aphidas,
Languentiq; manu carcheſia mixta tenebat,
Fuſus in Oſſææ uillofis pellibus Vrſæ.
Quẽ procul ut uidit fruſtra nulla arma mouẽtẽ:
Inſerit amento digitos,miſcendaq; dixit
Cum ſtyge uina bibes Phorbas.nec plura locut⁹
In iuuenem torſit iaculum,ferrataq; collo
Fraxinus,ut caſu iacuit reſupinus:adacta eſt.
Mors caruit ſenſu:plenoq; e gurgite fluxit:
Inq; toros,inq; ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego petræum conantem tollere terra
Glandiferam quercum : quã dũ cõplexibus ãbit:
Et quatit huc,illuc:labefactaq; robora pulſat:
Lancea Pirithoi coſtis immiſſa petræi
pectora cum duro luctantia robore fixit.
Pirithoi cecidiſſe Lycum uirtute ferebant.
Pirithoi uirtute Chromin.ſed uterq; minorem
Victori titulum,q̃ Dictys,Helopſq; dederunt.
Fixus Helops iaculo ẽ:quod peruia tẽpora fecit:
Et miſſum a dextra læuam penetrauit ad aurẽ.
Dictys ab ancipiti delapſus acumine montis
Dum fugit inſtantem trepidans Ixione natum
Decidit in præceps:& pondere corporis ornum
Ingentem fregit:ſuaq; induit ilia fractæ.
Vltor adeſt Phereus:ſaxumq; e monte reuulſum
Mittere conatur.mittentem ſtipite querno
Occupat aegides:cubitiq; ingentia fregit
Oſſa:nec ulterius dare corpus inutile leto
Aut uacat,aut curat:tergoq; Bianoris alti
Inſilit:haud ſolito quenq̃ portare niſi ipſum.
Oppoſuitq; genu coſtis:prenſamq; ſiniſtra
Cæſariem retinens uultum,minitantiaq; ora

R.Aph. ¶ Sude obuſta: pręuſto palo. ⸿ Quiq; ſuis fruſtras Cẽtauris. ⸿ Ad herculeos arcus: nã Neſſus, Neſſus ut in ſuperiore libro poeta expoſuit cum Deianiræ Herculis uxori uim afferre uellet: ab Hercule ipſo ſagitta hydræ ueneno tincta tranſfixus eſt. ⸿ Perculit:pculſit. ⸿ Cõmittitur:coniungitur. ⸿ Imæ frontis:infimæ frõtis parti. ⸿ Sopitus uenis propter ebrietatẽ.Quæ quanta fuerit ex eo oſtenditur,q in tanto ſtrepitu dormiebat,neq; expergiſci poterat. ⸿ Carcheſia: Carcheſium Carcheſiũ uas eſt uinarium. ⸿ Vrſæ Oſſæ:urſę, q̃ in Oſſa mõte fuerat capta. Ab Oſſa nãq; Oſſę⁹ deriuaſ. ⸿ Amento:loro Amẽtũ quo iaculatores utuntur ut lõgius haſtas emittãt. ⸿ Cum ſtyge: cum aqua ſtygis paludis. ⸿ Fraxin⁹ ferrata:haſta ex fraxino munita ferro,ac cuſpidẽ ferreã habens. ⸿ Mors caruit ſenſu:ſopitus enim ac ebrius erat. ⸿ Plenoq; e gurgite:uentre quem ꝓpter magnitudinem gurgitem uocat.legitur etiã: Gutture. ⸿ Inq; toros:in lectum & urſæ pellem. ⸿ Tollere: euellere. ⸿ Labefacta robora:labefactam quercum. Robora autem legendum eſt,nõ corpora:ui fere in exemplaribus eſt deprauatum. ⸿ Coſtis: per coſtas. ⸿ Luctantia:renitẽtia. ⸿ Pirithoi uirtute:fortitudine. repetitione autẽ in Pirithoi laudẽ uſus eſt poeta. ⸿ Minorem titulum:minorem gloriã. ⸿ Dictys: Centauri nomen eſt, non appellatio. Dictys ⸿ Quod peruia tempora fecit:quod per media tẽpora penetrauit. ⸿ Ancipiti acumine: præcipiti & alto mõtis uertice:alq; acumine. ⸿ Et pondere corporis ornum:quantus eſſet Dictys Centaurus pulchra emphaſi demonſtratur. Qui enim cadens maximam ornũ frangit: non poteſt non uaſtiſſimus eſſe. ⸿ Suaq; induit ilia fractæ:hoc eſt, ſuiſq; ilibus cooperuit fractam ornum. ⸿ Dicimus autẽ induo te ueſtem & tibi. ⸿ Mittentem: mittere uolentem. ⸿ Occupat:ante aggredit. ⸿ Inutile: ꝓpter brachium fractum. ⸿ Vacat:otium habet. ⸿ Niſi ipſum : ſeipſum.

¶ Robore

Robore nodoſo,præduraq; tempora fregit:
Robore Nedymnum,iacularoremq; Lycoren
Sternit:& immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon:& ſummis extantem Riphea ſiluis.
Tereaq; Aemoniis qui prenſos montibus urſos
Ferre domum uiuos,indignanteſq; ſolebat.
Haud tulit utentem pugnæ ſucceſſibus ultra
Theſea Demoleon:ſolidoq; reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine tentat.
Quod quia nō potuit:præfractā miſit in hoſtem.
Sed procul a telo Theſeus ueniente receſſit
pallados admonitu(credi ſic ipſe uolebat)
Non tamē arbor iners cecidit.nam Crātoris alti
Abſcidit iugulo pectuſq;,humerumq; ſiniſtrum.
Armiger ille fui fuerat genitoris Achille:
Quem Dolopū rector bello ſuperatus amyntor
Aeacidæ dederat pacis pignuſq;,fidemq;.
Hunc procul ut fœdo diſiectum uulnere Peleus,
Vidit:at inferias iuuenum gratiſſime Crantor
Accipe ait:ualidoq; in Demoleonta lacerto
Fraxineam miſit,mentis quoq; uiribus haſtam:
Quæ laterum cratem perrupit:& oſſibus hærens
Intremuit.trahit ille manu ſine cuſpide lignum.
Id quoq; uix ſequitur:cuſpis pulmone retenta ē.
Ipſe dolor uires animo dabat.æger in hoſtem
Erigitur:pedibuſq; uirum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea,clypeoq; ſonantes.
Defenſatq; humeros:prætentaq; ſuſtinet arma.
Perq; harmos uno duo pectora perforat ictu.
Ante tamen lero dederat Phlegræon,& Hylen
Eminus Hiphinoum,collato Marte Daninq;.
Additur his Dorylas:qui tempora tecta gerebat
Pelle Lupi:ſæuiq; uicem præſtantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego(nam uires animus dabat)aſpice dixi
Quantum concedant noſtro tua cornua ferro.
Et iaculum torſi:quod cum uitare nequiret:
Oppoſuit dextram paſſuræ uulnera fronti.
Affixa eſt cum fronte manus.fit clamor.at illum
Hærentem Peleus,& acerbo uulnere uictum
(Stabat enī propior)mediam ferit enſe ſub aluū.
Proſilit:terraq; ferox ſua uiſcera traxit.
Tractaq; calcauit.calcataq; rupit:& illis
Crura quoq; impediit:& inani concidit aluo.
Nec te puguantem tua Cyllare forma redemit:
Si modo naturæ formam concedimus illi.
Barba erat incipiēs.barbæ color aureus:aureaq;
Ex humeris medios coma pendebat in harmos.
Gratus in ore uigor.ceruix,humeriq;,manuſq;,
Pectoraq; artificum laudatis proxima ſignis:

¶Robore nodoſo:clauā nodis plena. ¶ Immiſſa: protenſa,longa. ¶ Extantem:eminentē. ¶ Tereaq; Aemoniis qui prēſos: quanta fuerit Theſei uirtus,magnitudo,fortitudoq; Cētaurorū,quos interfecit apette oſtendit. ¶ Vltra:ulterius. ¶ Magno molimine:magno conatu. ¶ Receſſit:refugit. ¶ Credi ſic ipſe uolebat:ſe a Pallade admonitum fuiſſe Theſeus credi uolebat. ¶ Abſcidit:auellit. ¶ Amyntor:rex hic Dolopū fuit:ac Phœnicis pater. ¶ Pacis pignuſq;,fidēq;:ſignificat Crātorem Peleo obſides ab Amyntore fuiſſe datū. ¶ Diſiectum:diſſipatum. ¶ Mētis quoq; uiribus:etiam indignatione mentis. ¶ Laterū cratem:coſtas quæ ita compoſitæ ſunt, ut cratem efficere uideantur. ¶ Aeger:indignat⁹,& uulneratus. ¶ Virum: Peleum uirtute præditū: ¶ Duo pectora:& equi & hominis. Centaurus enī fuit. ¶ Collato Marte:ōminus & enſe percutiens. ¶ Quantum cōcedant:quāto ſint inferiora noſtro enſe. ¶ Torſi:cum impetu ieci. ¶ Hærentē: dubitātem. ¶ Sub mediam aluum:circa medium uētrem. ¶ Terra:per terras. ¶ Sua uiſcera:ſua inteſtina. ¶ Impediit:colligauit. ¶ Tua Cyllare forma:tua pulchritudo. Cyllarus autem & Centauri & equi a Caſtore domiti nomen eſt. Virgilius:Domitus Pollucis habenis Cyllarus. ¶ Redimit:ſeruauit,liberauit a cæde. ¶ Illi naturæ:Centaurorū:qui cum ſint ex parte equi:& ex parte homines non uidentur eſſe poſſe formoſi. ¶ Barba erat incipiens:quanta eſſet pulchritudine Cyllarus Centaurus elegāter poeta deſcribit. ¶ Color aureus:fuluus. ¶ Laudatis proxima ſignis:ſtatuis non uulgaribus:ſed approbatis ſimillima.

Amyntor

Cyllarus

Ex qua parte uir eſt.nec equi mendoſa ſub illo
Deteriorq́ uiro facies.da colla,caputq́
Caſtore dignus erit.ſic tergum ſeſſile,ſic ſunt
Pectora celſa toris.totus pice nigrior atra,
Candida cauda tã.color eſt quoq́ cruribus albꝰ.
Multæ illum petiere ſua de gente.ſed una
Abſtulit Hylonome.qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit fœmina ſiluis.
Hec & blanditiis,& amando,& amare fatendo
Cyllaron una tenet.cultus quoq́ quantus in illis
Eſſe poteſt membris:ut ſit coma pectine lenis.
Vt modo rore maris:modo ſe uiolaue,roſaue
Implicet:interdum canentia lilia geſtet.
Biſq́ die lapſis Pagaſææ uertice ſiluæ
Fontibus ora lauet:bis flumine corpora tingat.
Nec niſi quæ deceant,electarumq́ ferarum
Aut humero,aut lateri prætendat uellera læuo.
Par amor eſt illis.errant in montibus una.
Antra ſimul ſubeunt.& tum Lapitheia tecta
Intrarant pariter:pariter fera bella gerebant.
Auctor in incerto eſt:iaculum de parte ſiniſtra
Venit:& inferius qua collo pectora ſubſunt
Cyllare te fixit.paruo cor uulnere læſum
Corpore cum toto poſt tela educta refrixit.
Protinus Hylonome morientes excipit artus.
Impoſitaq́ manu uulnus fouet:oraq́ ad ora
Admouet:atq́ animæ fugienti obſiſtere tentat:
Vt uidet extinctum:dictis,quæ clamor ad aures
Arcuit ire meas:telo,quod inhæſerat illi
Incubuit:moriẽſq́ ſuum complexa maritum eſt.
Ante oculos ſtat & ille meos:qui ſæua leonum
Vinxerat inter ſe connexis uellera nodis
Phæocomes: hominẽq́ ſimul protectus,equũq́.
Codice qui miſſo,quem uix iuga bina mouerent
Iuncta,Phonoleniden a ſummo uertice fregit.
Fracta uolubilitas capitis latiſſima:perq́ os,
Perq́ cauas nares,oculos,aureſq́ cerebrum
Molle fluit:ueluti concretum uimine querno
Lac ſolet:ut liquor rari ſub pondere cribri
Manat:& exprimitur per denſa foramina ſpiſſꝰ.
Aſt ego,dum parat hic armis nudare iacentem:
(Scit tuus hoc genitor)gladium ſpoliãtis i ima
Ilia demiſi.Chthonius quoq́,Teleboaſq́
Enſe iacent noſtro.ramum prior ille biſurcum
Geſſerat:hic iaculum.iaculo mihi uulnera fecit:
(Signa uides)apparet adhuc uetus inde cicatrix.
Tunc ego debueram capiẽda ad pergama mitti:
Tunc poteram magni,ſi non ſuperare,morari
Hectoris arma meis.illo ſed tempore nullus,
Aut puer Hector erat.nunc me mea deficit ætas.

R Aph. ¶ Mendoſa facies i tur/pis figura. Sic tergum ſeſſile:latum, aptumq́ ad ſedendum. Aliter ſeſ/ſiles lactucas dicimus. Se/dẽtes enim intelligimus. Pectora celſa:eminen/tia,alta. Toris:ppter toros, & eminentes car/nes. Cãdida cauda ta/men:generoſiſſimi eq ſi/gna deſcribit poeta. Pe/tiere:appetiuere. Sua de gente:de Centaurorũ genere.

Hylo/nome

Hylonome:ſil/uam depaſcens interpre/tari poteſt Hylonome. Abſtulit: habuit, poti/ta eſt. Semiferas:Cen/tauros. Cultus:orna/tus. Rore maris:rore marino. herba ſuauis o/doris. Canentia lilia: alba.

Pagaſæ

Pagaſææ ſiluæ: uicinæ Pagaſis urbi theſ/ſaliæ,q̃ fontibus abũdat: unde & nomen. [illegible] nã & fons dicit. Prætẽdat: opponat. Vellera:pel/les. Lateri læuo:ſini/ſtro. Dextrum enim erat nudum. Errãt:ua/gant. Auctor in incer/to eſt:auctor ignoratur. Paruo uulnere i forte. Nam ex ſententia phyſi/corum cor ne minimum quidem uulnus pati põt: Refrixit: frigidum fa/ctum, & extinctũ eſt. Arcuit:uetuit,phibuit Incubuit telo: incum/bens telo ſe transfixit. Quod inhæſerat illi: quod illi Cyllaro fuerat infixum. Morienſq́ ſu/um complexa maritum eſt:hypallage eſt: Cõple/ctens nanq́ maritũ mo/ri intelligit. Et ille ſtat: etiam ille ſtare & eſſe ui/det. Sæua uellera:ma/gnas pelles. Vinxerat: colligauerat. Phæoco/mes: fuſcam ac nigrã ha/bens barbam interptat.

Phæo/mes

[illegible] nanq́ fuſcum ſigni/ficat. Hominem ſimul protectus:qui coma & ſe & hominem protexerat & cooperuerat. Eſt enim ſynecdoche poetis maxi/me familiaris. Codice qui miſſo:ſtipite, trunco. Phonoleniden: Phono/leni filium. Fracta uo/lubilitas capitis: rotundi/tas capitis. Lac concre/tũ:coagulatũ. Manat: fluit. Hic interlegendum eſt:ne iambus fiat,quem non recipit heroicus uer/ſus. Hic enim pronomen corripi notius eſt, q̃ ut ſit admonendum. Nuda/re: ſpoliare. Scit tuus hoc genitor: Peleus:nam Achillem alloquitur Ne/ſtor. Ramum biſurcũ: ſtipitem duas in partes diuiſum. Signa uides: cicatricem uulneris acce/pti indicat Neſtor. Tũc ego debueram:elegãter ſenis mores exprimuntur. Solent nanq́ ſenes ſe lau/dare. Nullus:non. No/men pro aduerbio poſi/tum eſt.

¶ Cornua

Quid tibi uictorem gemini periphanta pyreti,
Ampyca qd referam? qui quadrupedātis Oicli
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide uultu.
Vecte pelethronius Macareus, in pectus adacto
Strauit Eridupum, memini, & uenabula condi
Inguine Neſſæi manibus coniecta Cymeli.
Nec tu credideris tantum ceciniſſe futura
Ampyciden Mopſum. Mopſo iaculante biformis
Occubuit: fruſtraq; loqui tentauit Odites:
Ad mentum lingua: mentoq; ad guttura fixo.
Quinq; neci Cæne⁹ dederat. Styphelūq;, Bromūq;
Antimachumq;, Helimūq;, ſecuriferūq; Pyracmō
Vulnera nō memini: numerum, nomēq; notaui.
Peruolat Emathii ſpoliis armatus Alæſi:
Quem dederat leto membris & corpore Latreus
Maximus. huic ætas inter iuuenemq;, ſenemq;.
Vis iuuenilis erat. uariabant tempora cani:
Qui clypeo, gladioq;, Macedoniaq; Sariſſa
Conſpicu⁹: facieq; obuerſus in agmen utrunq;,
Armaq; concuſſit: certumq; equitauit in orbem.
Verbaq; tot fudit uacuas animoſus in auras.
Et te Cæni feram. nam tu mihi fœmina ſemper,
Tu mihi Cænis eris. nec te natalis origo
Commouit: mentemq; ſubit, quo præmia facto,
Quaq; uiri falſam ſpeciem mercede paraſti.
Quid uel nata uide: uel quid ſis paſſa: columq;
I cape cum calathis: & ſtamina pollice torque,
Bella relinque uiris. iactanti talia Cæneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta:
Qua uir equo commiſſus erat. furit ille dolore:
Nudaq; pellei iuuenis ferit ora Sariſſa.
Non ſecus hæc reſilit: q̄ tecti a culmine grando:
Aut ſi quis paruo feriat caua tympana ſaxo.
Cominus aggreditur: laterique recondere duro
Luctatur gladium. gladio loca peruia non ſunt.
Haud tamen effugies: medio iugulaberis enſe.
Quādoqdē mucro ē hebes, inqt, & in latus ēſem
Obliquat: longaq; amplectitur ilia dextra.
Plaga facit gemitus, ut corpore marmoris icto:
Fractaq; diſſiluit percuſſo lamina collo.
Vt ſatis illæſos miranti præbuit artus:
Nunc age ait Cæneus, noſtro tua corpora ferro
Tentemus: capuloq; tenus demiſit in harmos
Enſem fatiferum: cæcamq; in uiſcera mouit:
Verſauitq; manum, uulnuſq; in uulnere fecit.
Ecce ruunt uaſto trepidi clamore Bimembres,
Telaq; in hunc omnes unum mittuntq;: feruntq;.
Tela retuſa cadunt. manet imperfoſſus ab omni,
Inq; cruentatus Cæneus Elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res. heu dedecus ingens

RAph. ℭ Cornum: haſtam ex corno confectā. ¶ Quadrupedantis: quatuor pedibus currentis: Centaurus nanq; erat. ¶ In aduerſo uultu: in oppoſito ore. ¶ Vecte Pelethronius Macareus: Pelethronium Theſſaliæ mons eſt: unde Pelethronius declinat. ¶ Eridupum: grauiter ſtrepens Eridupus interpretatur. ¶ Inguine: (Inguen) inguen & pudenda ſignificat, & morbū maxime pudēda infeſtātē. ¶ Ampyciden Mopſum: (mopſus) Mopſus, ut Apollonii expoſitor ait, Ampyci Tytaronis filii fuit filius: unde etiam Ampycides uocatur. Alter ex Apolline & Māto Tireſiæ filia natus fuiſſe dicitur, & ipſe uates uenerandus: qui ut Pomponius Mela ſcribit: in finibus Pamphiliæ Phaſelī urbē condidit. ¶ Aemathii: Theſſali. ¶ Leto dederat: interfecerat. ¶ Variabant: alii nanq; ex capillis albi: alii erant nigri. (Sariſſa) ¶ Macedoniaq; ſariſſa: ſariſſæ haſtæ ſunt Macedonum, ut pila Romanorum, geſſa Gallorum. ¶ Et te Cæni feram: cū magna indignatione hæc dicit Latre⁹: ac ſi diceret: Nequaquā patiar te meos ſocios interficere. Cæneum autem per contemptum Cænim uocat: ac ſi adhuc fœmina eſſet. ¶ Quo præmia facto: cō cubitum cum Neptuno illi exprobrat. ¶ Quid uel nata uide: nam fœmina. ¶ Vel quid ſis paſſa: Neptuni nanq; uiā paſſa es. (Colus) ¶ Columq;: colus inſtrumentum eſt, quo mulieres filant: notius, quam ut ſit deſcribendum. ¶ Cum calathis: calath⁹ uas eſt, quem latini quaſillum uocant, reponēdis fuſis accomodatum. ¶ Iactanti: inaniter clamanti. (Calathus) ¶ Eruit: aperuit. ¶ Commiſſus: cōiunctus. ¶ Pellei iuuenis: Cænei a Pella urbe originē ducentis. ¶ Cōminus aggreditur: enſe inuadit Cæneum: id quod niſi propius accederet: facere nō poterat. ¶ Duro lateri: impenetrabili. ¶ Luctat: conat. ¶ Mucro eſt hebes: cuſpis eſt retuſa. ¶ Gemit⁹: ſtrepitus. ¶ Vt corpore marmoris icto: tanquam marmore pcuſſo. ¶ Præbuit: exhibuit. ¶ Fatiferum: mortiferum. ¶ Cæcam manum: occultam, coopertam. ¶ Vulnuſq; in uulnere fecit: nam cum iam uulnus feciſſet, manū uerſando alia uulnera faciebat. ¶ Inque cruētatus: dyalypſis uocis dictionis in duas, quæ & tmeſis dicitur. Nam incruentatus integrum eſt. ¶ Noua res: nouum miraculum

RAph. Monychus

¶ Monychus exclamat: Monychus ſolidæ ungulæ interptari pōt. Cētaurus aūt fuit fortiſſim⁹: de quo Iuue. Quātas iaculeſ Monych⁹ ornos. ⁋ Populus ſupe. figurata locutio. ⁋ Quāq̄ ille uir ē:ualidus atq; robuſt⁹. Eſt āt correctio ſupioris dicti. ⁋ Segnib⁹ actis: ignauis factis. ⁋ Qd fuit il. ſu. fœminæ. Nā Cæne⁹ antea fœmina fuerat. ⁋ Aialia fortiſſima: hoiēs & equū. ⁋ Matre Dea: Iunone. ⁋ Tātus erat: tā magnanimus. ⁋ Iunonis ut aliç Spē caperet: potiūdæ ſub audiat. ⁋ Semimari: ſemiuiro. ⁋ Miſſis ſil. iniectis ſiluarum arboribus. ⁋ Elidite: opprimite, exprimite. ⁋ Inſanis: maximis. ⁋ Trabē: arborem. ⁋ Validū i hoſtē: potētē, ut q ferro uulnerari ñ poterat.

Exēplū

⁋ Exēplūq; fu. exēplū ē qd aut ſeq̄mur aut uitemus. Fuit ergo exemplū Monychus aliis Cētauris: ut in Cæneū arbores cōiicerent. Hoc eſt illud qd Iuuenalis innuit, cū ait. Quātas iaculetur Monych⁹ ornos.

Cæne⁹ i aqlam

⁋ Nud⁹ arb. arborib⁹ i ſoluta dicere ſ o ſone. ⁋ Nec ha. Pe. um. ρασταλι ψιν itelligimus Pelion mōtē arboribus ſpoliatū fuiſſe.

Othrys Pelion

⁋ Othrys aūt & Pelion montes ſūt Theſſaliæ notiſſimi. ⁋ Immani cumulo: maxima lignorū cōgerie. ⁋ Obrutus: oppreſſus. ⁋ Aeſtuat: angitur, anhelat. ⁋ Nec hēt quas ducat ſpūs auras: nec reſpirare pōt. ⁋ Deficit īterdū: deficere & mori īterdū uf. ⁋ Super aera: ad aera. ⁋ Tollere: erigere. ⁋ Euoluere: excuteř. ⁋ Ecce: hoc aduerbio ſignificat ſe digito oñdere Idā Phrygiæ montē. ⁋ Exit⁹ i du. eſt: mora ingt Cænei in dubio eſt. Nā alii mortuū eſſe cōtendūt: alii in aqlā tranſmutatū. ⁋ Siluarū mo. arborum pondere. ⁋ Abnuit Ampycidea. Mopſus negat. ⁋ Fuluis pēnis: in aqlam Cæneū fuiſſe cōuerſū inuit poeta. ⁋ Luſtrantem: circundantem. ⁋ Vnica: ſola, ſingularis.

Fabulæ quīæ libri duodecimi argumentum.

L Ach.

¶ Credita &c. Periclymen⁹ a Neptuno accepta pīāe. ut ſe in uarias figuras trāſue. terēt: cū aduerſus Herculē dimicaſſet: & cū uarietate formarū uellet eludere: in aqlam transformatus eēt: quā ille aduolantē ſibi & in altitudinē ſe aeris efferente no uiſſime ſagitta traiecta interemit.

Monychus exclamat.popul⁹ ſuperamur ab uno,
Vixq; uiro q̄q̄ ille uir eſt nos ſegnibus actis,
Quod fuit ille:ſumus.qd mēbra immania ꝓſūt?
Quid geminæ uires?& quid fortiſſima rerum
In nobis duplex Natura animalia iunxit?
Nec nos matre Dea.nec nos Ixione natos
Eſſe reor:qui tantus erat,Iunonis ut altæ
Spem caperet.nos ſemimari ſuperamur ab hoſte,
Saxa,trabeſq; ſuper,totoſq; inuoluite montes:
Viuacemq; animam miſſis elidite ſiluis.
Silua premat fauces:& erit pro uulnere pondus.
Dixit:& inſanis deiectam uiribus Auſtri
Forte trabem nactus ualidum coniecit in hoſtē.
Exemplumq; fuit:paruoq; in tempore nudus
Arboris Othrys erat:nec habebat pelio umbras.
Obrutus immani cumulo ſub pondere Cæneus
Aeſtuat arboreo:congeſtaq; robora duris
Fert humeris.ſed enim poſtq̄ ſuper ora,caputq;
Creuit ou⁹:nec habet quas ducat ſpiritus auras:
Deficit interdum:modo ſe ſuper aera fruſtra
Tollere conatur:iactaſq; euoluere ſiluas.
Interdumq; mouet,ueluti quam cernimus(ecce)
Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ide.
Exitus in dubio eſt.alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſiluarum mole ferebant.
Abnuit Ampycides:medioq; ex aggere fuluis
Vidit auem pennis liquidas exire ſub auras:
Quæ mihi tūc primū,tūc eſt conſpecta uolucris.
Hanc ubi luſtrantem leni ſua caſtra uolatu
Mōpſus:& ingenti circum clamore ſonantem
Aſpexit:pariterq; animo eſt,oculiſq; ſecutus.
O ſalue dixit Lapithææ gloria gentis.
Maxime uir quondā:ſed auis nūc unica:Cæneu.
Credita res auctore ſuo eſt.dolor addidit iram.
Oppreſſumq; ægre tulimus tot ab hoſtibus unū.
Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem,
Quam data pars leto:partē fuga,noxq; remouit
Hæc inter Lapithas,& ſemihomines Centauros
Prælia Tlepolemus Pylio referente:dolorem
Præteriti Alcidæ tacito non pertulit ore.
Atq; ait.Herculeæ mirum eſt obliuia laudis
Acta tibi ſenior.certe mihi ſæpe referre
Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hæc pyli⁹.quid me meminiſſe malorū
Cogis?& obductos annis reſtringere luctus?
Inq; tuum genitorem odium,offenſaſq; fateri?
Ille quidem maiora fide quoq; geſſit:& orbem

RAph.

¶ Credita res eſt: hoc ē Mopſi uatis auctoritate creditus ē, Cęne⁹ i aqlā fuiſſe cōmutat⁹. ⁋ Aegre tu. idignati ſum⁹. ⁋ Abſtitim⁹: deſtitim⁹. ⁋ Exercere do. ſçuite in Centauros ob dolorē de Cænei morte cōceptū. ⁋ Hęc in. La. hæc idcirco a poeta narranř, quo cōcinni⁹ Periclymeni Neſtoris fratris Metamor. iſeranř.

Periclymenus

Periclymenus. n. Nelei filius. cui Neptunus facultatem ſe in uarias figuras tranſformādi cōceſſerat: cū aqlæ figuram ſuſcepiſſet ab Hercule cum quo pugnabat, ſagitta trāſfix⁹ iteriit. ⁋ Triptolemus: ita qdē fere i exē plurib⁹ legiř: qd grāde flagitiū ē, cū Triptolemus nuſq̄ bello Troiano interfuiſſe legař.

Tlepolemus

Tlepolem⁹ (ut in. ii. Ilia. nar. Ho.) Herculis & Aſtiocheæ fili⁹: q cū Licymniū auū ſuū germanū iterfeciſſ; cōparata claſſe, magnaq; comitū multitudie ĸ hodū pfugit, ubi iperiū adeptus cum nouē nauibus una cū aliis Græciæ principibus ad bellū Troianū eſt pfectus, ubi tādem a Sarpedone fuit interfectus. ⁋ Præteriti Al. prætermiſſi Herculis. ⁋ Non per. nō ē paſſus. ⁋ Obliuia acta: obliuionē eē factā. ⁋ Herculeæ laudis: Herculis. eſt. n. periphraſis. ⁋ Triſtis Pylius: mœſtus Neſtor, quod & ſe a Tlepolemo notari uidebat, & ea commemorare cogebat, quæ ſibi luctus cā fuerant. ⁋ Obductos annis: multitudine annorum obrutos atque oblitos. ⁋ Reſtringere: renouare. ⁋ Offenſas: iniurias, quibus me affecit. ⁋ Maiora fide: maiora q̄ credi debeat.

¶ Sed neq;

Impleuit meritis,quod mallem poſſe negare.
Sed neq̧ Deiphobū,nec Polydamanta,nec ipſū
Hectora laudamus.quis enim laudauerit hoſtē?
Ille tuus genitor Meſſenia mœnia quondam
Strauit:& immeritas urbes Elinq̧,Pylumq̧
Diruit:inq̧ meos ferrum,flammaſq̧ penates
Impulit,utq̧ alios taceam:quos ille peremit,
Bis ſex Neleidæ fuimus conſpecta iuuentus,
Bis ſex Herculeis ceciderunt:me minus uno:
Viribus,atq̧ alios uinci potuiſſe ferendum eſt,
Mira Periclymeni mors eſt:cui poſſe figuras
Sumere quas uellet:ruſuſq̧ reponere ſumptas
Neptunus dederat.Nelei ſanguinis auctor.
Hic ubi nequicq̄ eſt formas uariatus in omnes:
Vertitur in faciem uolucris:quæ fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus Diuum gratiſſima regi.
Viribus uſus auis,pennis,roſtroq̧ redunco,
Hamatiſq̧ uiri laniauerat unguibus ora.
Tendit in hunc nimium certos Tirynthius arc⁹:
Atq̧ inter nubes ſublimia membra ferentem,
Pendentemq̧ ferit lateri qua iungitur ala.
Nec graue uulnus erat:ſed rupti uulnere nerui
Deficiunt:motumq̧ negant,uireſq̧ uolandi.
Decidit in terram non concipientibus auras
Infirmis pennis:& quæ leuis hæſerat alæ
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta
Perq̧ latus ſummum iugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num uideor debere tui præconia rebus
Herculis:o Rhodiæ ductor pulcherrime claſſis?
Ne tamen ulterius q̄ fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres.ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hæc poſtq̄ dulci Neleius edidit ore:
A ſermone ſenis repetito munere Bacchi
Surrexere toris:nox eſt data cætera ſomno.



At Deus æquoreas qui cuſpide temperat undas
In uolucrem corpus nati Cygneida uerſum
Mente dolet patria:ſæuumq̧ peroſus Achillem

RAph. ¶ Sed neq̧ Deiphobū: hoſtes nō eſſe laudādos colligit Neſtor. Deiphobus āt Priami fuit filius.
deiphobus
Polidamas
Polydamas uero unus e principibus Troianis fuit fortiſſimus ſic uocat⁹: q̧ multos domaret. ❡ Meſſenia mœnia: Meſſene & urbs eſt & regio adiacēs Arcadiæ. Eſt etiā Siciliæ urbs:unde Meſſeni⁹ deriuat. ❡ Elinq̧,Pylūq̧: Elis urbs ē Arcadiæ iuxta Olympiā ab Elio Tātali filio cognomiata:unde Elieus & Eleus deriuāt. Pyl⁹ uero Meſſeniç, unde Pylius: Pyleus, ac Pylion gentilia noia deriuantur. ❡ Bis ſex Neleidæ fuimus:duodeciz Nelei filii. Nele⁹ aūt Neptuni fuit fili⁹ & Tyr⁹ nymphç:qui a fratre Pelia domo pulſus Pylon urbem in Meſſenia ɔdidit. Vxorem habuit Chlorim,ex qua tres filios ſuſcepit, Neſtorē r periclimenum: Chromium. Ex uariis āt mulieribus alios nouez: Tauz: Aſteriuz: Lycaonem: Deimachū: Euribium: Epileōtem: Phraſin: Antimenen: & Alaſtorē. ❡ Me minus uno:me excepto. ❡ Nelei ſanguinis auctor: Neptuni.n. Nele⁹ fuit filius. ❡ Quæ fulmina curuis:periphraſis eſt aquilæ. Ouidius quidez Periclimenum in aquilā conuerſum ab Hercule fuiſſe interfectū ait. Alii uero in muſcam trāſmutatum admonitione palladis claua ab Hercule fuiſſe percuſſum atq̧ interemptū. ❡ Viri: Herculis. ❡ Hamatis ungub⁹: in modum hami recuruis. Eſt enim nomen participio ſimile hamat⁹ ab hamo declinatum. ❡ Nimium: affectui & dolori ſeruit hoc aduerbium nimiū. ❡ Tirynthius: Hercules a Tirynthe pelopōneſi urbe. ❡ Et quç leuis hæſerat alæ: ordo eſt & ſenſus: Et leuis ſagitta q̄ hçſerat, & affixa erat alç preſſa & ipulſa fuit grauitate corporis illi affixi: eſt autem αντιθετον. Leuis enim oppoſuit graui. ❡ Exacta: expulſa. ❡ Iugulo ſiniſtro: per ſiniſtrū iugulum.
Pylus
Elis
Hamatus
Tirynthius
Meſſene

Fabulæ ſextæ libri duodecimi argumentū.

LAct. ¶ Num uideor &c. Neptunus grauiter ferēs cygnū filiū ſuuz ab Achille occiſum: & Hectorez defenſorem operum: quæ ipſe poſuiſſet, ab Apolline ſocio laboris petit q̄m ſibi non daretur: ut cōminus cū eo cōgredi poſſet: & ultor exiſteret. At ille auditis precibus eius immixtus aciei: nulliq̧ conſpectus arcū Alexandri in Achillem conuertit: ut ſagittā in eū dirigere poſſet: talumq̧ quod fuit in eius corpore mortale pcuſſit, & interemit.
periclymenus i uarias formas.

RAph. ¶ Herculis tui: parentis ſubaudiatur. ❡ O Rhodiæ ductor pulcherrime claſſis: ad illum Homeri carmen alludit poeta in ſecūdo Iliados. τλησπολεμος δ᾽ ἡρακλείδης ηΰς τε μέγας τε ἐκ ῥόδου ἐννέα νῆας ἄγεν ῥοδίων ἀγερώχων. Hic enim aperte colligit Tlepolemum Rhodiorz ductorem fuiſſe & pulchrū & magnū. ❡ Solida gratia: firma amicitia. ❡ Nelei⁹: Neſtor Nelei fili⁹. ❡ Dulci ore: ſuaui ſermone. Nam (ut ait Homerus) ſuauior melle ab ore Neſtoris oratio pfluebat. ❡ A ſermone ſenis: poſt ſermonē Neſtoris. ❡ At De⁹ æquoreas: Neptun⁹ ægre ferēs Cygnū filiū ab Achille iterēptū Apollinē hortat: ne ulterius ipſum uiuere patiatur. Cui Apollo obſequēs in aciem Troianorum deſcendit, Paridiſq̧ ſagittā in Achillē ita direxit, ut ipſius uulnere interierit. Hæc autē idcirco a poeta narrantur, ut commodius & libri ſequētis initiū cum huius fine cōnectat, & Aiacis in florē Metamorphoſin huic loco ſubiungat. Neq̧ enim ullam aliam in huius libri fine deſcribit tranſfigurationem.

Exercet memores plus q̄ ciuiliter iras.
Iamq; fere tracto duo per quinquennia bello
Talibus intonſum compellat Smynthea dictis.
O mihi de fratris longe chariſſime natis:
Irrita qui mecum poſuiſti mœnia Troiæ
Ecquid, ubi Aſiacas caſuras aſpicis arces,
Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
Millia cæſa? ecquid (ne perſequar omnes)
Hectoris umbra ſubit circũ ſua pergama tracti?
Cum tamen ille ferox, belloq; cruentior ipſo
Viuit adhuc operis noſtri populator Achilles.
Det mihi ſe (ſaxo) triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat. & quoniam concurrere cõminus hoſti
Non datur: occulta, nec opinum perde ſagitta.
Annuit: atq; animo pariter patruiq;, ſuoq;,
Delius indulgens nebula uelatus, in agmen
Peruenit Iliacum: mediaq; in cæde uirorum
Rara per ignotos ſpargentem cernit Achiuos
Tela Parin: faſſusq; Deum quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ait? ſi qua eſt tibi cura tuorum
Vertere in Aeaciden: cæſoſq; ulciſcere fratres.
Dixit. & oſtendens ſternentem Troica ferro
Corpora Peliden, arcus obuertit in illum:
Certaq; letifera direxit ſpicula dextra.
Quo priamus gaudere ſenex poſt Hectora poſſet
Hoc fuit. ille igitur tantorum uictor Achille
Victus es a timido, Graiæ raptore maritæ.
At ſi fœmineo fuerat tibi Marte cadendum:
Thermodontiaca malles cecidiſſe bipenni.
Iam timor ille phrygum, decus, & tutela pelaſgi
Nominis Aeacides, caput inſuperabile bello
Arſerat. armarat Deus idẽ, idemq; cremarat.
Iam cinis eſt: & de tam magno reſtat Achille
Neſcio quid: paruã quod nõ bene cõpleat urnã.
At uiuit, totum quæ gloria cõpleat orbem.
Hæc illi menſura uiro reſpondet: & hæc eſt
Par tibi pelide: nec inania Tartara ſentit.
Ipſe etiam, ut cuius fuerit cognoſcere poſſis:
Bella mouet clypeus: de armis arma feruntur.
Non ea Tydides, non audet Oileus Aiax:
Non minor Atrides, non bello maior, & æu
Poſcere: non alii, ſoli Telamone creato,
Laertæq; fuit, tantæ fiducia laudis.
A ſe Tantalides onus, inuidiamq; remouit:
Argolicoſq; duces mediis cõſiſtere caſtris
Iuſſit: & arbitrium litis traiecit in omnes.

RAph. ¶ Memores iraſq; quas in memoria habebat. Vt illud Virg. Memorẽ Iunonis ob iram. ¶ Pluſq̄ ciuiliter: hoſtiliter. ¶ Tracto bello: protracto, pducto: ¶ Intõſum Smyn. comatum Apollinem. Nã Smyntheus epithetõ eſt Apollinis ppriũ a muribus ſumptum, q(ut Strabo ait) Smynthi a Cretẽſibus uocant. Hac ẽt de cã Smyntheus Apollo fuit cognominatus: qd Teucris e Creta pfectis datũ ẽ oraculũ: ut ibi ſedes collocarẽt ubi terrigenæ ipſos adorirent. Id aũt circa Aonaxicũ fertũ contigiſſe. Nã maxima agreſtiũ muriũ multitudo noctu exorta qcqd armoꝝ: uaſorũq; ex corio inuẽtũ eſt corroſit. Teucri autẽ ibi manſerũt: atq; Idã ab Ida q eſt ĩ Creta, appellarũt: tẽplũq; ac ſimulachrum Apollini Smynthio erexerunt. Heraclides uero Ponticus auctor ẽ mures ibi circa templũ abũdare & ſacros exiſtimari. Simulachrũ uero ita effigiatum eſſe: ut murẽ pedib⁹ premat. Solẽt aũt hoies nomina a paruis rebus impoſita qbuſdam lenimentis mitigare: nã & a Culicib⁹ quos Oetei Conopas uocant: Hercules Gonopion apud illos colit: qm ab illis eius opera liberati fuerũt. Apud Erithræos quoq; militubiez habitãtes Spectonus colit: qd ipſe uitib⁹ uermis infeſtiſſim⁹ fit. Nã ex Erithræis oibus apud illos ſolũ talis beſtiola naſcit. Rhodii ãt Apollinis Erethibii tẽplũ habẽt in agro ſuo. Nã rubiginẽ ipſã Erethibiã uocãt. Apud Aeoles q in Aſia ſunt, mus quidam Pornopion uocat. Bœotii uero hoc nomie Culices uocãt. Sacrificiũ aũt faciũt Apollini Pornopioni: ſed multis in locis ſunt Smynthia: hoc ẽ Smynthii Apollinis templa: pcipue tñ ĩ urbe chryſa Smynthius Apollo colebatur: ubi erat ſtatua a Scopa pario ɔfecta: cui⁹ pedibus mus ſubiectus erat. ¶ O mihi de fratris: hac oĩone Neptun⁹ Apollinẽ hortat: ut Achillẽ Cygni interfectorẽ ſagitta perimat. ¶ De fratris natis: de Iouis fratris mei filiis. A beneuolẽtia ãt exordiũ Neptunus. ¶ Subit in mẽtẽ: cũ quadã miſeratiõe uenit. ¶ Populator: deſtructor. Ex arte aũt Achillem in odiũ Apollinis Neptunus adducit. ¶ Det mihi ſe: cõmittat ſe mihi & mari. ¶ Triplici cuſpide: periphraſis eſt tridentis. ¶ Nec opinũ: non opinãtẽ. ¶ Indulgens: obſequẽs. ¶ Sanguine ple. plebeios: ac uiles interficiẽdo. ¶ Poſt Hectora: poſt Hectoris cædẽ. ¶ Ille igit tãtoꝝ apoſtrophe ad Achillẽ indignatione cõtinẽs: qd ab effœminato Paride fuerit interfectus. ¶ Graiæ mar. Helenæ, quã idcirco maritã poeta uocat q a uiris imperabat. ¶ Fœmineo Marte: ibelli. ¶ Thermodõtiaca bipenni: Amazonica ſecuri. Nã Amazones Thermodontis fluuii accolæ fuerũt. ¶ Armarat De⁹ idem: Vulcanus & arma Achilli Thetidis rogatu pfecit: & eũ mortuũ combuſſit. ¶ Neſcio qd: paꝝ qd cineris de ĩto Achillis corpore ſup eẽt: quo ne urna qdẽ impleri põt. ¶ Hæc menſura: tot⁹ terraꝝ orbis menſura ẽt uidet gloriæ Achillis. A pſtãtiſſimis. n. qbuſq; poetis tam Græcis q̄ Latinis Achillis geſta fuere celebrata. Sicq; p totũ terraꝝ orbẽ uulgata. ¶ Nec inania Tartara ſentit: nũq̄ enim gloria morit. ¶ Vt cuius fuerit cognoſcere poſſis: ac ſi diceret fortiſſimũ illum ac bellicoſiſſimũ illum clypeũ fuiſſe i p quo tãtæ cõtẽtiões fuere ſuſpectæ. ¶ Deq; armis arma ferũt: propter arma Achillis bella excitant. Nam poſt mortem Achillis inter Aiacem & Vlyſſem de armis ipſi⁹ Achillis grauiſſimæ ſunt ortæ contentiões. ¶ Soli Telamone creato: Aiaci Telamõis filio. ¶ Laertæq;: Vlyſſi. ¶ A ſe Tãtalides: Agamẽnon a Tantalo genus ducens. Naꝫ Tantalus Iouis: Pelops Tantali: Pelopis Atreus: Atrei Agamẽnon & Menelaus filii fuiſſe dicunt. ¶ Traiecit: tranſmiſit, tranſtulit.

Smyntheus

Achillis mors

Amazones

Fabulæ

Fabulæ primæ decimitertii libri argumentum.

LAct. ¶ Conſedere &c. Achille ab Alexādro occiſo arma cū peterentur ab Aiace, quia frater patruelis eēt, & Vlyſſe qui conſilio ſe potiorem ac uirtute indicaret, placuit principibus ut utriuſq; res geſtæ in bello perpenderentur: & digniori propoſitū præmiū eā cauſa ab uniuerſo exercitu tribueret. Cum itaq; in cōſpectu omniū Aiax uirtutes ſuas quib⁹ Græcos iuuiſſet: retuliſſet: & Vlyſſes conſilia ſua quibus cōmunē rempublicā iuuiſſet: duces quoq; adduxiſſet. nouiſſime ſignum Mineruæ: quod iſte extuliſſet oſ̄dit. Quo Græci moti cum ante oratione eiuſdem perculſi ſtuperent ab Aiace arma abiudicata ſūt & Vlyſſi data. Qua ille cōtumelia accenſus incubuit enſi: ex cuius cruore flos purpureus ſimilis Hyacinthi natus eſt.

subducta erat. ¶ Claſſemq; in littore: ſtātē ſubaudiam⁹. ¶ intendenſq; manus: ad claſſem intelligendū ē. Exprimit āt geſtū uiri cum indignatione loquentis. ¶ Agimus proh Iuppiter: Aiacis perſonæ decorē pulchre ſeruat, qui fortis quidē ac bellicoſus fuiſſe, ſed eloquētia parū ualuiſſe, tū a Græcis, tū a Latinis fingit poetis. Quare illi orationem ſimplicem attribuit: olq; artificio carēs. Nam & in prohœmio ſtatī cū magna exclamat indignatiōe & ſe p totā iactat orōnē: q̄ nō eē facienda rhetores oēs pcipiunt. Verſat aūt hæc oro in duplici cōiecturali cōſtitutiōe. Cū. n. Achillis arma Græcorū pſtātiſſimo & uirtute & meritis forēt tribuenda: uter horū ſit pſtātior quærit Aiax an Vlyſſes: cū uterq; ſe dignū illis eē iactare. Vterq; ēt coniecturis & ſe meruiſſe: & alterū nō meruiſſe oſ̄dit. ¶ Proh Iuppit. exclamatio mira me principio conueniens. ¶ Ante rates: ante quib⁹ ego ſol⁹ hectoris faces repulit: cū alii Græci pmiſq; Vlyſſes illius uiri impetū nō ſuſtinētes eas deſeruerint. Cū. n. Achilles Agamenoni iratus ppter Briſeida ereptā intra tētoriū ſe cōtineret: neq; pugnaret: Hector cū delecta Troianorū iuuentute in hoſtiū claſſem impetū fecit: quā ēt incendiſſet: niſi Aiacis uirtute fuiſſet repulſus. Cis igit Aiacis indignatio & a loco in quo cū agit, & ab aduerſario oritur. ¶ Et mecū cōfertur Vlyſſes: & cōiunctio indignationē hoc loco ſignāt. ¶ Hac a claſſe: manū ad claſſem intēdit Aiax, ſicq; illā græcis oſ̄dit. ¶ Fictus compoſitis. ¶ Iſti: ſcilicet magno Vly. cōtēptu ſic dixit. ¶ Quātūq; ego Marte feroci contra artis præcepta ubiq; ſe & ſua Aiax nō deſinit iactare. Oīs. n. ſui iactatio (ut Fabius Quintilianus tradit) ē odioſa. ¶ Præmia magna: arma Achillis a Vulcano fabricata. ¶ Tenuiſſe: obtinuiſſe. In cōtemptum autem Vlyſſem quātū pōt Aiax adducit. ¶ Superbū: glorioſum. ¶ Sit licet hoc ingens: quamuis id de quo contēditur ſit maximum. ¶ Feretur: iactabitur.

¶ RAPHAELIS Regii in tertiumdecimū Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



RAph. Conſedere duces. Achille ſagitta Paridis interempto: magna inter Aiacē & Vlyſſem contētio orta eſt: uter ipſorū illi⁹ armis dignior eſſet. Agamēnon autē: ne in alterius odium incideret: illius contentionis iudicium ad principes Græcorū reiecit: ut pro uirtute ac meritis utriuſq; arma alteri adiudicaret. Iuſſo igitur utroq; in conſeſſu principum cauſam agere: nō uirtute aut meritis: ſed eloquētia: qua pluriſ mū ualebat: Vlyſſes effecit: ut ſibi arma adiudicarentur. Illā autē repulſam Aiax adeo ægre tulit: ut primum furioſus ſit effect⁹: deinde cū reſipuiſſet: gladio incumbēs ſeipſum interfecerit: ſed tandē miſeratione Deorū in Hyacinthū florē ſuit cōmutatus. ¶ Cōſedere duces: conuentum inſtituit cōcionem: in qua principes ſedēt: uulgus āt cogit ſtare. ¶ Clypei ſeptē. ſeptē boum coriis tecti. ¶ Aiax Telamon pelei fratris fili⁹ Achillis patruelis fuit. Quæ āt de Aiace ſcribit poeta a Sophocle ſumpſiſſe uidetur. ¶ Sigea lit. Sigeum & urbs & promontoriū ē Troadis, iuxta quod Græcorū claſſis

Græcorum cōcio

Sigeum

p. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber. XIII.

Conſedere duces, & uulgi ſtante corona
Surgit ad hos clypei dominus ſeptēplicis Aiax.
Vtq; erat impatiens iræ, Sigeia toruo
Littora pſpexit: claſſemq; in littore uultu:
Intendenſq; manus. agimus proh Iuppiter inquit
Ante rates cauſam: & mecum confertur Vlyſſes?
At non Hectoreis dubitauit cedere flammis:
Quas ego ſuſtinui: quas hac a claſſe fugaui.
Tutius eſt igitur fictis contendere uerbis,
Quā pugnare manu. ſed nec mihi dicere pmptū.
Nec facere eſt iſti. quantumq; Marte feroci,
Inq; acie ualeo: tantum ualet iſte loquendo.
Nec memoranda tamen uobis mea facta pelaſgi
Eſſe reor (uidiſtis enim) ſua narret Vlyſſes:
Quæ ſine teſte gerit: quorum nox conſcia ſola ē.
Præmia magna peti fateor. ſed demit honorem
Aemulus Aiaci. non eſt tenuiſſe ſuperbum:
Sit licet hoc ingens: quicquid ſperauit Vlyſſes:
Ipſe tulit pretium iam nunc certaminis huius:
Qui cum uictus erit: mecum certaſſe feretur.

Cui.mecū.

Arqȝ ego, ſi uirtus in me dubitabilis eſſet:
Nobilitate potens, eſſem Telamone creatus,
Mœnia qui forti Troiana ſub Hercule cœpit:
Littoraqȝ intrauit Pagaſea Colcha carina.
Aeacus huic pater eſt: qui iura ſilentibus illic
Reddit: ubi Aeoliden ſaxū graue Siſyphō urget.
Aeacon agnouit ſummus: prolemqȝ fatetur
Iuppiter eſſe ſuam. ſic ab Ioue tertius Aiax.
Nec tamen hæc ſeries in cauſam proſit Achiui:
Si mihi cum magno non eſt communis achille.
Frater erat. fraterna peto. quid ſanguine cretus
Siſyphio? furtiſqȝ, & fraude ſimillimus illi
Inſeris Aeacidis alienæ nomina gentis?
An qꝫ in arma prior: nulloqȝ ſub indice ueni,
Arma neganda mihi? potiorqȝ uidebitur illis:
Vltima qui cœpit: detrectauitqȝ furore
Militiam ficto: donec ſolertior iſto,
Et ſibi inutilior, timidi commenta retexit
Naupliades animi: uitataqȝ traxit ad arma.
Optima nunc ſumat: qui ſumere noluit illa.
Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi,
Obtulimus quia nos ad prima pericula: ſimus?
Atqȝ utinam, aut uerus furor ille: aut creditꝰ eēt:
Nec comes hic Phrygias unquā ueniſſet ad arces
Hortator ſcelerum. non te Pœantia proles
Expoſitum Lemnos noſtro cū crimine haberet.
Qui nūc (ut memorant) ſiluestribꝰ abditꝰ antris,
Saxa moues gemitu: Laertiadæqȝ precaris
Quæ meruit, quæ (ſi dii ſunt) non uana preceris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma
(Heu pars una ducum) quo ſucceſſore ſagittæ
Herculis utuntur: fractus morboqȝ, fameqȝ,
Venaturqȝ: aliturqȝ auibus: uolucreſqȝ petendo
Debita Troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen uiuit: quia non comitatur Vlyſſem.
Vellet & infelix palamedes eſſe relictus.
Viueret: aut certe letum ſine crimine haberet.
Quē, male conuicti nimiūqȝ memor iſte furoris,
Prodere rem Danaum finxit: fictumqȝ probauit
Crimē: & oſtendit, quod iam præfoderat aurum.
Ergo aut exilio uires ſubduxit achiuis:
Aut nece. ſic pugnat. ſic eſt metuendus Vlyſſes.
Qui licet eloquio fidum quoqȝ Neſtora uincat:

RAph. ¶ Si uirtus in me dubitabilis eſſet: nimium arroganter
hoc eſt dictum. ⁋ Littora Colcha: Colchica. Nā Tela/
mon cum Iaſone in Colchos nauigauit: ut plenius ſupe
rius diximus. ⁋ Vbi Aeoliden Siſyphō: hoc ad Vlyſſis
cōtemptum dictum eſt. Naȝ fama erat a Siſypho latro
ne Iſthmum obſidente Anticham Vlyſſis matrem, cuȝ
ad Laertē duceretur fuiſ
ſe compreſſā: atqȝ ex eo
concubitu Vlyſſem or/
tum. ⁋ Hæc ſeries: hæc
ſtēmatis diſpoſitio. ⁋ Fra
ter erat: patruelis frater
Achilles fuit aiacis. Nam
peleus & Telamon fra/
tres fuerunt. Patrueles
patrueles — autem fratres dicuntur
qui e fratribus naſcūtur.
⁋ Quod ſanguine cretꝰ
Siſyphio: aperte aiax ori
ginis turpitudinem obii
cit Vlyſſi. ⁋ An quod in
arma porꝰ: Vlyſſes ne ad
bellum Troianum cum
aliis Grçciæ principibus p
ficiſcens uxorem relin/
quere cogeretur: ſe inſa
nire ſimulauit: palame
des uero prudentia ual/
de pollens ad hoc ſpecu
landum miſſus illi arātis
ſaleqȝ ſeminanti filium
paruulum obiecit: quem
Vlyſſes aratro ſublato ni
hil offendit. Inuitus itaqȝ
ad bellum ductus Pala/
medem ficta proditione
tandem oppreſſit. ⁋ Nul
lo ſub indice: nullo indi/
cante. ⁋ Vltima qui cœ/
pit: ultimus per hypalla/
gen ut intelligatur qui ul
timus cœpit arma. ⁋ De
trectauit: uitauit. ⁋ So/
lertior: prudentior. ⁋ Et
ſibi inutilior: nam Pala/
medes in ſe Vlyſſem cō/
palamedis cædes — citauit: cuius fraude tan
dem: ut proditor a cun/
cto Græcorum exercitu
fuit interfectus. Nā Vlyſ
ſes literas finxit a Priamo
ad palamedem dataſqȝ
bus ſignificare uidebatur
priamus ſe magnum au
ri pondꝰ miſiſſe aliudqȝ
miſſurum. Cum uero li
teræ ad Agamemnonem
fuiſſent perlatæ: principeſque
omnes præter pa
lamedem conueniſſent: uix
que illud ſcelus in pala/
medem cadere poſſe cun
ctis uideretur: Vlyſſes ni
hil temere de tanto uiro
credendum dixit, niſi aurum: quod ille iam per ſer/
uos corruptos in illius tentorio defodiendum curaue/
rat, deprehenderetur. Qui igitur miſſi ad hoc inquirē
dum fuerant cum renunciaſſent inuentum, lapidibus
Palamedes a toto exercitu, de quo optime meritꝰ erat,
obrutus eſt. ⁋ Naupliades: Palamedes Nauplii filius.
Nauplius autem Neptuni & Amymones nymphæ fi/
lius in Euboea regnauit. Nauplꝰ
⁋ Optima nunc ſumat:
Ironia indignationis ple
na: qua Aiax ſignificat
Vlyſſē nulla ratione ar/
mis Achillis eē dignum:
ſe autem eſſe digniſſi/
mum. ⁋ Furor ille: inſa
nia illa Vlyſſis. ⁋ Horta
tor ſcelerum: hactenus
in contemptum: nunc in
odium aiax Vlyſſem ad/
ducit. ⁋ Non te pœantia
proles: cum oraculum ac
cepiſſent Græci Troiam
ſine Herculis ſagittis ca/
pi non poſſe. Vlyſſes miſ
ſus ad philoctetem pœā philoctetes
tis filium: cui moriens
Hercules arcum: ſagit/
taſque reliquit inuenien
dum: Troiamque addu/
cendum: cum forte inter
nauigandum ſagitta hy/
dræ ueneno tincta e pha
retra cadens philoctetæ
pedem uulneraſſet: cum
in Lemno nullo adhibi/
to uulneri remedio reli/
quit. ⁋ Lemnos: Lem/ Lēnos
nos inſula eſt una ex Cy
cladibꝰ Vulcano dicata:
quæ duo oppida habet
Epheſtiam: & Myrinā:
in cuius forum ſolſtitio
athos eiaculatur umbrā:
ut Plinius ſcribit. ⁋ Qui
nunc: ut memorant: ora/
torie miſerias philoctetæ
amplificat aiax: ut maius
in odium Vlyſſem addu
cat. ⁋ Troianis fatis: tro
iano excidio. ⁋ Sine cri/
mine: proditionis. ⁋ Cōui
cti furoris: deprehēſi: de
tecti. ⁋ Nimiū: male me
mor: illa nanque memo/
ria palamedes optime de
Græcorum exercitu me
ritus: fuit interfectus.
⁋ Præfoderat: ante de
foderat in tentorio pala
medis per ſeruos corru
ptos: ut diximꝰ. ⁋ Ergo
aut exilio: relinquens
philoctetem in Lemno
tanquam exulem. ⁋ Aut
nece: inducens exerci
tum ad lapidandum Palamedem.

¶ Deſertum

Haud tamen efficiet deſertum ut Neſtora crimē
Eſſe rear nullum: qui cum imploraret Vlyſſem:
Vulnere tardus equi, feſſuſq; ſenilibus annis,
Proditus a ſocio eſt. nō hæc mihi crimina fingi.
Scit bene Tydides: qui nomine ſæpe uocatum
Corripuit: trepidoq; fugam exprobrauit amico.
Aſpiciunt oculis Superi mortalia iuſtis.
En eget auxilio, qui non tulit. utq; reliquit:
Sic linquendus erat. legem ſibi dixerat ipſe.
Conclamat ſocios. adſum: uideoq; trementem,
Pallentemq; metu: & trepidantem morte futura.
Oppoſui molem clypei: texiq; iacentem,
Seruauiq; animam (nimium ē hoc laudis) inertē.
Si perſtas certare: locum redeamus ad illum.
Redde hoſtes, uulnuſq; tuum: ſolitumq; timorē
Poſt clypeumq; late: & mecū contende ſub illo.
At poſtquam eripui: cui ſtandi uulnera uires
Non dederant: nullo tardatus uulnere fugit.
Hector adeſt: ſecumq; Deos in prælia ducit:
Quaq; ruit, non tu tantum terreris Vlyſſe:
Sed fortes etiam. tantum trahit ille timoris.
Hunc ego ſanguineæ ſucceſſu cædis ouantem
Eminus ingenti reſupinum pondere fudi.
Hunc ego poſcentem cum quo concurreret, un⁹
Suſtinui, ſortemq; meam uouiſtis Achiui.
Et ueſtræ ualuere preces. ſi quæritis huius
Fortunam pugnæ: non ſum ſuperatus ab illo.
Ecce ferunt Troes, ferrumq;, ignesq;, Iouemq;
In Danaas claſſes. ubi tunc facundus Vlyſſes?
Nempe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem ueſtri reditus, date pro tot nauibus arma.
Quod ſi uera mihi licet dicere: quæritur iſtis
Quā mihi maior honos: cōiunctaq; gloria nr̄a ē.
Atq; Aiax armis: non Aiaci arma petuntur.
Conferat his Ithac⁹ Rheſum, imbelleq; Dolona,
Priamidenq; Helenum raptā cum pallade captū.

RAph. ¶ Deſertum ut Neſtora: ut in octauo Iliados narrat Homerus. Cum Neſtor una cū aliis Græcis fulmine Iouis territis fugere non poſſet, quod unus ex ipſius equis foret ab Alexādro Catapulta uulneratus, facile fuiſſet ab Hectore oppreſſus, niſi re cognita Diomedes & clara uoce, Vlyſſem inclamaſſet ad opem ſeni ferendā, & nihilominus illo fugiente ſolus ipſe Neſtorem ab impetu Hectoris protexiſſet: ac in ſuum currum recepiſſet. ¶ Proditus a ſocio ē: ab Vlyſſe fuit derelictus. Qui autē ſocios in pugna derelinquūt: ut proditores habēt. ¶ Trepido: timido. Alludit autem ad uerba quæ Diomedi attribuit Homer⁹. Quo fugis inquit Vlyſſes Laertæ fili? Cur terga uertis? Cur cōmittis ut tā quam imbellis ac timid⁹ a tergo uulneris? Mane hic mecum: mane dum a ſene amico trucem Hectorem arceam. ¶ Mortalia: res mortaliū. Hæc autem ſententia eo pertinet: ut qui ferre opem noluit: ea indigere cogatur. ¶ En eget auxilio: q non tulit: hoc de undecimo Iliados libro ſumptū eſt. Naq; (ut ibi ſcribit Homerus) cum Vlyſſes Socum Hipaſi filiū interfeciſſet: Troianorum turba in illum ſic impetum fecit: ut & ſe retroferre: & ſuorū auxiliū implorare ſit coactus: cum iam Soci haſta fuiſſet uulneratus. Aiax igitur a Menelao admonitus ſcuto illum accurrens a ui hoſtium intrepide protexit. ¶ Vulnuſque tuum: nam latus illius haſta traiecerat Soc⁹. ¶ Hector adeſt: aduenit. ¶ Deos: Deorum in primiſq; Iouis auxilium. Nā (ut ſcribit Homerus) ſe Iouis filium eſſe iactabat Hector. ¶ Nō tu tantum: emphaſis eſt. Intelligitur enim quod non exprimitur. Non tantum tu qui es omnium timidiſſimus terreris impetu Hectoris: ſed etiam fortes. Eſt autem apoſtrophe contemptus plena. ¶ Tantum trahit ille timoris: acclamatio eſt. ¶ Ingenti pōdere: maximo ſaxo. Nā (ut in decimoquarto Iliados uolumine legitur) cum hector haſtam in aciem ieciſſet: neq; uulneraſſet: Aiax ipſe ſublato maximo ſaxo pectus illius ita percuſſit: ut cum ingenti armorum ſtrepitu in terrā caderet. ¶ Hunc ego poſcentem: prouocantem. Id autē ex. vii. Iliados libro eſt notum: ibi nāq; ſcribitur Hector Heleni uatis exhortatione: Græcos omnes ad ſingulare certamen prouocaſſe. Ac cū hi noue Græcorū fortiſſimi, Agamēnō, Diomedes, duo Aiaces, Idomeneus: Meriones: Eurypylus Euemonis fili⁹, Thoas Andræmonides. Vlyſſes Neſtoris exhortatione: inter ſe forent ſortiti quis ipſorū cū Hectore pugnare deberet: Aiax forte ſe Hectori obiecit: q cum adueniente nocte e pugna æquali cum honore diſceſſeriēt: ſe inuicem muneribus ſunt proſecuti. Nam Hector Aiaci gladium: cōtra Aiax Hectori baltheum dono dedit. ¶ Sortemq; meam uouiſtis Achiui: hoc quoq; ab Homero ſumptum ēē uidetur: qui ſcribit Achiuos ſublatis in altum oculis manibuſq; his precibus ad Iouem uſos fuiſſe. Iuppiter pater da ut Aiacis Telamonii: aut Aiacis Oilei: aut agamēnonis ſors ſit locus: atque ita euenit ut Aiacis id qd̄ maxime optabant: ſors proferretur. ¶ Vouiſtis: ergo uoto optaſtis. tametſi uouiſtis ſerelegatur. ¶ Et ueſtræ ualuere preces: nā ut optauerant: ſors Aiacis prima prolata eſt: ut cum hectore pugnaret. ¶ Non ſum ſuperatus ab illo: pari nāq; gloria uterq; ex ea pugna receſſit. ¶ Ecce ferūt Troes: hoc quoq; in quintodecimo Iliados decantabit Homerus. ¶ Iouēq;: auxiliū Iouis hectori fauentis. ¶ Nempe ego ſolus Aiax aliis Græcorū ducibus pterritis claſſes ab ignibus hoſtiū protexiſſe ab Homero quoq; ſcribitur. ¶ Quod ſi uera licet: arroganter nimium contra artis oratoriæ pcepta hæc quoq; dixit. ¶ Cōferat his Ithacus Rheſum: his geſtis meis cōparet Vlyſſes: quē cum quodam cōtemptu Ithacū Aiax appellat. Rheſus autē rex fuit Thraciæ: qui (ut ſcribit Homerus) cum in auxilium Troianorum cum candidiſſimis equis ueniſſet: a Diomede & Vlyſſe ea ipſa nocte: qua ad Troiā peruenerat fuit interemptus. ¶ Imbellē.q; Dolona: Dolon (ut idē ſcribit Homerus) Eumedis præconis fili⁹: cum ſpeculator ad caſtra Græcorum ab Hectore miſſus eet: a Diomede ſimul & Vlyſſe captus fuit & interfectus. ¶ Priamedēq; Helenum: Helenus Priami fuit filius: q a Diomede & Vlyſſe captus fata Troianorū arcana Græcis reuelauit. ¶ Rapta cū Pallade: cū palladio: quod Vlyſſes una cum Diomede rapuit.

Rheſus

Dolon

helenus

Luce nihil gæſtum eſt.nihil ē Diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam uilibus arma:
Diuidite:& pars ſit maior Diomedis in illis.
Quo tamen hæc Ithaco? q clam,q ſemp inermis
Rem gerit:& furtis incautum decipit hoſtem.
Ipſe nitor galeæ claro radiantis ab auro
Inſidias prodet:manifeſtabitqꝫ latentem.
Sed neqꝫ Dulichius ſub Achillis caſſide uertex
Pondera tanta feret:nec non oneroſa,grauiſqꝫ
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis.
Nec clypeus uaſti cælatus imagine mundi
Conueniet timidæ:natæqꝫ ad furta ſiniſtræ.
Debilitaturum quid te petis improbe munus?
Quod tibi ſi populi donauerit error Achiui:
Cur ſpolieris erit:non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga,qua ſola cunctos timidiſſime uincis:
Tarda futura tibi eſt geſtamina tanta trahenti.
Adde quod iſte tuus tam raro prælia paſſus
Integer eſt clypeus.noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis:nouus eſt ſucceſſor habendus.
Deniqꝫ quid uerbis opus eſt? ſpectemur agendo.
Arma uiri fortis medios mittantur in hoſtes:
Inde iubete peti:& referentem ornate relatis.
Finierat Telamone ſatus:uulgiqꝫ ſecutum
Vltima murmur erat.donec Laertius heros
Aſtitit:atqꝫ oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres:expectatoqꝫ reſoluit
Ora ſono.neqꝫ abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum ueſtris ualuiſſent uota Pelaſgi:
Non foret ambiguus tanti certaminis hæres:
Tuqꝫ tuis armis:nos te poteremur Achilles.
Quem quoniam nõ æqua mihi,uobiſqꝫ negarũt
Fata(manuqꝫ ſimul ueluti lachrymantia terſit
Lumina)quis magno melius ſuccedit Achilli:
Quã p quem magnus Danais ſucceſſit Achilles?
Huic modo ne proſit:qđ ut eſt hebes,eē uidetur:
Neue mihi noceat:quod uobis ſemper Achiui
Profuit ingenium:meaqꝫ hæc facundia,ſi qua ē,
Quæ nunc pro domino,pro uobis ſæpe locuta ē,
Inuidia careat:bona nec ſua quiſqꝫ recuſet.
Nam genus,& proauos,&quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra uoco.ſed enim quia rettulit Aiax
Eſſe Iouis pͦnepos:noſtri quoqꝫ ſanguinis auctor
Iuppiter eſt:totidemqꝫ gradus diſtamus ab illo.
Nam mihi Laertes pater eſt,Acriſius illi,

RAph. ℂQuo tamẽ hæc Ithaco: arma achillis icõmodo Vlyſſi futura oſtendit aiax. ⁋ Quo: ad quid: ad quem fineꝫ: petuntur autem uerbum eſt ſubaudiendũ. ⁋ Et furtis: dolis, fraudibus, inſidiis. ⁋ Dulichius uertex: Vlyſſis caput. Nam Dulichium inſula eſt Ithacæ uicina. ⁋ Nec nõ oneroſa: ordo eſt & ſenſus: Et Pelias haſta non poteſt eſſe non oneroſa & grauis imbellibus lacertis. ⁋ Nec clypeus uaſti: in clypeo Achillis (ut ſcribit Homerus) quatuor elementa ſculpta uidebantur. ⁋ Quod tibi ſi populi: hoc quoqꝫ contra artis præcepta ab Aiace dictum eſt. Neqꝫ enim error iudicibus fuit obiiciẽdus. ⁋ Trahẽti: proprie dixit. Illa enim trahimus: quæ geſtare non poſſumus. ⁋ Viri fortis: Achillis. ⁋ Vulgiqꝫ ſecutũ Vltima murmur erat: nam populus murmure ſuo Aiacis dicta approbare eſt uiſus. ⁋ Aſtitit: ſurrexit. ⁋ Atqꝫ oculos paulũ tellure moratos: imitatur Homerum Ouidius, q Vlyſſem ſtetiſſe oculis in terram defixis, immotoque ſceptro, priuſquam illam eloquentiæ pcellã effunderet, ſcribit. ⁋ Si mea cum ueſtris: artificioſiſſima Vlyſſi attribuitur oratio, ut perſonæ decorum ſeruet. Nam Vlyſſes cũ ab aliis, tum ab Homero

Vlyſſis oratio inter eloquentiſſimos numeratur. Quare & affectus ſtatim ĩ exordio mouet, & ſua ſine ulla arrogantia amplificat, & ab aduerſario obiecta ita refellit: ut illum in maximũ adducat contemptum, ac deniqꝫ principibus pſuadeat, ſe arma Achillis q̃ Aiax magis meruiſſe. Principium autem a beneuolentia ſumptum eſt. Se enim cũ aliis Græcis ſemper optaſſe ait ſalutem Achillis, per quod ſignificat ſe uehementer, illius morte dolere, qui Græcis omnibus gratiſſimus fuiſſet. ⁋ Tuqꝫ tuis ar.: poteteris, ac poſſideres, & fruereris ſubaudiatur. Eſt enim hypozeuma. Potetemur autem legendũ eſt, ut ſit tertiæ coniugationis ita uerſu exigente. Hæc autem apoſtrophe ad Achillem animos auditorum ad fletum inclinat. ⁋ Manuqꝫ ſimul: hæc ex perſona poetæ dicunt. Ex arte autem finxit ſe flere Vlyſſes: quo facilius perſuaderet ſe morte Achillis graui dolore fuiſſe affectum. ⁋ Quam per quem magnus Danais: hoc eſt q̃ is cuius opera Achilles ad bellum Troianum deductus eſt: is autem Vlyſſes fuit. Nã ut ipſe paulo poſt narrat: cum Thetis mater Achillis cognoſceret filium in bello Troiano periturum, illum uirginis habitu ornatum Lycomedi Scyri inſulæ regi una cũ filiabus ipſius educandũ commendauit, ut tantiſper apud eum ĩ uirgineo habitu lateret: dum Troia foret deleta. Cum uero ſine Achille Troia capi non poſſet: nec uſquam inueniretur: Vlyſſes id quod erat ſuſpicatus, mercibus quibus fœminæ capiuntur: gladium: ſcutũqꝫ ac galeã immiſcens ad Lycomedem ſe contulit: ubi mercibus illis expoſitis Achilles gladiũ ac ſcutum alta negligens tractare cœpit: ex quo cognitus ad bellum Troianũ fuit deductus. ⁋ Huic modo ne proſit: aduerſarium ut hebetem ac ingenio tardum: omniqꝫ facundia carentem in contemptum adducit. ⁋ Si qua ē: ex arte ſuam eloquentiam extenuat Vlyſſes: ne in ſe inuidiam: odiumqꝫ auditorum trãſferat. ⁋ Inuidia careat: nam Aiax in inuidiam Vlyſſis eloquentiam adducere cõatus eſt: cum dixit. Tutius eſſe fictis uerbis contendere q̃ manu pugnare. ⁋ Bona ſua: propria uel natura data: uel induſtria comparata. ⁋ Sed enim quia rettulit Aiax Eſſe Iouis pronepos: figurata & poetica eſt hæc locutio. In ſoluta nanqꝫ oratione accuſatiuo uteremur: & diceremuſque Aiax retulit ſe eſſe Iouis pronepotem. ⁋ Acriſius illi: duo fuerunt nobiles Acriſii & hic Iouis filius ac Vlyſſis auus: & alter Abantis Argiuorum regis filius ac Danaes pater, legitur ēt Arceſius. Acriſii duo

ℂNeqꝫ in

RAph. ¶ Neq; in his quiſq̃ dãnatus & exul: Peleũ Achillis patrem notat Vlyſſes, q Phoco fratre interfecto ab Aeaco patre in exilium fuit expulſus. ¶ Eſt quoq; p matrẽ Anticlia mater Vlyſſis filia fuit primi Sinonis Mercurii filii. ¶ Phthiã, Scyronq; ferant: Phthiã ad Peleũ, Scyrõ ad Pyrrhũ Achillis filiũ ex Deidamia Lycomedis filia. ¶ Ergo operũ quoniã: qm inqt quæſtio eſt ſola inter noſtrum pluribꝰ: ac maioribus meritis Græcorũ exercitũ affecerit, nõ omnia quæ geſſi referre poſſum. ¶ Præſcia uenturi: hic incipit merita ſua cõmemorare ſine ulla arrogãtia Vlyſſes. ¶ Gẽitrix Nereia: Thetis Nerei filia, materq; Achillis ut & Home. & plerīq; poetæ aſſerũt. Suidas uero, Ariſtoteles, & Diõyſius chalcidẽſis ſcribũt Achillem ex Thetide Chirõis filia natũ. Deimachꝰ ãt ex philomela Actoris filia.

Thetis

Variç de matre Achillis opiones

¶ Diſſimulat cultu natũ: ſiẽ habitu ſimulat Achillem nõ eẽ puerũ, ſed puellaȝ. ¶ In qbꝰ inoter quos. ¶ Arma: gladiũ, haſtam, parmã. ¶ Proiecerat: depoſuerat. ¶ Ad fortia: ſubaudiamus gerẽda. ¶ Ergo opera illius mea ſunt: colligit Vlyſſes oia quæcunq; geſſit achilles, ſibi eſſe aſcribẽda, cũ illum latitãtẽ deprehẽderit, ad bellũ q; troianũ adduxerit. A cauſa enim effectus ſeparari nõ poteſt. ¶ Ego telephõ haſta: Telephꝰ herculis filius ex Auge nympha rex fuit Lyciæ: q cuȝ reſiſtere Græcis ab Achille in femore fuit percuſſus: ac deinde iterato uulnere aut in ſuperioribꝰ diximus ſanatus. ¶ Quod Thebæ cecidere meũ eſt: de thebis Ciliciæ patria Andromaches itelligẽdũ eſt. Nã eas diripuit Achilles. ¶ Me credite Leſbõ: Leſbos iſula eſt clara Alcei carminibꝰ & Sapphꝰ. ¶ Chryſenq; & Cillam: Chryſe urbs ẽ Troadis ppe Lemnũ Apollini ſacrata: quam expugnauit Achilles cũ p Troianis ſentiret. Sũt tamẽ & aliæ urbes hoc nomine & ioniæ. Eſt.n. urbs ĩ Helleſpõto inter Ophrynium. & Abydum. Eſt etiam promontorium Leſbi in Tenedum uergens. Eſt & Bithyniæ urbs & Cariæ. Cilla quoque urbs eſt Troadis Apollini ſacra a Græcis direpta.

Tele/phus

Thebæ

Leſbos

Chryſe

¶ Et Syrũ: Syros abſq;.c. inſula eſt Ioniæ cũ urbe eiuſdem nominis. Nam Scyros per.c. patria eſt Lycomedis. Tam & ſi Seſtõ forſitan non inepte legeretur. Eſt enim Seſtus urbs Helleſponti notiſſima. ¶ Lyrneſia mœ. Lyrneſus urbs fuit Troadis: unde Briſeida rapuit Achilles. ¶ Sæuum Hectora: magnum, terribilem. illum enim ex arte laudat Vlyſſes, ut inde maior Achillis, qui eum ſuperauit: gloria cognoſcatur. ¶ Viuo dederam arma: cũ ea mercibus inſerui. Tunc enim primum arma tractare cœpit Achilles. Hic autẽ eſt epilogus primi meriti Vlyſſis, quo Achillem in bellũ miſit. ¶ Poſt fa. poſt mortem. ¶ Vt dolor unius: ſecundum exponit meritum Vlyſſes, quo pbat ſe armis Achillis digniorem eſſe q̃ Aiax. Nã cum mille Græcorum naues ad Aulida conueniſſent, inde tempeſtatibus impediti ſoluere non poterant. Quare cõſulti uates reſponderunt, Dianã ſanguine filiæ Agamemnonis eſſe placandam. Nam Agamemnon illius ceruam imprudens necarat: cum uero pater filiaȝ immolari nollet, ut eloquẽtiæ Vlyſſis expugnatus eſt, ut publicam utilitateȝ priuatæ anteponeret charitati. Miſſus quoque ad Clytemnæſtram non minore arte ab ea filiam abduxit: quæ niſi perfeciſſet Vlyſſes, claſſis Græcorum nunquam ab Aulide profecta fuiſſet. ¶ Vt dolor unius: poſtquã dolor unius Menelai, quem ex Helena uxore ſibi ablata capiebat, omnes græcos commouit. ¶ Aulida que Euboicam: Aulis Bœotiæ urbs eſt iuxta Chalcidem, portum habens ampliſſimum conuentu mille nauium græcorum nobiliſſima. ¶ Atque in rege tamen pater eſt: paterna charitas. ¶ Tenui: obtinui.

Syros

Seſtus

Lyrneſus

Aulis

Iuppiter huic. neq; in his quiſq̃ damnatꝰ, & exul.
Eſt quoq; per matrem Cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. Deus eſt in utroq; parente.
Sed neq; materno q ſum generoſior ortu,
Nec mihi q pater eſt fraterni ſanguinis inſons:
Propoſita arma peto meritis expendite cauſam.
Dummodo q fratres Telamon, peleuſq; fuerunt:
Aiacis meritum non ſit: nec ſanguinis ordo:
Sed uirtutis honor ſpoliis quæratur in iſtis.
Aut ſi proximitas: primuſq; requiritur hæres:
Eſt genitor peleus: eſt pyrrhus filius illi.
Quis locus Aiaci? phthiam hæc, Scyronq; ferãt.
Nec minus eſt iſto Teucer patruelis Achilli.
Non petit ille tamen. num ſi petat auferat illa?
Ergo operum quoniam nudũ certamẽ habetur:
Plura quidem feci: q̃ quæ comprendere dictis
In promptu mihi ſit. rerum tamen ordine ducar.
Præſcia uenturi genitrix Nereia leti
Diſſimulat cultu natum: & deceperat omnes,
In quibus Aiacem, ſumptæ fallacia ueſtis.
Arma ego fœmineis animum motura uirilem
Mercibus inſerui. neq; adhuc proiecerat heros
Virgineos habitus: cum parmam, haſtãq; tenẽti
Nate Dea, dixi, tibi ſe peritura reſeruant
Pergama. quid dubitas ĩgentẽ euertere Troiam?
Iniecią; manum: fortemq; ad fortia miſi.
Ergo opera illius, mea ſunt. ego Telephon haſta
Pugnantem domui: uictum, orantemq; refeci.
Quod Thebæ cecidere, meũ ẽ, me credite Leſbõ:
Me Tenedõ, Chryſenq;, & Cillã Apollinis urbes:
Et Syrum cepiſſe. mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo Lyrneſſia mœnia dextra.
Vtq; alios taceam: qui ſæuum perdere poſſet
Hectora nẽpe dedi. per me iacet Inclytꝰ Hector.
Illius hæc armis, quibus eſt inuentus Achilles:
Arma peto. uiuo dederam. poſt fata repoſco.
Vt dolor unius Danaos peruenit ad omnes:
Aulidaq; Euboicam complerunt mille carinæ:
Expectata diu nulla, aut contraria claſſi
Flamina ſunt: duræq; iubẽt Agamemnona ſortes
Immeritam ſæuæ natam mactare Dianæ.
Denegat hoc genitor: diuiſq; iraſcitur ipſis:
Atq; in rege tamen, pater eſt. ego mite parentis
Ingenium uerbis ad publica commoda uerti.
Nunc equidem fateor: faſſoq; ignoſcat Atrides:

Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen utilitas populi,fraterq̧,datiq̧,
Summa mouet ſceptri:laudē ut cū ſāguine pēſet.
Mittor & ad matrem:quæ nō hortanda,ſed aſtu
Decipienda fuit.quo ſi Telamonius iſſet:
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea uentis.
Mittor & Iliacas audax orator ad arces:
Viſaq̧ & intrata eſt altæ mihi curia Troiæ.
Plenaq̧ adhuc erat illa uiris.interritus egi,
Quā mihi mādarat communis Græcia cauſam:
Accuſoq̧ Parin:prædamq̧,Helenamq̧ repoſco:
Et moueo Priamum:priamoq̧ Antenora iūctū.
At paris,& fratres,& qui rapuere ſub illo,
Vix tenuere manus(ſcis hæc Menelae)nefandas.
Primaq̧ lux noſtri tecum fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt:quæ conſilioq̧,manuq̧
Vtiliter feci ſpacioſi tempore belli.
Poſt acies primas,urbis ſe mœnibus hoſtes
Continuere diu:nec aperti copia Martis
Vlla fuit,decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea:qui nil niſi prælia noſti?
Quis tuus uſus erat?nam ſi mea facta requiris:
Hoſtibus inſidior.foſſas munimine cingo:
Conſolor ſocios:ut longi tædia belli
Mente ferant placida.doceo quo ſimus alendi:
Armandiq̧ modo.mittor quo poſtulat uſus.
Ecce iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incœpti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere uocem.
Non ſinat hoc Aiax:delendaq̧ pergama poſcat.
Quodq̧ poteſt,pugnet.cur nō remoratur ituros?
Cur nō arma capit?det quod uaga turba ſequat?
Non erat hoc nimium,nunq̄ niſi magna loquēti.
Quid?q̧ & ipſe fugit?uidi,puduitq̧ uidere,
Cum tu terga dares:inhoneſtaq̧ uela parares.
Nec mora.quid facitis?quæ uos dementia,dixi,
Concitat o ſocii captam dimittere Troiam?
Quidue domum fertis decimo niſi dedec⁹ anno?
Talibus atq̧ aliis:in quæ dolor ipſe diſertum
Fecerat:auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat Atrides ſocios terrore pauentes:
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquā
Audet:& auſus erat reges inceſſere dictis
Therſites,etiam per me haud impune proteruus.
Erigor:& trepidos ciues exhortor in hoſtes:
Amiſſamq̧ mea uirtutem uoce refundo.
Tempore ab hoc quodcunq̧ poteſt feciſſe uideri
Fortiter iſte:meum eſt qui dātem terga retraxi.
Deniq̧ de Danais quis te laudatue,petitue?
At ſua Tydides mecum communicat acta:

RAph. ℭ Difficilē cauſam: ꝑpter iniquū iudicē. Nā Agamemnō magis priuata charitate,q̄ publica utilitate moueri uidebat. ℭ Summa: ptās. ℭ Laudē ut cuꝫ ſanguine pēſet: gloriā. Hæc aūt oia ab Vlyſſe fuerūt Agamēnoni comemorata: publica utilitas, Menelaus frater, ac ſūma ptās illi data. ℭ Mittor & Iliacas: Vlyſſes (ut Homer⁹ quoq̧ ſcribit) una cū Menelao ad Helenā repetēdā orator ad priamū miſſus ē. ℭ Et intrata eſt: parti cipiū cōtra grāmatices rōnem poetica licentia formatuꝫ. ℭ Plenaq̧ adhuc erat illa uiris: ſignificat ſe nō noctu, ſed interdiu: cuꝫ adhuc curia uiris eſſet plena, intrepide regem Priamum adiſſe. ℭ Prædāq̧: prædā appellat, quę una cū Helena aſportauerat Paris. ℭ Priamoq̧ Antenora iūctum: nam Antenor ſemper cenſuit Helenam Menelao eē reddēdam. ℭ Sub illo: ſub illo tēpore. ℭ Spacioſi belli: diuturni, ac longi, & in decimum uſq̧ annum protracti. ℭ Poſt acies primas, poſt prima prælia. ℭ Demum: ſolū. ℭ Quis tuus uſus erat? quæ tua Græcis utilitas erat. ℭ Ecce Iouis monitu: aliud commemorat in Græcos meritū Vlyſſes. Nam (ut Homerus in ſecūdo Iliados narrat) Iuppiter per ſomnum Agamemnoneꝫ admonuit: ut toto exercitu cum Troianis confligeret. Futurum enim ut uictoriā adipiſceretur. Agamemnon uero ut ſuoruꝫ animos tentaret: conuocatis ad concionem Græcis finxit ſe in ſomnis a Ioue admonitū: ut Græciaꝫ cum toto exercitu repeteret: Troiā eni nulla ratione capi poſſe. Quare cū oēs deducerēt naues: ut redirēt i patriā, Vlyſſes id diſſuadēs principib⁹ coepit: & tāta eloquētia ualuit: ut oēs manere ſolaꝫ coegerit. ℭ Auctore: Iouis auctoritate. ℭ Non ſinat hoc Aiax: pulchra ironia q̄ ſi-

Intrata

Demū

gnificat Vlyſſes aiacem nulla præditum eloquentia illud prohibere nō potuiſſe. ℭ Det quod: dicat aliquid, proponat aliquod conſilium quod turba ſequatur. ℭ Non erat hoc nimium: Aiaci inquit māgna ſemper iactanti hoc nimium nō erat. ℭ Quid quod & ipſe fugit? fugere uoluit. ℭ Inhoneſta uela: inhoneſte ac turpiter. nomen enim pro aduerbio poſitum eſt. Vela autem legendum eſt: non bella: ut fere in exemplaribus ē deprauatum. ℭ Quid facitis? hæc ex ea oratione ſumpta ſunt: quā Homerus artificioſiſſimam Vlyſſi attribuit. ℭ Concitat dimittere: ut dimittatis in ſoluta oratione diceretur. ℭ Captam Troiā: non quæ re uera capta eſſet: ſed quæ in eo erat ut facile capi poſſet. Nam apud Homerum colligit Vlyſſes futurum eſſe ut Troia decimo anno quo uolebant recedere, oio caperatur. ℭ In quę: ad quę. ℭ Dolor ipſe diſertum: ex arte eloquentiam ſuā Vlyſſes in dolorē refert: quo arrogantiam uitet, & magis ſibi Græcos cōciliet: quorum dedecore ſe maximo affectum dolore fuiſſe ait. ℭ Profuga de claſſe: ad fugiendum parata. ℭ Conuocat Atrides: Agamēnō. Hoc quoq̧ de Home. eſt ſumptū. ℭ Telamoniades: Aiax Telamonis fili⁹. ℭ Inceſſere: puocare. ℭ Dictis: conuitiis: ut ex. ii. Ili. li. patet. ℭ Therſites quo nemo deformior: nemo lingua petulātior in Græcorū exercitu fuiſſe ab Homero ſcribitur: cum Agamemnonem quoque conuitiis inceſſiſſet: ab Vlyſſe ſceptro grauiter fuit percuſſus. ℭ Refundo: i animos eorū remitto. ℭ Reparo: reſtituo. Quis in quibuſdaꝫ exemplaribus repoſco legaf. ℭ Tpe ab hoc: elegāter colligit Vlyſſes q̄cq̄d ꝑ Aiax fortiter fecit poſteaq̄ eū cū aliis a fuga reuocauit: ſibi eē aſcribēdū.

Therſites

ℭ Eſt aliquid

Me probat:& ſocio ſemper confidit Vlyſſe.
Eſt aliquid de tot Graiorum millibus,unum
A Diomede legi. nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen & ſpreto noctiſq;,hoſtiſq; periclo
Auſum eadem quæ nos,Phrygia de gēte Dolona
Interimo:non ante tamen,q̄ cuncta coegi
Prodere:& edidici quid perfida Troia pararet.
Omnia cognoram:nec quid ſpecularer habebā:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti:
Haud contentus eo,petii tentoria Rheſi:
Inq; ſuis ipſum caſtris,comiteſq; perimi.
Atq; ita captiuo uictor,uotiſq; potitus,
Ingredior curru lætos imitante triumphos.
Cuius equos pretiū pro nocte popoſcerat hoſtis:
Arma negate mihi:fueritq; benignior Aiax.
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina,ferro
Deuaſtata meo?cum multo ſanguine fudi
Cœranon Iphitiden,Alaſtoraq;,Chromiumq;,
Alcandrumq;,Haliūq;, Noemonaq;, Prytaninq;:
Exitioq; dedi cum Pheridamante Thoona,
Et Charopem,fatiſq; immitibus Eunomō actū:
Quiq; minus celebres noſtra ſub mœnib⁹ urbis
Procubuere manu.ſunt & mihi uulnera ciues
Ipſo pulchra loco.nec uanis credite uerbis.
Aſpicite en:ueſtemq; manu diduxit)& hæc ſunt
Pectora ſemper(ait)ueſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in ſocios:& habet ſine uulnere corpus.
Quid tamen hoc refert:ſi ſe pro claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert cōtra Troaſq;,Iouemq;?
Confiteorq; tulit.neq; enim benefacta maligne
Detrectare meum eſt,modo nec communia ſol⁹
Occupet:atq; aliquē uobis quoq; reddat honorē
Reppulit Actorides ſub imagine tutus Achillis
Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiam Hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat,oblitus regiſq;,duciſq;,meiq;
Nonus in officio,& prælatus munere ſortis.
Sed tamen euentus ueſtræ fortiſſime pugnæ
Quis fuit?Hector abit uiolatus uulnere nullo.

RAph. ¶ Eſt aliquid:modeſte loquitur Vlyſſes.Innuit aūt pulchrum,ac glorioſum eſſe a pſtanti uiro ſociū elegi. Nam Diomedes unum ex oībus Græcorum optimatib⁹ Vlyſſem ſocium delegit ad ſpeculandum Troianorū caſtra iturus,ut aperte in decimo ſcribit Homerus. ¶ Nec me ſors ire iubebat:ſignificat ſe ſponte sociū Diomedis fuiſſe ad ſpeculandum quid hoſtes in caſtris agerent, qua nocte & Dolonē, q & ipſe ad græcorū caſtra ſpeculator uenIebat,inte remerūt:& Rheſū Thraciæ regē q auxilium Troianis tulerat una cum comitibus interfecerunt: ac equos cādidos in ſua caſtra priuſq̄ quicq̄ pabulo rū Troiæ guſtarent:abduxerūt:ut ex Homeri cū Virgilianoq; carmine notiſſimū eſt. ¶ Auſum eadem q̄ nos:nam & ipſe ſpeculator ad caſtra Græcorum fuerat miſſus. ¶ Perfida Troia:perfidi Troiani.Eſt.n.metonymia.Nā cōtinens pro contēto poſitū eſt. ¶ Specularer:explorarē:inquirerē. ¶ Cuius equos pretium:Dolon noctu ad ſpeculādū q̄d hoſtes agerēt miſſus:equos achillis ſibi pro mercede dari ſi Troiani uincerēt, depopoſcit. Eſt āt ordo: Arma mihi eius uiri negate:cuius equos hoſtis Dolō pro nocturna ſpeculatione popoſcerat. Illa uero ironia Vlyſſes arma Achillis & Aiaci negāda:& ſibi adiudicanda eē oñdit. ¶ Benignior:beneficentior:gratior: Ironicos autē hæc quoq; dñr. ¶ Quid lycii referā Sarpedonis:

Serpedon

Sarpedō filius fuit Iouis ex Europa ac Minois frater. Hic cū rex eſſet Lyciæ, Troianiſq; faueret:multis ex eius ſociis ab Vlyſſe cæſis a Patroclo tandem fuit interfectus. ¶ Cœranon Iphitiden:Iphiti filiū. Ferre autē eos q̄ hoc loco ab Vlyſſe enumerāt:& Sarpedonis ſocios fuiſſe:& ab Vlyſſe interfectos in quinto Iliados ſcribit Homerus. ¶ Veſtemque manu diduxit:remouit a pectore,diuiſit. Hoc autem ex poetæ perſona eſt dictum. ¶ Quid tamen hoc refert? ac ſi diceret nihil. Confutat enim Vlyſſes id,quod iactauerat Aiax ſe ſolum faces Troianorum a Grecorum claſſe repuliſſe.Nā alii quoq; inquit,in primiſq; Patroclus,armis Achillis indutus reſtitit hoſtibus naues noſtras incēdere uolentibus. ¶ Iouemq;:Iuppiter nanq; Hectori: Troianiſq; fauebat. ¶ Neq; enim benefacta maligne:ex arte Vlyſſes,quæ aduerſario honeſte negare non poteſt, ita concedit,ut cū aliis tamen ea eſſe cōia aſſeueret. ¶ Maligne detractare:cum quadam malignitate & uituperatione dethrahere. ¶ Modo ne cōmunia ſolus:dūmodo inquit Aiax ea quę cōmunia ipſi nobiſcum ſūt: ſibi ſoli nō arroget. Qua quidē oratiōe Vlyſſes & Aiacem in inuidiam adducit:& ſibi principum Græcorum beneuolētiam cōciliat. ¶ Repulit Actorides: Patroclus Actoris nepos:qui armis Achillis indutus ab Hectore fuit īterfect⁹. Cū.n.Achilles Agamēnoni iratus i ſciē aduerſus hoſtes deſcēdere nollet:precibus amicorū conceſſit Patroclo ,ut ſuis armis īdutus Troianorum impetum retardaret. ¶ Troas cum defenſore: Hectore. Troianorum nanq; defenſor fuit Hector. ¶ Auſum etiam Hectoreis: Aiax(ut narrat Homerus)cū Hectore ſingulari certamīe pugnauit,cū id ei ſorte cōtigiſſet:qua ex pugna uterq; ſine uulnere diſceſſit ab altero perniciofis donatus muneribus. Hector quidem balthe o, quo ligatus circum Ilii mœnia fuit tract⁹. Aiax uero gladio, in quem incumbens ſeipſum interfecit. ¶ Regis: Agamemnonis. ¶ Ducis:Menelai ¶ Et prælatus munere ſortis:colligit Vlyſſes nō uirtute,ſed ſorte Aiacem cum Hectore contendiſſe. Cum enim nouem(ut diximus)ſe pugnaturos cum Hectore profiterentur , conſilio Neſtoris,factum eſt:ut ſortem quiſq; ſuam in galeam deiiceret,ac cuius prima educta foret, is in certamen cum Hectore deſcēderet. ¶ Et prælatus:antepoſitus aliis nulla re alia q̄ ſorte. ¶ Sed tamen euentus:cum quadam illiſione inſultat Aiaci Vlyſſes:qui iactauerat ſe ſolum cum Hectore ſingulari certamine congredi auſum fuiſſe. ¶ Fortiſſime:ironicos eſt dictum , Qui tibi uideris fortiſſimus:cum non ſis.

Actorides

Me miſerum,quanto copor meminiſſe dolore
Temporis illius:quo Graium murus Achilles
Procubuit:nec me lachrymæ,luctusq;,timorq;,
Tardarunt:quin corpus homo ſublime referrē
His humeris.his inq̄ humeris,ego corp⁹ Achillis
Et ſimul arma tuli:quæ nūc quoq; ferre laboro.
Sunt mihi quæ ualeant in talia pondera uires.
Eſt animus certe ueſtros ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro nato cærula mater
Ambitioſa ſuo fuit:ut cæleſtia dona
Artis opus tantæ rudis,& ſine pectore miles
Indueret?neq; enim clypei cælamina nouit.
Oceanum,& terras,cumq; alto ſydera cælo
Pleiadas,Hyadaſq;,immunemq; æquoris Arctō,
Diuerſaſq; urbes,nitidumq; Orionis enſem:
Poſtulat,ut capiat quæ non intelligit arma.
Quid?q; me duri fugientem munera belli
Arguit incœpto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit Achilli.
Si ſimulaſſe uocas crimen:ſimulauimus ambo.
Si mora pro culpa eſt:ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit coniunx.pia mater Achillem.
Primaq; ſunt illi data tempora:cætera uobis.
Haud timeo:ſi iam nequeam defendere crimen
Cum tanto commune uiro.deprenſus Vlyſſis
Ingenio tamen eſt ille:at non Aiacis,Vlyſſes.
Ne ue in me ſtolidæ conuitia fundere linguæ
Admiremur eum:uobis quoq; digna pudore
Obiicit.an falſo Palameden crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi?uobis damnaſſe decorum?
Sed neq; Naupliades facinus defendere tantum:
Tamq; patens ualuit:nec uos audiſtis in illo
Crimina.uidiſtis,pretioq; obiecta patebant.
Nec pœantiaden,q; habet Vulcania Lēnos
Eſſe reus merui:crimen defendite ueſtrum,
(Conſenſiſtis enim)nec me ſuaſiſſe negabo:
Vt ſe ſubtraheret belliq;,uiæq; labori,
Tentaretq; feros requie lenire dolores.
Paruit:& uiuit.non hæc ſententia tantum eſt
Fida:ſed & felix cum ſit:facit eſſe fidelem.
Quem quoniā uates delēda ad pergama poſcunt
Ne mandate mihi:melius Telamonius ibit:
Eloquioq; uirum morbis,iraq; furentem
Molliet.aut aliqua perducet callidus arte.

RAph. ¶ Me miſerum:hæc lachrymans uidet̃ pnūciaſſe Vlyſſes. ¶ Quanto dolore:cum præpoſitio ſubaudiatur, ut cum quanto dolore intelligat̃. ¶ Graium murum:Græcorum propugnaculum. Eſt autem metaphora,qua maxime Achilles cōmendat̃. ¶ Referrem:reportarem corpus humo ſublatū. Hoc aūt facto ſe maxīe dignū Achillis armis Vlyſſes oñdit. ¶ His humeris:indicans humeros ſuos hæc dicit Vlyſſes. Eſt autē pulchra anadiploſis,q̃ manifeſte ab Aiace obiecta diluit, & ſe aptū eſſe ad ea gerēda arma oſtendit. ¶ Laboro:exopto ſtudeo,enitor. ¶ Senſurus:cogniturus,itellecturus. ¶ Veſtros honores:cælaturas armorum ſummo cum honore mihi a uobis adiudicatorū. ¶ Scilicet idcirco:ironia qua Aiacē in cōtēptū Vlyſſes adducit. ¶ Cærula mr̃:Thetis,quæ cum Hector Patroclo interfecto armis Achillis foret potitus:rogauit Vulcanū ut filio ſuo ſcutū,galeam, tibialia,ac thoracē decenter fabricaret. Ille uero cū alia,tum ſcutum ea arte expoliuit,ut in eo cælum cum quatuor elementis ſpectarentur. Eorum autem artificium nō intellectum iri ab Aiace Vlyſſes ait:cum & īgenio careat, & omni doctrina. ¶ Sine pe.īgenio. ¶ Cælamina:cælaturam & ſculpturā. ¶ Oceanum & terras:cælaturam clypei deſcribit Ouid.ab Homero ſumptum. ¶ Pleiadas Hyadaſq;:ſic Homer⁹. πληιάδας θ᾽ ὑάδας τε τό τε σθένος ὠρίωνος. ¶ Immunē q; æquoris Arcton: Arctos minor eſt urſa,ut ſuperius quoq; diximus,q̃ currus quoq;(ut Homerus ſcribit) cognominatur. Solum autem ex omnibus hoc ſydus nunquā occidit:ac idcirco ab Homero quoq; æquoris expers dicitur eſſe,οἴη δ᾽ ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο id eſt. Hæc autem ſola expers lauacrorum Oceani. ¶ Diuerſaſq; ur.in ſcuto Achillis duæ diuerſæ urbes a Vulcano(ut narrat Homerus)cælatæ fuerūt quarum altera pace frui, altera bello & obſidione premi uidetur. Nam in altera nuptiæ atque conuiuia celebrant̃,iudiciaq; exercent̃:alteram duo exercitus & q̄ dē iter ſe diſſidētes obſidere uidēt̃. ¶ Quid?q; me duri:ſic ab Aiace ſibi obiecta refutat Vlyſſes,ut illū in odiū cōtēptumq; adducat. Nam obiecta ſibi eſſe cū Achille communia oſtendit. ¶ Ego ſum maturior illo:ego enī q̄ Achilles ad bellum ueni. ¶ Cū tāto uiro:quantus fuit Achilles. ¶ Ne ue in me ſtolidæ:Aiacē i cōtēptū adducit,q̃ tāta ſit ſtultitia ut ea dixerit,q̃ i ipſū cū pudorē recidere poſſint. Nā ſi igit mihi turpe eſt accuſaſſe Palamedē,turpe itidē uobis ē eum dānaſſe. Hæc.n.duo ſe iuicē cōfirmant,ac ſub eandē rōnē cadūt ut Ci.tradit. ¶ An falſo Palamedem:hoc enthymemate oſtēdit Vlyſſes nō minus principib⁹ Græcis turpe fuiſſe Palamedē dānare,q̃ ſibi accuſare.eſt aūt ἀντικείμενον quo maxīe enthymēata exornātur. ¶ Sed neq; Naupliades:Palamedes Nauplii fili⁹. Se aūt Vlyſſes ita purgat,ut oſtendat palamedē i māifeſta proditiōe fuiſſe dephenſū:id quod principibus quoq; Græcis gratū eē ſciebat:ne innocētē dānaſſe ibi uiderētur. ¶ Pretio:auro:quod in tētorio palamedis fuit deprehēſum:cū illuc opera Vlyſſis foret iportatū. ¶ Nec Pœātiadē:q̄ d phi loctete ſibi ſunt obiecta refellit Vlyſſes:ac ſe cōſenſu principū in Lemno inſula illum reliquiſſe ait. ¶ Eſſe re⁹ merui:debeo accuſari. ¶ Conſenſiſtis enim:ut illum in Lemno relinquerem curandum. ¶ Feros dolores:acerbos cruciatus. ¶ Quem quoniam uates:in fatis erat Troiam ſine Herculis ſagittis quæ philoctetę traditę fuerāt,capi nō poſſe. Idcircoq; oportebat philoctetem cum ſagittis ipſis bello Troiano iteree. ¶ Meli⁹ Telamōius ibit:pulchra ironia:q̃ Aiac̄ deridet Vlyſſes:ut inertē atq; ingenio:eloquētia pcarentem. ¶ Eloquioq;:eloquentia qua priſus caret. ¶ Aliq̄ arte:aliq̄ fraude cum tardus ſit & hebes. Hæc namq; oīa irōice dicuntur.

Scutum Achillis

Cęlamē

Arctos

Naupliades

¶ Ante

RAph. ¶ Ante retro Simois fluet:ante rerum natura mutabitur,q̃ nobis Aiacis ingenium prodeſſe poſſit. ¶ Et ſine frondibus:arboribus. A parte namq; totũ intelligimus. ¶ Achaia:Græcia. ¶ Meo pectore:mea prudẽtia. ¶ Solertia:ingenii acumen. ¶ Sis licet infeſtus:apoſtrophe ad Philoctetem,qua ſignificat ſe Vlyſſes eloquentia ſua rum tergora ſeptem:hoc eſt ſcutum ſeptẽ coriis boum tectum. ¶ Illa nocte mihi:ſe rapiendo Palladiũ Vlyſſes colligit auctorem fuiſſe uictoriæ Troianæ. ¶ Tydidẽ meum:Diomedem mihi amicũ. ¶ In illo:Palladio a nobis rapto. ¶ Minorem:inferiorem. ¶ Sapiẽte:eloquẽte Omnis enim eloquens,ſapiens eſſe exiſtimatur. ¶ Pro

Solertia

Ante retro Simois fluet,& ſine frondibus Ide
Stabit:& auxilium promittet Achaia Troiæ:
Quam ceſſante meo pro ueſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi Danais ſolertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis,regiq;,mihiq;
Dure philoctete:licet execrere,meumq;
Deuoueas ſine fine caput:cupiaſq; dolenti
Me tibi forte dari:noſtrumq; haurire cruorem:
Te tamen aggrediar,mecumq; reducere nitar.
Vtq; tuis mihi,ſic fiat tibi copia noſtrûm:
Tamq; tuis potiar(faueat fortuna)ſagittis:
Quam ſum Dardanio,quem cœpi:uate potitus.
Quam reſponſa Deum,Troianaq; fata retexi:
Quam rapui Phrygiæ ſignũ penetrale Mineruæ
Hoſtibus e mediis:& ſe mihi comparat Aiax.
Nempe capi Troiam prohibebant fata ſine illo.
Fortis ubi eſt Aiax?ubi ſunt ingentia magni
Verba uiri?cur hic metuit?cur audet Vlyſſes
Ire per excubias?& ſe committere nocti?
Perq; feros enſes,non tantum mœnia Troum:
Verum etiam ſummas arces intrare,ſuaq;
Eripere æde Deam:raptamq; auferre per hoſtes.
Quæ niſi feciſſem,fruſtra Telamone creatus
Geſtaſſet læua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi Troiæ uictoria parta eſt:
Pergama tunc uici:cum uinci poſſe coegi.
Deſine Tydiden,uultuq;,& murmure nobis
Oſtentare meum:pars eſt ſua laudis in illo.
Nec tu,cum ſocia clypeum pro claſſe tenebas:
Solus eras.tibi turba comes.mihi contigit unus,
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe:nec indomitæ deberi præmia dextræ:
Ipſe quoq; hæc peteret:peteret moderatior Aiax.
Eurypyluſq; ferox:claroq; Andræmone natus.
Nec minus Idomeneus,patriaq; creatus eadem
Meriones.peteret maioris frater Atridæ.
Quippe manu fortes:nec ſunt tibi Marte ſecũdi.
Conſiliis ceſſere meis.tibi dextera bello
Vtilis,ingenium eſt,quod eget moderamine noſtro.
Tu uires ſine mente geris:mihi cura futuri.
Tu pugnare potes:pugnandi tempora mecum
Eligit Atrides.tu tantum corpore prodes:

multum Grecorum rebus prodeſſe poſſe,ac Philoctetem quilibet ſibi iratum placaturum,ac ſecũ ad Troianum bellũ aductũrum pollicetur. ¶ Sociis:gręcis. ¶ Regi:agamenõni. ¶ Execrere:deteſteris. ¶ Meũq; deuoueas ſine fine caput:hoc ẽ quãuis aſſidue mihi mala impreceris,atq; ea oĩa ſactes q̃ ſolẽt a capitalibus inimicis fieri,& optari:te tñ eloquentia mea placabo. ¶ Te tñ aggrediar:i uerbis & oratione:hoc eſt alloquar. ¶ Tãq; tuis potiar ſagittis:ſic i ptãte mea tuas ſagittas habebo:ut habui & Helenũ uatẽ egregiũ, & Palladiũ q̃ niſi hoſtib⁹ abſtuliſſẽ, Troia nũquã capi potuiſſet. Ex arte aũt Vlyſſes ea repetit merita q̃ exercitui Grecorũ grauiſſima fuerũt. ¶ Faueat fortuna:dummodo ſubintelligat. ¶ Dardãio uate: periphraſis ẽ Heleni uatis egregii. Nam Helenus Priami fuit filius uaticinãdi arte inſignis,ut ex carmine quoq; Virgiliano ẽ notum. Qui ab Vlyſſe captus oĩa Troianorũ fata reuelare coactus ẽ. ¶ Retexit:aperuit. ¶ Signum penetrale Phrygiæ Mineruæ:Palladiũ,qđ Vlyſſes unacũ Diomede ceſſiſſimæ cuſtodibus arcis rapuit:cũ oraculũ eſſet,capi Troiam nõ poſſe q̃diu i ea Palladiũ ipm ſeruaret. ¶ Et ſe mihi comparat Aiax:affectui,& indignationi ſeruit illa & copula. ¶ Nẽpe capi Troiã:artificioſe in commemoratione Palladii ablati imorat̃ Vlyſſes,cũ ſine illo Troia capi nõ poſſet,nec ſine maximo periculo Troianis auferri. ¶ Per excubias:i per uigilias & cuſtodias hoſtium. Ex arte autem exagerat hoc factum Vlyſſes:ut oſtendat ſe auctorem fuiſſe Troiæ capiundæ. ¶ Sua æde:ſuo templo. ¶ Læua:manu ſiniſtra. ¶ Tauro-

claſſe:pro claſſis defẽſione. ¶ Indomitæ dextræ:uiribus ratione carentibus ac temeritati. ¶ Ipſe quoq; hæc peteret:arma Achillis. ¶ Moderatior Aiax:Oilei fili⁹, qui inter fortes ab Homero numerat̃. Ex arte aũt ſibi iudices cõciliat ulyſſes,illos tũ a modeſtia,tũ a uirtute laudãdo. ¶ Eurypyluſq; ferox:Eurypyli duo ad bellũ Troianũ pfecti ſũt:alter Herculis fili⁹ ex Coi inſula augurio iſignis:alter Euęmõis filius ex Ormenio urbe:q(ut ſcri. Homerus)cũ q̃dragita nauib⁹ i expeditionẽ Troianam Agamẽnona ẽ ſecutus. Is cũ uirib⁹ plurimũ poſſet, arma tñ Achillis ñ popoſcit. ¶ Claroq; andremone natum:pphraſis Thoantis. Naq;(ut in.ii.narrat Homer⁹)Thoas Andremonis fili⁹ priceps Aetolorũ ad bellũ Troianũ cũ quadraginta nauib⁹ ẽ pfectus. ¶ Nec min⁹ Idomene⁹:nec nõ ẽt. Idomeneũ aũt Lyctiũ fuiſſe,ac Gretẽſib⁹ pfuiſſe,i expeditiõe q̃ troiana una cum Merione,quo auriga utebat̃ fortiſſime ſe geſſiſſe,& Homeri & Virgilii carminibus notiſſimũ eſt. ¶ Pria eadẽ:ambo namq; Lyctii fuerũt. ¶ Peteret maioris frater Atridæ:Menelaus Agamemnonis frater. ¶ Nec ſunt ti. i Marte:nec te ſunt pugnãdo inferiores. ¶ Conſiliis me.meæ prudẽtiæ. ¶ Ingeniũ qđ eget mo.no.ſed cõiũctio ſubintelligat̃. Vires.n.corporis Aiaci concedit Vlyſſes. Cæterũ feroci igenio quod ſuo regimine indigeat,illũ pditum eſſe ait. ¶ Sine mente:ſine ingenio,& prudentia. Eſt aũt pulchra comparatio,qua ſe Vlyſſes Aiace multo præſtantiorem eſſe oſtendit. ¶ Mihi cura futuri:ego intuitu proſpicio futura,quod nemo niſi prudentia pollẽs facere poteſt.

eurypyli duo

Thoas

Idomeneus

Nos animo.quātoq̧ ratem qui temperat,anteit
Remigis officium:quanto dux milite maior:
Tantum ego te ſupero.nec nō in corpore noſtro
pectora ſunt potiora manu:uigor omnis in illis.
At uos o proceres uigili date præmia ueſtro:
Proq̧ tot annorum curis,quos anxius egi,
Húc titulum meritis penſandum reddite noſtris.
Iam labor in fine eſt.obſtantia fata remoui:
Altaq̧ poſſe capi faciendo:pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias,caſuraq̧ mœnia Troum:
Perq̧ Deos oro:quos hoſti nuper ademi:
Et ſi quid ſupereſt:quod ſit ſapienter agendum:
Si quid adhuc audax,ex præcipitiq̧ petendum ē:
Si Troiæ fatis aliquid reſtare putatis:
Eſte mei memores.aut ſi mihi non datis arma:
Huic date.& oſtendit ſignum fatale Mineruæ.



Mota manus procerū eſt.& quid facūdia poſſet,
Tunc patuit:fortiſq̧ uiri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus,qui ferrum,ignemq̧,Iouemq̧
Suſtinuit toties:unam non ſuſtinet iram.
Inuictumq̧ uirum uicit dolor.arripit enſem.
Et meus hic certe eſt.ā & hūc ſibi poſcit Vlyſſes?
Hoc ait utendum eſt in me mihi:quiq̧ cruore
Sæpe phrygū maduit:domini nūc cæde madebit
Ne quiſq̧ Aiacem poſſit ſuperare,niſi Aiax,
Dixit: & in pectus tum demum uulnera paſſum
Qua patuit ferro:letalem condidit enſem.
Nec ualuere manus infixum educere ferrum.
Expulit ipſe cruor:rubefactaq̧ ſanguine tellus
Purpureum uiridi genuit de ceſpite florem:
Qui prius Oebalio fuerat de uulnere natus.
Littera communis mediis pueroq̧,uiroq̧
Inſcripta eſt foliis.hec nominis:illa querelæ.
Victor ad Hypſipyles patriam,clariq̧ Thoantis

RAph. ℭ Temperat:regit & guberna t. ⸿ Pectora potiora manu:ingenii acumina uiribus corporis meliora. ⸿ Vigor omnis in illis:omnis ingenii uirtus in ingenii acumine cōſiſtit. ⸿ At uos o proceres: artificioſe in pe oratione Vlyſſes,& quædam ex pſtantioribus meritis ſuis commemorat, & iudices rogat:ut ſe habeant commendatum, ſibique Achillis arma uelint adiudicare. ⸿ Vigili ueſtro: ei qui pro uobis libenter uigilare conſueuit. ⸿ Tot annorum:decem enim annos pro Grecis ſollicitus fuerat Vlyſſes. ⸿ Hunc titulum:hunc honorem. ⸿ Iam labor in fine eſt:ſcite.nam finito labori præmium debetur. ⸿ Obſtantia fata remoui: ex arte id quod maximum eſt uerum commemorat Vlyſſes: ut oſtendat ſe auctorem fuiſſe ut Troia capi poſſit. ⸿ Poſſe capi faciendo: ut capi poſſet in ſoluta diceretur oratione. ⸿ Perq̧ Deos oro:per palladem,cuius ſimulachrum Troianis abſtulerat. ⸿ Siquid adhuc ſupereſt: reſtat. ⸿ Siquid adhuc audax: in quo conficiundo audacia opus ſit. ⸿ Ex præcipitiq̧ petendum:ex periculoſo loco ſumendum. ⸿ Fatis Troiæ:fatis prohibentibus ne Troia capiatur. ⸿ Huic date:digito & manu palladium quod Troianis abſtulerat Vlyſſes indicauit. ⸿ Mota manus procerū eſt:commota & perſuaſa fuit principum Græcorū multitudo Vlyſſis oratione. ⸿ Et q̄d facūdia poſſet Tunc patuit: tunc innuit manifeſtū:ut e quantum eloquentia ualeat in animis hominum flectendis. ⸿ Tulit:habuit. Græci nanq̧ Achillis fortiſſimi uiri arma Vlyſſi potius ob facundiam q̄ fortitudinem adiudicarūt. ⸿ Inuictumque uirum uicit dolor:ſtulte dictum eſſe uidetur. Quo nanq̧ modo eum dolor uincat,qui uinci nō poteſt? Sed aut antea:aut alioqui eſt ſubaudiendum:ut intelligamus

Aiax in Hyacinthum

alioq̧,antea ue inuictū Aiacem a dolore & idignatione fuiſſe ſeparatū. ⸿ Et meus hic certe eſt:illa & copula maxia ſignificat idignatione Aiacē fuiſſe uexatū. ⸿ Tū demū: tūc ſolū. ⸿ Qua patuit:qua tenus patuit, & ceſſit ferro. ⸿ Educere:extrahe r. ⸿ De Oebalio uulnere: de ſanguie Hyacithi Oebalii,q(ut ī decimo narrauit poeta)ī florē purpureum ab Apolline amator fuit cōuerſus. ⸿ Littera cōmunis:in foliis ſquæ illius floris i quē Aiax fuit cōuerſus, litera cōmunis eſt,& Hyacinthi pueri q̄relis & nomini Aiacis. Nā in illo flore(ut in decimo quoq̧ diximus)inſcriptę uidētur hę duæ literę grę cæ.αι.q̄ in diphthongum coagmētatæ,& querimoniæ ſunt idices: & in hoc nomine αιαξ primæ. Hic ētillud quoq̧ aperte colligit eos magnope decipi q̄ putant bya in decimo eē legendū,eaſq̧ literas ī flore inſcriptas. Illū uero florē poſt Aiacis mortem primum apud ſe natū Salamini aſſerunt,ut Pauſanias ſcribit. eſſe autē albū ſubrubicūdū,lilioq̧ minorē,ac ſolus literas ineſſe q̄ in Hyacinthis legantur. ⸿ Hæc nominis: Aiacis. ⸿ Illa querelæ: Hyacinthi qui gemēs ac clamans ai ai extinctus eſt.

Fabulę ſecundę libri .xiii.argumentū.

ℭ Victor ad Hypſipyles patriam & c. Vlyſſes poſt q̄ Philoctetę ſagittas ipo comitante i caſtra Græcorum pertulit: quibus Iliū capium eſt:ī præda diues Hecuba Priami coniunx Vlyſſi forte ceſſit:q̄ nouiſſime acerbitatibus interitum Aſtyanactis & Polyxenę:quę in buſtis Achillis fuerat iterempta mœrēs claſſis Thraciæ cū eēt appulſa,ex reliquis liberis:q reſtabāt,orbę. Polydorę apud Polymeſtora:q ui clam fuerat educat⁹ putabat icolumē pmanere:q̄ dū ſpaciat in litore animaduerti eum aquę fluctibus in aridum deiectum. Polymeſtor autē ppter aurū qd̄ cū infante polydoro ei traditū fuerat:auaritia

LAſi.

ratauaritia quoq; facinoris eum interfecit. Et ut indicia quo ꝑ facinoris cælari poſſentreum in pſundum præci pitauit. Quod ut Hecuba ſupradicta Ciſſei filia compertit pro pollicitatione curauitut perueniret ad Polymeſtorem dicens ſe uelle adiicere ſuper quod ante dederat aurū. quo facilius nati cælarent indicia. Et tyrannus uerū eſſe exiſtimās petenti ſecretū colloquiū dedit. Hecuba nacta locum lumina ei abſtulit: quam Thraces dum proſequuntur ſaxis: uerſa eſt in canis figuram.

expoſitio. ☞ Dño: Philoctetæ, cui moriens hercules donauerat ſagittas. ☞ Manus ultima: finis. ☞ Externas auras: externum aerem: nā Hecuba in Thracia i canē fuit trāſformata. ☞ Lōgus Helleſpōtus: mare ē helleſpōtus anguſtū & lōgū Aſiā ab Europa diſterminās. Dict⁹ ē āt Helleſpont⁹ ab Helle phrixi ſorore, q̄ in illo ſubmerſa ē. ☞ Qua clauditur in āguſtū: ubi cogit in anguſtum & ſtrictum. anguſtat āt maxie Helleſpontus illic ubi olim fuerunt Sextos & Abydos. ad Helleſpōtū āt uſq; Troas ubi fuit Iliū, ptēdit. ☞ Cōſederat: ceſſauerat, extinct⁹ erat. ☞ Iouis ara: ad quā Priamus ipſe fuerat iterfect⁹ ut carmie quoq; Virgil. ē notū. ☞ Exiguū cruorē: i ſenib⁹ parū eē ſanguinis Phyſici aiunt. ☞ Antiſtita Caſſandra Phœbi ſacerdos. ☞ Signa: ſtatuas, ſimulachra. ☞ Tenentes: colentes, amplectentes. ☞ Inuidioſa præmia: ꝑdā inuidiæ plenā. ☞ Mittitur Aſtyanax illis: Aſtianax Hectoris ex andrōache fuit fili⁹ ſic dict⁹ qꝛ urbi uidereē īparaturus. Nam ασ τυ urbs αναξ rex interpr tat. Is ab Vlyſſe poſt Troiæ direptionem ex altiſſima turri fuit ꝑcipitatus. ☞ Tuētem: defendentē. ☞ Carbaſa mota ſo. uela a uētis commota ſtrepūt. ☞ Vētis: uētorū cōmoditate. ☞ Troia uale ſordo eſt: Troades & mulieres Troianę clamant, Troia uale, rapimur, & uiabducimur. ☞ Prēſantē tumulos: amplectētē filiorū ſepulchra Hecubā. ☞ Dulichiæ traxere man⁹: Vlyſſes. Naꝫ hecuba illi forte obtigerat. ☞ Hauſit: accepit. ☞ Hectoris in tumulo: Anadiploſis ad miſerationem accommodata. ☞ Canum de uertice crinem: rectſum ſubaudiamus.

Hello ſpōtus

RAph. hecuba in canē

☙ Victor ad Hypſipylen: Hecubæ in canē Metamorphoſin apte cum ſuperioribus cōnectit poeta. Nā Vlyſſes poſt adeptam armorū Achillis uictoriam in Lemnum ad Philoctetem cum Herculis ſagittis adducendum miſſus fuit. Quo aduecto ac Troia tādē incēſa cū Græci claſſem i Thraciam appuliſſent, Polyxenam Priami atque Hecubę filiam manibus Achillis expoſcentibus imolarunt: cuius corpus lotura cum ad littus Hecuba acceſſiſſet. forte Polydori filii a Polymeſtore Thraciæ rege interempti cadauer ibi cōſpicata, ulciſci tātum ſcelus decreuit. Nam Priamus Polymeſtori tāq̄ amico belli euētū ignorans cum multis pecuniis Polydorū natu minimum filiorum cōmendarat, ut ſi quid urbi accideret ſuorum aliquis ſupereſſet. Hecuba igit̄ accerſitū ad ſe Polymeſtora ſub ſpe theſauri indicādi: una cū aliis mulieribus captiuis excęcauit. Quā cū Thraces ipſam lapidibus inſectarentur in illos latrare cœpit: uoluntate Deorū in canem conuerſa. ☞ Victor: Vlyſſes in certamie armorū Achillis uictor.

Polydori cędes

Et ueterum terras infames cæde uirorum,
Vela dat: ut referat Tirynthia rela ſagittas.
Quæ poſtq̄ ad Graios domino comitāte reuexit:
Impoſita eſt ſero tandem manus ultima bello.
Troia ſimul, Priamuſq; cadunt. Priameia coniūx
Perdidit infelix hominis poſt omnia formam:
Externaſq; nouo latratu terruit auras.
Longus in anguſtū qua clauditur Helleſpontus
Ilion ardebat: neq; adhuc conſederat ignis:
Exiguumq; ſenis Priami Iouis ara cruorem
Combiberat: tractiſq; comis Antiſtita Phœbi
Non profecturas tendebat ad æthera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna Deorum
Dum licet amplexas, ſuccenſaq; templa tenentes
Inuidioſa trahunt uictores præmia Graii.
Mittitur Aſtyanax illis de turribus: unde
Pugnantem pro ſe, proauitaq; regna tuentem
Sæpe uidere patrem mōſtratum a matre ſolebat.
Iamq; uiam ſuadet Boreas: flatuq; ſecundo
Carbaſa mota ſonant: iubet uti nauita uentis.
Troia uale, rapimur, clamant. dant oſcula terræ
Troades: & patriæ fumantia tecta relinquunt.
Vltima conſcendit claſſem mirabile uiſu
In mediis Hecube narorum inuenta ſepulchris.
Prenſantem tumulos, atq; oſſibus oſcula dantem
Dulichiæ traxere manus. tamen unius hauſit,
Inq; ſinu cineres ſecum tulit Hectoris hauſtos.
Hectoris in tumulo canum de uertice crinem
Inferias inopes, crinem, lachrymaſq; reliquit.
Eſt, ubi Troia fuit: phrygiæ conrraria tellus
Biſtoniis habitata uiris. polymeſtoris illic
Regia diues erat: cui te commiſit alendum
Clā Polydore pater: phrygiiſq; remouit ab armis
Conſilium ſapiens. ſceleris niſi præmia, magnas
Adieciſſet opes, animi irritamen auari.
Vt cecidit fortuna phrygū: capit impius enſem

Aſtyanax

Hypſipyle

☞ Vela dat: nauigat. ☞ Ad Hypſipyles patriam: periphraſis eſt Lemni inſulæ. nam Hypſipyle filia Thoantis Lemniorum regis in Lemno regnauit.

RAph. ☙ Et ueterū terras infames: Lēniæ mulieres cū Venerē in adulterio deprehenſam cum Marte cōtemnerent, in ſe Deæ iram concitarūt: nam Venus hircino odore illis immiſſo effecit, ut a maritis ſpernerent̄. Quare de illis cum ad bella aduerſus Thraces gerenda profecti eēnt interficiēdis cōſpirmū rediſſent uxores cōſilium interīt. Quod qdē cū reliq̄ effeciſſent, ſola Hypſipyle Thoanti pri peperčit. ☞ Tirynthia tela: ſagittarum Herculis ē

mus. ☞ Inferias inopes .i. ſacrificia inopum & pauperiorum. ☞ Eſt ubi Troia fuit. Thraciam e regione Troadis eſſe ait. ☞ Contraria: ex aduerſo atq; e regiōe poſita. ☞ Biſtoniis uiris: Thracibus. Naꝫ Biſtonia urbs eſt Thracię a Biſtone Martis, & Callirhoes filio cognominata: unde & Biſtones & Biſtonii Thraces dicūtur. Thracia āt Helleſpōto: a phrygia ſeparat̄. ☞ Polymeſtoris illic: Polymeſtor rex fuit Thracię auaritia & polydori cęde famoſiſſim⁹. Hęc āt ď euripidis hecuba ab Oui. ſumpta eſſe uidentur. ☞ Conſiliū ſapiēs: acclamatio ē q̄ Priami prudentia cōmendat̄. ☞ Irritamē: ꝓuocationē.

Thracia

Biſtōia

Polymeſtor

Dixerat.& popul9 lachrymas,quas illa tenebat:
Non tenet.ipſe etiam flens,inuituſq; ſacerdos
Præbita coniecto rupit præcordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens,
Pertulit intrepidos ad fata nouiſſima uultus.
Tunc quoq; cura fuit,partes uelare tegendas:
Cum caderet:caſtiq; decus ſeruare pudoris.
Troades excipiunt:deploratoſq; recenſent
Priamidas:& quid dederit domus una cruoris.
Teq; gemunt uirgo:teq; o modo regia coniunx.
Regia dicta parens.Aſiæ florentis imago.
Nunc etiam prædæ mala ſors:quã uictor Vlyſſes
Eſſe ſuam nollet:niſi q; tamen Hectora partu
Ediderat:dominum matri uix repperit Hector.
Quæ corpus complexa animæ tam fortis inane,
Quas toties pfæ dederat natiſq;,uiroq; (fudit:
Huic quoq; dat lachrymas,lachrymas ĩ uulnera
Oſculaq; ore tegit:cõſuetaq; pectora plangit:
Caniciemq; ſuam concreto in ſanguine uerrens:
Plura quidem,ſed & hæc laniato pectore dixit.
Nata tuæ(qd eni ſupereſt?)dolor ultime matris.
Nata iaces:uideoq; tuum mea uulnera pectus.
Et ne perdiderim quenq̃ ſine cæde meorum:
Tu quoq; uulnus habes.at te quia fœmina,rebar
A ferro tutam:cecidiſti & fœmina ferro.
Torq; tuos idem fratres,te perdidit idem
Exitium Troiæ,noſtriq; orbator Achilles.
At poſtq̃ cecidit Paridis,Phœbiq; ſagittis:
Nunc certe dixi,non eſt metuendus Achilles.
Nunc quoq; mi metuẽdus erat.cinis ipſe ſepulti
In genus hoc ſæuit:tumulo quoq; ſẽſimus hoſtẽ.
Aeacidæ fœcunda fui.iacet Ilion ingens:
Euentuq; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tamen,ſoli mihi pergama reſtant:
In curſuq; meus dolor eſt.modo maxima rerum
Tot generis,natiſq; potens,nuribuſq;,uiroq;,
Nunc trahor exul,inops,tumulis auulſa meorũ,
Penelopæ munus.quæ me data penſa trahẽtem
Matribus oſtendẽs Ithacis.Hæc Hectoris illa eſt
Clara parens;hæc eſt dicet priameia coniunx.
Poſtq; tot amiſſos tu nunc,quæ ſola leuabas
Maternos luctus,hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi,quo ferrea reſto?

RAph. ¶ Quas illa tenebat:mira puellæ conſtantia exprimit, q̃ tam intrepide mortẽ exciperet. Præbita exhibita. Defecto poplite:deficiẽtibus genibus. Ad fata no. uſq; ad mortẽ. Tũc quo.cu.fu.hocidẽ & Eurypides ſcribit:quã curã Iulio quoq; Cæſari fuiſſe narrat Tranquillus:ut togam ad pedes demitteret:quo a cõiuratoribus uulnerat9 honeſtius caderet. Partes tegendas:pudendas. Troades exc.ſuſcipiũt iacẽs Polyxenæ cadauer. Recenſent:recognoſcũt,enumerãt:id qđ in nenũs & fletibus fiebat. Quid cruoris:q̃tũ ſanguinis. oẽs Priamidæ oẽs fuerant interfecti. Teq; gemunt uirgo:apoſtrophe ad polyxenã atq; Hecubam:q̃ paulo ãte Aſiæ regina uocabat. Deplorat aũt illius calamitatẽ poeta:quã oẽs captiuã pp ſenectutẽ aſpernabant. Aſiæ florentis imago:de maxima felicitate in maximã calamitatẽ cecidiſſe Hecubã poeta oſtendit. Aſia autẽ dicta eſt ab Aſia promethei filia,matreq; Atlãtis. Quidam ἀπὸ τῆς ἀσίας: hoc eſt a cœno:qđ multũ cœni habeat,dictã putãt. Nunc ẽt prædæ mala ſors:ſed uel aũt,tali ſue cõiunctio ſubaudiat ita ſenſu exigente.naꝫ Hecuba paulo ãte qdem erat regia cõiunx,regia parens, Aſiæ florẽtis imago. Nũc autem eſt etiã prædę mala ſors:quã m oẽs aſpernabantur: Niſi quod tamen Hectora partu Ediderat: ratio,qua motus Vlyſſes eã accepit captiuam. Animæ tã fortis inanem:tam cõſtãti aĩa uacuum. Oſculaq; ore te

Oſculũ gẽparua polyxenæ ora. Eſt.n.ab ore diminutiuũ hoc loco oſculũ. Plãgit: percutit. Cõſuetasq; plãgi & percuti filiorũ cædibus. Caniciẽ ſuã:caput ſuũ cand. Solebãt aũt priſci in maximis doloribus caput puluere deturpar. Concreto:coagulato. Verrens:uoluẽs. Nata tuæ:pathetica oratio querelis,doloribuſq; accõmodata. Nata iaces: repetitio lugenti Hecubæ quæ ex tã feliciſſimo ſtatu in tantam ceciderat miſeriã maxime cõuenientes. Tuum pectus:uult ere tranſfixum ſubaud. aſ. Mea uulnera: meos dolores. Orbator nr̃q; nos liberis orbauit atq; ſpoliauit. Paridis,Phœbiq; ſagittis:dirigẽte oãq; Paridis ſagittas Apolline:ut & Homerus & Virg. ſcribunt Achilles fuit iterfectus. Mi:mihi. In gen9 hoc:in genus noſtrũ. Vellicat ãt hoc loco Ouid. a Scauro apđ Senecam:qđ neſciat relinq̃re qđ bene ceſſit. Cuꝫ.n. loq̄t,polyxena eẽt adducta tumulo Achillis imolãda:Hecuba dixit.Cinis ipſe ſepulti In genus hoc ſæuit:poterat eſſe contentus.adiecit Tumulo quoq; ſenſimus hoſtẽ. Neque hoc cõtentus adiecit. Aeacidæ fœcunda fui. Aiebat Scaurus non minus magnam uirtutẽ eſſe ſcire deſinere,q̃ ſcire dicere,ſed hoc oratori magiſquã poetæ præceptum eſt. Tumulo quoq; ſenſimus hoſtem:in tumulo & ſepulchro exiſtentem. Aeacidæ fœcunda fui:ad Achillis uoluptateꝫ multos peperi filios. Euentu graui:exitu pernicioſo. Sed finita tamen:ſtulte hoc dictum eſſe uidet. Si enim finita ſunt pergama,quo modo reſtant? An deleta quidem ſunt: ſed Hecubæ reſtare uidẽtur,quia hoſtes perinde in eam ſæuiunt:ac ſi pgama ipſa ſtarent. Soli mihi:nam perinde in me ſæuiunt hoſtes atq; ſi filius nõ eſſet impoſitus bello. In curſu:in perſeuerantia.Neq; enim finitur. Modo maxima rerum: ex qua felicitate in quas miſerias reciderit,flebiliter Hecuba commemorat. Tot generis,natiſq; potens: Hecuba Priamo ſeptem filias & duodecim filios peperiſſe ſcribitur.Ex aliis nanq; mulierib9 reliquos ad quinquaginta uſq; Priamus ſuſcepit. Nunc trahor: diſſolutum eſt maxime querimoniis conueniẽs. Leuabas:diminuebas leues reddebas. Hoſtilia buſta: hoſtium ſepulchra & manes. Piaſti: placaſti. Eſt aũt apoſtrophe ad polyxenã cõmiſerationis plena. Quo ferreã reſto:ad quem uitæ exituꝫ dura ego ac in meipſam crudelis reſeruar.

RAph. ¶Quid ue moror: expecto. ¶ Differtis: in longum tempus productis. ¶ Viuacem anū: me uetulam diu uiuētē. ¶ Nec te mea nata: rationibus colligit Hecuba Priamū inter felices numerandum. ¶ At puto funeribus dotabere: exequiarum honoribus ornaberis. Eſt autem ironia qua ſignificat hecuba Polyxenam & funeris: & ſepulturæ honore cariturā. ¶ Hauſtus: acceptio: atq; iniectio. Terra nanq; mortuis iniiciebatur. ¶ Supereſt cur uiuere tempus: de tot filiis inquit meis Hecuba ſolus reſtat polydorus polymeſtori regi commendatus. Sed decipitur Hecuba: iam enim a Polymeſtore fuerat interfectus. ¶ Datus: miſſus. ¶ Iſmario regi: polymeſtori Thraciæ regi. nam Iſmarus Thraciæ mons eſt. De hoc autem polydoro ſic & Virgilius in tertio Aeneidos ſcribit. Hūc polydorum auri quondam cum pondere magno Infelix priamus furtim mandarat alendum Threicio regi: cum iam diffideret armis Dardaniæ: cingiq; urbem obſidiōe uideret. Ille ut opes fractæ Teucrum: & fortuna receſſit: Res Agamemnonias: uictriciaq; arma ſecutus: Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat: & auro Vi potitur: quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? ¶ Et ſparſos ſanguine: infectos ſanguine: Cadauera autē antiqui abluebant. ¶ Introrſus obortas: intus natas. ¶ Deuorat: conſumit. ¶ Modo: interdū. ¶ Aduerſa terra: in Troade ubi fuit Troia e regione Thraciæ ſita. ¶ Toruos uultus: triſtitia efferatos. ¶ Poſiti: iacentis. ¶ Maneret: eſſet. ¶ In imagine: in imaginatione & cognitione pœnæ: qua polymeſtorem afficere poſſet. ¶ Vtq; furit

polydorus polymeſtori cōmendatus

Iſmar⁹

polymeſtoris excæcatio

Quid ue moror? quo me ſeruas dānoſa ſenect⁹?
Quo Dii crudeles? niſi quo noua funera cernam:
Viuacem differtis anum? quis poſſe putaret
Felicem Priamum poſt diruta pergama dici?
Felix morte ſua eſt. nec te mea nata peremptam
Aſpicit: & uitam pariter, regnumq; reliquit.
At puto funeribus dotabere regia uirgo:
Condeturq; tuum monumentis corpus auitis.
Non hæc eſt fortuna domus. tibi munera matris
Contingent fletus: peregrinæq; hauſtus harenæ.
Omnia perdidim⁹ ſupereſt cur uiuere tempus
In breue ſuſtineam. proles gratiſſima matri
Nunc ſolus. quondam minimus de ſtirpe uirili,
Has datus Iſmario regi polydorus in oras.
Quid moror interea crudelia uulnera lymphis
Abluere? & ſparſos immiti ſanguine uultus?
Dixit: & ad litus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas. date Troades urnam
Dixerat infelix: liquidas hauriret ut undas.
Aſpicit electum polydori in litore corpus:
Factaq; Threiciis ingentia uulnera telis.
Troades exclamant. obmutuit illa dolore:
Et pariter uocem, lachrymaſq; introrſus obortas
Deuorat ipſe dolor: duroq; ſimillima ſaxo
Torpet: & aduerſa figit modo lumina terra:
Interdum toruos extollit ad æthera uultus:
Nunc poſiti ſpectat uultum, nunc uulnera nati,
Vulnera præcipue: ſeq; armat, & inſtruit ira.
Qua ſimul exarſit: tanq̃ regina maneret:
Vlciſci ſtatuit: pœnæq; in imagine tota eſt.
Vtq; furit catulo lactente orbata Leæna.
Signaq; nacta pedum ſequit: quē nō uidet, hoſtē
Sic Hecube, poſtq̃ cum luctu miſcuit iram:
Non oblita animorum, annorum oblita ſuorū:
Vadit ad artificem diræ polymeſtora cædis:
Colloquiumq; petit. nam ſe monſtrare relictum
Velle latens illi: quod nato redderet, aurum.
Credidit Odryſius, prædæq; aſſuetus amore:
In ſecreta uenit. tum blando callidus ore,
Tolle moras Hecube dixit. da munera nato.
Omne fore illius quod das: quod & ante dediſti:
Per ſuperos iuro. ſpectat truculenta loquentē,
Falſaq; iurantem, tumidaq; exæſtuat ira.
Atq; ita correpto, captiuarum agmina matrum
Inuocat: & digitos in perfida lumina condit:
Expilatq; genis oculos: facit ira ualentem.
Immergitq; manus: fœdataq; ſanguine fonti
Nō lumen (neq; enī ſupereſt) loca luminis haurit.
Clade ſui Thracum gens irritata tyranni
Troada telorum, lapidumq; inceſſere iactu

ſæuit. Hac autem ſimilitudine oſtendit poeta: quantam iram: indignationemq; conceperit Hecuba aduerſus polymeſtorem filii: quem educandum ſuſceperat: interfectorem. ¶ Hoſtem: catuli raptorem. ¶ Animorum: magnitudinis ac præſtantiæ animi ſui. ¶ Nam ſe mōſtrare: ait uel ſimile uerbum: quod eleganter prætermittitur: eſt ſubaudiendum. ¶ Latens: occultum. ¶ Odryſius: Polymeſtor Thracius. nam Odryſæ (ut in ſuperioribus quoque ſcripſimus) ſunt populi Thraciæ & odryſa urbs eorū. ¶ Spectat truculenta: indignata: toruum præſe ferens aſpectum. Nam truculentus dicitur aſpectu ferox atq; terribilis: quales tauri ſunt. ¶ Falſa iurātem: peierantem. ¶ Tumida ira: ab effectu quæ tumidos & inflatos homines reddit. ¶ Correpto: cōprehenſo polymeſtore. ¶ In perfida lumina: in perfidi polymeſtoris oculos. Eſt enim hypallage. ¶ Expilat: extrahit, eruit. ¶ Facit ira ualentem: parentheſis tacitæ obiectioni occurrens. ¶ Sanguine fonti: ſanguine nocentis ac ſcelerati polymeſtoris. ¶ Lumen: oculos. ¶ Supereſt: ſaluum eſt. ¶ Haurit: percutit: aperit. ¶ Troada: hecubā Troianam. ¶ Inceſſere: irritare, prouocare: inuadere.

Odryſ

Truculentus

I
te

¶Rauco

RAph. ¶ Rauco cum murmure: cum uoce canina. Iam Laomedontis fuerat filius: ac Priami frater.

Cœpit, at hæc miſſum raueo cum murmure ſaxũ
Morſibus inſequitur: rictuq; ad uerba parato
Latrauit conata loqui. locus extat: & ex re
Nomen habet: ueterumq; diu memor illa malorum,
Tũ quoq; Sithonios ululauit mœſta per agros:
Illius Troaſque ſuos, hoſteſque pelaſgos:
Illius fortuna Deos quoque mouerat omnes.
Sic omnes, ut & ipſa Iouis coniunxq; ſororque
Euentus Hecubam meruiſſe negauerit illos.
Non uacat Auroræ, q̃q̃ iiſdem fauerat armis:
Cladibus, & caſu Troiæq;, Hecubæque moueri.
Cura Deam propior, luctuſque domeſticꝰ angit
Memnonis amiſſi: Phrygiis quem lutea campis,
Vidit Achillea pereuntem cuſpide mater.
Vidit, & ille color, quo matutina rubeſcunt
Tempora: palluerat: latuitque in nubibꝰ æther.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens: ſed crine ſoluto,
Sicut erat, magni genibus procumbere non eſt
Dedignata Iouis, lachrymiſq; has addere, uoces.
Omnibus inferior, quas ſuſtinet aureꝰ æther.
(Nam mihi ſunt totum rariſſima tẽpla per orbẽ)
Diua tamen ueni. non ut delubra, dieſq;
Des mihi ſacrificos, caliturasq; ignibus aras.
Si tamen aſpicias, quantum tibi fœmina præſtẽt
Tum cum luce noua, noctis confinia ſeruo:
Præmia danda putes. ſed non ea cura, neq; hic eſt
Nunc ſtatꝰ Auroræ: meritos ut poſcat honores.
Memnonis orba mei, uenio: qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo: primiſq; ſub annis
Occidit a forti (ſic Dii uoluiſtis) Achille.
Da precor huic aliquem ſolatia mortis honorem
Summe Deum rector: maternaq; uulnera leni.
Iuppiter annuerat. cum Memnonis arduus alto
Corruit igne rogus: nigriq; uolumina fumi
Infecere diem. ueluti cum flumina natas
Exhalant nebulas: nec Sol admittitur infra.
Atra fauilla uolat: glomerataq; corpus in unum
Denſatur: faciemq; capit: ſumitq; colorem.
Atq; animum ex igni: leuitas ſua præbuit alas.
Et primo ſimilis uolucri. mox uera uolucris
Inſonuit pennis. pariter ſonuere ſorores
Innumeræ: quibus eſt eadem natalis origo.
Terq; rogum luſtrant: & conſonus exit in auras
Ter plangor. quarto ſeducunt caſtra uolatu.
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt: roſtriſq; & aduncis unguibus iras
Exercent: alaſq;, aduerſaq; pectora laſſant.
Inferiæq; cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora: ſeq; uiro forti meminere creatas:

Hecubaica nem. Cũis ſepulchrũ. enim in canem fuerat cõuerſa. ¶ Et ex re nomen habet: nam κυνὸς σῆμα appellatur: id eſt canis ſepulchrum. Eſt autẽ i Cherſoneſo Thraciæ iuxta Abydum: ut Strabo refert.

Sithõia. ¶ Per Sithonios agros: Thracios. nam Sithonia pars eſt Thraciæ. ¶ Illius Troaſq; ſuos: hæc ad connectendam Memnonis cinerum in aues cum ſuperiore Metamorphoſin a poeta inferuntur.

¶ Vt & ipſa Iouis: Iuno quæ Troianorum adeo atrox erat inimica.

Fabulæ tertiæ libri. xiii. argumentum.

LAct. ¶ Nõ uacat Auroræ &c. Memnon Tithoni Auroræq; filiꝰ Priamo ferẽs auxilium ab Achille occiditur: mater ergo precibus pro aſſiduo officio inducendæ lucis ab Ioue impetrauit fauillæ eius aduſto rogo, pariterq; ſorores in uolucres conuertantur, Memnonides nomine, quæ memores belli quotannis ad ſepulchrum eius conueniunt, & inter ſe dimicãtes ſanguine ſuo manibus eius frequentes parentant. Et ipſa mater eius matutinis tẽporibus lachrymas deſyderio filii ſui Memnonis transformat in rorem: quod tamen monumentũ in phrygia conſtituit patruus eius: ut Heſiodus uult.

RAph. Mẽnon. ¶ Non uacat Auroræ: Memnõ Tithoni atque Auroræ filius, cum in bello Troiano ab Achille fuiſſet interfectus, mater Iouem rogauit, ut aliquo eũ efficeret honore. Iuppiter autem fauillas rogi ipſius cõgregatas: eiuſq; ſocios in aues commutauit: quæ Memnonides a Memnone uocatæ, ſingulis quibuſq; annis ad ſepulchrum illius acriter inter ſe pugnantes duci ſuo parentare uidentur.

Mẽnonis ſoc. res in aues.

Tithonus. ¶ Quanquam iiſdem fauerat armis: propter Tithonum maritum, qui

¶ Lutea mater: Aurora ipſa Memnonis mater rutilis ac rubicunda. ¶ Nõ ſuſtinuit: non potuit. ¶ Parens: cauſa cur non ſuſtinuerit ſpectare, quia parens. ¶ Omnibus iferior: in ſoluta oratione omniũ infima diceretur. ¶ Aureus æther: Splendidum cælum. ¶ Nã mihi ſunt: parentheſis cauſam continens cur Aurora omnium Dearum ſit infima. ¶ Dies ſacrificos: in quibus mihi ſit ſacrificandum. ¶ Ignibus ſacrificiis. ¶ Aſpicias: cõſyderes. ¶ Quantum tibi fœmina præſtem: quantum tibi proſim, quamuis fœmina ſim. ¶ Noctis confinia ſeruo: hoc eſt cuſtodio ne nox ſuos fines tranſeat. Niſi enim Aurora uigilans eẽt: nox ſemper uideretur duratura. ¶ Orba: priuata. ¶ Fruſtra: quia & ipſe fuit interfectus, & Troia euerſa. ¶ Pro patruo ſuo: Priamo. ¶ A forti Achille: interfectus, percuſſus, ſimileue participium ſubaudiatur. ¶ Maternaq; uulnera leni: maternos dolores mitiga. ¶ Volumina: reuolutiones. ¶ Infecere: obſcurauere, denigrauere. ¶ Exhalant: emittunt. ¶ Infra: nebulas ſubaudiendus. ¶ Glomerataq;: congregata. ¶ Faciem capit: figuram, ac formam accipit. ¶ Atque animum ex igne ſcite. Anima nanq; ut flamma ſemper eſt in motu: unde philoſophorum quidam dixerũt animam eſſe ignem. ¶ Leuitas ſua præbuit alas: id eſt ꝓpria fauillę leuitas alas efficit. ¶ Quibus eſt eadem natalis origo: nam & ipſæ ex fauillis ſunt ortæ. ¶ Luſtrant: circumuolant. ¶ Plangor: clangor. ¶ Seducunt caſtra: ſeparãt caſtra & diuidũt ſe in duas partes. ¶ Diuerſa de parte: ex partibus aduerſis. ¶ Cognata: ſimul nata.

RAph. ¶ Præpetibus ſubitis: ſubito natis alitibus. ⁋ Auctor: Memnõ earũ origo. Memnonides. n. a Memnõe fuerũt cognominatæ: ut pauloante diximus: & ipſe poeta aperte teſtatur. ⁋ More parentali: more eorũ qui inferis parentant. Parentalia uero ꝓprie dicunt ſacrificia: quę manibus fiunt. ⁋ Rebellant: bellum iterum inter ſe ſuſcipiunt. ⁋ Dymantida: hecubã Dymãtis filiam: quã alii primiſq; Eurypides ac Virgilius Ciſſei regis Thraciç filiam fuiſſe ſcribũt. ⁋ Rorat: rorẽ fũdit. Fabulæ quartæ libri. xiii. argumentum.

Ménonides (margin), parẽtalia (margin), Dymãtis (margin), Rorare (margin)

autem ſcribit illam prius Edonida fuiſſe uocatam: quo tẽpore a Cimeriis inhabitabat. ⁋ Linquit: quãuis ibi iã urbẽ Aeneã ædificaſſet: ut Virg. narrat. ⁋ Apol. ineã urbem: Delum Apollinis oraculo inſignem. ⁋ Hũc Anius: Anium (margin) Delii regẽ fuiſſe: Apollinisq; ſacerdotẽ etiã Virgilius ſcribit. Rex Anius: rex idem hominum: Phœbique ſacerdos. ⁋ Quo rege hoies: utebant eſt ſubaudiẽdũ. ⁋ Delubraq; nota: clara propter oraculum. ⁋ Duas ſtirpes: duas arbores quas tenẽs: amplectẽſq; Latona Apollinẽ & Dianam enixa eſt. (margin: Latonę partus) ⁋ Retentas: alludit ad fabulã. Nã Iuno ita Latonã dicit perſecuta: ut nuſq̃ quieſcere poſſet. Cũ uero Delũ cõſcendiſſet: cõplexa duas arbores oliuã & palmã: ut poeta in ſexto narrat: Apollinẽ peperit atq; Dianam. ⁋ Thure dato flãmin: hoc eſt ſacrificiis perfectis. ⁋ Fibris crematis: exuſtis: cõbuſtis. Morem autẽ priorũ hoium exprimit poeta: qui ãte omnia Deos ſolent uenerari: ut Virgilius quoq; pręcipit. In primis uenerare Deos. ⁋ Poſitis tapetibus: ſtratis tapetibus. Illos autem cœnaſſe ait. ⁋ Tũc pius Anchiſes: togi uerbum: ſimile ue eſſe ſubaudiẽdũ facile cõſtat. ⁋ Cũ primũ: quando primũ. ⁋ Biſque duas natas: Anius quatuor habuit filias: quibus Bacchus cõceſſit: ut quicquid tangerent in frumẽtum: uel uinum: uel oleũ cõmutaretur. Eas cũ Agamemnon ut ducere uellet i expeditionem Troianam: ut exercitum alerent: Bacchi auxilio in columbas fuiſſe conuerſas fabulant. ⁋ Vidiſti parẽtem: me ſubaudiamus. ⁋ Pene orbum: fere carẽtem filiis. ⁋ Tanta inconſtantia: inſtabilitas fortunæ. Eſt aũt acclamatio ſenis grauitati maxime cõueniẽs. ⁋ Quod. n. mihi filius abſens Auxiliũ: nullũ inquit ſibi eſſe auxilio filiũ abſentẽ: quis ſit uiu'. ⁋ Andros habet: Andros (margin: Andros) inſula ẽ una ex Cycladibus: ab Andro Anii filio: ut ſcribit Ouidius: ut alii Eurymachus denominata.

¶ Auguriis

Præpetibus ſubitis nomen facit auctor: ab illo
Memnonides dictæ. cum Sol duodena peregit
Signa: parentali morituræ more rebellant.
Ergo aliis larraſſe Dymantida flebile uiſum eſt:
Luctibus eſt Aurora ſuis intenta: piaſq;
Nunc quoq; dat lachrymas, & toto rorat i orbe.



Non tamen euerſam Troiæ cum mœnibus eſſe
Spē quoq; fata ſinunt. ſacra, & ſacra altera patrē
Fert humeris uenerabile onus Cytherei⁹ heros:
De tantis opibus prædam prius eligit illam:
Aſcaniumq; ſuum, profugaq; per æquora claſſe
Fertur ab Antandro: ſcelerataq; litrora Thracū,
Et Polydoreo manantem ſanguine terram
Linquit: & utilibus uentis, æſtuq; ſecundo
Intrat apollineam ſociis comitantibus urbem,
Hunc Anius, quo rege homines, antiſtite phœb⁹
Rite colebatur: temploque, domoq; recepit:.
Vrbemque oſtendit: delubraq; nota, duaſq;
Latona quondam ſtirpes pariente retentas.
Thure daro flammis, uinoque in thura profuſo,
Cæſarumque boum fibris de more crematis,
Regia tecta petunt: poſitiſq; tapetibus altis
Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho.
Tunc pius Anchiſes. o phœbi lecte ſacerdos
Fallor? an & natū, cum primū hæc mœnia uidi:
Biſq; duas natas, quantum reminiſcor: habebas?
Huic Anius niueis circundata tempora uittis
Concutiens: & triſtis ait. non falleris heros
Maxime. uidiſti natorum quinq; parentem;
Quē nūc tanta homines rerū iconſtãtia uerſat:
Pene uides orbum. quod enim mihi filius abſēs
Auxilium? quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet, ꝓ patre locumq; & regna tenētē

LActã. ¶ Nõ tamẽ &c. Aeneas cũ parẽte Anchiſe & filio Aſcanio pfug⁹ Delphos uenit. Hic ab Anio ſacerdote Apollinis recipit hoſpitio: qbus indicat quoq; ſe filiaſq; parẽtẽ orbũ reliquiſſe: Andrum. n. a quo andros iſula reliqſſe patriã huic ut Apollo dederit auguriũ: ſic Liber dediſſe uirginibus: ut cõtacta manib⁹ earũ in ſegetẽ: ui nũ: oleũq; uerterent: eas Agamẽnõ ut cæleſti munere exercitũ aleret: cum uellet abducere in iſulã eandẽ Andron ꝓfugiſſe. Hinc rurſus ne uinculis illigatę reperirẽt potẽtia regis Agamẽnonis: Liberi numen effecit ob miſericordiam & muneris ſui cauſam: ut in columbarũ ſpeciem transferrentur.

RAph. ¶ Non tamen euerſam: Anii Apollinis Delii ſacerdotis filiarũ Metamorphoſin in colũbas deſcripturus poeta: Aeneæ pietatẽ pri⁹: ad Deliũq; nauigationẽ cõmemorat: quo aptius fabulæ cõnectat. ⁋ Sacra & ſacra altera patrem: Aeneam ex icẽdio Troiano: & ſacra Deæ Veſtæ & patrem Anchiſen abſtuliſſe: Aſcaniũq; abduxiſſe: carmie quoq; Virgiliano eſt notũ. ⁋ Et ſacra altera: neq; enĩ minus pium eſt parentibus q̃ ſacris auxilium ferre. ⁋ Gythereius heros: Aeneas Veneris: quæ & Cytherea dicit: filius. ⁋ Prædam illã: ſacra & patrem. ⁋ Fertur ab Antandro: Ant andrus urbs eſt ſub Ida: ab Antãdro duce cognominata. Ariſtoteles (margin: antãdro)

RAph. ¶ Augurium: augurierum ac uaticinandi peritiam. ¶ Voto maiora fideq;: hoc eſt maiora q̃ quis expetere aut credere debeat. ¶ Laticem meri: uinũ. ¶ Baccamq; Mineruæ: oliuam: Pallas enĩ oliuam extulit in lucem. ¶ Diues uſus: opulenta utilitas. ¶ Troiæ populator Atrides: Agamemnõ Troiæ depredator. ¶ Ne nõ putes: ut putes. ¶ Euboea duabus: Euboea inſula eſt Bœotiæ adiacẽs admodum lõga. Vnde & Macris fuit quondam appellata: & Macra, id eſt lõga: ut tradit Plini⁹: ſed & Chalchodonis, & chalcis, æ:e ibi primum reperto, & abãtis, & aſopis. ¶ Pietas: Andri fratris in ſorores. ¶ Cõſortia corpora: ſorores. ¶ Per quos: quorum uirtute. ¶ Captiuis lacertis: captiuatum brachiis. ¶ Miro more: mirãdo modo. ¶ Perdere: deſtruere, delere. ¶ Ferre uocatur opem: ac ſi diceret Anius: perdere miro modo non eſſe opem ferte. ¶ Tuæ coniugis Veneris. Nam Veneri colũbæ ſunt dicatæ. ¶ Abiere: cõuerſæ fuere.

Anii filiæ tactu oia in fruges mutari. Euboea. Anii filiæ in columbas.

Fabulæ quintæ .xiii. libri argumentum.

LAct. ¶ Talib⁹ atq; &c. Diſcedentes ab Anio anchiſes & Aeneas inuicem munera dant & accipiũt, in quibus fuit crater Aeneæ datus ab Alcone Lydio cælatus. Anius autẽ a Therſe Bœotio acceperat in quo ſculptæ erant Thebæ & Orionis filiæ: quæ pro populo Thebano paſſæ erant immolari: & harum proci cum muneribus adulti eẽnt duo adoleſcẽtes inde increuerũt: qui ex uirginum nomine coronæ ſunt nominati.

RAph. ¶ Talibus atq; aliis: hæc ideirco a poeta narrãtur, ut aptius ſequentem Metamorphoſin cum ſuperiore connectat. Nã Thebani cum peſtilẽtia laborarent oraculum acceperunt eam eſſe ceſſaturã ſi ſe duæ uirgines pro po-

Delius augurium dedit huic: dedit altera Liber
Fœmineæ ſtirpi uoto maiora, fideq;
Munera. nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem, laticemq; meri, baccamq; Mineruæ
Transformabantur: diueſq; erat uſus in illis.
Hoc ubi cognouit Troiæ populator Atrides:
(Ne non ex aliqua ueſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoq; parte putes) armorum uiribus uſos
Abſtrahit inuitas gremio genitoris: alantq;
Imperat Argolicam cæleſti munere gentem.
Effugiunt quo quæq; poteſt. Euboea duabus,
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt: & ni dedantur, bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pœnæ
Reddidit: & timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic Aeneas, non qui defenderet Andron,
Hector erat: per quos decimum duraſtis in annũ
Iamq; parabantur captiuis uincla lacertis.
Illæ attollentes etiam nunc libera cælo
Brachia: Bacche pater fer opem dixere: tulitq;
Muneris auctor opem: ſi miro perdere more
Ferre uocatur opem: nec qua ratione figuram
Perdiderint potui ſcire: aut nunc dicere poſſum.
Summa mali nota eſt. pennas ſumpſere: tuæq;
Coniugis in uolucres niueas abiere columbas.
Talibus, atq; aliis poſtquam conuiuia dictis
Impleuerunt, menſa ſomnum petiere remota.
Cumq; die ſurgunt: adeuntq; oracula phœbi.
Qui petere antiquam matrem: cognataq; iuſſit
Littora. proſequitur rex, & dat munus ituris.
Anchiſæ ſceptrum, chlamydẽ, pharetramq; nepoti.
Craterem aeneæ, quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab Aoniis Therſes Iſmenius oris.
Miſerat hunc illi Therſes: fabricauerat Alcon
Myleus: & longo cælauerat argumento.
Vrbs erat: & ſeptem poſſes oſtendere portas:
Hæ pro nomine erant: & quæ foret illa, docebãt.
Ante urbem exequiæ tumuliq;, igneſq;, rogiq;,
Effuſæq; comas, & apertæ pectora matres
Significant luctum: Nymphæ quoq; flere uidẽt:
Siccatoſq; queri fontes. ſine frondibus arbor
Nuda riget. lambunt arentia ſaxa capellæ.
Ecce facit medius natas ab Echione Thebis:
Hanc nõ fœmineum iugulo dare pectus aperto.
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo: pulchriſq; per urbem
Funeribus ferri: celebriq; in parte cremari.
Tum de uirginea geminos exire fauilla,
Ne genus intereat, iuuenes: quos fama Coronas
Nominat: & cineri materno ducere pompam.

pulo deuouerent. Duæ autem Echionis filiæ cum ſe immolandas tradidiſſent in igne cremarẽtur: duo iuuẽes: qui Stephani: hoc eſt coronæ ſunt uocati, de rogi fauilla uiſi ſunt exire: exequiaſq; matrum celebrare. ¶ Antiquã matrẽ: Italiam, unde Dardanus in Phrygiam fuerat profectus. Sic & Virgili⁹: Dardanidæ duri: quæ uos a ſtirpe parentum Prima tulit tellus: eadem uos ubere læto Accipiet reduces. antiquam exquirite matrem, Hic dom⁹ Aeneæ cũctis dominabitur õris: Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. ¶ Nepoti: Aſcanio. ¶ Iſmenius: Thebanus, ab Iſmeno Bœotiæ fluuio. ¶ Alcon Myleus: non mylei fili⁹: ſed a patria ſic cognominatus: mylæ nanq; nomen eſt duarum urbium, quarum altera eſt in Sicilia: altera in Theſſalia. Duo autem fuerunt Alcones clari: hic argẽtarius faber, & alter Cretenſis arte ſagittandi inſignis. ¶ Longo argumento: prolixa materia. ¶ Vrbs erat: in illo crater cælata. Thebæ autẽ Bœotiæ fuerant ſculptæ. ¶ Hæ pro nomine erant: nam ſeptem portæ ſignificant eas eſſe Thebas Bœotias. Thebe .n. Bœotiæ ſeptẽ portas habuiſſe dicuntur. ¶ Effuſæq; comas: diffuſas & ſparſas comas & pectora aperta habẽtes. Eſt enim ſinecdoche poetica. ¶ Lambunt arentia ſaxa: herbas nanq; omnes aruerãt. ¶ Natas ab Echione: filias Echiõis Thebani legitur & Orione. ¶ Non fœmineum: timidũ, ſed uirile & audax. ¶ Coronas: latine dixit, quã apud Græcos Stephani uocantur. ¶ Summus: in ſummitate.

Alcon. Mylæ. Thebæ Bœotiæ.

Cuimeta.

T

Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ære
Summus inauraro crarer erat aſper Acantho.
Nec leuiora datis Troiani dona remittunt:
Daniq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram:
Dant pateram, claramq; auro, gemmiſq; coronã.
Inde recordati Teucros a ſanguine Teucri
Ducere principium Cretam tenuere: lociq;
Ferre diu nequiere Iouem: centumq; relictis
Vrbibus, Auſonios optant contingere portus.
Sæuit hyems: iactatq; uiros: ſtrophadũq; receptos
Portibus infidis exterruit ales Aello.
Et iam Dulchios portus, Ithacamq;, Samumq;,
Neritiaſq; domos regnum fallacis Vlyſſei,
Prætereunt uecti certatam lite Deorum
Ambraciam: uerſiq; uident ſub imagine ſaxum
Iudicis, Actiaco quæ nunc ab Apolline nota eſt.
Vacalemq; ſua terram Dodonida quercu:
Chaonioſq; ſinus, ubi nati rege Moloſſo
Impia ſubiectis fugiere incendia pennis.
Proxima Phæacum felicibus obſita pomis
Rura petunt: Epiros ab his, regnataq; uati

Fabulæ ſecũdæ decimitertii libri argumentũ.

LAct. ℭ Hactenus &c. Petens inſulam Cretam: & hinc Italiã ſupradicti: ut aliquãdo errores poſitis ędibus finire poſ ſent multis regionibus trãſitis Ambraciã adeũt a Diis p certamen potitã: in quã Ambracii imaginẽ in ſaxũ con ſpiciunt figuratam, hinc in Aoniã in quã oraculũ Iouis elati aſpiciũt Moloſſi regis filios: q ſine flãma dũ conſumerent immortaliũ numine factũ ẽ: ut i auiũ figuras mutarentur.

RAph. ℭ Hactenus antiquo: ſi gna inquit hactenus enu merata i antiquo ęre ſcul pta erãt: ſed crateris ſum mitas inaurato achanto cingebat. ℣ Signis: ſimu lachris. ℣ Erat aſper: cæla tus. Nã uaſa cælata aſpa ſunt. ℣ Inaurato acãtho: acãthus frutex ẽ ſpinoſus

Acanthus ſemp fiorẽs. Virg. in geor gicis: Et baccas ſp florẽ tis acãthi. ℣ Leuiora: mi nora. ℣ Remittunt: retri buunt. ℣ Inde recordati teucros: apollinis oracu

Iudex in ſaxũ lum non pcipiẽtes Troi ani in Cretã nauigarũt. Primã. n. originẽ ſe puta

Filii Moloſſi i aues bãt ducẽ a Teucro Sca mãdri Cretẽſis filio, qui in phrygiã profectus ar cem Troianã ędificauit. Sed ante eũ Dardan⁹ ea loc tũ cœperat habitare.

Creta hecatonpolis ℣ Iouẽ: aerẽ. nã (ut ſcribit Vir.) peſtilẽtia laborare cœpe rũt. ℣ Centũ relictis urbibus: Creta iſula Hecatõpolis ab Homero uocaſq; centũ urbibus fuerit ornata. ℣ Au

Auſonia ſonios: Italos. Auſonia nãq; Italia ab Auſonibus popu lis fuit cognominata. ℣ Strophadumq; receptos: Stro

Strophades phades inſulæ ſunt in mari Ionio duæ iuxta zacynthũ ἀπὸ τῆς στροφῆς: hoc eſt a cõuerſione zetæ & Calais

Harpyiæ tres dictæ. nam illuc uſq; Harpyas perſecuti retro rediere. ℣ Aello: nomẽ eſt unius Harpyiarũ, q̃ tres eſſe fingunt

Dulichium Neptuni & terræ filiæ: Aello, Ocypite, & Celeno. ℣ Et

Ithaca Samus iã Dulichios por. Dulichiũ: Ithaca: Sam⁹ inſulæ ſũt in Io nio mari, qbus imperauit Vlyſſes. Samus qdem inſula ẽ in mari Ionio tetrapolis: hoc eſt quatuor urbiũ, e quibus una Same uocat̃, unde Virg. Iam medio apparet curſu nemoroſa zacynthos, Dulychiũq;, Sameq;, & neritos ardua ſaxis. Tãetſi (ut Stra. narrat) Vrſis quoq; iterdũ Samos uocet̃. Eſt & Samos iſula Cariæ adiaces clariſſi ma, quæ prius & parthenia, & Dryuſa, & Anthemuſa, & Melamphylos fuit appellata. Sciendũ eſt aũt Samos a priſcis Græcis editiora & altiora loca arcibus ſtruẽdis

Neritus apta cõſueſſe nocari: ut idẽ Strabo igt. ℣ Neritiaſq; do mos. Neritus & mõs eſt in Ithaca inſula, & urbs (ut Stra

Ambracia bo refert) quæ & Leucas appellat̃: unde Neritius poſſeſ ſiuũ. ℣ Certatã lite Deorũ Ambraciã: ambracia urbs ẽ Epiri ab Ambrace teſproti filio dicta, uel (ut alii dicũt)

Nicopolis ab ambracia Aegæi filia. quã Auguſtus apud actiũ pro mõtoriũ, uicto Antonio, amplificauit una cũ tẽplo apol

Ambracius ſinus linis Actiaci: eãq; Nicopolim appellauit: hoc ẽ uictoriæ urbẽ. Ab ambracia uero ſinus dicit̃ ambracius anguſtis admodũ faucibus ſpatioſuꝫ æquor accipiẽs. ℣ Certatã participiũ cõtra grãmatices ratiõnẽ formatũ: de qua Dii certatũ. Qui uero fuerint Dii illi ac iudex, q i ſaxuꝫ fuit mutat⁹ nõ memini me legiſſe. ℣ Ab Apolline: ob apol linis Actiaci templum. Illuc. n. ad quinquennales ludos Actiaci multi populi confluebant. ℣ Actiaco: qui apud actiũ co lebat̃. Actiũ ſane & urbis & tẽpli & promontorii nomẽ

Dodõe eſt: unde actiacũ declinatur. ℣ Terraꝫ Dodonida: Do done urbs ẽ Epiri, unde Iuppiter Dodoneus. Di cta ẽ aũt a Dodone nym pha, uel a Dodono Iouis & Europæ filio. ℣ Sua quercu: nam in nemore querno Dodonæ uicino colũbas dediſſe reſpõſa ex ſentẽtia dodõeorũ an tiſtitũ Herodotus ſcribit: qui aſſeruere geminas ex aegypto colũbas euola uiſſe utranq; nigrã unã q dem in africã: alterã uero ad ipſos, quæ fago iſidẽs humana uoce locuta ſit: eo loci Iouis oraculũ odi debere, & ſe interpreta tos eſſe, qđ ipſis annũcia ret diuinit⁹ fieri: & ob id ſe ita feciſſet Dodoneũ aũt oraculũ omniuꝫ Græciæ

Dodoneũ oraculum oraculorũ fuit uetuſtiſſi muꝫ. ℣ Chaonioſq; ſin⁹: Chaones populi ſũt Epi ri. Vñ & Chaonia (ut ſcri

Chaõia bit Plin.) fuit dicta. Quã uis Virg. aſſerat a Chao ne Troiano fuiſſe cogno minataꝫ. ℣ Vbi nati rege Moloſſo: hæc fabula mihi ẽ ignota. Significat aũt poeta Moloſſi filios i aues fuiſſe ↄuerſos. ℣ Proxima phęacũ: Aeneæ nauigationẽ deſcribit poeta, quo i Siciliã tãdẽ p uenlat, ubi acis iuuenis i fluuium ſui noĩs fuit ↄuerſus.

Fabulæ ſeptimæ decimitertii libri argumẽtum.

LAct. ℭ Proxima &c. acis Fauni Simethideſq; nymphæ fili⁹ Galateã Nerei & Doridis filiã cum diligeret: nec minus ipſe ab ea peteret. Cyclops quia copia eiuſdẽ Nereidis nulla fieret. qa ſeritas eius eẽt iuſſa, icẽſus furor ſpelũca relicta palã pſilut: uagatuſq; p ſiluas cõſpexit Galateã gremio acidis reſidẽtẽ auulſum ſcopulũ aetnæ i eos eie cit, cui⁹ ut exterrita Galatea ſubiecto mari merſa ẽ: Acis aũt q effugere ipetũ eius nõ potuit: obrutus ſaxo ẽ: cui⁹ cruor numie eiuſdẽ Galateę i flumẽ eiuſdẽ nominis ſui eſt in Siciliã uerſus eſt, cuius liquori ſe iũxit uoluntate.

RAph. ℭ Phæacũ: phæaces populi Corcyrę iſulæ dicti a phęa ce filio Neptũi, & Cercyræ aſopi filiæ: a q̃ ẽt iſula Cer cyra fuit cognoiata. Nã antea: Drepane & Scheria uoca bat̃. De phæacũ uero origie uariæ ſũt antiquorũ opinio nes. Nã apolloni⁹ & Acuſelaus ex Vrani teſticulorũ exci ſiõe guttas cecidiſſe, ex qb⁹ alii gigãtes, alii phæacas na tos eſſe. His accedit alcæus, q ait phæacas habere gen⁹ ex Vrani guttis. Homer⁹ autẽ ait phæacas Diis gratos

Epiros eſſe: quia a Neptuno originem ducũt. ℣ Epiros ab his: poſt hæc. nam in Italiam nauigan ub⁹ a Corcyra occur

Buthrotus rit. Epirus regio, in qua eſt Buthrotus olim Romanorũ Colonia. Nam Epiros & proprium eſt regionis & gene

Terra in tres Epiros rale nomen, ſignificatq; continentem & terram in infi nitum protenſam: unde & ἤπειρος dicta eſt, quaſi ἄπειρος hoc eſt infinita. Terra autem in tres Epiros & con tinentes dicitur diuiſa: aſiam: Europam: africam.

Bothrotos Phrygio:ſimulataq; Troia tenetur.
Inde futurorum certi,quæ cuncta fideli
Priamides Helenus monitu prædixerat:intrant
Sicaniam.tribus hæc excurrit in æquora ligu̇is.
E qbus ïbriferos eſt uerſa pachynos ad Auſtros:
Mollib⁹ expoſitū Zephyris Lilybæon ad Arctos
Aequoris expertes,ſpectat Boreamq; Pelorus.
Hanc ſubeunt Teucri remis,æſtuq; ſecundo
Sub noctem potitur Zanclæa claſſis harena.
Scyla latus dextrum,læuū irrequieta Charybdis
Infeſtant.uorat hæc raptas,reuomitq; carinas,
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum
Virginis ora gerens &(ſi non omnia uates
Ficta reliquerunt)aliquo quoq; tempore uirgo.
Hanc multi petiere proci:quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas,pelagi gratiſſima nymphis
Ibat:& eloſos iuuenum narrabat amores.



Quam,dum pectendos præbet Galatea capillos:
Talibus alloquitur referens ſuſpiria dictis.
Te tamen o uirgo genus haud immite uirorum
Expetit:utq; facis:potes his impune negare.
At mihi,cui pater eſt Nereus:quē cærula Doris
Enixa eſt:quæ ſum turba quoq; tuta ſororum,
Non niſi per luctus licuit Cyclopis amorem
Effugere:& lachrymæ uocē impediere loquētis.
Quas ubi marmoreo deterſit pollice uirgo,
Et ſolata Deam eſt.refer gratiſſima dixit:
Neue tui cauſam tege,ſum tibi fida doloris.
Nereis his contra reſecuta Crateide natam eſt.
Acis erat Fauno,nymphaq; Simethide cretus:
Magna quidem patriſq; ſui,matriſq; uoluptas.
Noſtra tamen maior.nam me ſibi iunxerat uni
Pulcher:& octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego:me Cyclops nullo cum fine petebat.
Nec ſi quæſieris,odium Cyclopis:amorne
Acidis in nobis fuerit præſtantior:edam.
Par utrumq; fuit.proh quanta potentia regni

Ouid.meta.

Raph. ¶ Buthrotos: buthrotos autem eſt urbs haud longe a Corcyra diſtās:a primo habitatore ſic dicta. ¶ Phrygio uati: Heleno Priami filio. ¶ Sicaniam: Siciliam, quæ tria habet promōtoria,Pachynū,Lilybæū, & Pelorū. ¶ Tribus linguis:tribus pmontoriis,quorum Pachynus Græciam,Lilybęū Africam,Pelorus Italiam ſpectat. ¶ E qbus Pachynos uerſa eſt:figurata eſt locutio.uerſa.n.ad linguaȝ refert,non ad Pachynum. ¶ Ad Auſtros: ad meridiem:unde flat Auſter. ¶ Mollib⁹ zephyris:molliter ac ſuauiter flātib⁹.

Tria Siciliæ promontoria

Lilybæum ¶ Lilybæon: Lilybæum aūt & urbs eſt Siciliæ & pmōtoriū occidentē uerſus:unde flat zephyrus ſpectās. ¶ Ad Arctos:ad ſeptētrionem.

Pelorus ¶ Pelor⁹:Pelorus aūt dictus eſt a Peloro claſſis Hānibalis gubernatore ibi ſepulto.

zancle ¶ Zanclæa harena:zancle urbs eſt Siciliæ a zanclo gigāte.uel a zāclo fonte dicta:ut ſcribit Hecatęus.Alii aūt ꝙ ibi Saturn⁹ occultauit falcem:qua patris teſticulos amputauit. Nam Siculi falcem zanclon uocantut Stephan⁹ de claris urbibus tradit. Strabo autem ſcribit eandem eſſe cum Meſſana a Meſſenis cōditoribus ſic uocata.zanclen uero antea uocatam, ꝙ in curuo littore ſita foret.zāclia nāq; uocari curua. ¶ Scylla latus dextrū:duæ fuerūt Scyllæ a poetis decantatæ:quarum altera Niſi filia in auem fuit commutata.altera Phorci filia i mōſtrum,qđ in freto Siculo nauigantibus inſidiatur:cuius fabulam in principio libri ſequentis plene poeta expoſit.

Duæ Scyllæ

charybdis ¶ Charybdis: hæc uetula fuit furaciſſima:q̄ cum Herculi boues furata eſſet:ab illo in fretum pſcta in monſtrum marinum fuit cōuerſa:qđ adhuc priſtinam retinet rapiendi naturam. nam illac trāſeuntes naues ad ſe rapit, deuoratq; ac reuomit. ¶ Vnde Seneca i Thyeſte. Quod rapax hauſit, reuomit Charybdis. ¶ Quā dum pectendos:Galatea Nerei & Doridis fuit filia:quę amore Acidis capta Polyphemū Cyclopem ſe amantem fugiebat. Sed cū Cyclops eam in gremio Acidis reſidētem dephēdiſſet, ira correptus ingens ſaxum in illos coniecit, quo Acis obrutus(nā Galatea aufugerat)in fluuiuȝ ſui nominis fuit conuerſus. ¶ Et lachrymæ uocē impediere loquentis: elegāter poeta mollis nymphę mores effingit. ¶ Marmoreo pollice:cādidis digitis. ¶ Virgo: Scylla. ¶ Deā:Galateā. ¶ Nereis:Galatea Nerei filia. ¶ His uer. reſidit. ¶ Crateide natam:Scyllā Phorci & Crateidis nymphæ filiam. Crathis aūt fluui⁹ eſt Calabriæ, cuius filia mater Scyllæ fuiſſe uidetur. ¶ Nympha Simethide:Simethi fluuii filia. ¶ Et octonis:ſedecim annos natum Acim fuiſſe ſignificat. ¶ Dubia lanugine:adeo tenui, ut uix uideretur,in dubioq; eſſet utrum pubeſcere cœpiſſet Acis. ¶ Nullo cū fine: ſine fine,id ē uehemēter. ¶ Nec ſi quæſieris: utruȝ maiori odio Cyclopē an amore Acidem pſequeretur,ignorat. ¶ Nec edam: nec edere & dicere poſſiȝ. ¶ Præſtantior:maior,uehemētior. ¶ Par ſed utrūq; fuit:æquale utrūq; fuit & odium quo Cyclopes, & amor quo Acidem pſequebatur Scylla.

galatea & Acidis amores

crathis

Simethus

T ii

RAph.

¶ Impune: ſine pœna. Omnes enim ad ſe uenientes interficiebat polyphemꝰ. ¶ Raſtris: pulchra emphaſis: qua capillorum polyphemi & magnitudo & dẽſitas innuitur: ut qui nõ pectinibus ſed raſtris pecterentur. ¶ Et componere uultus: gratos efficere uultus & iucundos: ut amicæ poſſit placere.

Telemus

¶ Telephus interea: Telephus quidẽ legitur: ſed Telemus legẽdum eſſe facile ex Theocrito colligitur. Nam Telemꝰ Eurymi filiꝰ inter Cyclopas uates fuit egregiusq; polyphemo prædixit omnia quæcũque ab Vlyſſe paſſus eſt. ¶ Quem nulla fefellerat ales: augurio peritiſſimũ Telemũ fuiſſe oſtendit. ¶ Altera iam rapuit: galatea. Ad id autem alludit: quod cæci fingunt eſſe amãtes. ¶ Sic: huiuſmodi dictis. ¶ Degrauat: deprimit. ¶ Prominet in pontum: topographia. Deſcribit enim promontorium poeta: in quod ſe polyphemus recepit. ¶ Prominet: procurrit. ¶ Cuneatꝰ collis: in cunei ſimilitudinem factus. ¶ Vtrunq; latus: & dextrũ & ſiniſtrũ. ¶ Huc: illuc in illum collẽ. ¶ Mediuſque reſedit: in medio. Quod enim loci ẽ ad hominem eſt relatum. ¶ Lanigeræ pecudes: pecora & oues. ¶ Cui poſtquam pinus: p emphaſim quantus fuerit polyphemus poeta oſtendit pinum pro baculo ei geſtandam attribuens: ex qua malus nauis commode fieri potuiſſet. ¶ Paſtoralia ſibila: paſtorales cantus. ¶ Hauſi: audiui. ¶ Notaui: memoriæ commendaui. ¶ Candidior folio: cantilena cyclopis laudes Galateę cõtinens tam aperte deſcribitur a poeta: ut nihil expoſitione indigere uideatur. Sumpta autem ex Theocrito eẽ uidetur. ¶ Niuei liguſtri: candidi floris.

Liguſtrum

Eſt autem liguſtrum uiolæ genus candidiſſimę. Videtur autem ad Galateę nomẽ

Eſt Venus alma tui. nempe ille immitis, & ipſis
Horrendus ſiluis, & uiſus ab hoſpite nullo
Impune, & magni cum Diis cõtemptor Olympi,
Quid ſit amor ſentit: noſtriq; cupdine captus
Vritur oblitus pecorum, antrorumq; ſuorum.
Iamq; tibi formæ, iamq; eſt tibi cura placendi.
Iam rigidos pectis raſtris Polypheme capillos.
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbam:
Et ſpectare feros in aqua, & componere uultus.
Cædis amor, feritaſq;, ſitiſq; immenſa cruoris
Ceſſant. & tutæ ueniunt, abeuntq; carinæ.
Telemus interea Siculum delatus in æquor,
Telemus Eurymides: quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit: lumenq;, quod unũ
Fronte geris media: rapiet tibi dixit Vlyſſes.
Riſit: & o uatum ſtolidiſſime falleris (inquit)
Altera iam rapuit. ſic fruſtra uera monentem
Spernit: & aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat. aut feſſus ſub opaca reuertitur antra.
Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis: utrunq; latus circunfluit æquoris unda.
Huc ferus aſcendit Cyclops: mediuſq; reſedit.
Lanigeræ pecudes nullo ducente ſecutæ.
Cui poſtquam pinus, baculi quæ præbuit uſum:
Ante pedes poſita eſt antennis apta ferendis:
Sumptaq; arundinibus compacta eſt fiſtula cẽtũ.
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.
Senſerunt undæ. latitans ego rupe, meiq;
Acidis in gremio reſidens, procul auribus hauſi
Talia dicta meis: auditaq; uerba notaui.
Candidior folio niuei Galatea liguſtris,
Floridior prato, longa procerior alno,
Splendidior uitro, tenero laſciuior hædo,
Leuior aſſiduo detritis æquore conchis,
Solibus hybernis, æſtiua gratior umbra,
Nobilior pomis, platano conſpectior alta.
Lucidior glacie, matura dulcior uua,
Mollior & cygni plumis, & lacte coacto,
Et ſi non fugias, riguo formoſior horto.
Sæuior indomitis eadem Galatea iuuencis,
Durior annoſa quercu, fallacior undis,
Lentior & ſalicis uirgis, & uitibus albis,
His immobilior ſcopulis, uiolentior amne,
Laudato pauone ſuperbior, acrior igni,
Aſperior tribulis, fœta truculentior urſa,
Surdior æquoribus, calcato immitior hydro,
Et quod præcipue (ſi poſſem) demere uellem:
Non tantum ceruo claris latratibus acto,
Verum etiam uentis, uolucriq; fugacior aura,
At bene ſi noris, pigeat fugiſſe, moraſq;

alludere: quod a candore lactis illi inditum fuiſſe innuit Heſiodus, qui uult Galateam candidas comas & faciem lacti ſimilem habuiſſe. ¶ Procerior: longior, atq; rectior. ¶ Alno:

Alnus

alnus arbor eſt in ripis fluminum in magnam altitudinem creſcẽs. ¶ Leuior: leuigatior. ¶ Terſior: politior. ¶ Sæuior indomitis: hactenus Galateę uirtutes fuerunt enumeratæ, nunc uitia referuntur. ¶ Sęuior: ferocior. ¶ Annoſa quercu: uetere, multorum annorum. ¶ Fallacior undis: mari quod in temporis momento mutatur. ¶ Lentior: flexibilior, mutabilior. ¶ Aſperior tribulis:

Tribulus

tribulus herba eſt ſpinoſa ſegetibus inimica. ¶ Truculentior: terribilior. ¶ Fœta urſa: urſa: quæ peperit. ¶ Calcato hydro: preſſo ſerpente, qui maxime calcatus ſęuire ſolet. ¶ Demere: eripere. ¶ Fugacior: uelocior ad fugiendum. ¶ At bene ſi noris: me ſubaudiamus. Enumerat autẽ Polyphemus omnia quęcunq; ſibi adſunt bona, quo Galateam in ſuum pellicat amorem.

¶ Laborem

Ipſa tuas damnes:& me retinere labores.
Sunt mihi pars montis uiuo pendentia ſaxo
Antra:quibus nec Sol medio ſentitur in æſtu:
Nen ſentitur hyems.ſunt poma grauātia ramos:
Sunt auro ſimiles longis in uitibus uuæ:
Sunt & purpureæ.tibi & has ſeruamus,& illas.
Ipſa tuis manibus ſilueſtri nata ſub umbra
Mollia fraga leges.ipſa autumnalia corna,
Prunaq; non ſolum nigro liuentia ſucco,
Verum etiam generoſa,nouaſq; imitantia cæras.
Nec tibi caſtaneæ me coniuge,nec tibi deerunt
Arbutei fœtus.omnis tibi ſeruiet arbos.
Hoc pec⁹ oē meū eſt.multæ quoq; uallib⁹ errāt:
Multas ſilua tegit:multæ ſtabulantur in antris.
Nec(ſic forte roges)poſſem tibi dicere:quot ſūt.
Pauperis eſt numerare pecus.de laudibus harū
Nil mihi crediderīs.præſens potes ipſa uidere,
Vt uix circumeant diſtentum cruribus uber.
Sunt fœtura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoq; par ætas aliis in ouilibus hædi.
Lāc mihi ſemper adeſt niueum.pars inde bibēda
Seruatur:partem liquefacta coagula durant.
Nec tibi deliriæ faciles:uulgataq; tantum
Munera contingent.damæ,leporeſq;,capræq;,
Parq; columbarum:demptuſue cacumine nidus.
Inueni geminos,qui tecum ludere poſſint:
Inter ſe ſimiles,uix ut dignoſcere poſſis,
Villoſæ catulos in ſummis montibus Vrſæ:
Inueni:& dixi,dominæ ſeruabimus iſtos.
Iam mo[illegible]ruleo nitidum caput exere ponto:
Iam Gala[illegible]ueni:nec munera deſpice noſtra.
Certe ego me noui:liquidæq; in imāgine uidi
Nuper aquæ:placuitq; mihi mea forma uidenti.
Aſpice ſim quantus.non eſt hoc corpore maior
Iuppiter in cælo(nam uos narrare ſoletis
Neſcio quē regnare loué)coma plurima toruos
Prominet i uultus:humeroſq; ut lucus obūbrat.
Nec mea q; duris horrent denſiſſima ſetis
Corpora:turpe puta.turpis ſine frondib⁹ arbor.
Turpis equus:niſi colla iubæ flauentia uelent.
Pluma tegit uolucres.ouibus ſua lana decori eſt.
Barba uiros:hirtæq; decent in corpore ſetæ.
Vnum eſt in media lumen mihi fronte:ſed inſtar
Ingentis clypei.quid?non hæc omnia magno
Sol uidet e cælo?Solis tamen unicus orbis.
Adde,q; in ueſtro genitor meus æquore regnat.
Hunc tibi do ſocerum.tantum miſerere,preceſq;
Supplicis exaudi.tibi enim ſuccumbimus uni.
Quiq; loué,& cælū ſperno:& penetrabile fulmē,
Nerei te uereor.tua fulmine ſæuior ira eſt.

RAph. ¶ Laboreſ:ſtudeas, ac uitaris. ¶ Pendentia antra: ſuſpenſæ & altæ ſpeluncæ. ¶ Sunt poma grauātia ramos: deprimentia. Pomorum autem magnitudinem ſignificat Polyphemus:quæ tanta ſunt, ut ramos degrauēt. ¶ Auro ſimiles:flauę:bene maturæ:tunc enim ſunt aurei coloris. ¶ Mollia fraga:ſuauia. ¶ Leges:colliges. ¶ Autūnalia corna: autumni tēpore matureſcētia.
Corna Corna autem ſunt baccæ rubicundæ in medio nucleum duriſſimum habentes:unde Virgilius Lapidoſaq; corna. ¶ Verum etiam generoſa:aurei ac crocei coloris nouiſq; ceris ſimillima: ¶ Arbutei fœt⁹:arbuti fruct⁹.
Arbut⁹ Eſt autem arbutus humilis arbor poma ferens rubicūda. ¶ Hoc pecus omne meū:hæ omnes meæ ſunt oues. ¶ Circumeāt: circumire & ingredi poſſint. Eſt autem ordo: Tu ipſa pręſēs potes uidere diſtentum uber in cruribus ut uix circumeant. Quod uero qdam ſuſtineant potius q̄ circumeāt putant eſſe legēdum,ſpecie recti ut i pleriſq; aliis decipiuntur. ¶ Diſtentū uber:plena ubera. Significat autē ingreſſum ouium magnitudine uberum impediri. ¶ Aliis in ouilibus hædi:in aliis ſtabulis
Caplia quę a capris capriſia, ut
Ouilia ab ouibus ouilia uocantur. ¶ Dēſant:cōdenſant in caſeū. ¶ Deliciæ faciles: quę facile haberi poſſunt. ¶ Vulgata munera: uulgaria dona,q̄les ſunt damæ,lepores,capręq; columbæ. ¶ Dēptuſq; cacumine nidus:de arboris ſummitate accept⁹. ¶ Inueni geminos:hæc ſunt illa munera:quæ nō eſſe uulgaria Polyphem⁹ ait.
Domia ¶ Dominæ:amicæ,amatores nāq; amicas appellare dominas ſolent. Tibullus: Quam iuuat immitis uentos audire cubātem:Et dominam tenero cōtinuiſſe ſinu. ¶ Exere: emitte. ¶ Certe ego me noui: ſe quoque formoſum eſſe collig't Polyphemus. ¶ Quantus: quam magnus. ¶ Neſcio quem regnare Iouem: cum quodam contemptu hoc ait polyphemus, ut qui ab omni religione eſſet alien⁹. ¶ Nec mea quod duris horrent denſiſſima ſetis:hypallage eſt. Nam dura corpora denſiſſimis ſetis intelliguntur horrere. Colligit autem multis ſimilibus Polyphem⁹ pilos & ſetas potius ſibi decori q̄ dedecori eē. ¶ Velēt:tegāt. ¶ Hirtæ ſetæ: erectæ. ¶ Vnum eſt media lumen mihi frōte:hypophorę & obiectioni q̄ fieri poſſet occurit Polyphemus,faceturq; ſe unū quidem duntaxat oculum habere, ſed ita magnum ut par duob⁹ eſſe poſſit. ¶ Sz iſtar: ad magnitudinem & ſimilitudinē magni ſcuti. ¶ Quid? non hæc omnia magnos exemplo Solis Polyphemus oſtēdit unicum oculū ſibi ornamento eſſet cum Sol q omnia uidet, uno ſit oculo contentus. ¶ Meus genitor:Neptunus. ¶ In ueſtro ęquore: ubi uos uiuitis o Nereides. ¶ Tibi enim ſuccumbimus uni: ſubiicim⁹ nos tibi ſoli. ¶ Sperne:contēne. ¶ Nerei:Galatea Nerei filia. Eſt enim uocandi caſus.

Oculmeta.

T iii

RAph. ¶ Herbiferos colles: Circæum ſignificat, in quo monte ſingulari quadam pulchritudine fuiſſe ornatā. ¶ Sper/

Circæū Circe dicitur habitaſſe: quæ homines carminib⁹ ſuccisq; herbarum in fe/ ras cōuertebat. ¶ Simul: poſtquam. ¶ Modo: id ē modo. ¶ Leuare: leuem facere. ¶ Titanio Circe filia titanis & Solis. ¶ Cognitius: notius. ¶ Qui ſū mutatus: cauſam expōit: cur nulli ſit notius quāta ſit herbarum potentia q̄ ſibi: quia inquit ab illis ſum cōuerſus ex homine in Deū marinū. ¶ Mei furoris: amoris tam uehemētis. ¶ Meſſenia mœnia cōtra: e regiōe Meſſenę orbis: quā & zancle appellatā fuiſſe diximus: eſt autē Anaſtrophe: præpoſitio nanq; quę ꝓponi debet poſtpoſita ē. ¶ Pudor ē referre: me pudet tibi narrarē. blāditiis nāq; uſus erat Glauc⁹ Deo nō cōuenientib⁹. ¶ Aliquid regnū: aliq̄ potētia. ¶ Expugnatior: potētior ad expugnādū & uincendum. ¶ Operoſæ: efficacis. ¶ Fineq; nil: quia nihil op⁹ eſt fine: hoc eſt nolo ut amori meo finis imponatur. ¶ Partē ferat illa caloris: hoc eſt illa quoq; mei amore capiatē. Vellet enim Glaucus efficeret Circe ut a Scylla redamaretur. ¶ Ingenium aptius: naturam aptiorem & inclinatiorem. ¶ Talibus flammis: talib⁹ amoribus. ¶ In ipſa: in ipſius uoluntate ad amores, libidineq; prōa. ¶ Indicio paterno: indicio Solis, q̄ illius cum Marte concubitum Vulcano indicauit: quare Venus īdignata omnē Solis ꝓgeniem turpiſſimis amoribus inquinauit. ¶ Volētē: me ſubaudiamus. ¶ Paritiq; cupidine: pari amore. ¶ Dign⁹ eras: ultro poteras rogari. Spōte inquit ob pulchritudinem tuā poteras ac debebas a ſcylla rogari. ¶ Adſitque tuę fiducia formæ: hoc ē tuę pulchritudini confide. ¶ Voueo: uotis exopto. Hinc ait offēdit Glauci

Herbiferus adiit colles, atq; atria Glaucus
Sole ſatæ Circes uariarum plena ferarum.
Quam ſimul aſpexit dicta, acceptaq; ſalute,
Diua Dei miſerere, precor. nam ſola leuare
Tu potes hūc dixit (uideam modu dignus) amorē.
Quanta ſit herbarum Titani potentia nolli:
Quam mihi cognitius. qui ſum mutatus ab illis.
Neue mei non nota tibi ſit cauſa furoris:
Littore in Italico Meſſenia mœnia contra
Scylla mihi uiſa eſt podor eſt promiſſa, preceſq;
Blanditiaſq; meas, contemptaq; uerba referre.
At tu ſiue aliquud regnum eſt in carmine, carmē
Ore moue ſacru: ſiue expugnatior herba eſt:
Vtere tentatis operoſæ uiribus herbæ:
Nec medeare mihi, ſaneſq; hæc uolnera mandu:
Fineq; nil opos eſt. partem ferat illa caloris.
At Circe (neq; enim flammis babet aptius ulla
Talibus ingenium: ſeo cauſa eſt huius in ipſa:
Seu Venus indiciu facit huc offenſa paterno)
Talia uerba refert. melius ſequere uulentem,
Optantemq; eadem: paritiq; cupidine captam.
Dignum eras ultro: poteras certeq; rogari:
Et ſi ſpem dederis (mihi crede) rogaberis ultro.
Ne dubites. adſitq; tuæ fiducia formæ.
En egu cum Dea ſim: nitidi cum filia Solis:
Carmine cū tantū, quātō quoq; gramine puſſim:
Vt toa ſim, uoueo. ſpernentem ſperne: ſequenti
Redde uices. unoq; duas ulciſcere facto.
Talia tentanti: prius inquit in æquore frondes
Glaucus, & in ſummis naſcētur muntibus algæ,
Suſpite q̄ Scylla nuſtri motentur amores.
Indignata Dea eſt: & lædere quatinus ipſum
Nun poterat, nec uellet amans, iraſcitur illi:
Quæ ſibi prælata eſt, Veneriſq; offenſa repulſa:
Prutinus horrendis infamia pabula ſoccis
Conterit: & tritis Hecateia carmina miſcet:
Cærulaq; induitur uelamina: perq; ferarum
Agmen adulantum media proceſſit ab aula:
Appuſitumq; petens cuntra Zancleia ſaxa
Rhegiun ingreditur: feruenteſq; æſtibus undas.
In quibus, at ſulida punit ueſtigia terra:
Summaq; decurrit pedibos ſuper æquora ſiccis:
Paruus erat gurges curuos ſinuatus in arcus,
Grata quies Scyllæ, quu ſe referebat ab æſtu
Et maris, & cæli: medio cum plurimus orbe
Sol erat: & minimas a uertice fecerat ombras.
Hunc Dea præuitiat: portentificiſq; uenenis
Inquinat. hic preſſos latices radice nucenti
Spargit: & ubſcurum uerborū ambage nouurū
Ter nuuies carmen magico demurmurat ore.

nentē: Scyllā. ¶ Sequenti Redde uices: me uiciſſim ſeq̄re & redama. ¶ Vnoq; duas ulciſcere facto: & me q̄ tibi ea quæ rogaſti: cōcedere nolo, & Scyllam quæ te eſt aſpernata. ¶ Prius in æquore: ante rerum natura commutabitur, q̄ ego ab amāda Scylla deſiſtā. ¶ Frōdes: arbores. pars enim pro toto per ſynecdochē frequenter uſurpatur. ¶ Algæ: herbæ ſunt maris peculiares algę. ¶ Soſpite Scylla: incolumi & uiua. ¶ Quatinus: quoniam. Quatenus uero in quantum ſignificat. ¶ Lędere non poterat: Deus enim erat. ¶ Amās: cauſa cur nollet, quia amās. ¶ Repulſam Veneris: ꝓpter coitus repulſā. ¶ Infamia pabula: i. āēs herbas propter nocumenta. ¶ Hecateia carmina: icātatiōes ab Hecate matre acceptas. ¶ Cærula uelamina: cæruleas ueſtes & nigras. ¶ Proceſſit: exceſſit. ¶ Feruenteſq; æſtib⁹ undas: periphraſis eſt freti quod a feruendo eſt dictum. Significat autem Scyllam pedibus fretum fuiſſe ingreſſam. ¶ Pōit ueſtigia: ingreditur. ¶ Sūmaq; decurrit: hoc eſt ꝑ ſummitatē maris currit ſiccis pedib⁹, q̄ niſi eſſet Dea, maxime mirandū foret. ¶ Paruus erat gurges: gurgitem deſcribit in quo ſe lauarē ſolebat ſcylla glauci amica. ¶ Medio cum plurimus orbe Sol erat: periphraſis eſt meridies. ¶ Medio orbe: medio cęlo. ¶ Præuitiat: āte inficit. præcorrūpit. ¶ Portentificis uenenis: portenta ac monſtra facientibus. ¶ Inquinat: inficit. ¶ Preſſos latices: ſuccos expreſſos ex herbis noxiis. ¶ Magico ore: hypallage eſt. Magicū. n. carmen accipimus. ¶ Demurmurat: deorſum murmurat.

Alga

Quatinus

Quatenus

Fretum

RAph. ¶Poſſe queris facultatẽ querendi, ac lamentãdi. Verbum enim pro nomine poſitum.

Fabulæ .iiii. libri .xiiii. argumentum.

LActã. ¶Has ubi &c. Apollo Iouis & Latonæ fili⁹ Glauci filiam cũ diligeret: p cõcubitu oprãdi ueniã tribuit. At illa in longũ uictura tp̃s ſpacians in littore hauſto pugno harenæ petiit tot annorum ſpacium quot ptes eius dinumerare poſſet. Igit̃ præſtata fide ad tẽpora, ſenectute dilapſo corpore relicta eſt uox: quæ Sibyllã indicaret. Deus uero uoluiſſe morari eam in eo munere, ſed illa neglexit Dei uoluntatem.

Cercopes in ſimias

RAph. ¶Has ubi p̃teriit: aduentũ Aeneæ ad Sibyllã deſcribit poeta, ut Sibyllã ipſam in uocẽ tãdẽ cõuerſam fuiſſe exponat. Nam Sibylla cũ eſſet uirgo ab Apolline amata, cũq ab eo ut qcquid uellet peteret hortãte ĩpetraſſet, ut tot annos uiueret, quot ĩ manu harenas tenebat: oblita ẽ addere uoto: ne unq̃ ſeneſceret. Quaſ cũ Phœbo morem gerere noluerit: ad tãtũ decrepitatis puenit, ut a corpore derelicta tota in uoce fuerit cõmutata. ¶ Parthenopeia mœnia: Neapoli: q̃ & Parthenope ab una Sirenu3 illic ſepulta fuit appellata. ¶ Canori Aeolidæ: Miſeni Aeoli filii: Quo nõ p̃ſtantior alter Aere ciere uiros, Marteq; accẽdere cantu: ut canit Vir. unde etiam p̃mõtoriũ Miſenũ fuit appellatũ. ¶ Littora Cumarum: Cumæ urbs Cãpaniæ antiqſſima Italicarũ urbiũ: atq; Siculorũ a Chalcidenſibus qdẽ condita (ut Strabo inqt) ſed a Cumæis denominata. Nã Coloniæ ductores Hippocles Cumæus: & Megaſthenes Chalcidẽſis inter ſe pepigerãt: ut Chalcidenſiũ qdẽ Colonia eẽt: a Cumæis uero nomẽ acciperet: alii ἀπὸ τοῦ κυμάτων hoc eſt ab undis Cumas ſcribũt fuiſſe denoĩatas. Sed prior nois huius rõ mihi uerior eſſe uidet. ¶ Viuacis Sibyllæ: q̃ ſeptingentos iam annos uixiſſet, ut ipſa pauloppoſt narrat. Adamatæ nanq; ab ſe Apollo conditionem tulit: ut q̃cqd uellet optaret: ſe.n. nihil negaturũ. Illa hauſta manu harena petiit ut tot annos uiueret, nec adiecit ne ſeneſceret. Quare adeo cõſenuit: ut uox ei ſola ſupereſſet. Sibylla uero ex ſententia Mar. Varonis ois fœmina uates nuncupatur, uel ab unius Delphidis nomine, uel a conſiliis Deoꝝ enunciã-

Sibyllã in uocẽ

Parthenope

Miſen⁹

Cumæ

Sibylla

In deforme uiros animal mutauit: ut iidem
Diſſimiles homini poſſent ſimileſq; uideri.
Membraq; contraxit: nareſq; a fronte remiſſas
Contudit: & rugis perarauit anilibus ora:
Totaq; uelatos flauenti corpora uillo
Miſit in has ſedes: nec non prius abſtulit uſum
Verborum: & natæ dira in periuria linguæ.
Poſſe queri tantum rauco ſtridore reliquit.
Has ubi præteriit: & parthenopeia dextra
Mœnia deſeruit: læua de parte canori
Aeolidæ tumulum, & loca fœta paluſtribus undis
Littora Cumarum, uiuaciſq; antra Sibyllæ
Intrat: & ut manes adeat per auerna paternos
Orat. at illa diu uultum tellure moratum
Erexit, tandemq; Deo furibunda recepto:
Magna petis dixit, uir factis maxime: cuius
Dextera per ferrum eſt, pietas ſpectata per ignes.
Pone tamen Troiane metum. potiere petitis:
Elyſiaſq; domos, & regna nouiſſima mundi
Me duce cognoſces: ſimulachraq; chara parẽtis.
Inuia uirtuti nulla eſt uia. dixit, & auro
Fulgentem ramum ſilua Iunonis auernæ
Monſtrauit: iuſſitq; ſuo diuellere trunco.
Paruit Aeneas: & formidabilis Orchi
Vidit opes: atauoſq; ſuos, umbramq; ſenilem
Magnanimi Anchiſæ. didicit quoq; iura locorũ:
Quæq; nouis eſſent adeunda pericula bellis.
Inde ferens laſſos auerſo tramite paſſus
Cum duce Cumæa fallit ſermone laborem.
Dũq; iter horrẽdũ per opaca crepuſcula carpit:
Seu Dea tu præſens, ſeu Diis gratiſſima dixit:
Nominis inſtar eris ſemper mihi, meq; fatebor
Muneris eſſe tui: quæ me loca mortis adire,
Quæ loca me uiſæ uoluiſti euadere mortis.
Pro quibus aerias meritis euectus ad auras,
Templa tibi ſtatuam: tribuã tibi thuris honores.

dictoious .n. Deos, & cõſiliũ βουλὴν appellabant Aeolico genere ſermonis. Itaq; Sibyllam dictã eſſe qua ſi θεοβουλὴν ſcribit Varro: eaſq; decẽ numero fuiſſe: quas quidẽ oẽs enumerauit ſub auctoribus, q de ſingulis ſcripſitarũt. Prima ãt fuit Perſica. Secũda Libyca. Tertia Delphica. Quarta Cimeria. Quĩta Erythræa. Sexta Samia. Septima Cumana noĩe Amalthea, q̃ ab aliis Herophile: uel Demophile nominaẽ. Octaua Helleſpontica. Nona Phrygia. Decima Tiburs noĩe Albunea. Cęteꝝ Cumana ad quã peruiniſſe Aeneã Ouid. narrat: nouẽ libros attuliſſe ad regẽ Tarquiniũ priſcũ narraẽ: ac p eis trecentos Philippeos poſtulaſſe. Rexq; aſpernat⁹ p̃tii magnitudinẽ mulierẽ inſaniã deriſiſſe. Illa in cõſpectu regis tres cõbuſiſſe: ac pro reliquis idem p̃tiũ poſtulaſſe. Tarquin⁹ multomagis mulierẽ inſanire putaſſe: q̃ demũ tribus aliis exuſtis cũ in eo dẽ p̃tio pſeueraret: mot⁹ tex anus ptinacia reſiduos treceñs aureis emiſſe. ¶ Manes paternos: aĩas Anchiſæ pr̃is. ¶ Furibunda: furenti ſimilis. ¶ Deo recepto: Apolline accepto. ¶ Dextera: fortitudo. ¶ Per ferrũ: p enſem: quo multos hoſtiũ interfecit Aeneas. ¶ Pietas ſpectata per ignes: nã ex incendio Troiano & Deos penates: & patrem Anchiſen humeris exportauit Aeneas. ¶ Elyſiaſq; domos: Elyſium a poetis fingit̃ locus eſſe apud iferos: ubi aĩæ eoꝝ qui bene uixerunt quieſcere in ſumma felicitate dicunẽ. ¶ Regna nouiſſima: iferos. ¶ Simulachraq; chara patẽtis: hoc ex eoꝝ opinione dictũ eſt: q aiũt hominẽ ex trib⁹ cõſtare: aĩa: corpore: & ſimulachro. Animãq; cælũ petere. Corpus reddi terræ. Simulachrũ ad iferos deſcẽdet. ¶ Inuia uirtuti nulla ẽ uia: nã ſubaudiaẽ. Eſt.n. ſr la cãm cõtinẽs cur ſit ad iferos deſcẽſurus Aeneas. ¶ Iunonis Auernæ: Proſerpinæ. Nem⁹.n. iuxta Auernũ & Plutoni & Proſerpinæ fuit dicatũ. ¶ Formidabilis Orchi: formidãdi Plutonis. ¶ Inde ferẽs laſſ. ab iferis reuertẽs. ¶ Laſſos paſſus: hypallage eſt. ſpe.n. laſſus itelligit̃. ¶ Fallit ſer. lab. hoc eſt loquẽdo efficit: ut labor ñ ſentiat̃. ¶ Numinis inſtar: ad ſimilitudinẽ Deæ p Dea. ¶ Muneris eẽ tui: me uitã abs te dono accepiſſe. ¶ Tribuã tibi thuris ho. hoc ẽ tibi tãq̃ Deę ſacrificabo.

Sibyllæ decem

Sibyllini libri

Aeneas ad inferos

Elyſiũ

Hoiem ex trib⁹ cõſtare

Reſpicit hunc uates:& ſuſpiratibus hauſtis,
Nec Dea ſum dixit:nec ſacri thuris honore
Humanum dignare caput.neu neſcius erres
Lux æterna mihi:carituraqꝫ ſine dabatur:
Si mea uirginitas Phœbo patuiſſet amãti.
Dum tamen hãc ſperat:dũ præcorrumpeꝛ donis
Me cupit:elige ait uirgo Cumæa:quid optes:
Optatis potiere tuis.ego pulueris hauſti
Oſtendẽs cumulũ,quot haberet corpora pulũs:
Tot mihi natales contingere uana rogaui.
Excidit,ut peterẽ iuuenes quoqꝫ protin⁹ annos.
Hos tamen ille mihi dabat:æternamqꝫ iuuentã:
Si Venerem paterer,contempto munere Phœbi
Innuba permaneo.ſed iam felicior ætas
Terga dedit:tremuloqꝫ gradu uenit ægra ſenectꝰ
Quæ patienda diu.nam iam mihi ſæcula ſeptem
Acta uides.ſupereſt numeros ut pulueris æque:
Tercentum meſſes,tercentũ muſta uidere.
Tempus erit:cum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciat:cõſumptaqꝫ membra ſenecta,
Ad minimũ redigẽtur onus.nec amata uidebor,
Nec placuiſſe Deo.phœbus quoqꝫ forſitan ipſe
Vel non agnoſcet:uel dilexiſſe negabit.
Vſqꝫ adeo mutata ferar:nulliqꝫ uidenda,
Voce tamen noſcar.uocem mihi fata relinquent.
Talia conuexum per iter memorante Sibylla,
Sedibus Euboicam ſtygiis emerſit in urbem
Troius Aeneas:ſacriſqꝫ ex more litatis,
Littora adit nondum nutricis habentia nomen.
Hic quoqꝫ ſubſtiterat poſt tædia longa laborum
Neritius Macareus comes experientis Vlyſſei.
Deſertum quondam mediis in rupibus Aetnæ
Noſcit Achæmeniden:improuiſoqꝫ repertum
Viuere miratur.quis te caſuſue,Deuſue
Seruat Achæmenide?cur iquit barbara Graiũ
Prora uehit?petitur ueſtra quæ terra carina?
Talia quærenti iam non hirſutus amictu,
Iam ſuus,& ſpinis conſerto tegmine nullis
Fatur.Achæmenides.iterum Polyphemõ,& illos
Aſpiciam fluidos humano ſanguine rictus.
Hæc mihi in potior dom⁹,Ithaciqꝫ carina.
Si minus Aenean ueneror genitore:nec unq̃
Eſſe ſatis potero(præſtem licet omnia)gratus.

RAph. ❡ Et ſuſpiratib⁹ hau.ſuſpiriis tractis. ❡ Humanũ mortale. ❡ Dignare:dignũ puta. ❡ Lux æter.uita ppetua. ❡ Patuiſſet:expoſita & apta fuiſſet. ❡ Optatis potieꝛ tuis:uoti tui cõpos fies. ❡ Pulueris hauſti:eruti. ❡ Tot natales:tot ãnos. ❡ Vana:ſtulta. ❡ Excidit:e memoria fugit,oblita ſũ. ❡ Hos tñ ille mihi dabat:dediſſet. ❡ Si Venerẽ pa.ſi paſſa fuiſſẽ illũ coire mecũ. ❡ Innuba uirgo:ſine nuptiis. ❡ Felicior ætas:iuuenilis ætas. ❡ Terga de.fugit. ❡ Aegra ſene.ab effectu ꝙ ægros homines reddat. ❡ Quæ pa.diu:q̃ mihi p longũ tpˢ eſt toleranda. ❡ Sęcula ſeptem:ſeptingentos annos. nã ſęculũ centũ annoꝝ ſpatium cõplectit. ❡ Supeſt uideꝛ:poetica locutio,ſupereſt ut uideam. ❡ Tercentũ meſſes & muſta:tercentũ annos intelligimus. (Sęculũ)

Fabulæ.v.vi.&vii.libri .xiiii.argumentum.

LActã. ❡ Talia conuexum &c. Aeneas iter in Italia tẽdens ad Leſtrygonas uenit:ubi Macareus neritꝰ comes Vlyſſis apparuit:cõgreſſuſqꝫ eos ẽ comitatusꝰ. Itaqꝫ cũ expoſuiſſet Achęmenides apd cyclopẽ q̃ eſſẽt paſſi ſociiſimiliter & ille a Circe cũ comite:Eurylocho q potione accepta in uarias figuras cõmutati ſunt:nouiſſime ulyſſes remedio mercurii eo uenit:& ſocios recupauit.Ex eo Circẽ iunxiſſe ſe ei i matrimoniũ:monuitqꝫ Aeneã ne littoribus Circes accederet.

RAph. ❡ Talia ↄuexũ:pulchra phãtaſia ad deſcribendũ ſociorũ Vlyſſis in uarias feras Metamorphoſin ꝺ ſcẽdit poeta,ac eorũdem in humanam figuram reſtitutionem. Macareum enim Neritiũ atqꝫ Achęmenidẽ Vlyſſis comites fingit ea quæ ſibi euenerunt commemorare. De odyſſea aũt Homeri hęc ſumũtur. ❡ Conuexum per iter:arduũ. ❡ Memorãte:narrãte ❡ Euaboicã in urbem:Cumas dictã a Chalcydẽſibus cõditæ fuerunt. ❡ Nutricis nomen Caietæ. nam Caieta nutrix Aeneæ fuit q̃ moriens urbi & portui nomẽ dedit,ut carmine Virgiliano ẽ notũ. Tu quoqꝫ littoribus noſtris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dediſti. ❡ Neritius Macare⁹ ibi:c orte ad Circes potentiã explorandam ab Vlyſſe miſſus, cum potionẽ ab ipſa Circe acceptam guſtaſſet,una cum omnibus ſociis præter unum Eurylochum i qui nihil bibere uoluit,in porcum fuit conuerſus:ſed precibus Vlyſſis Circe eos tãdem priſtinæ reſtituit figuræ.ut Homerus i decimo Odyſſeæ libro narrat:unde hæc oĩa q̃ a macareo referunꝛ,ab Ouid. ſumpta eſſe uidẽt,Quæ uero narrat Achæmenides,in nono ipſiꝰ Odyſſeæ legunꝛ. ❡ Hic quoqꝫ ſubſti.illic quoqꝫ remãſerat. ❡ Neritius:Ithaceſius.Neritꝰ.n.Ithacę mõs eſt. ❡ Experientis Vlyſſei:experti multa & paſſi Vlyſſis. ❡ Deſertũ quõdã:olim derelictũ. ❡ Noſcit Achęmenidẽ:Achæmenidꝭ timoꝛ Polyphemi Cyclopis in Sicilia ab Vlyſſe relictus ab Aenea illac nauigante fuit exceptꝰ:ut ex carmine Virg.ẽt pueris ẽ notũ. ❡ Seruat:ſeruauit. Putabat.n. Macare⁹ illũ periiſſe. ❡ Cur barbara graiũ:mirat Macareꝰ Achęmenidẽ grecũ Vlyſſiſqꝫ comitẽ cũ Troianis grecoꝝ hoſtibꝰ nauigare. ❡ Petitur ueſtra q̃ terra carina?hoc eſt quo nauigatis? ❡ Iam nõ hirſutus amictu:iã nõ aſperis indutus ueſtibus, quales in Aetna latitãs gerebat. Alludere autẽ poeta uꝛ ad ea,quæ de Achæmenide Virg.ſcribit. Cũ ſubito e ſiluis macie cõfecta ſuprema Ignoti noua forma uiri:miſerandaqꝫ cultu Procedit,ſupplexqꝫ manus ad littora tendit. Reſpicimus:dira illuuies, Immiſſaqꝫ barba:Cõſertum tegimen ſpinis,ac cætera Graius:Et quõdã patriis ad Troiam miſſus in armis. ❡ Iã ſuꝰ:iã ſui iuris. ❡ Iteꝝ Polyphemon:illi interrogationi reſpõdet: Cur barbara Graiũ Prora uehit?Se autem gratũ erga Aeneã oſtẽdit Achęmenides. ❡ Illos rictus fluidos:illa fluentia ora. ❡ Aſpiciam:optandi eſt modus. ❡ Ni potior domus eſt:niſi melior & charior hęc domus eſt mihi,q̃ ſit & mea & Vlyſſis nauis. (Macareus) (Neritus) (achęmenides)

❡ Quod

Quod loquor:& ſpiro:cælumq́,& lumina Solis
Aſpicio(poſſim ne ingratus & immemor eſſe)
Ille dedit, quod non anima hæc Cylopis in ora



Venit:& ut lumen iam nunc uitale relinquam:
Vt tumulo,aut certe non illa condas in aluo.
Quid mihi tunc animi,niſi timor abſtulit omnẽ
Senſum,animúq́,fuit?cũ uos petere alta relicta
Aequora conſpexi.uolui inclamare:ſed hoſti
Prodere me timui.ueſtræ quoq́ clamor Vlyſſis
Pene rati nocuit,uidi cum monte reuulſum
Immanem ſcopulum medias permiſit in undas.
Vidi iterum ueluti tormenti uiribus acta
Vaſta giganteo iaculantem ſaxa lacerto.
Et ne deprimeret fluctus ue,lapis ue carinam
Pertimui:iam me non eſſe oblitus in illa.
Vt uero fuga uos ab acerba morte reduxit:
Ille quidem totã gemebũdus obambulat Aetnã,
Prætentat́q manu ſiluas,& luminis orbus
Rupibus incurſat:fœdatać brachia tabo
In mare protendẽs gentem execratur Achiuam.
Atq́ ait.o ſiquis referat mihi caſus Vlyſſem:
Aut aliquem ex ſociis,in quem mea ſæuiat ira:
Viſcera cuius edam:cuius uiuentia dextra
Membra mea laniem:cuius mihi ſanguis inundet
Guttur:& eliſi trepident ſub dentibus artus:
Quã nullũ,aut leue ſit damnũ mihi lucis adẽptæ
Hæc,& plura ferox.me luridus occupat horror.
Spectantem uultus etiam nunc cæde madẽtes,
Crudeleſq́ manus,& inanem luminis orbem,
Membraq́,& humano concretã ſanguine barbã.
Mors erat ãte oculos.minimũ tamẽ ipſa doloris,
Et iam prenſurum,iam nunc mea uiſcera rebar
In ſua merſurum,mentiq́ hærebat imago
Temporis illius:quo uidi bina meorum
Ter,quater affligi ſociorum corpora terræ.
Dũm ſuper ipſe iacens hirſuti more leonis
Viſceraq́,& carnes,cumq́ albis oſſa medullis:
Semianimeſq́ artus auidam condebat in aluum.

RAph. ℂ Quod loquor & ſpiro:quod uiuo. Fatet autem Achæmenides ſe uitam ab Aenea accepiſſe: illiq́ ſe omnia debere. Eſt autem ordo: Ille dedit quod loquor & ſpiro. ⁋ Poſſim ne ingratus:parentheſis qua ſignificat Achæmenides ſe nũquã in Aeneã ingratum eſſe poſſe. ⁋ Vt lumen iam nunc uitale relinquam: hoc eſt ut contingat me ſtatim mori. ⁋ Vt tumulo condar:ſepeliar. Illud autem uerbũ dedit huc quoque eſt referendum. ⁋ Aut certe:correctio eſt dicti prioris. poſſet enim in mari perire. ⁋ In illa aluo:Cyclopis notiſſima. ⁋ Quid animi fuit:? quis animus eẽ debuit. ⁋ Permiſit:coniecit. ⁋ Veluti tormenti uiribus acta:

Tormẽtum tormentum inſtrumentum eſt bellicum a torquẽdis, & cum impetu mittendis lapidibus dictũ. ⁋ Acta: impulſa. ⁋ Giganteo lacerto: maximo brachio quantus gigantem deceret. Per quod uaſta Polyphemi magnitudo ſignificatur. ⁋ Deprimeret:ſubmergeret. ⁋ Fluctus: ſaxorum iactu excitatus. ⁋ Iam me non eſſe oblitus in illa:perinde inquit timui,ac ſi i illa naue ego quoq́ fuiſſem. ⁋ Reduxit:liberauit. ⁋ Et luminis orbus:oculo priuatus. ⁋ Incurſat rupibus:incidit in ſaxa,ſic ut pedes lędat. ⁋ Tabo:ſanie corporum deuoratorũ. ⁋ Execratur:deteſtatur. ⁋ O ſi quis referat: ordo eſt: O q̃ nullum ſit,aut leue dãnum lucis ademptæ,ſiq́s caſus referat mihi Vlyſſem. ⁋ Referat:reuehat. ⁋ Sæuiat:ſæuitiã,ac crudelitatem exerceat. ⁋ Laniem:lacerem. ⁋ Inũdet: undæ more impleat. ⁋ Eliſi artus:contuſa mẽbra. ⁋ Trepident:palpitent. ⁋ Lucis ademptæ: effoſſi oculi. ⁋ Hęc & plura ferox:locutus eſt,iactauit, ſimileue uerbum eſt ſubaudiendum. ⁋ Luridus horror:ab effectu,q̃ luridos & nigros faciat. ⁋ Cæde:ſanguine. ⁋ Et inanem luminis orbem: circulum oculo uacuum. ⁋ Membraq́:uaſta ſubaudiamus. ⁋ Concretã: coniunctam. ⁋ Minimũ tamen ipſa doloris:afferebat,erat ue ſubaudiatur. Sic autem ex morte,quæ ſibi inſtare uidebatur: minimum doloris cœpiſſe Achæmenides ait, q̃ uidebat Polyphemum oculo priuatum ſuæ crudelitatis pœnas dediſſe. ⁋ Rebar:opinabar:putabam. ⁋ Hærebat:affixa erat. ⁋ Affligi:alliđi. ⁋ Semianimes:ſemiuiuos. ⁋ Auidã condebat in aluum:deuorabat.

Me tremor inuaſit,ſtabam ſine ſãguine mœſtus:
Mandentemq; uidens,eiectantemq; cruentas
Ore dapes:& fruſta mero glomerata uomentem.
Talia fingebam miſero mihi fata parari.
Perq; dies multos latitans,omnemq; tremiſcens
Ad ſtrepitũ,mortemq; timens,cupiduſq; moriri.
Glande famem pellẽs,& miſta frondibus herba,
Solus,inops,exſpes,leto,pœnæq; relictus,
Hanc,pcul aſpexi longo poſt tempore nauem:
Oraui q; fugam geſtu,ad littuſq; cucurri:
Et moui,Graiumq; ratis Troiana recepit.
Tu quoq; pande tuos comitum gratiſſime caſus,
Et ducis,& turbæ,quæ tecum eſt credita ponto.
Aeolon ille refert Thuſco regnare profundo:
Aeolon Hippotaden cohibentem carcere uẽtos:
Quos bouis incluſos tergo(memorabile munus)
Dulichium ſumpſiſſe ducem:flatuq; ſecundo
Lucibus iſſe nouem,& terram aſpexiſſe petitam.
Proxima poſt nonam cum ſeſe Aurora moueret:
Inuidia ſocios,prædæq; cupidine uictos
Eſſe ratos aurum,dempſiſſe ligamina uentis.
Cũ qbus iſſe retro:per quas modo uenerat ũdas,
Aeoliiq; ratem portus repetiſſe tyranni.
Inde Lami ueterem Læſtrigonis inquit in urbem
Venimus,Antiphates terra regnabat in illa.
Miſſus ad hunc ego ſũ numero comitãte duoꝝ:
Vixq; fuga quæſita ſalus.comitiq;,mihiq;.
Tertius e nobis Læſtrygonis impia tinxit
Ora cruore ſuo.fugientibus inſtat,& agmen
Concitat Antiphates.coeunt,& ſaxa,trabeſq;
Coniiciunt:merguntq; uiros:merguntq; carinas.
Vna tamen,quæ nos,ipſumq; uehebat Vlyſſem
Effugit:amiſſam ſociorum parte.dolentes,
Multaq; conqueſti terris allabimur illis:
Quas,pcul:hic cernis,pcul hic(mihi crede)uidẽda
Inſula uiſa mihi.tuq; o iuſtiſſime Troum
Nate Dea(neq; enim finito Marte uocandus
Hoſtis es aenea)moneo fuge littora Circes.
Nos quoq; Circæo religat in littore pinu
Antiphatæ memores,immanſuetiq; Cyclopis
Ire negabamus:& tecta ignota ſubire.
Sorte ſumus lecti.i.ſors me,fidumq; Polyten,
Eurylocumq; ſimul,nimiiq; Elpenora uini,
Biſq; nouem ſocios Circæa ad mœnia miſit:
Quæ ſimul attigimus:ſtetimuſq; in limine tecti,
Mille lupi,mixtiq; lupis,urſique,leæq;.
Occurſu fecere metum,ſed nulla timenda,
Nullaq; erat noſtro factura in corpore uulnus.
Quin etiam blandas mouere per aera caudas,
Noſtraq; adulantes comitant ueſtigia:donec

RAph. ¶ Sine ſanguine: pallidus. ¶ Mandentemque uidens: quia uidebam. Eſt enim participium cauſã ſignificãs: ſicut mœſtus ac ſine ſanguine ſtaret achęmenides. ¶ Fruſta: carnium partes. ¶ Glomerata: coniuncta. ¶ Talia fata: talem mortem. ¶ Cupiduſq; moriri: morien di. Eſt enim grȩca figura. Moriri Moriri autem ſecundum quartam declinauit coniugationem: cum frequẽtius ſecũdum tertiam dicatur. ¶ Glande famem pellens: glandibus & herba uescens. Exſpes ¶ Exſpes: extra omnem ſpem conſtitutus. Aeolus rex uentorum ¶ Et moui: commoui: perſuaſiq; ut me acciperet. Ventri in utre Vlyſſi traditi ¶ Graiũ: Græcum: ac ſi diceret ſibi hoſtem. ¶ Et turbæ: & comitum. ¶ Quæ tecum eſt credita ponto: quæ ſe tecum mari commiſit. ¶ Aeolõ ille refert: Aeolus Iouis ex Aceſta filia Hippotæ Troiani filius regnaſſe dicit̃ apud inſulas Aeolias ab ipſo appellatas, qui ex conſurgentibus nebulis ita uẽtos prędicebat futuros, ut eos in ſua poteſtate habuiſſe ſit creditus. Ad hunc (ut Homerus ſcribit) cũ Vlyſſes perueniſſet, quo commodius in patriam nauigaret, uentos in utre ligatos ab ipſo accepit. Sed ſocii aurum eſſe putantes utrem ſoluerunt: unde erumpentes uenti maximam excitarunt tempeſtatem, qua ad Aeolũ redire coacti fuerunt. ¶ Thuſco profundo: in Thuſco mari. ¶ Hippotaden: Hippotæ nepotem: ¶ Cohibentem: coercentem: continentem. ¶ Bouis tergo: in utre ex tergore & pelle bouis confecto. ¶ Terram petitam: Ithacam expetitam. ¶ Proxima poſt nonã Aurora: decima dies. ¶ Dempſiſſe ligamĩa uẽtis: diſſoluiſſe uentos. ¶ Dulichium ducẽ: Vlyſſem. Lamus Læſtrygones ¶ Inde Lami ueterem: Lamus antiquiſſimus Læſtrygonum rex fuitqui populi fuerũt feritate famoſi in ultimo Italię angulo habitãtes. Ad eos cũ ueniſſet Vlyſſes, Antiphates regnabat a quo nõnullis & nauibus & ſociis fuit ſpoliatus. Læſtrygones aũt primi poſt Cyclopes Siciliam habitaſſe feruntur. ¶ Ad hunc: ad illũ. ¶ Tinxit: madeſecit. ¶ Læſtrygonis: Antiphatæ. ¶ Concitat: cõuocat. ¶ Agmen: Lęſtrygonum multitudinẽ. ¶ Coeunt: conueniunt, concurrunt. ¶ Terris allabimur illis: ad illas terras nauigauimus. Circæuz autem manu oſtendit: quod quidem promontorium eſt Latii, Circei a Circe dictũ, in quo urbs erat nomie Circeii. Circei ¶ Procul uidenda: neq; enim tutuz eſt accedere propius. ¶ Immanſueti: crudelis. Illud uero epitheton parum feritati Cyclopis cõuenire uidet̃. ¶ Ire negabamus: nolebamus ire. ¶ Circęa ad mœnia: Circæorum urbis eſt periphraſis. Circei in colchis Circæum autem eſt etiam planicies in colchis ut Timeus ait a Circe denominata. ¶ Simul: poſtquam. ¶ Tecti: domus. per ſynecdochen. ¶ Mille lupi: multi. finitus enim numerus pro infinito eſt poſitus. ¶ Leæq;: & leænæ. ¶ Sed nulla: feraꝝ ſubaudias. ſcilicet autem nulla earum timenda uidebatur, quia nondũ humanitatem depoſuerant, eoq; hominibus adulabant. Comitãt ¶ Comitãt: archaiſmos, comitãtur enim nũc dicimus.

¶ Marmore

Exipiunt famulæ:perq; atria marmore tecta
Ad dominam ducunt,pulchro ſedet illa receſſu
Solemni ſolio:pallamq; induta nitentem
Inſuper aurato circumuelatur amictu.
Nereides,nymphæ ſimul:quæ uellera motis
Nulla trahunt digitis:nec fila ſequentia ducunt.
Gramina diſponunt:ſparſoſq; ſine ordine flores
Secernunt calathis,uariaſq; coloribus herbas.
Ipſa quod hæ faciunt,opus exigit:ipſa quis uſus,
Quoue ſit in folio:quæ ſit concordia mixtis
Nouit:& aduertens penſas examinat herbas.
Hæc ubi nos uidit:dicta,acceptaq; ſalute,
Diffudit uultus:& reddidit omnia uotis.
Nec mora:miſceri toſti iubet hordea grani,
Mellaq;,uimq; meri,& cum lacte coagula paſſo:
Quiq; ſub hac lateat furtim dulcedine,ſuccos
Adiicit.accipimus ſacra data pocula dextra.
Quæ ſimul arenti ſitientes hauſimus ore:
Et tetigit ſummos uirga Dea dira capillos:
Et pudet,& referam:ſetis horreſcere cœpi:
Nec iam poſſe queri.pro uerbis edere raucum
Murmur:& in terram toto procumbere uultu,
Oſq; meum ſenſi pando occaleſcere roſtro,
Colla tumere toris:& qua modo pocula parte
Sumpta mihi fuerant:illa ueſtigia feci.
Cumq; eadem paſſis(tãtũ medicamina poſſum)
Claudor in antra:Suis ſolum caruiſſe figura
Vidimus Eurylochum,ſolus data pocula fugit.
Quæ niſi uitaſſet,pecoris pars una maneret.
Nunc quoq; ſetigeri : nec tantæ cladis ab illo
Certior ad Circen ultor ueniſſet Vlyſſes.
Pacifer huic dederat florem Cyllenius album:
Moly uocant Superi:nigra radice tenetur.
Tutus eo,monitiſq; ſimul cæleſtibus intrat
Ille domum Circes:& ad inſidioſa uocatus
Pocula,conantem uirga mulcere capillos
Repulit:& ſtricto pauidam deterruit enſe.
Inde fides,dextræq; datæ:thalamoq; receptus
Coniugii dotem ſociorum corpora poſcit,
Spargimur ignotæ ſuccis melioribus herbæ:
Percutimurq; caput conuerſæ uerbere uirgæ:
Verbaq; dicuntur dictis contraria uerbis.
Quo magis illa canit:magis hoc tellure leuati
Erigimur:ſetæq; cadunt:bifidoſq; relinquit
Rima pedes.redeunt humeri:& ſubiecta lacertis
Brachia ſunt.flentem,flentes complectimur illũ:
Hæremuſq; ducis collo.nec uerba locuti
Vlla priora ſumus: q̃ nos teſtantia gratos.
Annua nos illic tenuit mora:multaq; præſens
Tempore tam longo uidi,multa auribus hauſi.

RAph. ¶ Marmore tecta. marmoreis tegmentis incruſtata. ¶ Aurato amictu: aurato pallio. ¶ Gramina: herbas. ¶ Secernunt: diſcernunt. ¶ Variaſq; coloribus herbas: uariorum colorũ herbas. ¶ Opus exigit: perficit,cõplet. ¶ Quis uſus: q̃ utilitas. ¶ Quo in folio: in qua herba.ſynecdochicos,a parte namque totum intelligimus. ¶ Penſas: ponderatas,N: q. n. pharmaca niſi ponderentur recte componi poſſunt. ¶ Diffudit uultus: exhilarauit. ¶ Et reddidit omnia uotis: hoc ẽ omnia pro uotis reſpondit. ¶ Hordea toſti grani: hypallage eſt.grana enim hordei toſti intelligimus.

Socii Vlyſſis in porcos

¶ Cũ lacte coagula paſſo: periphraſis eſt caſei. ¶ Sacra dextra: execrabili. ¶ Arenti ore: ſicco,per quod intelligimus ipſos fuiſſe bibendi auidos. ¶ Horreſcere: horridus fieri. ¶ Nec iã poſſe q̃ri: & cœpi non poſſe queri & lamentari. Iam enĩ in porcum fuerat cõuerſus. ¶ Occaleſcere: in callum commutari. ¶ Pando roſtro: recuruo. ¶ Colla tumere toris: extantib^9 carnibus tumida fieri. ¶ Illa ueſtigia feci: brachia i crura anteriora fuiſſe commutata ait. ¶ Cumq; eadem paſſis: cũ ſociis meis q eadem erant paſſi in ſtabulo claudor. ¶ Tantum medicamina poſſũt: parentheſis eſt acclmationem continens in circes medicamenta.

Moly herba

¶ Maneret: eſſet. ¶ Ab illo certior: factus ſubaudiatur.

Socii Vlyſſis in priſtinã figuram

¶ Pacifer Cyllenius: Mercurius qui ad pacem mittitur, quemadmodũ Iris ad diſcordiam. ¶ Moly uocant ſuperi: quod ſubaudiatur,quod ſuperi uocant Moly. De hac uero herba ex ſententia Homeri ſic Plinius ſcribit. Laudatiſſima herbarum eſt: Homero teſte: quam uocari a Diis putat Moly. Inuentionem eius Mercurio aſſignat: contraq; ſumma beneficia demonſtrat naſci eam hodie circa Pheneum & in Cyllene Arcadiæ tradunt ſpecie illa Homerica radice rotonda,nigraq; magnitudine cæpæ:folio ſcyllæ effodi autem difficulter. Græci auctores florem eius luteum pinxere, cum Homerus candidum ſcripſerit. Inueni e peritis herbarum medicis,qui & in Italia naſci eam dicerent, afferrique mihi e campania aliquot diebus effoſſam inter difficultates ſaxeas, radicis triginta pedes longæ, ac ne ſic quidẽ ſolidæ ſed abruptæ. ¶ Thalamo: in thalamũ. ¶ Coniugii dotem: coitus præmium. ¶ Sociorum corpora: ut reſtituat ſociorum corpora priſtinæ figuræ. ¶ Percutimur caput: poetica eſt ſynecdoche. Nam in proſa caput nobis percutitur diceremus. ¶ Magis hoc: tãto magis. ¶ Illum flentem: Vlyſſem ſubaudiamus. ¶ Quã nos teſtantia gratos: ſe ante omnia gratias Vlyſſi egiſſe ait.



Hoc quoq; cum multis, q clã mihi rettulit una
Quatuor e famulis ad talia ſacra paratis.
Cum duce nanq; meo Circe dum ſola moratur:
Illa mihi niueo factum de marmore ſignum
Oſtendens iuuenile, gerens in uertice Picum
Aede ſacra poſitum: multiſq; inſigne coronis,
Q uis ferret: & quarè ſacra coleretur in æde
Cur hanc ferret auem: quærenti, & ſcire uolenti
Accipe ait Macareu: dominæq; potentia quæ ſit
Hinc quoq; diſce meæ: tu dictis adijce mentem.
Picus in Auſoniis proles Saturnia terris
Rex fuit utilium bello ſtudioſus equorum.
Forma uiro, quam cernis erat. licet ipſe decorem
Aſpicias, fictaq; probes ab imagine ueram.
Par anim⁹ formæ, nec adhuc ſpectaſſe tot annos
Quinquenné poteras Graia quater edere pugna
Ille ſuos Dryadas Latiis in montibus ortas
Verterat in uultus. illum fontana petebant
Numina Naiades, quas Albula, quaſq; Numici,
Quas Anienis aquæ: curſuq; breuiſſimus Almo,
Nar ne tulit præceps: & opacæ Farfarus undæ:
Quæq; colũt Scythicæ ſtagnũ nemorale Dianæ:
Finitimoſq; lacus ſpretis tamen omnibus unam
Ille colit nympham: quam quõdã in colle Pallati
Dicitur ancipiti peperiſſe Venilia Iano,
Hæc ubi nubilibus primum maturuit annis:
Præpoſito cunctis Laurenti tradita Pico eſt.
Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi,
Vnde Canens uicta eſt, ſyluas, & ſaxa mouere,
Et mulcere feras, & flumina longa morari
Ore ſuo, uolucreſq; uagas retinere ſolebat.
Quæ dum fœminea modulatur carmina uoce:
Exierat tecto Laurenteis Picus in agros
Indigenas fixurus apros: tergumq; premebat
Acris equi: læuaq; haſtilia bina ferebat:
Phœniceam fuluo chlamydẽ cõprenſus ab auro.
Venerat in ſiluas & filia Solis eaſdem:
Vtq; nouas legeret fœcundis collibus herbas:

RAph. ¶ Hoc quoq; cũ multis: Pici iuuenis in auem ſui no- minis portẽtoſam Metamorphoſin narrat Achæmenidi Macareus. nam Picus Saturni filius rex fuit Latii: qui cum iã Canentem ex Venilia Iani filiam duxiſſet uxorem, a Circe forte in uenatione uiſus, ſtatim amatus, cum ei morem gerere nollet: in auem ſui nominis fuit mutatus. ⸿ Paratis: inſtructis. ⸿ Ad talia ſacra: magica. ⸿ Cum duce meo: cum Vlyſſe. ⸿ Illa: famula. ⸿ Signum: ſtatuam. ⸿ Inſigne: ornatũ. ⸿ Accipe: audi. ⸿ Adiice: adhibe. ⸿ Proles Saturnia: filius Saturni. ⸿ Forma uiro: tali erat pulchritudine quali & ſtatua ipſi⁹. ⸿ Licet ipſe decorem: tantum fuiſſe decoris in uiuente Pico, quantum eſt in ipſi⁹ imagine ait. ⸿ Nec adhuc ſpectaſſe tot annos. ſignificat Picum tunc cum mutatus fuit nondum ad uiginti ãnos perueniſſe. eſt autem ordo: Nec poteras edere ipſum quater quinquẽnem ſpectaſſe tot annos Graia pugna: hoc eſt in palæſtra: quam ideirco Graiam pugnã uocat, q̃ a Græcis fuit inſtituta. Innuit autem eum uiſum fuiſſe iuniorẽ q̃ erat. Q d uero quidam Graiam palæſtram pro bello Troiano putant accipiẽdam mihi non pbat. ⸿ Quas Albula: Tybris qui a colore aquę prius Albula dicebatur. ⸿ Quaſq; Numici: Numicus fluuius eſt Laurẽtis agri in quem Aeneã cecidiſſe ferunt. ⸿ Quas Anienis aquæ: Anio fluuius eſt Latii haud longe ab urbe in Tyberim defluens. ⸿ Almo: fluuius haud longe ab urbe Roma diſtãs: qui in tyberim non lõge a fonte ingreditur. Vnde etiam a poeta breuiſſimo curſu eſſe dicitur. In Almone autem ſingulis quibuſq; annis ſexto calend. Aprilis (ut refert Macrobius) Cybeles ſimulachrũ lauari cõſuetum erat. ⸿ Nar ne tulit præceps: Nar fluuius eſt Vmbriæ in Tyberim labẽs. ⸿ Et opacæ Farfarus undæ: Farfarus fluuius eſt Sabinorum. ⸿ Scythicæ Dianæ: quæ ab Horeſte una cũ Iphigenia ex Taurica regione Aricia; uſq; allata fuit. ⸿ Stagnũ nemorale: inter nemora poſitum. Nã (ut Strabo ſcribit) Artemiſio, id eſt Dianæ & luco & templo lacus adiacet inſtar pelagi fluctuans, qui undiq; ſyluis circundatur. ⸿ Venilia: uxor fuit Iani antiquiſſimi Italiæ regis. ⸿ Ancipiti Iano: bicipiti atque bifronti. ⸿ Rara quidẽ facie: ſui generis eximia facie. Omne enim rarum præclarũ eſt. ⸿ Vnde canẽs dicta eſt: nam Canens nomine pprio uocabatur ppter excellentẽ canẽdi peritiã. ⸿ Morari: remorari, ſiſtere. ⸿ Ore ſuo: cantu ſuo. ⸿ Exierat tecto: domo egreſſus erat. ⸿ In agros Laurenteis: in agros Laurentum. Laurentes enim populi fuerunt Latii a Laurento urbe. ⸿ Fixurus: confecturus, percuſſurus. ⸿ Acris equi: ferocis. ⸿ Phœniceam: purpuream. ⸿ Ab auro: ab aureo cingulo comprehẽſam & cinctam clamydem habens. ⸿ Et filia Solis: etiam Circe Solis filia.

¶ Circea

Grata pugna
Albula
Numic⁹
Anio
Almo
Nar
Farfa⁹
Scythica Diana
Lacus tecinus
Canẽs uxor Pici
Laurentes

Nomine dicta ſuo Circæa reliquerat arua.
Quæ ſimulac iuuenem uirgultis abdita uidit:
Obſtupuit: cecidere manus quas legerat, herbas:
Flammaq; per totas uiſa eſt errare medullas.
Vt primum ualido mentem collegit ab æſtu:
Quid cuperet faſſura fuit: ne poſſet adire
Curſus equi fecit: circunfuſuſq; ſatelles.
Non tamen effugies: uento rapiare licebit,
Si modo me noui: ſi non euanuit omnis
Herbarum uirtus: nec me mea carmina fallunt.
Dixit: & effigiem nullo cum corpore falſi
Finxit apri: præterq; oculos tranſcurrere regis
Iuſſit: & in denſum trabibus nemus ire uideri:
Plurima qua ſilua eſt: & equo loca peruia nõ ſũt.
Haud mora. continuo prædæ petit inſcius ũbras
Picus: equiq; celer ſpumantia terga reliquit:
Spemq; ſequens uanam, ſilua pedes errat in alta.
Concipit illa preces: & uerba precantia dixit:
Ignotoſq; Deos ignoto carmine adorat:
Quo ſolet & niueæ uultum confundere Lunæ:
Et patrio capiti bibulas ſubtexere nubes.
Tunc quoq; cantanto denſatur carmine cælum:
Et nebulas exhalat humus: cæciſq; uagantur
Limitibus comites: & abeſt cuſtodia regis.
Nacta locum, tempuſq; per o tua lumina (dixit)
Quæ mea cœperũt: perq; hãc pulcherrime formã
Quæ facit, ut ſupplex tibi ſim Dea: cõſule noſtris
Ignibus: & ſocerum, qui prævidet omnia: Solem
Accipe: nec durus Titanida deſpice Circen.
Dixerat. ille ferox ipſamq; preceſq; reliquit:
Et quæcũq; es (ait) non ſum tuus. altera captum
Me tenet: & teneat per longum comprecor æuũ:
Nec Venere externa ſocialia fœdera lædam,
Dum mihi Ianigenã ſeruabunt fata Canentem.
Sæpe retentatis precibus Titania fruſtra,
Non impune feres: neq; (ait) reddere Canenti.
Læſaq; quid faciat: quid amãs, qd fœmina, diſces
Rebus ait. ſed amãs, & læſa, & fœmina, Circe eſt.
Tum bis ad occaſum, bis ſe conuertit ad ortum:
Ter iuuenem baculo tetigit. tria carmina dixit.
Ille fugit: ſed ſe ſolito uelocius ipſe
Currere miratus: pennas in corpore uidit:
Seq; nouam ſubito latis accedere ſiluis
Indignatus auem, duro fera robora roſtro
Figit: & iratus longis dat uulnera ramis.
Purpureum chlamydis pennæ traxere colorem.
Fibula quod fuerat, ueſtemq; momorderat aurũ
Pluma fit: & fuluo ceruix præcingitur auro:
Nec quicquam antiquũ Pico, niſi nomina, reſtat.
Interea comites clamato ſæpe per agros

RAph. ¶ Circæa arua: Circæum montem a Circe denominatum: in quo Circæi oppidum fuit, ut pauloante diximus. ¶ Abdita: abſcõdita. ¶ Obſtupuit: ẽphaſis pulchra. Hinc enim facile colligitur, quanta foret pici pulchritudo, qua ſtatim Circe ita capta eſt ut obſtupuerit. ¶ Valido ab æſtu: i. uehemẽti amore. ¶ Circunfuſuſq; ſatelles: circũpoſiti miniſtri. eſt enĩ ſynecdoche. ¶ Licebit: pro licet, quãuis. ¶ Si modo me noui: i. meam potẽtiam. ¶ Euanuit: uana facta ẽ. ¶ Præter: iuxta. ¶ Trabibus: arboribus: ex quib⁹ trabes fiũt. ¶ Inſci⁹: prædam nõ cognoſcẽs eẽ falſã. ¶ Vmbras prędæ: imaginẽ apri ſimulati & ficti. ¶ Spem uanã: umbram corpore carentem. ¶ Errat: uagatur. ¶ Cõcipit illa preces: uota, qbus a Diis id quod cupiebat, ĩpetraret. ¶ Ignoto carmine: i. obſcuris & non intellectis uerbis. ¶ Confundere: obſcurare. ¶ Patrio capiti: Soli. ¶ Denſatus cælum: i. nubes cogitur aer ut inquit Virgilius. ¶ Cæcis: ignotis. ¶ Et abeſt cuſtodia regis: comites regis abſunt. ¶ Tibi: qui es mortalis. ¶ Conſule: ſuccurre, medere. ¶ Durus: crudelis. ¶ Et quæcunq; es ait: cũ quodam contemptu hæc ait pic⁹: ac ſi diceret: Etiã ſi eſſes filia Iouis, nedum Solis. ¶ Ianigenã: Iano genitã. ¶ Retẽtatis: iteratis. ¶ Non impune feres: nõ abibis ſine pœna ¶ Neq; reddere Canẽti: neq; redibis ad Canẽtẽ. ¶ Diſces reb⁹ ait: re ipſa inquit cognoſces. ¶ Circe eſt: hæc cum maxima indignatione dicuntur: perinde ac ſi diceret: Circe ipſa eſt i. quæ omniũ incantamentorum & ueneficiorũ eſt peritiſſima. ¶ Solito uelocius: citius q̃ ſolebat. Iam enim i auem fuerat conuerſus. ¶ Accedere: i. adiungi. ¶ Duro fera robora roſtro: hypallage ẽ: dura nãq; robora fero p̃ cum roſtro intelligimus. ¶ Figit: percutit. ¶ Fibula quod fuerat: fibula aurea. ¶ Momorderat: i. depilauerat. Nam fibulæ ueſtes mordere uidẽt, cũ eas pilis priuent. Significat autem Pici aureum balitheũ in torquem fuluum, quo collum Pici auis cingit, fuiſſe conuerſum. ¶ Nec quicquam antiquum Pico, niſi nomina, reſtat. Picus Martius idcirco hæc auis cognominat, quod Marti ſit conſecratus: a Pico autem Picenum deducitur Italiæ regio: quæ uulgo nunc Marchia Anconitana uocatur, quod Sabinis cũ Aſculũ conderẽt in eorũ uexillo Picus conſedit.

Iauigena

Picus in auem

Picus Marti⁹

Picenũ

Fabulę octauę libri. xiiii. argumentum.

LActã. ¶ Interea &c. Socii quoque Pici requirentes ducem, ne uiribus in noxiaſ ſęuirent⁹: contacti ueneni in uarias ſpecies abiere mutati.

RAph. ¶ Interea comites: Pici comites cum uim Circe afferre pararẽt, in uarias feras conuerſi fuere.

V

Nequicquam Pico: nullaq; in parte reperto:
Inueniunt Circen. nam iam tenuauerat auras:
Paſſaq; erat nebula uentis, ac Sole reſolui:
Criminibuſq; premiunt ueris: regemq; repoſcunt.
Vimq; ferunt: ſæuiſq; parat inceſſere telis.
Illa nocens ſpargit uirus: ſuccoſq; ueneni:
Et noctem, noctiſq; Deos, Ereboq;, Chaoq;
Conuocat: & longis Hecaten ululatibus orat.
Exiliere loco (dictu mirabile) ſiluæ:
Ingemuitq; ſolum: uicinaq; palluit arbor:
Sparſaq; ſanguineis rubuerunt pabula guttis:
Et lapides uiſi mugitus edere raucos:
Et latrare canes: & humus ſerpentibus atris
Squallere: & tenues animæ uolitare uidentur.
Attonitum monſtris uulgus pauet. illa pauentum
Ora uenenata tetigit mirantia uirga:
Cuius ab attactu uariarum monſtra ferarum
In iuuenes ueniunt. nulli ſua manſit imago.
Preſſerat occiduus Tartheſia littora Phœbus,
Et fruſtra coniunx oculis, animoq; Canentis
Expectatus erat. famuli, populuſq; per omnes
Diſcurrunt ſiluas: atq; obuia lumina portant.
Nec ſatis eſt nymphæ flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem. facit hæc tamen omnia: ſeq;
Proripit: ac latos errat uæſana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis
Lumina uiderunt inopem, ſomniq;, cibiq;,
Per iuga, per ualles: qua ſors ducebat, euntem.
Vltimus aſpexit feſſam luctuq;, uiaq;
Tybris, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lachrymis ipſos modulata dolores
Verba ſono tenui mœrens fundebat, ut olim
Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.
Luctibus extremum tenues liqueſacta medullas
Tabuit. inq; leues paulatim euanuit auras.
Fama tamen ſignata loco eſt: quem rite Canenté
Nomine de nymphæ ueteres dixere coloni.
Talia multa mihi longum narrata per annum,
Viſaq; ſunt, reſides, & deſuetudine tardi
Rurſus inire fretum: rurſus dare uela iubemur:
Ancipiteſq; uias, & iter Titania uaſtum
Dixerat: & ſæui reſtare pericula ponti.
Pertimui (fateor) nactuſq; hoc littus adhæſi.
Finierat Macareus: urnaq; Aeneia nutrix
Cōdita marmoreo tumulo breue carmē habebat
Hic me Caietam notæ pietatis alumnus
Ereptam Argolico, quo debuit igne, cremauit.
Soluitur herboſo religatus ab aggere funis:
Et procul inſidias, infamataq; relinquunt
Tecta Deæ: lucoſq; petunt: ubi nubilus umbra

RAph. ¶ Tenuerat: tenues ac ſubtiles reddiderat. eſt autem parentheſis, qua narratio uериſimilis efficit. ¶ Criminibus ueris: uera criminatione. ¶ Vimq; ferūt: uiolentiam Circe afferre uolunt. ¶ Inceſſere: inuadere. ¶ Noctis Deos: Hecaten: Plutonem, & reliquos inferos Deos. Nam nox apud inferos ſemper eſſe putatur. ¶ Ereboq;, Chaoq;: hoc ē ab Erebo uſq; & Chao incipiēs Circe, ſiue ab iferis Deos noctis iuocat. Eſt. n. Erebus obſcuriſſimus inferni locus: unde ortā eſſe noctē Varro ſcribit. Chaus autē quod Chaos i primo appellauit poeta, fuit quædam rerum oium confuſio: ex qua Dii quoq; nati eē feruntur. Ad illud autē Oui. alludere uī: quod Pronapides poeta Græc⁹ ſcriptū reliquit Chaū Demogorgonis primi Deoꝝ oium uxorē fuiſſe, ex qua Erebus: Terrāq; ſuſcepit: inde Nox: Miſeria, Egeſtas Fames: Tartar⁹: Clotho Lacheſis: Atropos: Plutō multaq; alia nata eſſe finguntur. ¶ Edere: emittere. ¶ Tenues aiæ: ſine corpore. ¶ Vulgus: comites Pici. ¶ Mirātia: ſtupētia. ¶ Mōſtra: monſtroſæ figuræ. ¶ In iuuenes ueniunt: nam illi in uarias feras fuerunt conuerſi.

Erebus

Chaus

Pici ſocii in feras.

Demogorgōis ſoboles

Fabulæ nonæ libri. xiiii. argumentum.

LActā: ¶ Preſſerat occidu⁹ &c. Vxor quoq; Pici Canens deſyderio uiri ſui in Tyberis deflēs caſus amiſſi extabuit. Ita tñ ut locus memoriam nominis præberet poſteris, Canens nominatus eſt.

Canēs in loci nomen

RAph. ¶ Preſſerat occidu⁹: Canens uxor Pici cum uirū nuſq̄ inueniret, ita ſe lachrimis tradidit: ut paulatim iuxta Tyberim in auras fuerit reſoluta. Locus autē ille Canēs a canētis nymphæ noīe fuit appellat⁹. ¶ Tartheſia littora: occidētalia. Nam Tartheſus urbs eſt ulterioris Hiſpaniæ. ¶ Lumia: funalia: faces. ¶ Seq; proripit: ſe domo. ¶ Et dare plangorem: & edere eiulatum. ¶ Veſana: iſana ac furens. ¶ Inopem: expertem, carentem. ¶ Carmia exeqalia: exequiis cōuenientia. Cygn⁹ autē morti uicinus ſuauiſſime canere memoratur. ¶ Tabuit: paulatim ab tabe ſumpta ē. ¶ Euanuit: reſoluta eſt. ¶ Rite: merito & recte ob memoriam illius nymphę: quæ mariti deſyderio illic uitam cū morte commutarat.

Tartheſus

Tabeſcere

Fabulę decimę libri. xiiii. argumentum.

LActā. ¶ Talia multa mihi &c. Nec minus refert Macareus inſolentiam ſociorū erga Venerē Aeneæ: adverſus Rutulos pro latino dimicātes ab Euādro cū auxiliū petiiſſet. Et quēadmodū Turn⁹ Venulo legato a Diomede itē auxiliū poſtulaſſet: qui ſub Dauno Iapygię rege domicilium poſuiſſet: q; id ſe facturū negaſſet, eo q; pro Aenea aduerſus Venerē ſteiſſet: uulneratamq; a ſe inimicā haberet. Et ut comites ei⁹ cōtēptu Deæ cupientes proficiſci in bellum in mari uolucrum ſimilia decepti ſubſtiterūt. Eorum nomina hæc ſunt, Agnon, Tlycus, Cidas, Rhetenor, Nycteus: quæ uolucres albi coloris cygni eſſent.

RAph. ¶ Per longum annum: quo apud Circen fuim⁹. ¶ Reſides: deſides, pigri: facti autē ſubaudiatur. ¶ Inire: intrare. ¶ Dare uela: nauigare. ¶ Sæui pōti: furētis, & in tēpeſtatem cōcitati maris. ¶ Aeneia nutrix: Caieta Aeneæ nutrix, quæ mortua ac ſepulta & portui, & urbi nomē dedit. ¶ Breue carmen: epitaphiū dicit. ¶ Alumn⁹: Aeneas a me altus atq; educat⁹. ¶ Argolico igne: quo a græcis Iliū fuit icenſū. ¶ Funis religatus: quo naues religatæ tenent. Huiuſmodi aūt funis ora uocat a Quintiliano. Tametſi quidē lora putent eſſe legendū, non oras. ¶ Infamataq; Deæ: in fama laborantis Circes.

Caieta

¶ Prorumpit

In mare cum fulua prorumpit Tybris harena:
Faunigenæq; domo potitur:nataq; Latini,
Non ſine Marte tamen.bellum cum gente feroci
Suſcipitur:pactaq; furit pro coniuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota:diuq;
Ardua ſollicitis uictoria quæritur armis.
Auget uterq; ſuas externo robore uires.
Et multi Rutulos,multi Troiana tuentur
Caſtra:neq; Aeneas Euandri ad menia fruſtra:
At Venulus fruſtra profugi Diomedis ad urbem
Venerat.ille quidem ſub Iapyge maxima Dauno
Mœnia condiderat:dotaliaq; arua tenebat.
Sed Venulus Turni poſtquam mandata peregit:
Auxiliumq; petit.uires Aetolius heros
Excuſat.nec ſe aut ſoceri committere pugnæ
Velle ſui populos:aut quos e gente ſuorum
Armet,habet ullos: neue hæc commēta putetis:
(Admonitu quamquā luctus renouentur amari)
Perpetiar memorare tamē,poſtq̄ alta cremata eſt
Ilios:& Danaas pauerunt Pergama flammas:
Naricuſq; heros a uirgine,uirgine rapta:
Quam meruit pœnam ſolus,digeſſit in omnes:
Spargimur:& uentis inimica per æquora rapti
Fulmina,noctem,imbres,iram,cæliq;,mariſq;,
Perpetimur Danai:cumulumq; Capharea cladis
Neue morer referens triſtes ex ordine caſus:
Græcia tum potuit priamo quoq; flenda uideri.
Me tamen armiferæ ſeruatum cura Mineruæ.
Fluctibus eripuit.patriis ſed rurſus ab agris
Pellor:& antiquo memores de uulnere pœnas
Exigit alma Venus:tantoſq; per alta labores
Aequora ſuſtinuit:tantos terreſtribus armis:
Vt mihi felices ſint illi ſæpe uocati:
Quos cōmunis hyems, importunuſq; Caphareus
Merſit aquis:uellemq; horum pars una fuiſſe.
Vltima iam paſſi comites,belloq;,fretoq;,
Deficiunt:ſinemq; rogant erroris.at Agmon
Feruidus ingenio,tum uero,& cladibus aſper,
Quid ſupereſt:quod iam patientia noſtra recuſet
Ferre uiri(dixit,quid habet Cythereia(q̄d ultra
Velle putat,faciat(uam dum peiora timentur,
Eſt locus in uoto.ſors autē ubi peſſima rerū eſt:
Sub pedibus timor eſt:ſecuraq; ſumma malorū.
Audiat ipſa,licet:& quod facit:oderit omnes,
Sub Diomede uiros:odium tamen illius omnes
Spernimus:& magno ſtat magna potētia nobis.
Talibus iratam Venerem,pleuronius Agmon
Inſtimulat uerbis:ueteremq; reſuſcitat iram,

RAph- Prorūpit:cū impetu igredit. Faunigenæq; do. Latini Fauni filii. Hæc autē idcirco narrat poeta,ut ſociorū Diomedis in aues cygni ſiēt Metamorphoſis cū ſupiore aptius connectat. Cū gēte feroci: Rutulorū, ut ē carmine quoq; Virgiliano ē notū. Concurrit Latio Tyrrhenia tota: Thuſciæ populi contra Latinos bellū pro Troianis ſuſcipiunt. Externo rob. externis militib⁹. Neq; Aeneas Euādri ad mœnia fruſt. nam Euāder in Troianorum auxiliū & Pallantē filiū miſit:& ut a Thuſcis imploraret auxiliū,hortatus eſt:ut Virg. quoq; canit. At Venulus fruſt. Venul⁹ a Turno ad Diomedē,q̄ i Apulia urbem ædificauerat:miſſus orator:nihil auxilii ab eo ipetrauit:q; diceret cum alia q̄dā,tū Troianos nimiū Diis eē gratos & charos. Profugi Diomedis: p̄cul a p̄ria ob uxoris turpitudinē fugati. Nā Diomedes a bello Troiano i patriā reuerſus Aegialē uxorē operā Cylleboro Sthenelī filio adhæſiſſe:a qua cū receptus nō foret:auſugiēs puenit i Apuliā: ubi a Dauno cū p̄te regni filia accepta urbē noīe Argyrippam ædificauit.

Faunigena (margin)

Diomedes (margin)

Dau⁹ Sub Iap.Dau.Daun⁹ rex fuit Apuliæ:a quo Daunia fuit appellata.

Iapyx Iapygia: Iapyx aūt a Iapygia declinat:q̄ eadē ē cū Apulia,ab Iapyge Dedali filio cognominata. Sane Iapyx urbis quoq; nomē ē,q nūc Barū dr̄. Eſt ēt Iapyx uēt⁹ Apuliæ peculiaris. Aetoli⁹ he. Diomedes Tydei Aetoliæ regis fili⁹. Excuſat: i excuſationem adducit. Cōmēta:ficta. Perpetiar:ſuſtinebo. Memorare:narrare.

Ilios Ilios: urbs Troia:q̄ & Iliō dr̄.

Narix Naricuſq; heros: Aiax Oilei fili⁹,q fuit Narici⁹. Narix enim quæ & Naricium,& Narice dr̄: urbs fuit Locridis:a qua Narici⁹ declinat. Aiax aūt Oilei filius Gaſſandrā Priami filiā:cū i tēplo palladis ſtupraſſet

Aiax Oilei (margin)

nō in ſe ſolū ſed in oēs græcos irā numinis cōcitauit:nā i patriā nauigantes & ipſe fulmine pcuſſus orta maxima tēpeſtate:& alii per maria fuer̄ deiecti. A uirgie:Palladeq̄ ppetuā ſeruauit uirginitatem. Virgine rapta:Caſſandra ſtuprata. Digeſſit: diſſipauit:diuiſit. Spargimur:diſſipamur:diſpgimur. Cumulumq; Capha. cladis:Caphareus p̄mōtorium eſt Eubocæ i Helleſpontū ſpectās:ad cuius radices ira Mineruæ,ac fraude N. . plii palamedis p̄ris græcorū claſſis maximū fecit naufragiū. Priamo quoq; flenda uideri:nimia ē calamitas:q̄ hoſtibus quoq; flenda uſ. Antiquo de uulnere:nā in bello Troiāo Diomedes cū Aenea congreſſus:cū ſibi eū auxilio Veneris eripi uideret in ipam Deā ſagittas coniecit: quare Dea irata a Diomede uxoris animū ſic abalienauit:ut illū ab excidio Troiano reuerſum in ædes accipere noluerit. Memores pœnas:q̄s in memoria habebat. Importunus Caphar.ſine portu,pīcioſus. Deficiūt:me derelīqre uolunt. At Ag.Fer. Agmō cū Venerē cōtēneret, i auē cygno ſimilē una cū q̄buſdā e ſociis fuit cōmutatus. Feruidus ige.feroci ingenio p̄ditus. Et aſper:ē:idignatus. Recuſet ferre:nolit pati. Eſt locus in uoto:uotis & p̄cibus locus relinquitur: tunc enim homines ad preces confugiunt: cum peiora timēt. Sors aūt ubi peſſima rerū eſt: ubi peſſimus eſt rerū ſtatus. Sub pedib⁹ timor ē:nihil timet. Secura:ſine timor̄. Sub Diomede:exiſtētes ſubaudiam⁹. Spernimus:cōtēnim⁹. Magna potentia: Veneris. Stat magno:con ſtat.nā patriam propter ipſam amiſimus. Pleuronius Agmon: pleuron urbs eſt aetoliæ: unde Pleuronius deriuatur. Reſuſcitat:iterum excitat.

Capha reus (margin)

Agmō (margin)

Pleuronius (margin)

¶Numeri maioris amici: plures amici. ¶Tenua/ta: tenuis & exigua facta. ¶Succo ex ſucco, qui eſt amarus & aſper. ¶Notam: ſignum. ¶Oleaſter: oliua eſt ſiueſtris. ¶Ceſſit: tranſiuit.

R Aph.

Agmō in auē — ¶Magna pedis digitos pars occupat: hypallage eſt. magnam enim pedis partē a digitis fuiſſe occupatā itelligimus. ¶Cornu: roſtro. ¶Finemq; in acumine ponunt: acutuq; habent roſtrum. ¶Ex agmine: multitudine comitum. Huiuſmodi autem,

Diomedeae Socii Diomedes in aues — aues Diomedeae a nomine ducis fuerunt appellatae. ¶Plauſis alis: id quodā ſtrepitu motis. ¶Dubiarum uolucrum: auium de quibus dubitatur, an Cygni ſint: an aliae a Cygnis. ¶Proxima: ſimillima. nā Diomedeae aues oloribus ſunt ſimiles.

Fabulae .xi. xiiii. libri argumentum.

LActi. ¶Vix equidē has ſedes &c. Lauiniae regionis locum arboribus obumbratum Pan Mercurii filius tenuit quem poſtea nymphae occuluerunt: has paſtor apulus cum procacibus maledictis terruiſſet itaq; ne amplius liguam in propatulo haberet numine earū in arborē oleaſtrum extabuit: & ita factus eſt.

Paſtor i oleaſtrum

R Aph. Oēides — ¶Hacten⁹ Oenides: Diomedes Oenei nepos. ¶Venul⁹ Calydonia regna: Diomedis Calydonii. Nam Calydon urbs ē Aetoliae. ¶Puteoloſq; ſinus: Puteoli urbs eſt Apuliae a multitudine puteorum dicta. legitur etiam Peutetios. ¶Meſſapia arua: apulia a meſſapo duce cognominata. legit ēt Melapia. ¶In qb⁹ antra uides paſtoris cuiuſdā Apuli in oleaſtrum Metamophosin poeta exponit. ¶Nubila: obſcura. eſt enī hoc loco appoſitū. ¶Manantia: ſtillātia. ¶Semicaper Pan: Pan Deus eſt paſtorum, qui a parte poſteriori capro ſimilis pingebatur. ¶Mouit: commouit ad fugiēdū. ¶Ad numerū: ad rithmū. & geſtus rationē. ¶Duxerē choreas: tripudiarūt. ¶Improbat: uituperat. ¶Cōdidit: ab

calydō · Puteoli · Meſſa pia · Pan

Dicta placent paucis. numeri maioris amici
Agmona corripimus. cui reſpondere uolenti,
Vox pariter, uociſq; uia eſt tenuata: comaeq;
In plumas abeunt: plumis quoq; colla teguntur:
Pectoraq;, & tergum. maiores brachia pennas
Acc[illegible]unt: cubitiq; leues tenuantur in alas.
Magna pedis digitos pars occupat: oraq; cornu
Indurata rigent: finemq; in acumine ponunt.
Hunc Lycus. hūc Idas, & cū Rethenore, Nycte⁹,
Hunc miratur Abas: & dum mirantur: eandem
Accipiunt faciem: numeruſq; ex agmine maior
Subuolat: & remos plauſis circumuolat alis.
Si uolucrum quae ſit dubiarum forma requiris:
Vt nōn cygnorum, ſic albis proxima cygnis.
Vix equidem has ſedes, & Iapygis arida Dauni
Arua gener teneo minima cum parte meorum.
Hactenus Oenides. Venulus Calydonia regna:
Puteoloſq; ſinus, Meſſapiaq; arua reliquit,
In quibus antra uides: quae multa nubila ſilua,
Et leuibus guttis manantia Semicaper Pan
Nunc tenet. at quodā tenuerūt tēpore nymphae.
Apulus has illa paſtor regione fugatas
Terruit: & primo ſubita formidine mouit.
Mox ubi mens rediit: & contempſere ſequētem,
Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has paſtor: ſaltuq; imitatus agreſti
Addidit obſcoenis conuicia ruſtica dictis.
Nec prius obticuit: quam guttura cōdidit arbor.
Arbor enim eſt: ſuccoq; licet cognoſcere mores.
Quippe notam linguae baccis oleaſter amaris
Exhibet. aſperitas uerborum ceſſit in illas.
Hinc ubi legati rediere negata ferentes
Arma aetolia ſibi: Rutuli ſine uiribus illis
Bella infauſta gerūt: multumq; ab utraq; cruoris
Parte datur. fert ecce auidas in pinea Turnus
Tecta faces: igneſq; timēt: quibus unda pepercit.
Iamq; picem, & ceras, alimētaq; caetera flammae
Mulciber urebat: perq; altum ad carbaſa malum
Ibat: & incuruae fumabant tranſtra carinae.
Cum memor has pinus Idaeo uertice caeſas
Sancta Deum genitrix tinnitibus aethera pulſi
Aeris: & inflati compleuit murmure buxi.
Perq; leues domitis inuecta leonibus auras
Irrita ſacrilega iactas incendia dextra
Turne ait eripiam. nec me patiente cremabit
Ignis edax nemorum partes, & membra meorū.
Intonuit dicente Dea: tonitruq; ſecuti
Cum ſaliente graues ceciderunt grādine nimbi.
Aeraq;, & tumidum ſubitis concurſibus aequor
Aſtraei turbant: & eunt in praelia fratres.

oleaſter

Fabulae .xii. xiiii. libri argumentum.

LActi. ¶Hinc ubi &c. Turnus aduerſus Aeneā pro Lauinia ſponſa dimicans, cū immittere ignem claſſibus conaret: mater Deorum, quia ex Ida monte Phrygiae ſacrato eſſent factae: impetratis precibus ab Ioue in nympharum ſpeciem cōuertit: ut Dearum marinarum numen augere poſſent, effecit.

R Aph. Rutuli — ¶Rutuli: populi fuerūt, quibus imperauit Turnus. Haec autem narrantur, ut commodius nauium Aeneae tranſmutationem in nymphas iſerere poſſit poeta. Nam cum Turnus Rutulorum rex ignē immiſiſſet in claſſem Troianorū: mater Deum eas naues, quia i Ida mōte ſibi dicato fabricatę fuerant, cōburi nō eſt paſſa. Verū i nymphas eas marinas cōmutauit. ¶In pinea tecta: periphraſis eſt nauium: quae ex pineis tabulis conficiuntur. Mulciber: Vulcanus, ignis. ¶Inflati buxi: tibiae quę ex buxo conficitur. ¶Domitis leonibus: currus. n. Cibeles, ut in ſuperioribus ſcripſimus, a leonibus trahitur. ¶Irrita: uana. ¶Sacrilega dextra: hipallage eſt. Ipſe enim ſacrilegus intelligitur. ¶Aſtraei turbant: Aſtrei uēti Aurorae & Aſtraei gigantis filii.

Aſtraei

¶Stuppea

RAph. ℭ Stuppea retinacula:periphraſis eſt orarum:id eſt funi umq; quibus naues ad terram religauerūt. ℱ Robore mollito:duritie molli facta. ℱ In corpora:i carnes. ℱ Carina ſubdita:li gnum ſuppoſitum. Nam carina propriē lignum eſt illud quo fundum nauis in duas diſtingui partes uidetur. ℱ Lina:funes ex lino cōfecti. ℱ Cærulus color:niger. ℱ Duriſque in montibus ortæ. Molle fretum:antitheton elegās quo maxime ſenſus exornatur, Durum nanq; opponitur molli. ℱ Nec eas ſua tāgit origo:hoc eſt nihil mouēt cupiditate ſuæ originis uidendæ. Nihil curant redire in montes, ubi ſunt ortæ.

Carina. Naues Aeneæ in nymphas.

Nauis I ſcopulū.

Fabulæ. xiii. libri. xiiii. argumentum.

LActi. ℭ Cladis adhuc &c. Naues Aeneę docet ex recordatione in ſpeciem nympharum uerſas Deorum ſuorumq; uoluntate, Neritii p nauē uidiſſe dicit naufragio. Itē Alcinoū Pelaſgos portantē ſaxo dureſcere.

RAph. ℭ Naritiæq; ratis:ſic q idem legūtur:ut intelligatur nauis Aiacis Oilei, qui fuit Naricius. Mihi uero magis Neritiæ uidetur legendū: ut de Vlyſſis naufragio ſentire poetā intelligamus.

Ardea in auē.

Neritus. Neritus.n.mōs ē Ithacæ: patriæ Vlyſſis:unde Neritius declinat. ℱ Puppes Alcinoi: Alcinous Vlyſſem, quem naufragū hoſpitio ſuſceperat:iſtructa naue in Ithacam uehēdū curauit:ſed nauis ipſa in ſcopulum, q ē poſt Phalacriū Corcyræ promontorium, ſimili ſpecie transfigurata fuiſſe a Neptuno in.xxiii. Odyſſeæ ab Homero narratur.

Alcino°.

Fabulæ. xiiii. libri. xiiii. argumentum.

LActi. ℭ Spes erat &c. Turno ab Aenea interēpto Ardea urbs regnū Turni incēdio ad cinerē redacta ē: ex qua uolucris emerſa ē: q̄ patriæ eius nomine uocaretur a poſteris ardea.

E quibus Alma parens unius uiribus uſa
Stuppea pertupit Phrygiæ retinacula puppis:
Fertq; rates pronas:medioq; ſub æquore mergit.
Robore mollito,lignoq; in corpora uerſo,
In capitum facies puppes mutantur aduncæ.
In digitos abeunt,& crura natantia remi.
Quodq; ſinus fuerat:latus eſt,mediiſq; carina
Subdita nauigiis,ſpinæ mutatur in uſum.
Lina comæ molles:antennæ brachia fiunt:
Cærulus ut fuerat,color eſt,quaſq; ante timebāt,
Illas uirgineis exercent luſibus undas,
Naiades æquoreæ,duriſq; in montibus ortæ,
Molle fretum celebrant:nec eas ſua tāgit origo.
Non tamen oblitæ q̄ multa pericula ſæpe
Pertulerint pelago:iactaris ſæpe carinis
Suppoſuere manus:niſi ſi qua uehebat Achiuos.
Cladis adhuc Phrygiæ memores odere pelaſgos:
Neritiæq; ratis uiderunt fragmina lætis
Vultibus:& lætis uidere rigeſcere puppes
Vultibus Alcinoi:ſaxumq; increſcere ligno.
Spes erat in nymphas animata claſſe marinas
Poſſe metu monſtri Rutulum deſiſtere bello.
Perſtat:habetq; Deos p ſutraq;.quodq; Deoꝝ eſt
Inſtar:habent animos.nec iam dotalia regna,
Nec ſceptrum ſoceri,nec te Lauinia uirgo,
Sed uiciſſe petunt:deponendiq; pudore
Bella gerunt:tandemq; Venus uictricia nati
Arma uidet:Turnuſq; cadit:cadit Ardea Turno
Soſpite dicta potens.quam poſtquā barbar⁹ enſis
Abſtulit:& tepida patuerunt tecta fauilla,
Congerie e media tum primum cognita præpes
Subuolat:& cineres plauſis euerberat alis:
Et ſonus,& macies,& pallor,& omnia,captam
Quæ deceant urbem:nomen quoq; manſit i illa
Vrbis:& ipſa ſuis deplangitur Ardea pennis.
Iamq; Deos omnes,ipſamq; Aeneia uirtus
Iunonem ueteres finire coercuit iras.
Cum bene fundatis opibus creſcentis Iuli,
Tempeſtiuus erat cælo Cythereius heros:
Ambieratq; Venus Superos:colloq; parentis
Circunfuſa fui:nunquam mihi dixerat ullo
Tempore dure pater,nunc ſis mitiſſimus opto,
Aeneæq; meo,qui te de ſanguine noſtro
Fecit auum:quamuis paruum,des optime numē:
Dummodo des aliquid.ſatis eſt inamabile regnū
Aſpexiſſe ſemel:ſtygios ſemel iſſe per amnes.
Aſſenſere Dei.nec coniunx regia uultus

animi ut Dii ſunt imortales. Hæc autem a poeta narrantur:ut aptius Ardeæ urbis in auem Metamorphoſin ſubiungat. nā Ardea pr̄ia fuit Turni.quā uictores Troiani cum incenderent, forte auis ex incēdio nunquam antea uiſa euolauit, quæ a nomine urbis ardea fuit appellata. ℱ Soceri: Latini regis. ℱ Viciſſe: uictoriā. uerbum p nomine poſitum eſt. Sic Perſius: Scire tuū nihil eſt. ℱ Deponendi p pudore:bella ſubaudiamus.utrunq;.n.pudebat deponere bellum. ℱ Turnuſq; ca. ab Aenea interfect⁹. ℱ Barbarus enſis: Troian.° ℱ Abſtulit: ſuſtulit, deleuit. ℱ Patuerūt:diſſoluta fuerūt. ℱ Cōgerie e media: e medio rogo. ℱ Præpes: auis.nā p̄petes aues maiores dicunt̄,q̄ uolatu ſuo dant augurium. ℱ Plauſis alis:concuſſis. ℱ Et ſonus:& uox tenuis & exilis.eſt autem polyſyndeton ℱ Deplangit̄:p cutit̄. ℱ Suis pēnis:ſuis alis.

Præpes

Fabulæ. xv. xiiii. libri argumentum.

LActi. ℭ Iamq; Deos &c.Ven° ut animaruerti: filiū Aeneā laboribus exhauſtis ad finē ueniſſe æui: petit ab Ioue patre ut promiſſis fidē faceret. Cui⁹ ille p̄cibus auditis effect⁹: ut in agro Laurenti in flumine Numitio mortalitatē ablueret:itērq; Indigetes Deos transferret:ita, ut a poſteris ſicut cæteris diis ſacra ei adminiſtrarent.

RAph. ℭ Iamq; Deos oēs: Aeneas cum ad ultimā ætatis ſuæ tempus ueniſſet precibus Veneris omnium Deorum conſenſu in Deum:quem Latini Indigetem appellarūt, fuit trāſmutatus. ℱ Ipſamq; Iunonem:quæ ſemper ei fuerat aduerſata. ℱ Coercuit:coegit. ℱ Creſcentis Iuli:Iulus Aeneæ fuit filius,q patri i regno Latino ſucceſſit. ℱ Colloque parentis Circunfuſa fuit: hoc eſt collū Iouis patris ſui cōplexa. ℱ Quāuis paruū: q̄uis prauū. ℱ Inamabile regnū:inferoꝝ regnum.

RAph. ℭ Animata claſſe:tranſmutata claſſe i nymphas aīam habētes. ℱ Quod deoꝝ eſt inſtar:ad ſimilitudinem. Nā

Immotos tenuit:placatoq; annuit ore.
Tum pater.eſt is ait cæleſti numine dignus:
Quæq; petis:p quoq; petis:cape nata q optas.
Fatus erat:gaudet,grateſq; agit illa parenti:
Perq; leues auras iunctis inuecta columbis
Littus adit Laurens:ubi tectus arundine ſerpit
In freta flumineis uicina Numicius undis.
Hunc iubet Aeneæ quæcunq; obnoxia morti
Abluere:& tacito deferre ſub æquora curſu.
Corniger exequitur Veneris mandata.ſuiſq;
Quicquid in Aenea fuerat mortale repurgat:
Et reſperſit aquis.pars optima reſtitit illi.
Luſtratum genetrix diuino corpus odore
Vnxit:& ambroſia cum dulci nectare mixta
Contigit os:fecitq; Deum:quem turba Quirini
Nuncupat Indigetem:temploq;,ariſq; recepit.
Inde ſub Aſcanii ditione binominis,Alba
Reſq; Latina fuit.ſucceſſit Siluius illi:
Quo ſatus,antiquo tenuit repetita Latinus
Nomina cum ſceptro.clarus ſubit ecce Latino
Epitus,ex illo.poſt hunc Capetuſq;,Capyſq;.
Sed Capys ante fuit.regnum Tyberinus ab illis
Cœpit:& in Thuſci demerſus fluminis undis
Nomina fecit aquæ:de quo Remuluſq;,feroxq;
Acrota ſunt geniti.Remulus maturior annis
Fulmineo periit imitator fulminis ictu.
Fratre ſuo ſceptrum moderatior Acrota forti
Tradit Auentino:qui quo regnarat,eodem
Monte iacet poſitus,tribuitq; uocabula monti.
Iamq; Palatinus ſummæ loca gentis habebat.
Rege ſub hoc Pomona fuit:qua nulla Latinas
Inter Hamadryadas coluit ſolertius hortos:
Nec fuit arborei ſtudioſior altera fœtus:
Vnde tenet nomen,non ſiluas illa,nec amnes,
Rus amat:& ramos felicia poma ferentes.
Nec iaculo grauis eſt:ſed adunca dextera falce:

RAph. ¶ Immotos tenuit:ſignificat Iunonem quoq; annuiſſe Ioui,ut Aeneas in Deorum numerum admitteretur:q.n.annuunt,caput mouent. ¶ Tum pater:Iuppiter. ¶ Is:Aeneas. ¶ Grates agit:gratias agit in ſoluta dicimus oratione. ¶ Iunctis co.currus Veneris a columbis trahi fingitur. ¶ Numicius un- numici⁹ dis:Numicius fluuius eſt Latii,& Numicus dicitur in quem cum cecidiſſet Aeneas,neq; inuentus eſſet:creditus eſt in Deum indigetem fuiſſe commutatus. ¶ Serpit:leniter labitur. ¶ Quæcunq; ob.mor.quæcunq; morti ſubiecta. ¶ Corniger:fluuius.omnes enim fluuii cum cornibus pingebantur. ¶ Reſtitit illi:remanſit illi Aeneæ.anima namq; immortalis æternitati fuit conſecrata. ¶ Luſtratum:pur- Ambroſia gatum. ¶ Ambroſia:immortalitas interpretatur:herba autem eſſe fingitur,qua Dii veſcuntur. ¶ Cum dulci nectare:ut ambroſia pro Deorum cibo ponitur,ita nectar pro eorundem ſuauiſſima accipitur potione. ¶ Contigit:tetigit. Indigetes Dii ¶ Turba qui.populus Ro. ¶ Nuncupat indigetem:Dii indigetes,quos Græci heroas uocant,ex mortali & Indigetare Deo nati putabantur.unde Aeneam Latini Deum indigetem appellarunt:nam indigetare antiqui dicebant pro eo quod eſt inuocare.Macro.Namq; uirgines Veſtales ita indigetant.Apollo medice.Apollo Pæan. ¶ Nuncupat:nuncupauit,appellauit.

Fabulæ.xvi.libri.xiiii.
argumentum.

LAct. ¶ Inde ſub &c.Tyberinus Albanorum rex Thuſco amni Albula merſus interiit,ac nomen fluuio reliquit.Cui Auentinus,a quo mons Pomōa urbis Albæ accepit imperium.Sub hoc Pomona Hamadryadum nympharum hortorum cultrix,feliciumq; arborum,cuius nomen Pomaria obtinent.Hanc cum Vertumnus diligenter ſolitus in uarias figuras mutari,& ea refugiente concubitum ſollicitudine aſſidua ureret:nouiſſime in anum conuerſus eſt:eiq; multa retulit,quibus fœminæ flecti ſolent:ut ſibi iungeretur.Ipſa autem perſeuerante in propoſito:nouiſſime refert quoq; fuiſſe Cypro Anaxareten uirginem:quæ propter ſuperbiam punita fuiſſet a Venere:uerſuſq; in ſuam formam concubuit cum ea.

RAph. ¶ Inde ſub Aſcanii binominis:Aſcanius qui & Iulus fuit aſcani⁹ appellatus Aeneæ in regno ſucceſſit:cui Siluius,ſic dictus,quod Reges in ſiluis ſit natus,cui Latinus,cui Epitus,cui Capys,cui Caalbani petus,cui Tyberinus qui in Albula ſubmerſus nomen fluuio dedit:cui Remulus,cui Acrota,cui Auentinus:qui colli nomen dedit,ibi ſepultus:cui Palatinus,ſub quo rege Pomona hortorum Dea Vertumno Deo,qui ſe in uarias uertebat figuras omnibus aliis ſpretis tandem nupſit.Varias autem Vertumni Metamorphoſeis poeta ſcribit. ¶ Sub di.ſub imperio. ¶ Aſcanii bi.duo nomina habentis.Nam & Aſcanius & Iulus a prima lanugine,ἴουλος græce dicitur,fuit cognominatus.Aut Alba binominis.Quod Al- Albalonga ba longa fuit,eſt.n.ambiguum. ¶ Alba reſq; Latina fuit:Albam urbem,quæ ab ſitu longa fuit denominata ab Aſcanio Aeneæ filio fuiſſe ædificatam,& ab alba ſue illic triginta porcellos enixa nominatam etiam pueri ſciunt.Duæ ſane fuerunt Albæ:altera ad Fucinum lacum,unde Albenſes declinantur:altera Romæ uicina:unde Albani. ¶ Res La.imperium Latinum. ¶ Ab illis:poſt illos. ¶ Thuſci flu.periphraſis eſt Albulæ,qui poſtea Tyberis a Tyberino rege in illo ſubmerſo fuit appellatus. ¶ Maturior annis:maior natu. ¶ Imitator ful.cum enim uellet uideri fulmina iaculari,a Ioue fulmine uero percuſſus eſt. ¶ Sceptrum:imperium. ¶ Poſitus:ſepultus. ¶ Tribuitq; uoca.mon.Auentinus.n.unus ex collibus Romæ auētin⁹ urbis ab Auentino rege illic ſepulto fuit cognominatus:tametſi Varro alias quoq; huius nominis origines tradat. ¶ Summæ ge.præſtantiſſimæ. ¶ Pomona Dea fuit pomorum:unde etiam fuit Pomona uocata. ¶ Latinas inter Ha.nymphas. Hamadryadea Hamadryades namq; dicuntur nymphæ,quæ una cum arboribus & oriuntur & occidunt.Unde etiam nomen ſumpſerunt.ἅμα namq; ſimul:δρῦς quercus dicitur. ¶ Solertius:diligentius. ¶ Vnde te.no.Pomona.n.a pomis nomen eſt conſecuta.Poma uero dicuntur Poma omnes fructus quicunq; ex arboribus nati uſui ſunt apti:ſiue molli,ſiue duriore cortice tecti:quamuis Macro.atque Seruius poma a nucibus diſtinguentes ſcribant nuces generaliter uocari:quæ duriore cortice tegantur.Poma uero quæ molliore.Sed pomum generale nomen eſt omnium fructuum,quicunq; ex arboribus naſcuntur,cum ex aliorum ſcriptorum,tum ex Ouidii uerbis aperte colligi poteſt. ¶ Non ſiluas illa:Pomona inquit non amat ſiluas ut uenetur,non amnes ut piſcatum eat. ¶ Felicia poma:dulcia,non amara,& aſpera ¶ Nec iaculo grauis eſt:nec dextra Pomonæ inquit iaculum geſtat,ſed falcem:qua luxuriantes ramos recidat.

¶ Luxuriem:

RAph. ¶ Luxuriem. luxuriantes ramos. ⸿ Premit: recidit. ſubaudiatur. ⸿ Lecturum: collecturum. ⸿ Redimitus

Qua modo luxuriem premit, & ſpatiantia paſſim
Brachia comſpecit, fiſſa modo cortice, lignum
Inſerit: & ſuccos alteno præſtat alumno.
Nec ſentire ſitim patitur: bibulæq; recuruas
Radicis fibras labentibus irrigat undis. (doẽ
Hic amor, hoc ſtudiũ. Veneris quoq; nulla cupi
Vim tamen agreſtum metuens pomaria claudit
Intus: & acceſſus prohibet, refugitq; uiriles.
Quid non & Satyri ſaltatibus apta iuuentus
Fecere? & pinu præcincti cornua Panes?
Silenuſq; ſuis ſemper iuuenilior annis?
Quiq; Deus fures, uel falce, uel inguine terret?
Vt potirentur ea? ſed enim ſuperabat amando
Hos quoq; Vertumnus. neq; erat felicior illis.
O quoties habitu duri meſſoris ariſtas
Corbe tulit: uerıq; fuit meſſoris imago.
Tempora ſæpe gerens fœno religata recenti,
Deſectum poterat gramen uerſare uideri.
Sæpe manu ſtimulos rigida portabat: ut illum
Iuraſſes feſſos modo diſiunxiſſe iuuencos.
Falce data, frondator erat: uitiſq; putator.
Induerat ſcalas: lecturum poma putares.
Miles erat gladio piſcator arundine ſumpta.
Deniq; per multas aditum ſibi ſæpe figuras
Repperit: ut caperet ſpectatæ gaudia formæ.
Ille etiam picta redimitus tempora mitra
Innitens baculo, poſitis per tempora canis
Aſſimulauit anum: cultoſq; intrauit in hortos:
Pomaq; mirata eſt: tantoq; peritior (inquit)
Omnib⁹ es nymphis, quas cõtinet albula ripis.
Salue uirginei flos intemerate pudoris:
Paucaq; laudatæ dedit oſcula: qualia nunquam
Vera dediſſet anus: glebaq; incurua reſedit
Suſpiciens pandos autumni pondere ramos.
Vlmus erat contra ſpecioſa nitentibus uuis:
Quam ſocia poſtquam pariter cũ uite probauit:
At ſi ſtaret (ait) cælebs ſine palmite truncus,
Nil præter frondes, quare peteretur, haberet:
Hæc quoq; quæ iũcta eſt uitis, requieſcit i ulmo:
Si non iuncta foret: terræ acclinata iaceret.
Tu tamen exemplo non tangeris arboris huius:
Concubituſq; fugis: nec te coniungere curas.
Atq; utinam uelles. Helene non pluribus eſſet
Sollicitata procis: nec quæ Lapitheia mouit
Prælia: nec coniunx timidi, aut audacis Vlyſſei.
Nunc quoq; cum fugias, auerſeriſq; petentes:
Mille uiri cupiunt: & ſemideiq;, Deiq;,
Et quæcunq; tenent albanos numina montes.
Sed tu ſi ſapies: ſi te bene iungere: anumq;
Hanc audire uoles: quæ te plus omnibus illis,

Cui meus

⸿ Brachia: ramos. ⸿ Cõpeſcit: cohibet. ⸿ Lignũ: ſurculum alterius arboris. ⸿ Alieno alũno ſurculo ex alia arbore in aliã tranſlato. ⸿ Fibras: tenuiores, ſubtilioreſque radices. ⸿ Vim agreſtum: uiolentiam ruſticorũ. ⸿ Pomaria: pomaria loca arboribus frugiferis cõſita dicuntur, at ꝑ pomorum repoſitoria. ⸿ Satyri: Dii ſunt ſilueſtres magnopere ſaltu gaudentes. ⸿ Panes: Dii ſunt paſtorũ cornuti. ⸿ Silenuſq; ſuis: Silenus Bacchi fuit nutricius uoluptati maxime deditus. Satyri autẽ ſenes (ut ſcribit Pauſanias) Sileni uocãtur. ⸿ Quiq; Deus: periphraſis eſt Priapi. ⸿ Hos quoq; Vertũnus: Vertumnus Deus eſt bene uertendarum terũ: hoc eſt uendendarum atq; emendarum: a uertendo dictus: q ꝑ ſe in uarias uerteret formas: ut ipſe de ſe apud Propertium narrat: Opportuna mea eſt cunctis natura figuris: In quãcũq; uoles uerte decorus ero. Inde Vertumnalia dicta ſunt: quæ mẽſe Octobri in honorem Vertumni celebrabãt: ut auctor eſt Varro. Vertũnus autem Romæ in uico Thurario ſacellũ habuit: ut Pedian⁹, Porphyrioq; ſcribũt. ⸿ Neq; erat felicior illis: nã eũ quoq; Pomona aſpernabatur. ⸿ Duri meſſoris: aſperis ac laborũ patientis. Meſſor aũt eſt q frumẽta metit ac ſecat. ⸿ Deſectum gramẽ: periphraſis eſt fœni, per qđ ſignificat Vertumnum fœniſecæ figurã aliquando ſuſcepiſſe. Varias autẽ Vertumni Metamorphoſeis poeta deſcribit. ⸿ Sæpe manu ſtimulos: ſæpenumero ſugit in bubulcum Vertumn⁹ commutabatur: ut Pomona potiri poſſet. ⸿ Frondator erat: frondator dicitur frondium putator. ⸿ Induerat ſcalas: ſum ꝑſerat. ſi autẽ coniunctio

Fibræ
Pomaria
Satyri
Panes
Silenus
Vertumnus in uarias figuras
Vertumnalia
meſſor
Frondator

tẽpora: circũdata habẽs tẽpora. ⸿ Tantoq; peritior: tãto cultiores habes hortos ſubintelligamus. ⸿ Intemerate: inuiolate. ⸿ Qualia nũquã: facete hæc a poeta inferunt. lauſciuioraq; al: fuiſſe Vertũni oſcula: q̃ q̃ a uera uetula unq̃ dari potuiſſent. ⸿ Pãdos: curuos. ⸿ Autũni pondere: hoc ẽ pomis. ⸿ Cõtra: e regiõe. ⸿ Probauit: commendauit, approbauit. ⸿ At ſi ſtaret ait cælebs: his ſimilitudinibus uult perſuadere Pomonę Vertumnus ut nubat cuiq; pſertim a multis petatur. ⸿ Cælebs: ſine coniuge. Vites enim ſic ulmos amplectuntur: ut uxores uiros. Cælibes enim dicuntur q ſine coniuge uiuunt quaſi cęleſtẽ uitam agẽtes. ⸿ Sine palmite: ſine uite. Nam palmites uitium rami dicuntur uuas ferentes. ⸿ Peteretur: expeteretur. ⸿ Nõ tangeris: non moueris. ⸿ Helene non pluribus eſſet: Helenæ pulchritudo notior eſt q̃ ut hoc loco ſit commemoranda. ⸿ Sollicitata: uexata. ⸿ Nec q̃ Lapitheia mouit: Hippodamiam dicit, cuius pulchritudine bellum fuit excitatum inter Lapithas & Centauros: ut in. xii. copioſe narratur. Lapithæ autem populi fuerunt Theſſaliæ a Lapitho Periphantis filio cognominati. ⸿ Nec cõiũx timidi aut audacis Vlyſſei: timidi in pugnas audacis in ſtruendis inſidiis. Penelope uero Vlyſſis uxor formoſiſſima fuiſſe ſcribitur: & a quãplurimis procis amata. ⸿ Auerſeris: aſperneris. ⸿ Hanc anum: ſeipſum oſtendit cum quadam ſenili grauitate Vertũnus.

cęlibes
Palmites
lapithę

Pluſquam credis amo: uulgares reiice tædas.
Vertumnumq́ tori ſocium tibi delige: pro quo
Me quoq́ pignus habe. neq́ eni ſibi notior ille ē:
Quā mihi. nec toto paſſim uagus errat in orbe.
Hæc loca magna colit. nec uti pars magna pcoꝝ,
Quam modo uidit: amat. tu prim⁹, & ultim⁹ illi
Ardor eris: ſoliq́ ſuos tibi deuouet annos.
Adde q́ eſt iuuenis: q́ naturale decoris
Munus habet: formaſq́ apte fingetur in omnes.
Et quod erit iuſſus (iubeas licet omnia) fiet.
Quid'q́ amatis idē? quid? quæ tibi poma colūt:
Primus habet? lætaq́ tenet tua munera dextra.
Sed neq́ iam fœtus deſyderat arbore demptos:
Nec quas hortus alit cum ſuccis mitibus herbas:
Nec quicquam niſi te. miſerere ardentis: & ipſū,
Quod petit, ore meo præſentem crede precari.
Vltoreſq́ Deos, & pectora dura peroſam
Idaliam, memoremq́ time Rhamnuſidis iram.
Quoq́ magis caueas (& eni mihi multa uetuſtas
Scire dedit) referam tota notiſſima Cypro
Facta: quibus flecti facile, & miteſcere poſſis.



Viderat a ueteris generoſam ſanguine Teucri
Iphis Anaxareten humili de ſtirpe creatus.
Viderat: & totis perceperat oſſibus ignes:
Luctatuſq́ diu, poſtquam ratione furorem
Vincere non potuit: ſupplex ad limina uenit.
Et modo nutrici miſerum confeſſus amorem,
Ne ſibi dura foret: per ſpes orauit alumnæ.
Et modo de multis alicui blanditus amicis
Sollicita petiit perpenſum uoce fauorem.
Sæpe ferenda dedit blandis ſua uerba tabellis.
Interdum madidas lachrymarum rore coronas
Poſtibus intendit: poſuitq́ in limine duro
Molle latus: triſtiſq́, ſeræ conuitia fecit.

R Aph. Tædæ ¶ Vulgares iq́ tædas: nuptias p ſynegdochen. A parte nanq́ totū itelligim⁹. Quia faces nāq́ ex tæda arboꝝ ɔfectæ nouæ nuptæ pferebantur. ⸿ Procorum: amatorū: quibus nihil eſt incōſtantius. Prod Proci autem a procando: hoc eſt a petēdo dicti q mulieres in matrimoniū petunt. unde & procaces a Procaces nimium petēdo meretrices dicūtur. ⸿ Deuouet: Deuouere dedicat, deſtinat. Sane deuouere hoc loco i bonā accipitur partem: alibi in malam. Virgilius: Præcipue infelix peſti deuota futuræ. ⸿ Decoris: pulchritudinis. ⸿ Finget: ſe formabitur: trāſfigurabitur. ⸿ Primus habet: primitiæ enim frugum Vertūno dicabantur: ut ipſe apud Propertium commemorās cauſas cur Vertumnus dicatur ait. Seu quia uertentis fructum percipimus anni, Vertūni rurſus credidit eſſe ſacrum. Prima mihi uariat liuentibus uua racemis: Et coma lactenti ſpicea fruge tumet. Hic dulcea ceraſos, hic autumnalia pruna Cernis, & æſtiuo mora rubere die. Inſitor hic ſoluit pomoſa uota corona: Cum prius inuito ſtipite mala tulit. ⸿ Cū ſuccis mitibus: dulcibus: ſuauibus. ⸿ Miſerere ardentis: ardenter te amantis. ⸿ Idaliam: Venerem Idalio Cypri ne more, dictam. ⸿ Rhamnuſid's iram: Rhamnuſis quæ & Rhamnuſia Idalia Rhamnuſia dicitur: pro Nemeſi ponitur: que Dea ulciſcitur ſuperbos: a Rhamnunte Atticæ uico: ubi maxime colebatur denominata. Cuius quidem i Capitolio ſacellum eſt: quamuis nomine careat Romano: ut Plinius ſcribit. ⸿ Vetuſtas: ſenectus. Senes nanq́ iddrco prudētiores uidentur: q a multarum rerū peritiā habēt. ⸿ Multa ſcire dedit: multarum rerum peritiam mihi tribuit. Eſt enim uerbum pro nomine poſitum quale ē illud Perſii. Scire tuum nihil eſt

Fabulæ. vii. libri. xiiii. argumentum.

¶ Viderat a ueteris &c. L Acti. In inſula Cypro Anaxarete fuit ex pgenie Teucri Salaminaiquæ forma cæteras gentes eiuſdem ciuitatis ſupergreſſa eſt. Sed ut pulchritudo eminens fuit: ita propter aſpernationem uirorū abominanda omnibus. Quā cum Iphis eiuſdem ciuitatis amore diligeret: neq́ aditum ad eam haberet, dolens q́ in tam grauem ſortem incidiſſet: ne diutius doleret: ad extremū noctu clā ante fores puellæ ſuſpendio ſe liberauit. Cui, cum funus p dignitate fortunæ per publicū maxima frequentia duceretur: & partietiſſime ex ſuperiori parte domus pſpiceret: ob nimiam crudelitatem, animiq́ duritiam in ueſtigio ſui a Venere ſaxo durata eſt: ita ut apud Salaminios ſpes eius proſpicientis Veneris nomen acceperit. Dehinc Vertumnus rediens in ſuam ſpeciem Pomona potitus eſt.

R Aph. Iphis Anaxarete ¶ Viderat a ueteris: Iphis Cyprius Anaxaretes puellæ amorꝭ capt⁹, cū nullis pcib⁹ ea poſſet potiri, uitā finire decreuit. Ad ianuā igit amatæ cū ſe ſuſpēdiſſet, maximo mœrore matrē affecit. Cum uero funus efferret, Anaxerete ad feneſtram accedēs, ut ide exequias ſpreti iuuenis ſpectaret: in ſaxū fuit cōmutata. ⸿ Veteris Teucri: de Teucro Telamonis filio intelligimus: qui pter mortem Aiacis a patre domo pulſus Salamia i Cypro cōdidit. ⸿ Miſeræ amore: ꝗ eam eni a q̄ nō amabat. amabat. ⸿ Sollicita uoce: pluſq̄ diligēti oratiōe. ⸿ Perpenſum fauorē: i pēſum & magnum, ac diligenter animaduerſum. Ea autē omnia deſcribit Ouidius, quibus amatores utunt: ut puellis amatis potiri poſſint. ⸿ Intēdit: alligauit. ⸿ Poſuitq́ i limine duro Mole latus: antitheto eſt. Duꝛ nāq́ opponiſ molli. Iphin āt ſæpenumero in limine ianuæ Anaxaretes iacuiſſe ait. ⸿ Conuicia Sera fecit: maledixit. ⸿ Seræ: quæ ianuā clauſam tenebat.

¶ Sæuior

RAph. ¶ Sæuior illa freto ſurgente:quod in tempeſtatem exci tatur. ¶ Cadentibus Auſtris: flare deſinentibus. Tunc.n. ſæuiſſimi ſunt. Norici ¶ Noricus ignis:Norici populi ſunt Alpini ferro abundātes. ¶ Quod adhuc uiuum radice tenetur:hoc eſt quod nōdum e terra eſt effoſum. Saxa enim nondum a ſua radice auulſa,& uiua dicuntur & duriora ſunt. ¶ Spreuit & irridet: Anaxarete Iphis humilitatem contemnens illius querelas irridet. ¶ Factis immitibus:aſperis,crudelibus. Illum namq; a ianua fortaſſe depulit. ¶ Et ſpe quoq; fraudat amantes: quod crudele admodum uidet. ¶ Fraudat:priuat. Pæan ¶ Et Pæana uoca:hoc ē uocibus lætitiæ utere,q̄libus uoti compotes gaudia ſua exprimere ſolēt: ut alibi Ouidius. Dicite io Pæan, io Pæan dicite Pæan. Pæan uero hymnus quoq; eſt in Apollinem, qui a triumphantibus canebatur. ¶ Incingere:coronare inquit uiridi lauro,id quod triumphantes ſolēt. ¶ Ferrea: dura,atque crudelis. ¶ Certe aliquid mei cogeris laudare:quod mihi ipſe mortem conſciui, ut tibi rem gratam facerem. ¶ Curam tui:amorem,quo te proſequor. ¶ Exceſſiſſe:a me ſubauditur. ¶ Gemina luce:& uita mea,& tu quæ mihi altera lux es. ¶ Crudelia lumina:crudeles oculos. ¶ Humentes:lachrymātes. ¶ Hæc tibi ſerta placent:huiuſmodi ingt coronæ tibi ſunt gratæ ut laqueo collum inſerā. Hæc autem cum maxima Anaxaretes inuidia dicitur. ¶ Inſeruitq; caput:laqueo ſubintelligatur. ¶ Eliſa fauce:compreſſa ceruice. ¶ Icta:pcuſſa. ¶ Famuli:Anaxaretes. ¶ Fruſtraq; leuatum:alleuatum. Iā enim mortuus erat. ¶ Nā pater:Iphidis ſubauditur. eſt autem parentheſis.

Sæuior illa freto ſurgente,cadentibus Auſtris,
Durior & ferro:quod Noricus excoquit ignis:
Et ſaxo,quod adhuc uiuum radice tenetur.
Spernit:& irridet:factiſq; immitibus addit
Verba ſuperba ferox:& ſpe quoq; fraudat amātē.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis:& ante fores hæc uerba nouiſſima dixit.
Vincis Anaxarete:neq; erunt tibi tædia tandem
Vlla ferenda mei.lætos molire triumphos:
Et pæana uoca:nitidaq; incingere lauro.
Vincis enim:morior q; libens.age ferrea gaude.
Certe aliquid laudare mei cogeris:eritq;
Quo tibi ſim gratus:meritumq; fatebere noſtrū.
Non tamen ante tui curam exceſſiſſe memento:
Quam uitā,geminaq; ſimul mihi luce carēdū eſt.
Nec tibi fama mei uentura eſt nuncia leti.
Ipſe ego,ne dubites,adero:præſenſq; uidebor
Corpore ut exanimi crudelia lumina paſcas.
Si tamen o Superi mortalia facta uidetis:
Eſte mei memores.nihil ultra lingua precari
Suſtinet:& longo facite ut narremur in æuo:
Et quæ dempſiſtis uitæ:date tempora Famæ.
Dixit:& ad poſtes ornatos ſæpe corollis
Humentes oculos,& pallida brachia tollens,
Cum foribus laquei religaret uincula ſummis:
Hæc tibi ſerta placent crudelis,& impia dixit:
Inſeruitq; caput.ſed tum quoq; uerſus ad illā eſt,
Atq; onus infelix eliſa fauce pependit.
Icta pedum motu trepidantum,& multa timētū
Viſa dediſſe ſonum eſt:adapertaq; ianua factum
Prodidit.exclamant famuli.fruſtraq; leuatum
(Nā pater occiderat)referunt ad limina matris,
Accipit illa ſinu:complexaq; frigida nati
Membra ſui:poſtquam miſerarū uerba parētū
Edidit:& matrum miſerarum facta peregit:
Funera ducebat mediam lachrymoſa per urbem:
Luridaq; arſuro portabat membra feretro.
Forte uiæ uicina domus:qua flebilis ibat
Pompa,fuit:duræq; ſonus plangoris ad aures
Venit Anaxaretes:quā iam Deus ultor agebat.
Mota tamen,uideamus(ait)miſerabile funus:
Et patulis iniit tectum ſublime feneſtris.
Vixq; bene impoſitum lecto proſpexerat Iphin.
Diriguere oculi:calidusq; in corpore ſanguis
Inducto pallore fugit:conataq; retro
Ferre pedes,hæſit.conata auertere uultus:
Hoc quoq; non potuit:paulatimq; occupat artus:
Quod fuit in duro iampridem pectore ſaxum.
Neue ea ficta putes:dominæ ſub imagine ſignū
Seruat adhuc Salamis:Veneris quoq; nōie tēplū

¶ Funera ducebat:ducendas ac celebrandas exequias curabat. ¶ Lurida:nigra, q̄lia ſunt mortuorū membra. ¶ Portabat:portāda curabat. ¶ Arſuro feretro:capulo comburendo. Feretrum enim una cum cadauere comburebat. ¶ Quam iam Deus ultor agebat:quam ſ.iā Nemeſis ſuperbiæ ultrix pſequebatur. ¶ Tectum:cubiculum. ¶ Iniit:intrauit. ¶ Vixq; bene impoſitum lecto:ordo eſt. Vixq; bene Anaxarete pſpexerat Iphin lecto & feretro impoſitum:cum illius oculi diriguere. ¶ Diriguere oculi:cum ſubaudiendum,ut intelligatur, cum oculi rigidi ſunt facti. ¶ Hæſit:affixa eſt. ¶ Saxum:ſaxi durities q̄ paulo ante in pectore illius erat. ¶ Salamis:quæ & Salamin dicitur inſula eſt cum urbe eiuſdem nominis:& urbs in Cypro a Teucro Telamonis filio ædificata. Salamis

R Aph. Ven^9 p ſpiciens ℭ Veneris proſpicientis: Venus proſpiciens dicta uſ, q̄ uirginum ſupbiam amatores contemnentium pſpiceret, atq; puniret. Nymphe aūt cū ſit uocādi caſus ſine diph thongo ſcribaſ. ⁋ Lentos faſtus: diutui nam ſuperbiæ. ⁋ Sic tibi optantis eſt aduerbium hoc loco illud ſic. ⁋ In iuuenem: in iuuenilē figuram. ⁋ Qualis ubi oppoſitas:

Vertū/ nus quam pulcher eſſet Vertumnus anili habitu depoſito apta ſimilitudine oſtendit poeta. ⁋ Inq; figura Capta dei nympha eſt: ſic quidē legitur, ſed nanq; loco illius inq; ut reponatur ſenſus expoſcit. Exponit.n. poeta cur ui opus non fuerit. Nam Pomona forma Vertumni ca ita facile ei morem geſſit. Hanc uero emendationem noſtram inepti quidam Scalforniæ reprehendunt ut uerſum perturbantē, ſic.n. aiunt ſyllaba breuis natura produceret: quaſi uero hoc & ipſi non uiderimus, ac non illud ſecuti ſumus: quod nō ſolum a grāmaticis, ſed a Fabio quoq; Quintiliano pręcipitur .ſ. literam ſæpenumero in metro excludi. Quo quidem modo nulla uis carmini affertur. Sed de hoc quoq; alibi plura. ⁋ Et mutua uulnera ſēſit: nam & ipſa Vertumni amore cœpit ardere.

Fabulę. xviii. decimiquarti libri argumentum.

LActi. ℭ Proxim^9 Auſonias &c. Poſt Amulii ac Numitoris Albanoꝝ regū interitum Romulus urbis a ſe conditę cœpit imperium. Qui cum aduerſus Titū Tatium p raptu uirginum dimicaret: hoſtis appropinquauit patriæq; ut Venus præſenſit: portis obſeratis una patefacta ē Tarpeia uirgine pdente patriā. Venus p filii incolumitate a nymphis: q̄ proxiæ Iano erāt geminū petiit auxiliū. Data ergo uenia ſecundum portam quam Sabini irrupturi erant: reduſo fonte, ſcaturientes aquæ q̄ antea latuerant humo ſparſæ preſſius hoſtem auerterunt: uictoriaq; Romulus rebus urbis compoſitis iura reddens populo, ſicut petierat mater, raptus in cælum eſt: ita ut Quirinus nouo nomine uocaretur.

Proſpiciētis habet: quorum memor o mea, lētos
Pone (precor) faſtus: & amanti iungere nymphe.
Sic tibi nec uernum naſcentia frigus adurat
Poma: nec excutiant rapidi florentia uenti.
Hæc ubi nequicquā formas Deus apt^9 in omnes
Edidit: in iuuenem rediit: & anilia demit
Inſtrumenta ſibi: taliſq; apparuit illi:
Qualis ubi oppoſitas nitidiſſima Solis imago
Euicit nubes: nullaq; obſtante reluxit.
Vimq; parat: ſed ui non eſt opus. inq; figura
Capta Dei nympha eſt: & mutua uulnera ſenſit.



Proximus auſonias iniuſti miles Amuli
Rexit opes: Numitorq; ſenex amiſſa nepotum
Munere regna capit: feſtiſq; palilibus urbis
Mœnia conduntur. Tatius, patreſq; Sabini
Bella gerunt: arciſq; uia Tarpeia recluſa
Dignam animam pœna congeſtis exuit armis.
Inde ſati Curibus tacitorum more luporum
Ore premunt uoces: & corpora uicta ſopore
Inuadunt: portaſq; petunt: quas obiice firmo
Clauſerat Iliades. unam tamen ipſa recluſit:
Nec ſtrepitum uerſo Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit:
Et clauſura fuit: niſi q; reſcindere nunquam
Diis licet acta Deum, Iano loca iuncta tenebant
Naiades Auſoniæ gelido rorantia fonte.
Has rogat auxilium. nec nymphæ iuſta petētem
Suſtinuere Deam: uenaſq;, & flumina fontis
Elicuere ſui: nondum tamen inuia Iani

ℭ Proximus Auſo. ad hiſtoriā regū albanoꝝ intermiſſa narratiōe mutationū Vertūni reddit poeta. Nā Palatini Amulius & Numitor filii fuerūtq; cū ea cōditiōe a pře regnū Albanoꝝ accepiſſent: ut alternis annis regnarēt: Amulius ſemel occupatū imperiū fratri reddere nunq̄ aluꝝ inducere potuit: ſed Romulus & Remus ex filia Numitoris a Marte cōpreſſa nati, & Amuliū interfecerūt, & regnū auo reſtituerūt. Ipſi uero urbē Romā ædificarunt, ubi cū romulus omnia compoſuiſſet tamq; ſenior eēt effectus Martis precibus in Deorum numeꝝ fuit tranſlatus. ⁋ Iniuſti Amuli: ſiatrē enim contra ius & fas regno fraudauit. ⁋ Feſtis Palilib^9: palilia feſta erāt quæ in honorē Palis paſtoꝝ Deæ celebrabantq; bus Roma a Romulo & Remo condita fuiſſe dr̄: qui dies a priſcis Romanis maxie celebrabātur. ⁋ Tati^9, pſeſq; Sabini Bella gerūt pp raptū Sabinaꝝ. Nota ē āt hiſtoria. ⁋ Arciſq; uia Tarpeia recluſa: ordo ē & ſēſus. Et Tarpeia uirgo exuit atq; depoſuit aiam pœna dignā armis & ſcutis i eā cōgeſtis poſt recluſam & apertā arcis uiā. Notior ē aūt hæc hiſtoria q̄ ut hoc loco ſit pluribus repe enda. Tarpei^9 aūt mōs ē, q poſtea Capitolinus fuit dict^9. In bello aūt Sabino Tarpeia Tarpeii, q arci pſidebat, filia, Sabinorū ornamentis: quæ in ſiniſtris geſtabāt capta, hoſtibus prodidit arcem: qui cum pacti eſſent ſe daturos id quod in ſiniſtris geſtabāt in eam ſcuta conieceruntq; quo & fidē datā ſeruarēt: & proditricē ulciſcerētur. ⁋ Sati Curib^9: Sabini. Nā Cures Sabinorū urbs eſt. ⁋ Ore p̄mūt uoces ſilent. ⁋ Et corpa uicta ſopore: Romanos ſōno oppreſſos. ⁋ Iliades: Romulus Iliæ filium. ⁋ Iano loco iuncta tenebant: templo Iani. Deſcribit āt poeta mutationem aquarum frigidarū in calidas. Nam ipſo prælio cum fugerent Romani precibus Romuli aquæ calidæ ſcaturire cœperunt, quibus Sabini phibiti ſunt ulterius Romanos pſeq. Poeta uero pcibus Veneris id factū fuiſſe ait.

Palilia

Tarpeius

Tarpeia

Cures

Iliades

ℭ Iani

Ora patentis erant:nec iter præcluſerat onda.
Lorida ſupponont fœcundo ſulfura fonti:
Incenduntq́ cauas fumante bitomine uenas.
Viribus his,aliiſq́ uapor penetrauit ad ima
Fontis:& Alpino modo quæ certare rigori
Audebatis aquæ:non ceditis ignibus ipſis.
Flammifera gemini fumant aſpergine poſtes:
Portaq́ nequicquam rigidis promiſſa Sabinis,
Fonte fuit præſtrocta nouo:dum Martius arma
Indueret miles:quæ poſtquam Romulos oltro
Obtulit:& ſtrata eſt tellos Romana Sabinis
Corporibus,ſtrata eſtq́ ſuis:generiq́ cruorem
Sanguine cum ſoceri permiſcuit impius enſis.
Pace tamen ſiſti bellum:nec in ultima ferro
Decertare placet:Tatiumq́ accedere regno.
Occiderat Tatius:populiſq́ æquata duobus
Romule iura dabas.poſita cum caſſide Mauors
Talibus affatur,Diuumq́,hominumq́ patrem.
Tempos adeſt genitor(quoniā fūdamine magno
Res Romana ualet:& præſide pendet ab uno)
Premia iam promiſſa mihi,dignoq́ nepoti
Solueret:& ablatum terris imponere cælo.
Tu mihi concilio quondam præſente Deorom:
(Nā memoro,memoriq́ aīo pia uerba notaoi)
Vnus erit:qoem tu tolles in ſydera cæli:
Dixiſti.rata ſit uerborum ſumma tuorum.
Annuit omnipotens:& nubibus aera cæcis
Occuluit:tonitroq́,& fulgure terruit orbem.
Quæ ſibi promiſſæ ſenſit data ſigna rapinæ:
Innixoſq́ haſtæ preſſos temone croento
Impauidus conſcendit equos Gradiuus:& ictu
Verberis increpuit:pronumq́ per aera lapſus
Conſtitit in ſummo nemoroſi colle palati:
Reddentemq́ ſoo non regia iora Quiriti
Abſtulit Iliaden,corpus mortale per auras
Dilapſom tenues:ot lata plumbea funda
Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo.
Polchra ſubit facies,& puluiṇaribus altis
Dignior eſt:q̄ ſit trabeati forma Quirini.
Flebat ot amiſſum coniunx:cum regia Iono
Irin ad Herſiliam deſcendere limite curuo
Imperat:& uacuæ ſuā ſic mandata referre.
O & de Latio:o & de gente Sabina
Præcipoom matrona decus,digniſſima tāti
Ante fuiſſe uiri coniunx:nunc eſſe Quirini.

RApb. ¶ Iani patentis:aperti.Nam Iani templum aptuʒ ſigni-
Iani tē- ficabat urbē bello implicitā eſſe.clauſum uero pace gau-
plum dere. ¶ Lurida ſul.qđ luridū colorem & pallidū effici-
Bitumē unt. ¶ Fumante bitumine:ardēte. Bitumē uero genus
Certare eſt picis facillime ignes cōtrahētis. ¶ Certare Alpino ri-
gorisco tēdere cū Alpiū frigore,qđ ē uehem ēuſſimū.Eſt āt cōſtructio græ-cae certo nāq́ tecū nō ubi latine dicim^9. ¶ Rigidis Sabi.ſeueris. ¶ Præſtructa:obſtructa,obtur ata. ¶ Martius miles:Romanus. A Marte nāque per Romulum originem ducunt Romani. ¶ Strata eſt:coop:a fuit. ¶ Generiq́ cruorē:Romani enī Sabinorum filias uxores acceperunt. ¶ Pace tamē ſiſti bellum . interuentu Sabinarum bellum illud fuiſſe ſublatum notius ē q̄ ut ſit exponendum. ¶ Tatiumq́ accedeſ regno:nam inter reliquas pacis cōditiones hoc etiā placuit,ut Tatius una cū Romulo æqua ptāte ,pa-ribuſq́ honorib^9 regnaret. ¶ Occiderat Tatius: de morte Tatii:qui ānis quinq́ cū Romulo imperauit,& Titus Liuius,& Dionyſius Halycarnaſeus copioſe ſcribunt: Lauini fuit interfectus a proximis legatorū : q ad res repetēdas miſſi non ſolū ſua a Tatio nō ĩpetrarāt ſed a Sabinis qbuſdā iuſſu Romulo cōtra ius & fas perēpti fuerāt. ¶ Aequata:æq̄'ia facta. ¶ Tēpus adeſt ſoluere: figura ē græca.Nā ſoluendi ĩ ſoluta ōrone diceref. ¶ Fūdamine magno:firmo fūdamento. ¶ Res Romana:īperiū Romanū. ¶ Et
Romul^9 præſide pēdet ab uno:&
ſus ĩ deū unius p̄ſidis & regis nu-
tu regit atq́ gubernatur. ¶ Dignoq́ nepoti : Romulo. ¶ Imponere cælo: in numeruʒ Deorū refer-
Memo- re. ¶ Nā memoroſi me-
rare moria habeo. Alias me-morare ſignificat narra-re eſt autem parentheſis. ordo nanq́ eſt: Tu mihi quōdam:& olim dixiſti cōcilio Deorū p̄ñte.unus erit Romulus, quē tu o Mars tolles & extolles in ſydera cæli. ¶ Et nubi-

bus aera cæcis:hoc eſt ex hiſtoria ſumptum eſt.Nā Romulus,ut narrat T. Liu^9,cū ad exercitū recēſendum cōtionē in campo ad Capræ paludē haberet:ſubito coorta tēpeſtas cum magno fragore tonitribuſq́ tam denſo regem operuit nimbo,ut conſpectum eius concioni abſtulerit : nec deinde in terris Romulus fuit uſus,creditus eſt autem a patribus propter moruʒ aſperitatem fuiſſe diſcerptus.ſed plebi perſuaſerunt ipſum in ſydera fuiſſe tranſlatum. ¶ Promiſſæ rapinæ:rapiendi Romuli e terris in cælum. ¶ Sēſit:cognouit. ¶ Verberis : flagelli quo equi uerberant. ¶ Nemoroſi Pallatii:nemoribus obſiti.Palatium autem unus eſt ex collibus Romanis Palatiū
imperatorū ſede clariſſimus,qđ nunc uulgus Palatiuʒ maius uocat. ¶ Nō regia iura:regi non cōuenietia.De litib^9.n.priuatorum iudicabat. ¶ Suo Quiriti: ſuis Romanis. ¶ Intabeſcere:liq̄ſcere,atq́ cōſumi. Et puluinaribus altis:ſedibus atq́ altaribus excelſis. Puluinaria nanq́ lecti dicunſ qui puluina-
Deorum templis ſternebāſ. ¶ Trabeati:trabea ria
induti. Nam Romulus dum uiueret trabea ueſte utebatur. Trabeatū aūt genera ſunt tria ,ut trabea-
ſcri.Suetoni^9 in libro de ruʒ tria
gñe ueſtiū.Vnū qđ Diis genera
ſacraſ qđ totum eſt purpureum. Alterum eſt regū qđ quidē eſt purpureum,ſed albo iiectū. Tertium eſt augurale de purpura & corola mixtum. Fabulæ.xix decimiquarti libri argumentum.
¶ Flebat ut &c. Herſilia LActā.
cōiunx Romuli cū fleret amiſſū cōiugē a Iunone ei poſt datā imortalitatem Ora Quirini nuncupata ē,quorū templa a populo Romano in colle Quirinali cōſtituta ſunt.
¶ Limite curuo : arcum
dicit per quem Iris decur- RApb.
rere dicitur. Herſiliæ aūt Romuli uxoris Metamorphoſin exponit poeta.nam & ipſa in Deam noie Orā fuit conuerſa.
¶ Nūc eſſe Quiri.I Deorum numerum trāſlatus eſt.

Siſte tuos fletus:& ſi tibi cura uidendi
Coniugis eſt:duce me lucum pete,colle Quirino
Qui uiret:& templum Romani regis obūbrat.
Paret:& in terram pictos delapſa per arcus,
Herſiliam iuſſis compellat uocibus Iris.
Illa uerecundo uix tollens lumina uultu:
O Dea(nāq; mihi:nec quæ ſis dicere prōptū eſt:
Et liquet eſſe Deam)duc o duc inquit,& offer
Coniugis ora mihi:quem ſi modo poſſe uidere
Fata ſemel dederint:cælum accepiſſe uidebor.
Nec mora,Romuleos cum uirgine Thaumantæa
Ingreditur colles.ibi ſydus ab æthere lapſum
Decidit in terras:a cuius lumine flagrans
Herſiliæ crinis cum ſydere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis Romanæ conditor urbis
Excipit:& priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat:Oráq; uocat:q̄ nūc Dea iūcta Quirino ē.

RAph. ¶ Siſte tuos fletus:hoc ē tuis fletibus finē ipone. ¶ Pete locū:uade ad lucum. ¶ Colle Quirino: qui a Quirino Quirinalis fuit cognominatus. ¶ Romani regis:Romuli qui poſt mortem Quirinus fuit appellat⁹. ¶ Per arcus pictos:p arcus uariis coloribus diſtinctos. ¶ Et liquet:cōſtat. ¶ Oſtenſo ſecūde. ¶ Ora:faciem,figurā. ¶ Cælum accepiſſe uidebor:felix mihi eſſe uidebor. ¶ Cum uirgine Thau.cū Iride Thaumantis filia. ¶ Romuleos colles:Quirinalem collem. ¶ Ceſſit:receſſit. ¶ In auras:in aerē. ¶ Notis:amicis. ¶ Romanæ cōditor urbis:Romulus. ¶ Et priſcū pariter:nā corpus ex mortali effectū eſt īmortale:& p Herſilia Ora fuit cognominata. ¶ Quæ nūc dea iūcta Quirino eſt:nā ora in tēplo Romuli colebat.

Collis Quirinalis

Fabulæ primæ.xv.libri argumentum.

LAMS. herſilia in Deā

¶ Quæritur interea &c. Micylus Alemonis filius procreatus Argis cum genti ſe dediſſet.Hercules uiſus eſt:qui eū moneret,ut patriam relinqueret,& ſecundum Aeſarē amnē conſederet. Quod cū facere extimeſceret:q lex uetaret deſerere patriā:& in aliam ciuitatē trāſire. Rurſus admonitus eſt. Metuēs ita p penates ſuos deſtitui:ideo pīn iudicium publicum eſt deuocatus:& cū partem pro ſe & populi partem aduerſus ſe haberet:iudicaturis calculi albi ac nigri dati ſuntq atri damnarēt,candidi abſoluerēt. Micylus ita pertimens periculum capitis,Herculem inuocauit:ut laboranti ſibi quia eius iuſſis obtēperaſſet,ferret auxiliū:cuius p̄ces nō incaſſum abierūt. Nam cū calculi more patriæ in urna effuſi deducti eēnt:omnes apparuerunt in colorem albū conuerſi. Quamobrem ille metu liberatus per longū pelagus nauigans cum in Italiam ueniſſet.& Aeſarem amnem attigiſſet:ſicut præceptum erat urbē conſtituit,eāq; a pximo tumulo cui Tares Neptuni filius ſubiectus erat, Tarentum nominauit.

Numa Pōpili⁹

Metamorphoſi coniungat poeta,eorum ſequiē opinionem,q ſentiūt Numam Pōpiliū in magnā Grēciam iuiſſe,ut Pythagoricis dogmatis inſtrueret.Quam qdem opinionem Liuius cōpluribus refellit argumentis:ſed hoc potiſſimum q Pythagoras tempore Numæ non fuit. ¶ Tātæ molis:tanti imperii p tranſlationem. ¶ Tanto regi:qualis fuit Romulus. ¶ Clarum Numam:nobilem,ſua iuſtitia,atq; integritate notum.Numa.n.Pōpili⁹ Curibus in Sabinis orī⁹ inclyta iuſtitia & religiōe conſultiſſimuſq;,ut in illa quiſquam ætate eſſe poterat i omnis diuini atq; humani iuris:rulſus eſt ſenatui populoq; romano dignus:q Romulo in regno ſuccederet. ¶ Ritusq; mores. ¶ Requirit:inquirit,ſcrutatur. ¶ Huius amor curæ:cupiditas pdiſcēdæ rerū naturę. ¶ Curibuſq;:Cures(ut Strab. narrat)opulentiſſima fuit Sabinoȝ urbs:ex qua euocati ſunt T.Tatius, & Numa Pompilius reges:unde Romani Quirites fuere cognominati. Sic enī ab iis appellant, qui conciones ad populū habent. ¶ Penetraret:cū difficultate iret. Per uarios nanq; populos illū trāſire oportuit.

Numa Pōpili⁹

Cures

Quirites

¶ RAPHAELIS Regii in quītūdecimū Metamorphoſeos Ouidii Librum enarrationes.



¶ Pu.Ouidii Naſonis Metamorphoſeos Liber.XV.

Quærit interea,qs tā
tæ pondera molis
Suſtineat:tātoq; qat
ſuccedere regi.
Deſtinat ipſo clatū
prænuncia ueri
Fama Numā.ſi ille
ſatis cognoſſe ſabiç
Gētis hēc rit⁹:ani
mo maior capaci
Cōcipit:& q̄ ſit rerū
Natura requirit.
Huius amor curæ,patria,Curibuſq; relictis

RAph. Quærit interea. Quo cōmodius & librū libro & metamorphoſin

¶ Herculei

Fecit: ut Herculei penetraret ad hoſpitis urbem.
Grata quis Italicis auctor poſuiſſet in oris
Mœnia quærenti: ſic e ſenioribus unus
Rettulit indigenis, ueteris non inſcius æui,
Diues ab Oceano bobus Ioue natus Hiberis
Littora felici tenuiſſe Lacinia curſu
Fertur: & armento teneras errante per herbas
Ipſe domum magni, nec inhoſpita tecta Crotonis
Intraſſe: & requie longum releuaſſe laborem.
Atq; ita diſcedens æuo dixiſſe nepotum
Hic locus urbis erit: promiſſaq; uera fuerunt.
Nam fuit Argolico generatus Alemone quidam
Micylus: illius Diis acceptiſſimus æui,
Hunc ſup incumbēs preſſū grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur, lapidoſas Aeſaris undas
I pete diuerſi: patrias age deſere ſedes.
Et niſi paruerit, multa ac metuenda minatur.
Poſtea diſcedunt pariter, ſomnuſq;, Deuſq;.
Surgit Alemonides: tacitaq; recentia mente
Viſa refert: pugnatq; diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet, prohibent diſcedere leges:
Pœnaq; mors poſita eſt patriam mutare uolenti.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol:
Et caput extulerat denſiſſima ſydereum Nox.
Viſus adeſſe idem Deus eſt: ea demq; monere:
Et niſi paruerit, plura, & grauiora minari.
Pertimuit: patriumq; ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas. fit murmur in urbe,
Spretarumq; agitur legum reus. utq; peracta eſt
Cauſa prior: crimenq; patet ſine teſte probatum,
Squallidus ad ſuperos tēdens reus ora, manuſq;.
O cuius cælum bis ſex fecere labores,
Fer precor (inq̄t) opē. nā tu mihi criminis auctor.
Moſ erat antiquis, niueis, atriſq; lapillis:
His damnare reos, illis abſoluere culpa.
Tunc quoq; ſic lata eſt ſententia triſtis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.
Quæ ſimul effudit numerandos uerſa lapillos:
Omnibus e nigro color eſt mutatus in album:
Candidaq; Herculeo ſententia numine facta
Soluit Alemonidem. grates agit ille parenti
Amphitryoniadæ: uentiſq; fauentibus æquor
Nauigat Ionium: Lacedæmoniumq; Tarentum
Præterit: & Sybarim, Salentinumq; Neæthum:
Thurinoſq; ſinus: Temeſenq;, & Iapygis arua:
Vixq; pererratis quæ ſpectant littora terris,
Inuenit Aeſarei fatalia fluminis ora:

RApb. Croton ¶ Herculei hoſpitis: Crotonis. Nam Crotonem redeuntem ex Hiſpania Herculem cum Gerionis armentis hoſpitio ſuſcepit: a quo etiam didicit futurum tempus, quo ſic ciuitas inſignis nomine illius cōderet: quod & uerū fuit. Nā Micylus quidā Alemonis filius i ſomnis ab Hercule eſt admonit⁹, ut patria relicta (Argolicus nāq; erat) ſe cōferret ad Aeſaris fluuii hoſtia, ibiq; urbē ędificaret. [Micyl⁹] Is cū ſarcinulas colligere cœpiſſet, reus eſt factus: quod cōtra leges commigraſ uellet. mors. n. illi pꝑoſita erat, qui patriā deſerere tētaſſet. Cū uero ferenda ſententia foret & aut ſuffragiis nigris condēnādus, aut albis abſoluēdus: ſibi timēs Herculē: cui paruerat: rogauit: ut ſibi auxilio eſſet. Statiq; calculi omnes ex nigris facti ſūt albi. Quare abſolutus Micylus in loco ſibi ab Hercule monſtrato urbē ædificauit: quā de nomine Crotonis ibi ſepulti: Crotonem appellauit. ¶ Non iſcius æui ueteris: priſcaꝵ hiſtoriarū ꝑitus. ¶ Ioue nat⁹: Hercules. ¶ Bobus Hiberis: Hiſpanis, Gerione interfecto abactis. [Hiberia] hiberia nāq; eſt Hiſpania ab Hibero fluuio cognominata. [Laciniū] ¶ Littora Lacinia: Lacinium pꝛōtoriū eſt Italiæ inter Adriaticum mare & Ioniū a Lacinio latrone, quem Hercules interfecit dictum: in eo templū fuit Iunonis Laciniæ. unū Virgilius: Attollit ſe diua Lacinia contra. [Calculi nigri i cādidos] ¶ Longum laborem: lōgi itineris defatigationem. ¶ Acceptiſſimus: gratiſſim⁹. ¶ Hūc ſuper incumbēs: anaſtrophe eſt. Illa nanq; præpoſitio ſuper, quæ ꝑpōi deberet, poſtponit. ¶ Preſſum grauitate ſoporis: hoc eſt graui ſomno oppreſſum. ¶ Clauiger: Hercules. [Aeſar] ¶ Aeſaris diuerſi: remoti, longe moti. Eſt eni fluuius Calabriæ iuxta Crotonē labēs. ¶ I pete: ad petendū & quærēdū uade. ¶ Recētia uiſa: noua i ſomnia.

¶ Pugnatq; diu: diſſidet. ¶ Denſiſſima: obſcuriſſima. ¶ Caput ſydereum: ſyderibus ornatū. ¶ Viſus adeſſe: hęc particula eſt eſt ſubaudienda. ¶ Idē De⁹: Hercules. ¶ Patriū penetrale: pꝛopꝛiū domiciliū. ¶ Agitur reus: accuſaſ. Peragere autē reum damnare ē. [Agere reum Peragere reum] ¶ Spretarū legū: ɔtēptarum. ¶ Sine teſte: ipſe nāq; cōfeſſus eſt ſe cōmigrare decreuiſſe. ¶ Fecere cęlum: aperuere, acquiſiuere. ¶ Nam tu mihi criminis auctor: nā tu mihi perſuaſiſti ut cōmigrarem. ¶ Lata eſt ſententia triſtis: ab effectu. Condemnatus nanq; fuerat Micylus. Proprie autem ſententia a iudicibus ferri dicitur: q̄uis i exemplaribus ſeſ: Data corrupte legaſ. [Ferre ſententiam] ¶ Candida ſentētia: ad calculos alludit: ¶ Lacedæmonium Tarentum: a Lacedæmoniis cōditū. [Tarētū] Nam Tarentum urbs ē Calabriæ, quę & Taras a Græcis appellaſ, a Tara Neptūi filio ædificatas a parthenis uero Lacedęmoniorū duce phalanto amplificata: ut & Iuſtin⁹ & Plutarch⁹ copioſe ſcribunt. ¶ Et Sybarim: Sybaris urbs ē, & fluui⁹ Calabriæ. [Sybaris] Vrbs autē poſtea Thurion fuit cognominata: quæ a Crotoniatis fuit capta. ¶ Salentinumq; Neræthum: Neræthuꝫ quidem legitur, ſed corrupte: ut ex Strabone collegimus, qui ait Neæthū Salentinorum eſſe fluuium, a nautium Aeneæ cōflagratione dictum. [Neæth⁹] Quare hic quoq; Neęthum legamus. [Salētini] Salentini autem populi ſunt a Salentina urbe dicti. ¶ Thurinoſq; ſin⁹: Thurii urbs ē calabriæ, quæ & Thuria & Thurion dicta ē a Thuria fonte. [Thurii] Hæc prius Sybaris: nouiſſime Copiæ fuerunt appellatæ, unde Thurinus declinatur. [temeſe] ¶ Temeſenq;: Temeſe urbs ē Calabrię. ¶ Et Iapygis arua: Iapygia urbs eſt Calabriæ ab Iapyge heroe dicta. [Iapygia] ¶ Fatalia ora: hoſtia fatis & iuſſu Herculis quæſita.

RAph. ¶ Tumulō:ſepulchro. ⁋ Iuſſa terra:ab Hercule. ⁋ Et nomen tumulati traxit in urbē:nam Croton a Crotone heroe fuit dicta:unde Crotoniatæ declinant. Eſt & alia urbs eodem nomine Thuſciæ,olim Metropolis.

Croton Crotoniatæ

Fabulæ ſecūdæ decimiquinti libri argumētum.

LAct. ¶ Talia conſtabat &c. Pythagoras Sami⁹ tyrānidē fugiēs cū patriā reliquiſſet Italiā uenit:& q̄ didicerat de rerū natura,mūdi gradū modū ſæculi aurei docet ad uſus terræ neceſſarios cōcta pbente ſæculo nefas eſſe aialibus ueſci:q̄ eēnt cōſanguineæ aiæ mortalīū in pximo tēpore:& q̄ corporib⁹ corpora tranſfunderēt. Poſtea paulatī cōceſſuz eſſe:ut maleficiis fere dolis itercepta occiderēt:& māſuetaq; fecit⁹ ſues,q̄ fruges ſatas eruerent. Item capri q̄ uitem maturam pcepere aſſueuiſſēt,ne fruct⁹ creſceret.

pythagoras Samius

¶ Primordia:principia.

RAph. ⁋ Poſitæ urbs: Crotōis. ⁋ Vir fuit hic ortu Samius:periphraſis eſt pythagoræ.nā pythagoras Samius fuit:q̄ ĩ odio tyrannorū patriā reliquēs Crotonē uenit,ubi plurimaz poſteri cœpit:unū ēt plūi Italici fuerūt cognominati pythagoras āt primus oius μετεμψύχωσιν:hoc ē aiarū de corpib⁹ ĩ corpa trāſitus fuerit:eoq; uetuit ne carnib⁹ hoies ueſcerētur quo faciliori uictui aſſueſcerēt,ſemp q; cibos parabiles haberēt. Hinc.n.& ſanitatem corpori,& ingenio acumen acqri aiebat. Multas autē Metamorphoſeis ex pythagoricis dogmatis poeta deſcribit. ⁋ Hic q; illic Crotoni,quo ſe contulit Numa Pompilius,ut pythagoram audiret. ⁋ Ortu:origine. ⁋ Et dominos:tyrānos. ⁋ Mente:mentis cōtēplatione. ⁋ Deos adiit cæleſtia ac diuina ſcrutat⁹ eſt. ⁋ Oculis pectoris: ingenio. ⁋ Hauſit:percepit, intellexit. ⁋ Vigili cura:diligenti ſtudio. ⁋ Dabat: pponebat. ⁋ Cœtumq; ſilētum:alludit ad morem pythagoreorū: qbus ad certum uſq; tps(ut Gellius ſcribit) p æſtimato captu ſolertiæ ſilentium iniungebat. ⁋ Dictaq; mirantum:uerba pythagoræ ob ſummam grauitatem admirātum. ⁋ Tanta nanq; fuiſſe auctoritate pythagoras tradit,ut diſcipuli etiam ſi nullam dictorum rationem aſſignaſſet,maximā adhiberent fidem:rogatiq; alicuius dicti rationem:reſponderent αὐτὸς ἔφα:hoc eſt ipſe dixit, pythagoram innuentes:exiſtimarentq; ſe Dei uocē audire.

pythagoras

pythagoræ ſermo

pythagoræ dogma

Nec pcul hinc tumolū,ſub quo ſacrata Crotonis
Oſſa tegebar humus:iuſſaq; ibi mœnia terra
Condidit:& nomen tumulati traxit in orbem.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci:poſitæq; Italis in finibus urbis.
Vir fuit hic ortu Samius:ſed fugerat una
Et Samon,& dominos: odioq; tyrannidis exul
Sponte erat.iſq; licet cæli regione remotus,
Mente Deos adiit:& quæ Natura negabat
Viſibus humanis:oculis ea pectoris hauſit.
Cumq; animo,& uigili perſpexerat omnia cura:
In medium diſcenda dabat:cœtumq; ſilentum,
Dictaq; mirantum magni primordia mundi
Et rerum cauſas,& quid Natura doceret,
Quid Deus.unde niues:quæ fulminis eēt origo.
Iuppiter,an uenti diſcuſſa nube tonarent:
Quid quateret terras:qua ſydera lege mearent:
Et quodcunq; latet,primuſq; animalia menſis
Arguit imponi.primus quoq; talibus ora
Docta quidem ſoluit:ſed non & credita uerbis
Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora.ſunt fruges.ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo,tumidæq; in uitibus uuæ.
Sunt herbæ dulces.ſunt quæ miteſcere flamma
Mollirique queant.nec uobis lacteus humor
Eripitur.nec mella Thymi redolentia flore.
Prodiga diuitias,alimentaq; mitia tellus
Suggerit:atq; epulas ſine cæde,& ſanguine pbet.
Carne feræ ſedant ieiunia:nec tamen omnes
Quippe equ⁹,& pecudes,armētaq; gramine uiuūt:
At quibus ingenium eſt,manſuetū,ferumq;
Armeniæ tigres,iracundiq; leones,
umq; lupis,urſi dapibus cum ſanguine gaudēt:
Heu quantum ſcelus eſt in uiſcera,uiſcera condi:
Congeſtoq; auidum pingueſcere corpore corpus:

dire.pythagoras quidem fuit appellatus,qd̄ nō minus q̄ pythius uera loqret. ⁋ Magni primor.mū.de qb⁹ uariæ ſunt phorū opinioēs:ut in primo diximus. ⁋ Et rerum cauſas:in qbus inueniēdis maxime philoſophi laborāt. ⁋ Et quid natura:ſit uerbū ſubaudiatur. Naturam aūt ab Ariſtotele diffinit eſſe principiū motus & q̄etis. Hæc autem omnia a phyſicis tractantur. ⁋ Quid Deus:quæ nam ſit Dei diffinitio. Deū aūt ſcribit plato eſſe ſummum bonū:oiumq; bonorū auctorē. ⁋ Vnde niues:qua ex cā niues generentur. Vt ſcribūt phyſici,ex pluuia frigore cōdenſata niues generantur. ⁋ Quæ fulminis eſſet origo:ex colliſione nubium fulmen exprimi putat. ⁋ Iuppiter an uenti:q̄ cā tonitru foret. Alii nāq; tonitru eē aiunt aeris uehementem ſtrepitum. Alii autem eruptionem uentorū effracta nube cū maximo ipetu cocuntiū. ⁋ Quid quateret terras:qd faceret terræmot⁹. Venti aūt in ſubterraneis cauernis reclūſi,neq; exitum habentes in cā terræ motuū eē dr̄. ⁋ Qua ſydera lege mearēt:alia nā q̄ ſyderū cū mūdo:alia cōtra mūdū meare dr̄. ⁋ Et quodcū p latet:oia ignota hoibus alioqn longū eēt docebat pythagoras. ⁋ Arguit:reþhendit,ſed arcuit p.c.rectius legerem hoc eſt uetuit. ⁋ Parcite mortales:grauiſſima pythagoræ oratio, qua hominibus diſſuadet ne carnibus ueſcantur. Hæc autem de Empedocle, q pythagoræ dogmata carminibus cōplex⁹ ē,ſūpta eē uidentur:id qd facile ex ijs,q̄ de pythagora ſcribit Gelli⁹ pcipi pōt. Tm̄ uero ab uſu carniū pythagoras abhorruiſſe a Diogene ſcribit:ut aræ Delii Apollinis genitoris quem ſolum colebat,frumēta,hordeū,ac placentas ſine ullo igne impoſuerit:nec ulla unq̄ uictima,ut in Deli rep. Ari. teſtat. ⁋ Parcite temerare:nolite uiolare. ⁋ Deducētia: inclināta. ⁋ Tumidæ:ſucci plenæ. ⁋ Lacteus humor: periphraſis eſt lactis. ⁋ Mollirique:mollia fieri,& coqui. ⁋ Thymi:herba eſt apibus gratiſſima thymus. ⁋ Prodiga tellus:q̄ omnia copioſe effundit. ⁋ Suggerit: ſubminiſtrat. ⁋ Et pecudes: oues. ⁋ Armentaq;: boues. ⁋ Ingenium:natura. ⁋ Heu q̄tum ſcelus eſt:a turpi diſſuadet Pythagoras hoibus,ne carnib⁹ ueſcant. ⁋ In uiſcera:in uentrem,& inteſtina. ⁋ Viſcera:carnes.

Natura

Deus

Vnde niues

Vn̄ fulmen

Vnde tonitru

Vn̄ terræ mot⁹

Temerare thym⁹

¶ Animantem

Alteriuſq; animantem, animantis uiuere leto.
Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum
Terra creat: nil te niſi triſtia, mandere ſæuo
Vulnera dente iuuat? rituſq; referre Cyclopum?
Nec niſi perdideris alium, placare uoracis,
Et male morati poteris ieiunia uentris?
At uetus illa ætas: cui fecimus Aurea nomen:
Fœtibus arboreis, & quas humus educat herbis,
Fortunata fuit: nec polluit ora cruore.
Tunc & aues tutæ mouere per aera pennas:
Et lupus impauidus mediis errauit in aruis:
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpenderat hamo.
Cuncta ſine inſidiis, nullâq; timentia fraudem,
Plenaq; pacis erant. poſtq̄ non utilis auctor
Victibus inuidit, quiſquis fuit ille Deorum,
Corporeaſq; dapes auidam demerſit in aluum:
Fecit iter ſceleri: primoq; e cæde ferarum
Incaluiſſe putes maculatum ſanguine ferrum,
Idq; ſatis fuerat: noſtrumq; petentia letum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed q̄ danda neci: tam non epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit: & prima putatur
Hoſtia Sus meruiſſe mori: quia ſemina pando
Eruerit roſtro: ſpemq; interceperit anni.
Vite caper morſa Bacchi mactatus ad aras
Dicitur ultoris: nocuit ſua culpa duobus.
Quid meruiſtis oues placidum pecus? inq; tuēdos
Natum hoīes, pleno quæ fertis in ubere nectar?
Mollia quæ nobis ueſtras uelamina lanas
Præbetis: uitaq; magis, q̄ morte iuuatis?
Quid meruere boues? animal ſine fraude, doloq;,
Innocuum, ſimplex, natum tolerare labores?
Immemor eſt demū, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curui dempto modo pondere aratri
Ruricolam mactare ſuum: qui trita labore
Illa, quibus toties durum renouauerat aruum:
Tot dederat meſſes: percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt. ꝙ tale nefas committitur: ipſos
Inſcripſere Deos ſceleri, numenq; ſupernum
Cæde laboriferi credunt gaudere iuuenci:
Victima labe carens, & præſtantiſſima forma
(Nam placuiſſe nocet) uittis præſignis, & auro,
Siſtitur ante aras: auditq; ignara precantem:
Imponiq; ſuæ uidet inter cornua fronti,
Quas coluit fruges: percuſſaq; ſanguine cultros
Inficit in liquida præuiſos forſitan unda.
Protinus erepta uiuenti corpore fibras
Inſpiciunt: menteſq; Deum ſcrutantur in illis:
Vnde fames homini uetitorū tanta ciborum eſt?
Audetis ueſci genus o mortale? quod oro

RAph. ¶ Animantem: hominem. ¶ Ritus Cyclopumq; carni bus humanis, crudiſq; ueſcebant. Diſſuadet autē ab inhoneſto. Turpe nāq; eſt homini imitari & feras, & ſæuos Cyclopum mores. ¶ Male morati: malis moribus præditi. Hæc autem cum interrogatione & ironia legēda ſunt. ¶ Cui fecimus aurea nomen: figurata eſt locutio: quam auream appellauimus. A felicitate uero aureæ ætatis ſumptum eſt hoc argumētum. ¶ Fœtibus arboreis: fructibus arborum. ¶ Fortunata: felix & beata. ¶ Polluit: inquinauit. ¶ Mouere pēnas: uolauerūt. ¶ Tutæ: ſecuræ: ſine periculo. Neq; n. tunc illis retia tendebantur. ¶ Impauidus: intrepidus, ſine ullo timore. ¶ Victibus: facilitati uiuēdi. ¶ Quiſquis fuit: ignorat nā, ꝗ quiſnā fuerit, tametſi Iouē fuiſſe ſcribāt poetæ. ¶ Corporeas dapes: epulas ex corpore & carne cōfectas. ¶ Fecit iter: aperuit uiā. ¶ Sceleri: cædibus, & homicidiis. ¶ Idq; ſatis fuerat: ut feras interficeremus. ¶ Noſtrumq; petentia letum: feras quem nobis pniciosas interficiēdas eſſe ait, ſed earum carnibus non eſſe ueſcēdum. ¶ Inde: a cæde ferarum deuētum eſt ad cædem ciurū: ac manſuetorum animalium: & qđ peius eſt, hominum quoq;. ¶ Pando recuruo. ¶ Eruerit: ſubruerit, ſubuerterit. Sus aūt Cereri imolari ſolebat, ut caper Baccho. ¶ Spem anni: ſegetē, & frumentū. ¶ Morſa: corroſa. ¶ Nocuit ſua culpa duobus: concedit Pythagoras Suem quidem & caprum merito fuiſſe iugulatos. Verū oues & boues nihil prorſus unquā mali commiſiſſe, ac potius humano generi maximopere prodeſſe: eoſq; nō eſſe interficiēdos. ¶ Duobus: Sui, & capro. ¶ Nectar: lac ſuauiſſimū. Ex arte autē commoda, quæ ex ouibus habentur, amplificat Pythagoras: quo facilius ab illis occidendis homines deterreantur. ¶ Tolerare: ad tolerandum. ¶ Immemor: ingratus. ¶ Demum: affectui ſeruit hoc loco demū quemadmodum & tandem aliquando. ¶ Ruricolam: bouem, quo rura & arua coluntur. ¶ Quo trita labore: interpretatio eſt. idem enim dicit p diuerſa uerba. Eſt autem ordo: Qui percuſſit ſecuri illa colla, qbus toties durum aruum trahēdo aratrum renouauerant. Tūc autem renouatur aruū cum aratro proſcinditur. ¶ Numen ſupernum: Iouem, ſiquidem Ioui ſacrificant iuuencum. ¶ Victima labe carēs: uitio ac morbo. In cæde uero & imolatione boum deſcribenda cōmoratur Pythagoras, quo facilius ab illis interficiendis homines dehortetur. Ad id autem alludit poeta, quod paulo ante dixi Pythagoram non uictimas, ſed placētas in deorum ſacrificiis obtuliſſe. Cruentas nanq; hoſtias Diis offerri uetabat, ſolāq; aram, quæ ſine ſanguine eſſet adorandā cenſebat. ¶ Nam placuiſſe nocet: niſi enim placeret nō immolaretur. eſt autem parentheſis. ¶ Et auro: auratis cornibus. ¶ Quas coluit fruges: mola nanq; ſalſa quæ ex farre & ſale conſtabat imponebatur uictimarum fronti. ¶ Inſpiciunt: inde haruſpices ſūt dicti, ab haruga, hoc eſt uictimis inſpiciendis. ¶ Scrutantur: inquirunt. ¶ Vetitorum ciborum: prohibitarum carnium. ¶ Veſci: carnibus ueſci homines proprie dicuntur: quod græci κρεωφαγεῖν dicunt.

Mola ſalſa

Haruſpices

Veſci carnib⁹

RAph. Omnia eſſe i cōtinuo motu

¶ Ipſa quoque aſſiduo: exemplo tēporis colligit pythagoras omnia eſſe in cōtinuo fluxu. ¶ Et iubar hoc nitidū. hunc Solis ſplēdorē. ¶ Media gete: media nocte. Aliū autem cæli cē colerē in media nocte colligit, alium in crepuſculo, quando Lucifer lucei deſinit. Primus uero pythagoras (ut ſcri. Diogenes) eandem ſtellā Luciferū, Heſperumq; appellauit. ¶ Inficit: tigit colorē ubicūdo. ¶ Pallantias: Aurora pallātis gigātis filia. ¶ Ipſe Dei clypeus: ipſe Solis orbis Solē ātedēdē nō manere colligit. ¶ In ſūmo: i cæli ſūmitate. ¶ Nocturnæ Dianæ: Lunæ, quæ ſpatii creſcit, aut decreſcit: nec unq̄ i eodē pmāet ſtatu. ¶ Si cōtrahit orbē: ſi circulū efficit & rotūda ē.

Pallantias

Quatuor anni partes ætates q̄tuor

¶ In ſpecies quattuor: partes, uer, æſtatē, autumnū: hyemē: quæ qdē ſibi inuicem cedūt. ¶ Aetatis noſtræ: āni ætates hois referre ſcribit. Naz ut quatuor ſūt anni partes: ita ex pythagoræ ſententia, q̄tuor ſunt hoīa ætates. Pueritia quæ uiginti annos iplet. Adoleſcētia uiginti. Iuuēta uiginti. Senectus uiginti. Pueritia autē ueri ſimilis uidet. Adoleſcētia æſtati. Iuuenta autumno. Senectus hyemi. ¶ Nā teneræ uer pueritiæ, æſtatē iuuētæ, autumnū primæ ſenectuti, hyemē decrepitati ſimilem eſſe ait. ¶ Roboris expers: firmitate carens. ¶ Turget: tumeſcit ſuccorum copia. ¶ Inſolida: infirma. ¶ Et ſpe delectat agreſtes: agricolas ſpē. n. ſe fruges oīs generis collecturos. ¶ Alm⁹ ager: ab alendo alm⁹ dr ager: qd hoīes ſuis fructibus alat. ¶ Ludit: ludere uī & luxuriaī. ¶ Neq; adhuc uirt⁹ i frondib⁹ ulla ē: tenellæ nāq; ipe ueris ſūt frondes, ut puerorū corpa ſine ullo robore & firmitate. ¶ Tranſit i æſtatē: ueri ſuccedit æſtas. ¶ Robuſtior annus: pars anni robuſtior. ¶ Fitq; ua. iuuenis ualēs: fortiq; ac robuſto iuueni fit ſimilis. ¶ Nec

Almus

Sperma i hoiem

Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu:
Non ſecus, ac flumē: neq; enim cōſiſtere flumen:
Sola tua eſt. ſimiles aliorum reſpice caſus.
Mitius iſta feres. utinamq exempla dolentem
Non mea te poſſent releuare: ſed & mea poſſunt.
Fando aliquẽ Hippolytũ, ueſtras ſi cõtigit aures
Credulitate patris, ſceleratæ & fraude nouercæ
Occubuiſſe neci mihi abere: uixq probabo.
Sed tamen ille ego ſum. me Paſiphaeia quõdam
Tentatum fruſtra patrium temerare cubile:
Quod uoluit, finxit uoluiſſe: & crimine uerſo
Indiciine metu magis, offenſaue repulſæ
Arguit: immeritumq pater proiecit ab urbe:
Hoſtiliq caput prece deteſtatur euntis.
Pitthejam profugo curru Trœzena petebam:
Iamq Corinthiaci carpebam litiora ponti:
Cum mare ſurrexit: cumuluſq immanis aquarũ
In montis ſpeciem curuari, & creſcere uiſus:
Et dare mugitus: ſummoq cacumine findi.
Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis:
Pectoribuſq tenus molles erectus in auras,
Naribus, & patulo partem maris euomit ore.
Corda pauent comitũ. mihi mens interrita mãſit

RAph. ¶ Sacrificos rit. ſacrificiorum leges. Nam ſua cuiq Deo ſacra, ſacerdoteſq inſtituit: ut elegãter Liuius ſcribit. ¶ Ad artes pa. ad Deorum religiõem, & iura & leges & mores colẽdos. Numa enĩ urbẽ Romã ui & armis a Romulo cõditam: iure: legibus: ac moribus de integro cõdidit. ¶ Qui poſtq̃ ſeni. Numa cũ tres & quadraginta regnaſſet annos periit. ¶ Peregit, perfecit, ac finiuit. ¶ Vallis Aricinæ:

Aricia Aricia urbs ẽ Latii haud longe ab urbe Roma diſtans: unde Aricinꝰ dicitur. ¶ Oreſteæ Dianæ: quã Oreſtes una cũ Iphigenia ſorore de Taurica regione in Italiã trãſtulit: ac iuxta Aricã collocauit.

Oreſtes Nam Oreſtes poſt interfectam matrem in furorẽ conuerſus a Pylade ſocio ad Dianã Tauricaꝫ liberandus deductus eſt: cui cum hoſpites mactarẽtur: a ſorore Iphigenia quæ Deæ ſacerdos erat, cognitus ſeruabat Thoante rege iterfecto Dianæ ſimulachrum aufugiẽtes abſtulerunt: iuxtaq ariciam collocarũt. Tametſi pauſanias Spartam allatũ ſcribit ſimulachrum illud contẽdit. ¶ Ne faceret: ne fere pergeret. ¶ Theſeius heros:

Hippolytus Hippolytus q equorum furore laceratus precibus Dianæ uitæ fuit reſtitutus, ac tẽplo Dianæ Aricinæ pfectus Virbius fuit appellatus, ſed & ipſe fata ſua ad cõſolationẽ ægeriæ narrat. ¶ Siſte mo. ſtatue, ipone finem luctui. ¶ Releuare: leuẽ reddere, a fletu liberate.

Fabulæ. xly. libri. xy. argumentum.

LACT. ¶ Fando aliquem Hippolytum ueſtras ſi contigit &c. Hippolytus cuꝫ propter nouercalæ odium ppulſus eẽt patria, & Trœzena pficiſceret. ex improuiſo mari elatꝰ taurus ſicut parens optauerat: grauiſſimum ei obiecit timorem: exaſperatis equis tractus interiit. Quem Aeſculapius Dianæ uoluntate: cuius initio comes fuerat reduxit ad ſuperos. Hinc eiuſdem de inferis reuocatus in nemus aricinum mortalitatem exuit ei. Cõuerſo itaq nomine Deus Virbius eſt nominatus.

RAph. ¶ Fando: inter loquendum. ¶ Aliquẽ Hippolytũ: quẽdam in ſoluta oratione diceremus. ¶ Credulitate pris: Theſei: qui nimiũ facile credidit phędrę uxori priuignũ accuſãti. ¶ Vixq probabo: difficulter pſuadebo. ¶ Me paſiphaeia quõdã: phędra paſiphaes filia, Theſei uxor:

Phędra Hippolyti puigni amore capta ab illo ' ñu repulſa. Quare idignata ſe ſuſpẽdit libellũ manutenẽs, quo Hippolytũ accuſabat, q ſe de coitu iterpellaſſet. Pr̃ credulus & filiũ iſontẽ i exiliũ expulit, & illi mortẽ eſt iprecatus: quã a pr̃e Neptuno facile ipetrauit: ut q pollicitus eſſet ſe tria ipſi pſtituꝝ, q̃cũq poſtulaſſet. Cũ igit fugeret hippolytꝰ: ecce phocæ mari egreſſæ ita pterruerũt equos q̃drigaꝝ: qbus uehebatur: nullo pacto potuerit ihiberi, q̃n pcipitia hippolytũ imiũẽtes prius dilaniarẽt. Qui tñ ſtati Diãę pcib' ope Aeſculapii uitę fuit reſtitutꝰ: Virbiuſq appellatꝰ. ¶ Paſiphaeia: cũ q̃dã uituperatione dixit, ac ſi Phædræ obiiceret Paſiphaes libidinẽ, q̃ amore tauri capta cũ illo coire ſuſtinuit. ¶ Me fruſtra te. a Phędra de ſtupro fruſtra interpellatũ.

Paſiphae ¶ Temerare: uiolare. ẽ aũt ordo: paſiphaes filia quõdã finxit me fruſtra tẽtatũ uoluiſſe temerare patriũ cubile, qđ ipſa uoluit. ¶ Et cri. uer. in me ſubaudiaf. ¶ Indicii ne me. altera duarũ cauſaꝝ ſe accuſatum a Phædra Hippolytus ait, uel quod timebat ne ipſa accuſaret: uel quod repulſa fuit & ſpreta. ¶ Arguit: accuſauit: in ueteribus aũt exemplaribus animaduerti ſic etiã ſcriptum eſſe: Damauit: immeritumq nihil pater eiicit urbe. Sꝫ utrũq mõ idẽ ẽ ſẽſus. ¶ Proiecit: eiecit, expulit. ¶ Hoſtili p̃ce: imp̃catiõe hoſti cõueniẽte: nõ pr̃i. Theſeus. n. Neptunũ pr̃em p̃catus eſt: ut Hippolytꝰ filꝰ diſcerperet. ¶ Euntis: in exiliũ. ¶ Pitheiã Trœzenam: q̃ pittheꝰ pelopis filiꝰ ac Aethrę mr̃ is Theſei pater regnauit. Trœzen aũt urbs ẽ pelopõneſi a Trœzẽe Pelopis filio, cui pittheus in regno ſucceſſit cognominata. Vt. n. Stephanus ſcribit: & aphrodiſias & Saronia & poſſidonias & apollonias & Anthanis ãtea fuit dicta.

Pittheus Trœzẽ ¶ Cũ mare ſurrexit: tumefactũ ẽ. ¶ In mõtis ſpẽm: p ẽphaſim oñdit q̃r ꝰ eẽt uitulꝰ ille marinus: q iſtar mõtis mare extolleret. ¶ Et dare mugitus: mugire. nondũ. n. uitulus ille marinus ex aqs extulerat caput. phocæ aũt ut tauri mugitus edũt: unde & uituli nomen acceperunt. ¶ Corniger hinc taurus: deinde inquit phoca ut taurus cornua habens: ex ruptis undis egreſſa eſt. ¶ Expellitur: erumpit: cum impetu egreditur. ¶ Exiliis contenta ſuis: exilii ſui mœrore confecta. ¶ Feroces quadrupedes: feroces equi: quibus Hippolyti currus trahebatur

RAph. ¶ Colla et capita. ⸿ Ad freta cõuer. ad mare ꝑ ſtrepitũ phocæ egredientis. ⸿ Horrentitimẽt. ⸿ Mõſtri me. uituli illi⁹ marini timore. Phocæ nãq̃ adeo ſũt aſpectu turpes: ut iter mõſtra marina numerent. ⸿ Præcipitãt: i ꝓceps iaciũt. ⸿ Altia ſco. ꝑ alta ſaxa. ⸿ Ego du. ua. ego inqt fruſtra conor retrahere frena ſpumis īfecta. ⸿ Ducef: reducere, retrahere. ⸿ Vana ma. īfirma. neq̃. n. equos potuit ꝯtinef. ⸿ Luctor: enitor, conor. legit & Luſtro. ⸿ Tẽdos: contendo. ⸿ Retro: ducef ſubaudiamus, ut retrahere itelligamus. ⸿ Lẽtas hab. flexibilia lora. ⸿ Has ui. meas uires. ⸿ Rabies: ferocitaf. ⸿ Perpetuũ axẽ: ꝯtinuũ.

Axis Axis aũt ẽ lignũ illud, circa qđ rotæ curr⁹ uertuntur. ⸿ Excutior cur. e curru eiect⁹ cado. ⸿ Art⁹: pedes ⸿ Repẽſa: retẽta a radicibus: ſtirpibuſq̃ arborũ. ⸿ Dare: edere. ⸿ Graue ſo. magnũ efficef ſtrepitũ. ⸿ Exhalare: mittere, me ſubaudiam⁹. ⸿ Videres: uidẽ poſſes. ⸿ Nũ po. aut au. maiorẽ ſuã fuiſſe calamitatẽ q̃ q̃ Aegerie ꝯtigit

Hippolytus ab inferis Hippolyt⁹ ait. ⸿ Cõponere: cõpare. ⸿ Vidi quoq̃ lu. ca. re. hoc ẽ ad inferos quoq̃ deſcendi. ⸿ Et lacer ſo. & corp⁹ inqt laniatũ ardẽtiſſima phlegethõtis aq̃ laui. Eſt. n. Phlegethon un⁹ ex iferoꝶ fluuiis q ardẽs iterp̃tari põt.

phlegethon ⸿ Apollinea p. Aeſculapii Apollinis filii. ⸿ Fortib⁹ her. potẽtib⁹. ⸿ Atq̃ ope Pæonia: auxilio medico.

Pæon Pæon. n. deoꝶ medic⁹ peritiſſimus fuiſſe phibet, a quo Pæonia herba: & inuẽta fuit & appellata. ⸿ Dite indig. Plutone ægre ferẽte me uitę reſtitui. ⸿ Ne

ægeria i fon'em pñs augerẽ muneris hui⁹ Inui. hoc ẽ ne ſi in Gręcia

Tages puer uiuerẽ, Athenieñſiũ in me

Gleba i puerũ inuidiã cõcitarẽ, a Diana fui occultat⁹. ⸿ Cynthia: Diana: cuius miles erat Hippolytus. ⸿ Impũe: ſine ulla mea pœna. ⸿ Addit ęta. me natu maiorẽ ef fecit, q̃ eſſem cũ ab eq̃s fui dilaceratus. ⸿ Ora cognoſcẽda: faciẽ q̃ cognoſci poſſet. Innuit aũt Hippolytus ſe in nouam figurã fuiſſe trãſmutatũ, ne a quo q̃ cognoſci poſſet. ⸿ Habendam: habitandã. ⸿ Hic poſuit: in Latio iuxta Aricĩam. ⸿ Nomenq̃ ſimul: uf ſentire poeta Hippolytũ fuiſſe uolatum, q̃ ab equis fuit ſolutus & lantatus.

Hippolytus Verbius Nam ἵππος equus: λύω ſoluo interp̃taf. ⸿ Nunc idem Virbius eſto: Virbius dictus ẽ Hippolyt⁹ q̃ uir bis fuiſſe uidetur. & anteq̃ ab eq̃s fuit dilaceratus, & poſtq̃ uitę fuit reſtitutus. ⸿ Hoc nemus inde colo: ex eo tp̃e inqt quo ab inferis ſum reuocatus in hoc Aricino nemore habito. ⸿ Numine ſub dominæ: Dianæ: quæ iuxta Aricĩã templum habebat.

Fabulæ. xlvi. libri. xv. argumentum.

Exiliis contenta ſuis: cum colla feroces
Ad freta conuertunt: erectiſq̃ auribus horrent
Quadrupedes: monſtriq̃ metu turbãtur: & altis
Præcipitant currum ſcopulis. ego ducere uana
Fræna manu, ſpumis albentibus oblita luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec uires tamen has rabies ſuperaſſet equorum:
Ni rota: perpetuum, quæ circumuertitur axem,
Stipitis occurſu fracta, ac diſiecta fuiſſet.
Excutior curru, loriſq̃ tenentibus artus
Viſcera uiua trahi: neruoſq̃ in ſtirpe teneri:
Membra rapi partim: partim reprenſa relinqui,
Oſſa grauem dare fracta ſonum: feſſamq̃ uideres
Exhalare animam: nullaſq̃ in corpore partes:
Noſcere quas poſſes: unumq̃ erat omnia uulnus.
Num potes, aut audes cladi componere noſtræ
Nympha tuam? uidi quoq̃ luce carentia regna:
Et lacerum foui phlegethontide corpus in unda
Nec, niſi apollineæ ualido medicamine prolis
Reddita uita foret. quam poſtq̃ fortibus herbis
Atq̃ ope pæonia Dite indignante recepi:
Tum mihi, ne præſens augerem muneris huius
Inuidiam, denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtq̃ forem tutus, poſſemq̃ impune uideri
Addidit ætatem: nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi: Cretenq̃ diu dubitauit habendam
Traderet, an Delon. Delo, Cretaq̃ relictis
Hic poſuit: nomenq̃ ſimul quod poſſit equorum
Admonuiſſe iubet deponere: quiq̃ fuiſti
Hippolytus dixit: nunc idem Virbius eſto.
Hoc nemus inde colo: de Diiſq̃ minoribus unus
Numine ſub dominæ lateo, atq̃ acenſeor illi.
Non tamen ægeriæ luctus aliena leuare
Damna ualent: montiſq̃ iacens radicibus imis
Liquitur in lachrymas: donec pietate dolentis
Mota ſoror phœbi gelidum de corpore fontem
Fecit: & æternas artus tenuauit in undas.
At nymphas tetigit noua res: & Amazone natus
Haud aliter ſtupuit: q̃ cum Tyrrhenus arator

LAct. ¶ Nõ tamẽ &c. Aegeria nympha Numæ Põpilii coniux ꝑditũq̃ poſt uiri interitum cũ ſe in nemus Aricinum contuliſſet: ibi que fletu aſſiduo defleret caſũ ſui: fatigata Dianã eius regiõis incolã aſſiduo fletu: nouiſſime lachrymę eius ab eadẽ Dea trãſmutatæ ſunt in fontem: q ex eius noie nuncupaf Aegeria.

RAph. ¶ Non tñ Aegeriæ: Numæ Pompilii uxor cũ ob mariti mortẽ flere nõ deſineret: Dianæ miſeratione in fon'ẽ ſui nois fuit cõuerſa. ⸿ Leuare: leuea reddef. ⸿ Liquif: reſoluitur. ⸿ Soror Phœbi: Diana. ⸿ Tenuauit: in tenues aquas trãſmutauit.

Fabulæ. xlvii. xv. libri argumentum.

LAct. ¶ At nymphas &c. Cũ Tyrrhenis: quæ & Thuſcia dicta eſt: quidam arator iuſſũ opus in dies redderet: ꝑſſo uomere glebã opinione ſua ponderoſiorẽ excitauit: cuius dũ miratione ꝑmeret: animaduertit eã in figuraz pueri eſſe trãſmutatam: q Heruſcorum lingua Tages poſtea nomine futurorũ ſcientiam inueniret.

RAph. ¶ At nymphas tetigit noua res: hęc ad cõcinnitatem quæ ſequunf cõnexiõem a poeta narrãtur. Gleba nãq̃ agricolę arãti in puerũ uaticinãdi peritũ uiſa ẽ trãſformari. ⸿ Et amazone natus: Hippolyt⁹ Hippolytę amazonũ reginæ filius. ⸿ Q uã cũ Tyrrhenus arator: hæc hiſtoria ẽ nõ fabula. Nã ut i. ii. d Diuinatiõe libro Cicero ſcribit. Tages qdam dicif in agro Targnenſi cũ terra araretur & ſulcus altius eſſet impreſſus extitiſſe repẽte & eũ affatũ eſſe q arabat. Is aũt ut in libris ẽ Hetruſcoꝶ puerili ſpẽ dr̃ uiſus, ſed ſenili fuiſſe prudentia. Ei⁹ aſpectu cũ obſtupuiſſet bubulcus, clamorẽq̃ maiorẽ cũ admiratiõe ediddiſſet: cõcurſuz eſſe fctm̃, totãq̃ breui tp̃e in eũ locũ Hetruriã cõueniſſe. Tũ illũ plura locutũ multis audiẽtib⁹: q ola ei⁹ uerba excepit: litteriſq̃ mãdauerit. Oĩa aũt oroẽ fuiſſe eã q̃ haruſpicis diſciplina contineã.

¶ Fatalem

Fatalem glebam motis aſpexit in aruis,
Sponte ſua primum, nulloq; agitante moueri.
Sumere mox hominis, terræq; amittere formẽ,
Oraque uenturis aperire recentia fatis.
Indigenæ dixere Tagen: qui primus Hetruſcam
Edocuit gentem caſus aperire futuros.
Vtq; palatinis hærentem collibus olim:
Cum ſubito uidit frondeſcere Romul⁹ haſtam:
Quæ radice noua, non ferro ſtabat adacto.
Et iam non telum, ſed lenti uiminis arbor
Non expectatas dabat admirantib⁹ umbras.
Aut ſua fluminea quum uidit Cipp⁹ in unda
Cornua. uidit enim: falſamq; in imagine credẽs
Eſſe fidem: digitis ad frontem ſæpe relatis
Quæ uidit, tetigit, nec iam ſua lumina damnans
Reſtitit: ut uictor domito ueniebat ab hoſte:
Ad cælumq; oculos, & eodem cornua tollens:
Quicquid ait Superi monſtro protenditur iſto:
Seu lætum eſt patriæ, lætum, populoq; Quirini:
Siue minax, mihi ſit. utq; ex ceſpite factas
Placat odoratis herboſis ignibus aras.
Vinaq; dat pateris: mactatarumq; bidentum
Quid ſibi ſignificent, trepidantia conſulit exta.
Quæ ſimul aſpexit Tirrhenæ gentis haruſpex:
Magna quidem rerum molimina uidit in illis,
Non manifeſta tamen: cum uero ſuſtulit acre
A pecudis fibris, ad Cippi cornua lumen.
Rex ait o ſalue. tibi enim, tibi Cippe tuiſq;
Hic locus. & Latiæ parebunt cornibus arces.
Tu modo rumpe morã: portaſq; intrate patentes
Appropera. ſic fata iubent. nanq; urbe receptus

RAph. ℂ Fatalẽ glebã: in qua fata & futurorũ pſciẽtia cõtinebã tur. ⸿ Terræ formam: glebæ figurã. ⸿ Ora recẽtia: ora nuper ex terræ gleba figurata. ⸿ Venturis fatis: hoc eſt diſciplinæ & arti eorum, quæ fato uẽtura erãt cognoſcẽ dorum. Nam Tages primus omniũ haruſpicinæ diſciplina thuſcis tradidit. ⸿ Indigenæ: Thuſci. ⸿ Dixer: appellauer. ⸿ Qui pm⁹ hetruſcã: nã Tages primus oĩu; haruſpicinã, artẽq; diuinãdi ac pdicẽdi futura thuſcos docuit. Neq; Pli. a Cicero de Iñ, Ouidioq; diſſentit: ut quidã ait impitus. Sed

Tages Delphõ haruſpicinæ fuiſ

Haſta ĩ ſe iuentorẽ ait. Aliud uero eẽ docere: aliud inuenire nemo niſi cõmuni ſẽſu ca teat, unq̃ dubitauit.

Fabulæ. xlviii. argumẽtũ.

LAct. ℂ Vtq; palatinis &c. Romulus Martis & Iliæ fili⁹ cũ uenaret ex mõte Auẽtino pſequẽs aprũ fugiẽtẽ iaculum iecitq; pun⁹ in colle palatino hæſerit loc⁹ eſt mõtis ſcalæ tectæ cui⁹ ima ps ſpecu adeo depſſa terræ ẽ & cõprehẽſa radicib⁹. Effectum eſt nouiſſime ut i arborẽ cornũ in incremẽto conuerſa ſit.

RAph. ℂ Vtq; palatinis: hĩ quoq; de hiſtoria ſumptũ eẽ uĩ. Nã Romulũ ſcribit Plutarchus in palatino colle ſui experiũdi gratia corneã lãceã fuiſſe iaculatũ, illãq; in terra defixã, annitẽtibus multis cõuelli nũq̃ potuiſſe. Sed emiſſis ramis ĩ eximiæ altitudinis cornũ lære miſſe: locuq; uero cũ iia qui poſt Romulũ fuerunt, pietib⁹ circũductũ: ut ſanctiſſimũ tẽplũ ĩ magna religione fuiſſe adeo, ut ſicui prius accedenti uiſa fuiſſet arbor min⁹ frõdeſcere, ſꝫ ueluti ſubductis nutrimẽtis langueſcere: id ſtatĩ occurrẽtibus clamore ſignificaret. Cũ aũt C. Cæſar gradus extrueret: fabris propinqua arbori loca temerẽ fodiẽtibus uiolatæ radicea fuerũt: arborq; aruit & interiit. Virbiũ aũt ita ſtupuiſſe ait poeta reſolutione Egeriæ in fontẽ, ut ſtupuit Romulus cũ haſtã ſuã frondeſcere uidit. Mouit mihi riſum ſimul & ſtomachũ fatu⁹ qdã in hac hiſtoria referẽdã; Romulũ lanceã fuiſſe iaculatũ ſui ingenii experiẽdi gratia: perĩde ac ſi uirea ingenii & nõ corporis iaculantes experiremur. ⸿ Hærẽtẽ collib⁹ palatinis: fixã in mõte palatino. ⸿ Stabat: erecta erat. ⸿ Nõ ferro adacta: nõ cuſpide terræ ĩfixa. Nã haſtæ cuſpis in radicẽ fuerat cõuerſa. ⸿ Lenti uiminis: flexibilia uirgæ. Cornus. n. arbor ramos admodum flexibiles habet. ⸿ Dabat: faciebat. ⸿ Nõ expectatas umbras: inſpatas. ⸿ Admirãtibus: haſtã in arborẽ fuiſſe uerſam.

Cornus

Fabulæ. xlix. libri. xv. argumentum.

LAct. ℂ Aut ſua &c. Cippus Genin⁹ ab hoſte uictor reuertẽs prius q̃ triũphãs portã intrauit: animaduertit cornua ſibi ĩ tẽporib⁹ enata: q; pdigio exterritus haruſpices cũ conſuluiſſet: reſpõſum eſt eũ ſi in urbẽ itraret, regnaturũ: qd ille aduerſatus patribus cõuocatis ĩdicauit: ac cũ pſtitiſſet nunq̃ ſe tyrãnũ futurũ: decretũ ẽ ei tantum fori cõſilio tm̃ agri q̃tũ uno die arator poſſet circũdare: portaq; q̃ itraturus fuiſſet: inſignis gr̃a, ut æneis cardinib⁹ aptaret: in qua ad memoriã poſterorũ cornutũ caput ei⁹ exculperet.

RAph. ℂ At ſua fluminea: hĩ quoq; de hiſtoria ſũptũ ẽ. Nã ut Valeri⁹ narrat. M. Genutio cippo p̃tori paludato porta egrediẽti noui & inauditi generis pdigiũ ĩcidit: nãq; in capite eius ſubito ueluti cornua emerſerũt, reſpõſũq; ẽ eũ regẽ futurũ, ſi in urbẽ reuertiſſet. Quod ne accideret, uolũtariũ ac pretuũ ſibimet indixit exiliũ: cuius teſtãdæ rei gr̃a capitis effigies ærea portæ q̃ exceſſerat ĩclu ſa ẽ. Corrupte ãt At fere ĩ exẽplarib⁹ ẽ ſcriptũ, cũ loco illi⁹ hĩ particula Aut ſit reponẽda, & illud uerbum ſtupuit hĩ quoq; ẽ ſubaudiẽdũ. Itaq; fabulã fabulæ poeta elegãter cõnectit: q̃q̃ m̃ris nugis ab illo ĩſulſo q Metamorphoſin dilacerauit: hic quoq; interpoſitis pleriſq; in exẽplarib⁹ ſcriptũ eſt, qd ut facilius fieret illã copulã At loco Aut ex cõmodo ſuntepoſuiſſe uĩ adeo in deprauãdis libris quorũdã temeritas debacchata ẽ, nõ q̃ſ eẽ legẽdũ. Cippus ãt nõ ſolũ nomẽ eſt uiri: ſed appellatio quoq; lapidẽ q ſepulchro ĩponit ſignificãs: & columnã, in qua epitaphia ſcribũtur. ⸿ Domito ab hoſte: ab hoſtib⁹ ſupatis. ⸿ Portendit: pſignificat, p̃monſtratur. Vñ portẽta, monſtraq; dicunt: q̃ futurum aliqd p̃nunciãt. ⸿ Patriæ lætũ ſit ſubaudiat. ⸿ Siue minax: triſte. ⸿ Placat aras: Deos mitigat per metonymiam. Dii nanq; placari dicũtur per ſacrificia in aris facta. ⸿ Odoratis ignibus: thuribus incenſis. ⸿ Vinaq; dat pateris: in pateras uina fundit. ⸿ Mactatarum bidentum: imolatarum ouium. ⸿ Quid ſibi ſignificent: cornua in fronte nata ſubaudiat. ⸿ Trepidantia: palpitantia. ⸿ Tyrrhenæ gentis haruſpex: ex Hetruria nanq; haruſpices euocabantur. ⸿ Magna molimina: magnas rerum commutationes. ⸿ A pecudis fibris: ab extis pecudum. Fibræ nanq; ſunt tenuiores uenæ: quibus exta uelut lineis quibuſdam diſtinguntur. ⸿ Acre lumen: acute uidentes oculos. ⸿ Tibi enim tibi: anadiploſis cum quadam exultatione ab haruſpice læta pdicente fata. ⸿ Hic locus: Romam indicat digito. ⸿ Et Latiæ arces: Romanum imperium. ⸿ Tu modo rumpe moram: tu ſolummodo tolle moras: feſtinaq; ut portas patentes ingrediaris. ⸿ Vrbe: in urbem.

Cippus cornua

portẽtũ

Fibræ

RAph. ❡ Perẽni ſceptro:perpetuo regno. ❡ Toruã faciẽ:cor m⁹. ❡ At pceres:ſenatores. Cippũ ãt iugero optimi agri

nibus terr ibiliemq; de turpatã. ❡ Talia omina: talia portenta. ❡ Conuocat:extra urbem. ❡ Et aggeribus inſiſtit:ſtat i aggere altore ut ab omnibus audiatur. ❡ Priſco more:ãtiqua cõſuetudine. Qua ẽt priſci oratores Deos inuocare in principio orationis ſolebãt. ❡ Dicam:idicabo. ❡ Cornua forte gerit:non forte ut fere i exẽplaribus eſt deprauatuz: ſed fronte legendum eſſe notius ẽ:q̃ ut ſit admonẽdũ. ❡ Famularia iura:leges ſeruiles:quibus ut ſeruos omnes uos oporteat obedire. ❡ Irrumpere:cũ impetu itrare. ❡ Quãuis coniunctior illo:figurate ſe illum eſſe innuit Cipp⁹ quẽ haruſpex futuꝝ eſſe regẽ dixerat. ❡ Prohibere:arcere. ❡ Vel ſi dignus erit:pulchra figura illum indignum eẽ oſtendit:qui aut uicíatur aut necetur. ❡ Qualia ſuc. duab⁹ per quã accõmodatis ſimilitudinib⁹ exprimit poeta q̃ſe murmur populi fuerit: poſteaq̃ Cipp⁹ finem orationi impoſuit. ❡ Succinctis pineis:altis & proceris. Succincta dicuntur alitus cincta:unde ſuccincti milites dicunt, q͂ breuioribus ueſtibus utentes alti⁹ cincti uideãt. Pineta uero dicuntur ſuccincta, q͂ iuxta cacumẽ ramos emittãt. Id quod Cul. alibi apte ſignificat cum iquit: Et ſuccincta comas: hirſutaque uertice pinus. ❡ Per:iter. ❡ Trementis uulgi: populi trepidãdis. ❡ Eminet: elatior ẽ & clarior. ❡ Præſignia:iſignia. ❡ Gemino cornu:duobus cornibus ſimilib⁹. ❡ Demiſere oculos:in terras oculos demiſerunt ne cornua cũ ſũmo dedecore tã boni ciuis aſpicerẽt. ❡ Quis crederet poſſit? parẽtheſis ẽ cũ iterrogatiõe:ac ſi diceret: Nemo crederet Romãos inuitos aſpexiſſe uiri caput tã p̄clarꝭ q̄ p̄ria meritꝰ:ut cũ regnũ aſſeq̃ poſſet, noluerit. Illos.n.q de nobis bñ ſũt meriti libẽter aſpiceꝛ ſole

Irrũperẽ

Succinctum

Rex eris:& ſceptro tutus potiere perenni.
Rettulit ille pedem:toruamq; a mœnib⁹ urbis
Auertens faciem.procul o procul omnia dixit
Talia Dii pellant:multoq; ego iuſtius æuum
Exul agam:q̃ me uideant Capitolia regem.
Dixit:& extemplo,populumq; grauemq; ſenatũ
Conuocat.ante ramẽ capitis noua cornua frõde
Velat:& aggeribus factis a milite forti
Inſiſtit:priſcoque Deos e more precatus:
Eſt ait hic unus,quem nos niſi pellitis urbe,
Rex erit.is qui ſit:ſigno,non nomine dicam.
Cornua fronte gerit:quem nobis indicat augur,
Si Romam intrarit:famularia iura daturum.
Ille quidem potuit portas irrumpere apertas:
Sed nos obſtitimus:quamuis coniunctior illo
Nemo mihi eſt.uos urbe uirũ p̄hibete Quirites.
Vel ſi dignus erit:grauibus uincite catenis:
Aut finire metum fatalis morte tyranni.
Qualia ſuccinctis,ubi trux inſibilat Eurus:
Murmura pinetis fiunt:aut quali a fluctus
Aequorei faciunt:ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus:ſed per confuſa trementis
Verba tamen uulgi uox eminet una.quis ille eſt?
Et ſpectant frontes:præcictaq; cornua quærunt.
Ruſus ad hos Cipp⁹,quẽ noſcitis ingr habetis:
Et dempta capiti populo prohibente corona,
Exhibuit gemino præſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes:gemitumq; dedere:
Atq; illud meritis clarum(quis credere poſſit?)
Inuiti uidere caput:nec honore carere
Vlterius paſſi,feſtam impoſuere coronam.
At proceres(quoniam muros intrare uetaris)
Ruris honorati tantum tibi Cippe dedere;
Quantum depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu.
Cornuaq; auratis miram referentia formam
Poſtib⁹ inſculpunt:longum manſura per æuum.
Pandite nunc muſæ præſentia numina uatum:
(Scitis enim,nec uos fallit ſpatioſa uetuſtas)
Vnde Coroniden circunſlua Tybridis alti
Inſula Romuleæ ſacris adiecerit urbis.
Dira lues quondam Latias uitiauerat auras:
Pallidaq; exangui ſquallebant corpora morbo:
Funeribus feſſi poſtquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil,nihil artes poſſe medentum:
Auxilium celeſte petunt:mediamq; tenentis
Orbis humum Delphos adeunt oracula phœbi:
Vtq; ſalutifera miſeris ſuccurrere rebus
Sorte uelit:tantæq; urbis mala finiat,orant.
Et locus,& laurus,& quas habet ipſe pharetr as,

ob ſpretum regnũ donatuz fuiſſe ait. Iugeꝝ.n. tm̃ terræ dr̃ q̃tũ par boũ uno die poſſit exarare. ❡ Ruris hõ. agr ↄ honorato uiro ↄcẽſſis. ❡ Ad fi. ab ortu diei uſq; ad occaſũ. ❡ Mirã for. mirãdã cippi effigiem. ❡ Referẽtia:ſignãtia,repſentãtia. ❡ Aurat: po. auro ornatis poſtibus port;:illi⁹ p quã igredi poterat Cippus.

Iugerũ

Fabulę.I.li.xv.argumẽtũ

❡ Pãdite nũc &c. Grauis peſtilẽtia Romã tẽ cũ icãdiſſet:& maxia trepidatio urbẽ terreret:p legatos oraculũ Apollinis ↄſultũ ẽ:ex quo reſpõſũ, ut Aeſculapiũ Epidauro accerſirẽt: nobiliſſimiq; legati cu3 ſimulachꝛ Dei petitũ ad epidauros miſiſſẽt:ſtupẽtib⁹ admiratiõe De⁹ i dracone uſ⁹ p mediũ Epidaurꝛ lapſ⁹ nauẽ legatoꝝ ↄſcẽdit cũ qb⁹ uect⁹ Romã ut delat⁹ ẽ iſulã Tyberis igreſſus ẽ:ibiq; ſe uirgultis occuluit:q loc⁹ dracõis uocat. ❡ Pãdite nũc muſę: Muſas iuocat poeta ut ſibi cõmemorẽt,q̃ d cã aeſculapius Apollinis ex Corõide fili⁹ Romã ab Epidauro fuerit aduect⁹. Grauí nãq; peſtilẽtia laborãtes romãi oraculũ accepẽt,ut aeſculapii auxilio uterẽt. miſſi igit legati cũ ab Epidauris Deũ ipetraꝛ ñ poſſẽt, aeſculapi⁹ ipẽ i ãguẽ ↄuerſ⁹ p mediũ urbẽ ad nauẽ legatoꝝ prexit:Romamq; aduect⁹ ſibi i iſula tyberis ſedẽ elegit. ❡ Pñia nu. u. ppicii Dii poetaꝝ. Muſæ nãq; p̄ſideꝛ poetis fingũt. ❡ Vñ:q̃ ex cã. ❡ Coronidẽ: Aeſculapiũ corõei nepotẽ. Apollinis ex coroni de filiũ:ut ſupi⁹ copioſe ſuit expoſitũ. ❡ Dira lu. peſtis a deorum ira imiſſa. ❡ Exãgui mor. ab effectu morb⁹:dr̃ exãguis:qd exangues hoies reddat. ut mors quoq; pallida dicit. ❡ Mortalia tẽ. hoiuz expimẽta. ❡ Mediãq; tenẽtis orbis humũ delphos: Delphi i medio terraꝝ orbe a geographis eẽ ſcribuntur. ❡ Salutifera ſor. rñſo ſalutem afferenti.

LAcũ

RAph.

Aeſculapius

Delphi

❡ Cortinaq;

RAph. ¶ Cortinaque reddidit imo: phœbus i cortina exiſtẽs. Eſt enim cortina pro contento per metonymiam poſitum. Cortina uero menſa erat in adyto tẽpli apollinis: quæ etiã Delphica dicebatur: in qua phœbades ſacẽtes certa oracula reddebant. ¶ Propior lo cu: uiciniore. Nã Epidaurus Romę propinquior ẽ q̃ Delphi. ¶ Sʒ Apolline nato: Aeſculapio apollinis filio. ¶ Bonis auib⁹: bõis auſpiciis. ¶ Accerſite: aduocate. ¶ Prudẽs ſenat⁹ accepe: figurate dictũ taleq; quale ẽ illd Virgilianũ: pars in fruſta ſecãt. ¶ Explorant: diligenter inquirũt. ¶ Iuuenis phœbei⁹: Aeſculapius Apollinis filr⁹. ¶ Petãt uẽtis: adnauigẽt. ¶ Epidauria littora: Epidaur⁹: quæ & epitaur⁹ appellar(ut Strabo ait) urbs ẽ Saronico ſinui adiacens: q̃ & Militia & hęmera olĩʒ fuit dicta tẽplo Aeſculapii maxĩe inſignis. ¶ Pręſens: ppic⁹. ¶ Funera gentis auſonię: peſtilẽtiã qua Romãi & Italæ gentes moriebãt. ¶ Certant adiicer ſortes: ſtudẽt ſuis dictis apollinis reſpõſa ↄſentire: & ſibi aeſculapiũ adiudicare cõtendũt. Nã addicere unũʒ ẽ ex tribus uerbis prætoris, quæ ſunt: do, dico, addico: qđ ſignĩat & ad tẽpus uendere & adiudicare: unũ addictũ dicit. Interdũ addicere ſignificat ratum facere: unde aues dicũt addicere quando ratum faciunt auſpicium. Liuius: Fabio auſpicãti aues ſemel atq; iterũ nõ addixere. Qua ĩ ſignificatiõe hic quoq; accipi poteſt: ut intelligãt legati dicere ſortea & Apollinis reſponſa ↄfirmari: & ratum facere id quod petunt. ¶ Diſſidet & uariat ſententia: ſenatorum inquit Epidauriorũ ſentẽtiæ diſcordes & uarię erãt. Alii nanq; tradẽdum Romanis: alii negãdum aeſculapium ſentiebant. ¶ Suã opem: ſuum auxiliũ: hoc eſt aeſculapium ad quẽ in aduerſia confugiebãt. ¶ Dum dubitant: dũ de re dubia ↄſultant. ¶ Vmbra telluris: diffinitio eſt noctis. Nox enim nihil eſt aliud q̃ terræ umbra. Nox

¶ Deus opifer: Aeſculapius opem & auxilium morbo laborantibus ferens.

Cortina quæ Delphica

Intremoere ſimul,cortinaq; reddidit imo
Hanc adyto uocem,pauefactaq; corpora mouit.
Quod petis hic,propiore loco Romane petiſſes,
Et pete nunc propiore loco:nec Apolline oobis,
Qui minoat luctus:opus eſt:ſed apolline nato.
Ite bonis auib⁹:prolemque accerſite noſtram.
Iuſſa Dei prudens poſtq̃ accepere ſenatos:
Quam colat,explorat iuuenis phœbeius urbem:
Quiq; petant uentis Epidaoria litrora mittũt.
Quæ ſimul incuroa miſſi tetigere carina:
Concilium,Graioſq; patres adiere:darentqoe
Orauere Deum:qui præſens funera gentis
Finiat Aoſoniæ:certant adiicere ſortes.
Diſſidet:& uariat ſententia,parſq; negandum
Non putat auxilium:multi retinere,ſuamq;
Non emittere opem,nec nomina tradere ſuadẽt.
Dum dubitant,ſeram pepulere crepuſcula locẽ:
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi.
Com Deus in ſomnis opifer conſiſtere oiſus
Ante toum Romane torum:ſed qualis in æde
Eſſe ſolet:baculumq; tenens agreſte ſiniſtra
Cæſariem longæ dextra dedocere barbæ.
Et placido tales emittere pectore uoces.
Pone metum.ueniã:ſimulachraq; noſtra relinq̃.
Hunc mõ ſerpentem,baculũ qui nexib⁹ ambit:
Perſpice:& uſq; nota:uiſum ut cognoſcer poſſis.
Vertar in hunc:ſed maior ero:tãtuſq; uidebor:
Inquantum uerti cæleſtia corpora debent.
Extemplo cum uoce Deus,cum uoce,Deoque
Somnus abit:ſomniq; fugam lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſydereos Aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operoſa Dei:quaq; ipſe morari
Sede uelit,ſignis cæleſtibus indicet:orant.
Vix bene deſierant:cum criſtis aureus altis
In ſerpente Deus prænuncia ſibila muuit:
Aduentuque ſuo,ſignumque,araſq;,foreſque,
Marmoreumq; ſolum,faſtigiaq; aurea mouit:
Pectoribuſque tenus media ſublimis in æde
Conſtitit:atq; oculos circuntulit igne micantes.
Territa turba pauet:cognouit numina caſtus
Euinctus uitta crines albente ſacerdos.
En Deus eſt.Deus ẽ,animis,linguiſq; fauete,
Quiſquis adeſt dixit.ſis o pulcherrime uiſus
Vtiliter:populoſq; iuues tua ſacra colentes.
Quiſqs adeſt,uiſum uenerãtur nomen:& omnes
Verba ſacerdotis referunt geminata:piumq;
Aeneadæ præſtant & uoce,& mente fauorem.
Annuit his,motiſq; Deus rata pignora criſtis:
Et repetita dedit urbrata ſibila lingua.

Epidaurus

addicere

Aeſculapius i ſerpẽtẽ

¶ Sed qualis in ęde eſſe ſolet: in hominis: nõ draconis facie. Nam in tẽplo ſub effigie humana colebat Aeſculapi⁹: quamuis in anguem cõuerſus Romã fuerit aduect⁹. ¶ Baculuʒ agreſte: inuſitate baculum cum neutro epitheto copulauit poeta: cum ſit generis maſculini. Baculũ

¶ Lõge barbæ: Aeſculapi⁹ nãq; barbat⁹ pigebat. Apollo uero ſine barba. Geſtum autem exprimit poeta quo ſæpenumero utuntur, qui ſibi barbam mulcent. ¶ Et uſq; nota: & eo uſq; animaduerte. ¶ Ad templa operoſa: multis operibus ornata: multoq; labor extructa. ¶ Petiti Dei: aeſculapii a Romãis poſtulati. ¶ Qua ſede: q̃ urbe: Epidauri an Romæ. ¶ Aureus in ſerpente Deus: Aeſculapius qui ſub aureo ſimulachro colebatur i ſerpentem cõuerſus. Serpentes autem idcirco aeſculapio ſunt ſacri: quia acutiſſimi uiſus a phyſicis eſſe dicitur. Vnde & ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι hoc eſt a uidẽdo fuer dracones cognominati. Hac etiam de cauſa eos incubantes theſauris cuſtodię gratia antiqui finxerunt. Opoſã Draco

¶ Prænũcia ſibila: ipſum aduentare ſignificantia. ¶ Mouit: emiſit. ¶ Signũ: ſimulachrũ Dei & ſtatuam. ¶ En Deus eſt, Deus eſt: conduplicatio aliquid repentinum annunciantibus maxime cõueniẽs. ¶ Animis linguiſq; fauete: caſta puraque cogitate ac dicite. ¶ Sis o pulcherrime: preces ſacerdotis ad Aeſculapium. ¶ Aeneadæ: Romãi: q & ipſi bona ominabant. ¶ Rata pignora: certa ſigna: qbus iuuebat ea futura q̃ petierant.

Tum gradibus nitidis elabitur: oraq; retro
Flectit: & antiquas abiturus reſpicit aras.
Aſſueraſq; domus: habitataq; templa ſalutat.
Inde per iniectis adopertam floribus ingens
Serpit humum: flectitq; ſinus, mediamq; p urbē
Tendit: & incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hic, agmenq; ſuum, turbæq; ſequentis
Officium, placido uiſus dimittere uultu:
Corpus in Auſonia poſuit rate, numinis illo
Senſit onus: preſſaq; Dei grauitate carina.
Aeneadæ gaudent: cæſoque in littore tauro
Torta coronatæ ſoluūt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura ratem: Deus eminet alte:
Impoſitaq; premens puppim ceruice recuruam
Cæruleas deſpectat aquas: modiciſq; per æquor
Ionium zephyris ſextæ pallantidos ortu
Italiam tenuit: præterq; Lacinia templa
Nobilitata Dea, Scyllæaque littora fertur.
Linquit Iapygiam, leuibuſque Amphyſſia remis
Saxa fugit: dextra prærupta Celennia parte:
Romechiumq; legit: Caulonaq;, Nariciamque,
Euincitque fretum: Siculiq; anguſta Pelori,
Hippotadæq; domus regis, Temeſeſque metalla
Leucoſiamque petit: tepidique roſaria Pæſti,
Inde legit Capreas, promontoriumq; Mineruæ,
Et Surrhentinos generoſo palmite colles:
Herculeamq; urbem, ſtabiaſq;, & in otia natam
Parthenopen: & ab hac Cūææ templa Sibyllæ.

RAph. ¶ Tum gradibus nitidis: ſitus eſſingit ueteꝝ temploꝝ
in quæ eminētioribus in locis ædificata per gradus aſcē
debatur. ¶ Iniectis florib⁹ iſparſis. ¶ Reſtitit hic: apud
portū oſtītit Aeſculapius in ſerpētem conuerſus. ¶ Ag-
menq; ſuū: Epidaurioꝝ multitudinē dicit. ¶ Turbæq;
ſequētis Officiū: hoc de more principū utroꝝ ſumptū ē:
qui comites benignis uer-
bis dimittere ſolēt. ¶ In
Auſonia rate: i naue Ro-
mana. ¶ Torta retinacu
la: piphraſis ē funiū, qb⁹
naues ad terrā ligantur.
¶ Modicis zephyris: tē-
peratis uentis. ¶ Sextæ
pallātidos ortu: ſextæ au
roræ: p qđ ſignatur ſexto
die ab Epidauro i Italiā
peruenisſe. ¶ Præterq; La
cinia tēpla: iuxta tēpla Iu
lacinū nonis Laciniç. Laciniū āt
pmōtoriū ē i ſinu Italiæ
Iunōis tēplo nobile, a La
cinio latrōe illic ab hercu
Scylleū le interfecto cognomina-
tū. ¶ Scyllæaq; lit. Scyl-
læi ſaxi. Nā Scyllæū ſaxū
ē ſublime: qđ humilē a ter
go terrā alluētibus undis
hēt i Cherroneſi faciē: eo
dē āt noie ē oppidū hēt.
Iapygia ¶ Liqt Iapygiā: Calabri
am ab Iapyge Dædaliſi
lio dictā: q̄q̄ pmōtoriū
mihi ſignari uidet: qđ A-
crā Iapygiā uocāt: q (ut
ſcri. Pli.) lōgiſſime i maria
excurrit Italia. ¶ Leuiſq;
Amphiſſia remis ſaxa fu
git: amphiſſia ſaxa ab am
amphiſſa phiſſa urbe locroꝝ dicta
eē mihi uidēt. Nā Locri il
las Italiæ oras tenuiſſe ēt
a Vir. nō ſolū geographis
ſcribunt. Hic & Narici po
ſuerūt mœnia Locri. Quidam uero Amphryſia legunt.
¶ Prærupta Celēnia: alta ſaxa ſubaudiūt. Videt āt Ce
lēniū eē pmōtoriū Brutioꝝ: de quo tñ alibi me nihil le-
giſſe memini. Forſitā āt nō celēnia: ſed cenēia legēdū ſit.
Celēniū Nā Cenis (ut Pli. ſcri.) pmōtoriū ē Italiç e regiōe pelori.
Cenis ſūt qdā q legūt ceraunia. ¶ Romechiūq; legit: trāſit. De
Rome Romechio, ſiue Promechio, ſiue Rometio (ut a qbuſdā
chium legit) nullā apđ geographoꝝ quēq̄ iueni mētionē. Qua
re corrupte mihi legi uidet. Fortaſſis aūt Rhegiū loco
Rhegiū illi⁹ ē reponēdū, ſaxūq; ſubaudiēdū. Eſt. n. Rhegiū urbs
in littore Calābriç e regiōe Meſſanç. Sed nihil auſiſ aſ
firmare cū nullū uiderim exēplar, i quo Rhegiū legat:
& nihil temere ē aſſerēdū, ne iſtoꝝ ſiſes, q oia: quæ non
intelligūt, ex cōmodo ſuo audacter immutant, ſiſes eē de
prehēdamur. At tñ ne opinioni noui cuiuſdā expoſito
ris, ad effutiēdas ineptias parua mercede a malignis ipa
ſtoribus conducti accedere uideamur: hoc quoq; notei
mus: q plemmyriū citra oēm legit dubitationē: temera-
rius imo uero furioſus: perinde atq; ſi aut plēmyriū ipri
ſcis manu me ſcriptis exēplaribus legeret: aut i eo tractu
eſſet cuius inſignia loca Oui. attingit. Plēmyriū quidē eſt in
Sicilia Caſtellum Syracuſanoꝝ, ut Stephan⁹ tradit: ſed

nō i ea parte quæ ad Italiā uergit. Quare & ſibi & Cui
dā ſtudioſis rectius fatuus iſte cōſuluiſſet: ſi Romechiū
quoq; ut paulo añ amphyſſia cælēniaq; ſaxa diſſimulaſ
ſet: ac tāq̄ notū pteriiſſet. Cæterū illud Ariſtotelis ora
culū i dies uerius eē cōprobat: Eos q pauca cōſyderēt, faci
le qcquid in buccā uenit enūciare. ¶ Caulonaq;: Caulō
Caul. Calabriæ mōs ē & urbs:
quæ & Caulonia dr pri⁹
aulonia a uicina conualle
Naricia appellata. ¶ Naricia mq;
Naricia urbs ē Calabriæ
a Narice Locridis urbe: q
& Naricū dr (ut ſcri. Ste-
phan⁹) denominata. Ea-
dē āt cū Locris ē eē uidet
q a Locris Naricis i extre
mo Calabriç angulo fue
rūt ædificati. ¶ Euincitq;
fretū: cū difficultate trāſit
p Siculū fretumquod q
dem eſt maxime uortico
ſum. ¶ Hippotadæq; do
mos regis: Strongylē inſu
lā, aliaſq; Aeolias ſignat:
in qbus regnauit Aeolus
Aeolus Iouis filius ex Aceſta hip
potæ Troiani filia. Vn-
de etiā Hippotades co-
temeſe gnominat. ¶ Temeſeſq;
metalla: Temeſe urbs eſt
Brutiorum, quç Tēpla a
latinis fuit appellata. aeri
fodinæ autem quæ apđ
Temeſā fuerāt tempo
re ſuo Strabo deſecisſe
narrat. Temeſa itē cypri
eſt urbs. ¶ Leucoſiamq;
leucoſia petit: Leucoſia eſt inſula
contra pæſtanum ſinū a
Sirene ibi ſepulta deno-
minata. ¶ Tepidi pæſti:
Pæſtū ſemper uernātis. Sic Vir-
gilius: Biferiq; roſaria pæ
ſti. Pæſtum autem eſt op
pidū i agro Cāpano a Græcis poſſidōia dictū. ¶ Inde
Capriç legit Capreas: ſic quidē legitur: ſed Capriæ per i uocalē
in penultima legendū eſſe argumēto ſunt codices grçci:
in quibus ſic eſt ſcriptū: Eſt autem inſula, quç & Caprie
Promō ne uocatur (ut ait Stephanus) Campaniæ adiacens Ti
torium berii principis arce nobilis. ¶ Legit: tranſit. ¶ Promon-
Miner torium q; Mineruæ: ſic uocatur promontoriū: quod eſt
uæ iuxta Surrhētū: in quo olim Sirenes habitaſſe feruntur.
Athene In illius autem extremo eſt Athenæū: hoc eſt Mineruæ
um ſacellū: quod Vlyſſes çdificaſſe narratur. ¶ Et Surrhē-
Surrhē tinos colles: Surrhentū urbs eſt Campaniæ uino maxi-
tum me nobilis. ¶ Herculeamq; urbem: hæc tum Heraclea,
Hera tum Heracleopolis, tum Herculaneum uocatur. ¶ Sta-
clea biaſq;: Stabiæ oppidum fuit Cāpaniæ: quod (ut Plini⁹
Stabiæ ſcribit) bello ſociali a Sylla deletum in uillas abiit. ¶ Et
Parthe in otia natā Parthenopen: Neapolim a parthenope una
nope Sirenaꝝ ibi ſepulta, cognominatam. Neapolim uero in
otia natam poeta ait propter locorum amœnitatē i quo
Cumæ ſe Romani otiaturi cōferebant. ¶ Et ab hac Cumeæ tē
pla Sibyllæ: & poſt hāc Neapolim trāſit Cumas Cāpa-
niæ urbem maxime a Sibylla nobilitatam. De cuius cō
ditoribus ſatis ſuperq; in ſuperioribus diximus libris.

¶ Hinc

Hinc calidi fontes, lentiſciferumq; tenetur
Linternum: multáq; trahens ſub gurgite harenā
Vulturnus: niueiſq; frequens Sinueſſa colubris.
Minturnæq; graues, & quā tumulauit alumnos,
Antiphatæq; domꝰ: Trachaſq; obſeſſa palude,
Et tellus Circæa, & ſpiſſi littoris antium.
Huc ubi ueliferam nautæ aduertere carinam
(Aſper enim iam pōtus erat) Deꝰ explicat orbes:
Perq; ſinus crebros, & magna uolumina labēs,
Templa parentis init flauum tangentia littus.
Aequore placato patrias Epidaurius aras
Linquit: & hoſpitio iuncti ſibi numinis uſus
Littoream tractu ſquammæ crepitantis harenā
Sulcat: & innixus moderamine nauis, in alta
Puppe caput poſuit: donec caſtrumq;, ſacraſq;
Lauini ſedes: Tyberinaq; ad Hoſtia uenit.
Huc omnes populi paſſim, matrumq;, patrumq;
Obuia turba ruit: quæq; ignes Troica ſeruat
Veſta tuos: lætoq; Deum clamore ſalutant.
Quaq; per aduerſas nauis cita ducitur undas
Thura ſuper ripas, aris ex ordine factis,
Parte ab utraq; ſonant: & odorant aera fumis:
Ictaq; coniectos incalfacit hoſtia cultros.
Iamq; caput rerum, Romanam intrauerat urbē.
Erigitur ſerpens, ſummoq; accliuia malo
Colla mouet: ſedeſq; ſibi circunſpicit aptas,
Scinditur in geminas partes circūfluus amnis:
Inſula nomen habet: laterumq; a parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.
Huc ſe delata pinu phœbeius anguis

RAph. ¶ Hinc calidi fontes: Baias innuit fontibꝰ calidis maxi
Lētiſci me celebres. ¶ Lentiſciferumq; tenetur Linternū: Len
Linter tiſcum arborem ferens Linternum: quod quidē ē oppi
num dum Campaniæ exilio maioris Scipionis & ſepulchro
Vultur maxime nobile. ¶ Vulturnus: fluuius eſt Cāpaniæ Vul
nꝰ turnum urbem ab illo dictā præterlabens. ¶ Niueiſq;
freqns Siueſſa colubris:
Siueſſa Sinueſſa Cāpaniæ urbs
eſt: quam quidā Synopē
uocitatā dixeretur Plin.
Mintur ſcribit. ¶ Minturnæq; gra
næ ues: morboſæ: grauis ac
noxii aeris. Minturnæ aūt
Latii oppidū ē paludibꝰ
cinctum: ac Liri amne di
uiſum. ¶ Et quā tumula
uit alumnꝰ: periphraſis ē
Caieta Caietæ: quā a Caieta Ae
neæ nutrice denominatā
eſſe noſtri quidē ſentiunt
poetæ. Quidā uero q; in
littore curuo ſit poſita ſic
appellatam a Laconibus
putāt. Curua nanq; om
nia caietas Lacones uoca
bant. ¶ Alumnꝰ: aeneas
a Caieta altus & educa
tus. ¶ Tumulauit: ſepeli
uit. ¶ Antiphatæq; domꝰ:
Phor phormiarum ē periphra
miæ ſis: quas prius hormias a
ſtationis (quæ ὅρμος dici
tur) bonitate cognomina
tas fuiſſe Strabo memo
riæ pdidit. Antiphatē ue
Anti ro Læſtrygonum regem
phates fuiſſe: phormiaſq; tēuiſſe
i ſuperioribus quoq; di
ximꝰ libris. ¶ Trachaſq;
Terraci obſeſſa palude: Terracīa
na mihi ſignificari uidetur: quæ
antea Trachina: hoc ē aſ
pera fuit appellata. Illinā
q; (ut Strabo refert) ma
gna palus obiecta ē: quā
duo fluuii efficiunt: e qui
bus maiorem aufidum uocant. Terracina uero lin
gua Volſcorum Anxur fuit appellata. ¶ Et tellus Cir
cæa: Circæum mons eſt Latii mari ac paludibus cinctꝰ,
Circæū ut inſula uideatur: a Circe quæ illum tenuit cognomina
Circe tus. Nam Circe Solis filia cum Sarmatarum regem cui
nupſerat, ueneno ſuſtuliſſet, regnumq; adepta nimium
crudeliter ſe gereret: a populis regno pulſa in Italiā ue
nit, & in promōtorio quod ab ipſa Circæū poſtea fuit
appellatum conſedit. In quo & urbs Circæi nomine &
Circæi illius ſacellum cum Mineruæ ara olim fuiſſe memorā
tur. ¶ Et ſpiſſi littoris Ancō: ſic quidē in omnibus: quæ
mihi uidere contigit exemplaribus legitur: ſed corrupte
Ancon ut mihi uidetur. Neq; enim aut geographiæ ratio, aut
hiſtoria huiuſmodi lectioni aſtipulatur. Ancon ſiquidē
urbs eſt Piceni: non Latii. neq; in eo tractu præter cuiꝰ
urbes Aeſculapium uectum fuiſſe poeta ſcribit. Mari
nanq; Adriatico adiacet Ancon. Aeſculapius uero per
Tyrrhenum uectus Romam fuiſſe narratur. Valerius
præterea maximus (ut alios omittam hiſtoricos) non
apud Anconem: ſed apud Antium e naui Aeſculapium

egreſſum fuiſſe teſtatur his uerbis. Tum legati perinde
atq; exoptatæ rei compotes expleta gratiarum actione,
cultuque anguis a peritis accepto læti inde ſoluerunt ac
proſperam emenſi nauigationem poſtquam Antium
appulerunt, anguis qui ubiq; in nauigio remāſerat pro
lapſus in ueſtibulo ædis Aeſculapii, myrto frequentibꝰ
ramis diffuſæ ſupeminē
tem excelſæ altitudinis
palmā circūdedit: perque
tres dies poſitis quibꝰ ue
ſci ſolebat: nō ſine magno
metu legatorum: ne in tri
remem reuerti nollet: an
tienſis tēpli hoſpitio uſus
Vrbi ſe noſtræ aduehen
dum reſtituit: atq; in ripā
Tyberis egreſſis legatis ī
inſulam ubi templum ei
dicatum eſt: tranauit: ad
uentuq; ſuo tempeſtatē
cui remedio quærebatꝰ erat
diſpulit. Quo igitur mo
do legēdum dicemꝰ? An
tia antium eſt legendum:
ut illud Virgilianum: Et
dulcis muſti Vulcano de
coquit humorem. Verſus Antium
eſt enim hypercatalecti
cus. Eſt autem antiū La
tii urbs haud lōge ab La
uinio diſtans: unde antia
tes dicitur. ¶ Spiſſi litto
ris: dēſi ac duri. ¶ Aſper
enim iam pōtꝰ erat: pa
rentheſis eſt cauſam con
tinens cur legati in por
tum Antiatem intrarint.
Mare enim iam in tempe
ſtatem fuerat erectū. ¶ Et
hoſpitio iuncti ſibi numi
nis: Apollinis cōſanguini
tate aeſculapio iuncti. Nā
Aeſculapium apollinis fi
lium fuiſſe etiā pueri ſciūt.
¶ Donec Caſtrumq;: ca
ſtrum oppidum eſt Latii Caſtrū
inter Lauinium & Hoſtiam ſitum. ¶ Sacraſq; Lauini
ſedes: Lauiniū urbs ē Latii commune nomini Latino,
Veneris tēplū habens. ¶ Tyberinaq; ad Hoſtia uenit: Lauiniū
ad Hoſtia Tyberis: unū urbs Hoſtia fuit cognominata: Hoſtia
quā Ancus Martius ædificauit, illucq; coloniā deduxit.
¶ Quæq; ignes Troica ſeruat Veſta tuos: apoſtrophe
eſt ad Veſtā, quā idcirco Troicā & Troiani poeta uo
cat: q; a Troia allata fuerit ab Aenea. Virgines autem
Veſtales quoq; Aeſculapio obuiā pceſſiſſe ait. ¶ Thu
ra ſonant: ſtrepunt. Nam thura ardentia ſonitum quen
dam emittunt: uel contentum pro continente poſitum
eſt: ut acerras & thuribula ſonare intelligamus. ¶ Et
odorant aera fumis: & odoribus aerem replent. ¶ In
calfacit ſanguine: dum enim uictimæ iugulantur cultri
ſanguine caleſiunt. ¶ Scinditur in geminas partes: inſu
lam deſcribit in Tyberi Romæ effectam ſegete ag
Tarquiniorum: qui poſtea campus Martius fuit appel
latus a populo in fluuium deiecta. ¶ Huc delata pi
nu: illuc naue appulſa. ¶ Phœbeius anguis: Aeſculapiꝰ
Apollinis filius.

RAph. ¶ Specie cæleſte reſumpta: Dei figura reſumpta, depoſitaq; ſerpentis forma. Poetica uero licentia cæleſte pro cæleſti eſt poſitum. ¶ Luctibus: morbo & peſti. Id qđ ſequitur pro eo quod præcedit eſt poſitum.

Fabulæ. Li. decimiquinti libri argumentum.

Contulit: & finem ſpecie cæleſte reſumpta,
Luctibus impoſuit: uenitq; ſalutifer urbi.
Hic tamen acceſſit delubris aduena noſtris.
Cæſar in urbe ſua Deus eſt quem Marte, togaq;
Præcipuum: non bella magis finita triumphis:
Reſq; domi geſtæ, properataq; gloria rerum
In ſydus uertere nouum: ſtellamq; comantem.
Quam ſua progenies. nec enim de Cæſaris actis
Vllum maius opus: q̃ q; pater extitit huius.
Scilicet æquoreos plus eſt domuiſſe Britannos:
Perq; papyriferi ſeptenflua flumina Nili
Victrices egiſſe rates: Numidaſq; rebelles,
Cyniphiumq; Iubam, Mithridateiſq; tumentem
Nominibus Pontum, populo adieciſſe Quirini:
Et multos meruiſſe: aliquos egiſſe triumphos:
Quam tãtum genuiſſe uirum: quo præſide rerũ
Humano generi Superi fauiſtis abunde.
Ne foret hic igitur mortali ſemine natus:
Ille Deus faciendus erat: quod ut aurea uidit
Aeneæ genitrix (uidit quoq; triſte parari
Pontifici letum, & coniurata arma moueri)
Palluit: & cunctis, ut cuiq; erat obuia Diuis,
Aſpice dicebat: quanta mihi mole parentur
Inſidiæ: quantaq; caput cum fraude petatur:
Quod de Dardanio ſolum mihi reſtat Iulo:
Sola ne ſemper ero iuſtis exercita curis?
Quam modo Tydidæ calydonia uulneret haſta,
Nunc male defenſæ confundant mœnia Troiæ:
Quæ uideam natum longis erroribus actum:
Iactariq; freto: ſedeſq; intrare ſilentum:
Bellaq; cum Turno gerere: aut, ſi uera fatemur:
Cum Iunone magis, quid nunc antiqua recordor
Damna mei generis? timor hic meminiſſe priorũ

LAct. ¶ Hic tamen &c. Ouidi⁹ opere pacto docet ſe a chaos principiũ cœpiſſe & ad Cæſarẽ deduxiſſe; quẽ gentibus orbis deuictis Ven⁹ ab inimicorũ inſidiis auertit, inq; ſiduſ uertit: filiũ ei⁹ qđ epigrãma cõpetere a nobis tale cõpoſitũ eſt. Epigrãma.

RAph. Cæſar i deum ¶ Hic tamẽ acceſſit Iulii Cæſaris aiæ Metamorphoſin i ſtellã ita pſpicue deſcribit in gratiã Auguſti Cæſa. poeta, ut nihil expoſitione op⁹ eẽ uideat. Cũ n. Auguſtus ludos in honorẽ Iulii Cæſaris, q in ſenatu fuerat trucidat⁹, celebraret: forte cõeta apparuit: quã eẽ Cæſaris animã auguſtus ipſe aduocata cõcione populo Romano perſuaſit. Inſulſus aũt quidã non contentus ſuis ineptiis ea ſeparare. quæ Oui. artificioſiſſime copularat: hoc ẽt loco fœtiduz epigrãma hexametro pẽtametroq; uerſu cõpoſitũ temerarie nimiũ & ſtolide iſeruerat: qđ qdẽ cũ totũ opus inquinaret, delẽdũ eẽ putaui. ¶ Stella comante: periphraſis eſt cometę.

Cometes Nã cometea ſtella eſſe crinita phibet. ¶ Properataq; gloria rerũ: pproſper ac cito acquiſita.

¶ Quã ſua pge. q̃ auguſt⁹ Cæſ. fili⁹ adoptiuus.

Iulii Cæſaris geſta ¶ Nec. n. de Cæſa. actis: oibus Cæſaris geſtis adoptionẽ auguſti antepõit poeta. ¶ Scilicet æquoreos: pſtantiſſima quæq; Cæſaris geſta cũ quadã trõia enumerat poeta: ut oſtendat auguſti adoptionem illis eſſe anteferendã. ¶ Aequoreos Britannos: æquore circundatos, ac nauigationi deditos: quos iperio Romano una cũ Gallis Iuli⁹ Cæſar ſubigit. ¶ Perq; papyriferi: Iulius Cæſar (ut ſcribit Trãquillus) Põpeiũ Pharſalico prælio fuſum ac fugientẽ alexandriã pſecutus occiſum deprehendit: ubi cũ ptolomæo aegypti rege: a quo ſibi quoq; inſidias tendi animaduertit, bellum ſane difficillimũ geſſit: neq; loco, neq; tpe æquo, ſed hyeme & intra mœnia copioſiſſimi ac ſolertiſſimi hoſtis, inops ipſe rerũ oium atq; iparatus, Regnũ aegypti uictor Cleopatræ fratriq; eius minori permiſit, ueritus puinciã facere: ne qñ uiolẽtiorẽ pſidẽ nacta nouarũ rerũ materia eẽt. ¶ Papyriferi Nili: papyrũ ferẽtis: ex qua olim chartę cõficiebãt.

numidę ¶ Numidaſq; rebelles: Numidę ppli ſunt africæ admodũ feroces. ¶ Cyniphiũq; Iubã: Iuba Mauritaniæ rex fuit: qui cum partes Põpeii i africa foueret a Cæſare fuit ſuperatus. Cyniphiũ autem Iubã appellat poeta a cyniphe fluuio Libyæ, qui iter duas Syrtes labit. ¶ Mithridateiſq; tumẽtẽ Noĩbus Pontũ: Mithridatis gloria & uictoriis: qui per q̃draginta annos cũ pplo Romão bellũ geſſit. Ab alexãdria uero deuicta Cæſar i Syriã, & inde in põtũ trãſit: ubi pharnacẽ mithridatis magni filiũ ac tũc occaſiõe tẽporũ bellãtẽ, iãq; multiplici ſucceſſu pſerocẽ itra quitũ quo affuerat diẽ quatuor qb⁹ i cõſpectũ uenit horis una acie pfligauit: crebro cõmemorans põpei felicitatẽ: cui pcipua militiæ laus de tã ibelli gñe hoſtiũ cõtigiſſet. ¶ Et multos meruiſſe multos iuſtos triũphos meruiſſe Cæſ. q̃ egerit, aperte aſſerit poeta. q̃uis id alludere uĩ qđ Trãqll⁹ ſcribit. Cæſarẽ poſt hiſpaniã ulteriorẽ pacatã: quã ex ptura fuerat ſortitus: eũ ad triũphũ ſimul, conſulatũq; Romã rediſſe: coactũ fuiſſe triũphũ dimitteret: ne cõſulatu excluderet. cũ editis iã comitiis rõ ei⁹ hri nõ poſſet: niſi p uat⁹ urbẽ itroiſſet. Quinq; uero triũphos egit Cæſar: Gallicũ: alexãdrinũ: põticũ: Africanũ: Hiſpanienſeq; diuerſo quẽq; apparatu & iſtrumẽto. **Quinq; Cæſaris triũphi** ¶ Quã tm ge. uirũ: q̃ tm reliqſſe filiũ q̃ ei⁹ ẽ auguſt⁹: quẽ qdẽ nõ genuit: ſz ſibi adoptauit Iulius Cæſar. ¶ Ne fo. hi igit mor. ſe. na. hoc ẽ Iuli⁹ Cæſar i nũerũ Deorũ fuit referẽdus: ne Auguſt⁹ ex ſemine mortali natus eẽ uideret. ¶ Hic: Auguſtus. ¶ Ille: Iuli⁹ Cæſar. ¶ Aurea Aeneę ge. pulchra Ven⁹. ¶ Põtifici: Cæ. q põtifex erat. Hęc aũt ẽ hiſtoria ſumpta fuere. Nã (ut narrat Trãql.) cũ Cæſar dñatiõe abuteret, regnũq; affectaret, i ipm a ſexagita & ampli⁹ fuit cõſpiratũ, C. Caſſio. M. q. & D. Brutis pricipib⁹ cõiurationis. ¶ Quãta mo. q̃to ſtudio. ¶ Caput: uita Cæſaris. ¶ De Dar. Iulo: aeneæ filio, a quo gens Iulia originẽ duxit: ut Virg. quoq; teſtat. Iuli⁹ a magno demiſſuz nomen Iulo. Iuli⁹ autẽ Cæſar de gẽte Iulia ſolus reſtabat. Sane Iulus αρσοτομουλος. hoc ẽ a prĩa lanuginis & barbæ emiſſiõe fuit appellatus. **Iulus** Eſt ẽt Iul⁹ alal multipes pſertĩ adhęrẽs ſiſe Scolopẽdræ. Eſt ẽt hymn⁹ i Cererẽ ut Dydimus ſcri. Vt uero Theophraſt⁹ ait aſinũ quoq; ſignat Iul⁹. ¶ Exercita: ſollicita, ãxia. ¶ Tydidæ: Diomedis: q Venerẽ aeneæ fauẽtẽ, ipmq; nube opiẽtẽ i ſagitta ulñerauit. ¶ Nũc ma. de. quã ſubaudiam⁹. ¶ Cõfũdãt: pturbẽt. ¶ Sedes ſi. iferorũ. Nã aeneas duce Sibylla ad iferos deſcẽdit, ut i carmie Virgiliano ĩ pueris eſt notũ.

¶ In me

¶ In me acui. In iuliũ cęſarẽ e ſanguie meo procreatũ. ¶ Cæde ſacerdotis: põtificis cęſaris. ¶ Flãmas extigui te Veſtæ: religionẽ oẽs atqꝫ pietatẽ ne deſtruatis. Ad id uero alludit poeta: qd ꝑpetuus ignis I Veſtę tẽplo ſeruabat. ¶ Neqcquã. Fruſtra. Neqꝫ.n. ꝓhiberi potuit, qn Iulius Cę. a ↄiuratis trucidaret. ¶ Superoſqꝫ mo. Deos ad miſericordiã cõmouet.

¶ Qui rum. q̄q̄ ferrea Qui q̄uis ingt duras fatorum leges mutare non poſſint: multis tñ ſignis declararunt hominibus ſe ualde cęſaris cęde mœre f. ¶ Ferrea decre. Duras & immutabiles leges. ¶ Veterꝫ ſororuꝫ. Parcarũ & fatorũ. ¶ Signa tamen luctus. Cæſaris cædem euidẽtibus ꝓdigiis: ẽt enumerant: denũciatã fuiſſe mortalibus aperte poeta ſcribit. ¶ Luctus futuri: mœroris tod terrarꝫ orbi futuri ꝓpter Iulii Cæſa. cædẽ. ¶ Arma ferunt inter nigras. Prodigia enũerat poeta: quæ añ cædẽ Iulii cæſaris apparuiſſe tranqllus quoqꝫ & plu. ſcribunt. ¶ Arma crepitãtia. ſtrepitum emittentia. ¶ Præmonuiſſe: ꝓnunciaſſe. ¶ Nefas: nefandã ac ipiam cæſaris pontificis maximi cædẽ. ¶ Lurida lumina: pallida. ¶ Sollicitis terris: anxiis mortalibus ne quid magnæ calamitatis ſibi impenderet timẽtibus. ¶ Sæpe faces uiſę. ſæpe inquit faces ardentes in cœlo ante cædẽ Iulii cæſaris uiſæ fuerunt. ¶ Sæpe inter nibos. Sæpe ingt ſanguinem pluit. ¶ Cærulus lucifer. obſcurus cũ alioqui nitidiſſimus ſoleat eſſe. ¶ Sparſus uultũ. Reſꝑſum & tectũ os hñs. ¶ Atra ferrugie. Nigro colore. ¶ Spſi lunares ſanguine currus: Luna ipſa ſanguineis guttis reſpſa uidebat. ¶ Stigius bubo. Funeſtus. ẽ.n. auis peſſimi ominis. Ea uero apparuiſſe portẽta ait poeta q̄cunqꝫ maximorꝫ malorum prænũcia ſolent eẽ. ¶ Mille locis. Multis in locis. Finitus eſt numer⁹ pro infinito poſit⁹. ¶ Ebur. eburneæ deorꝫ ſtatuæ. ¶ Sãctis lucis. ex ꝓpoſito & uenietia ſubaudiãtur. Sãcti uero luci dñr q diis cõſecrati cædi iure nõ pñt. ¶ Victima nulla litat. Nulla ingt hoſtia deos ſignificat eſſe placatos. Id uero cęſari eueniſſe quo die fuit trucidatus ſcribit Tranquill⁹. Nã pluribus hoſtiis cæſis cum litare nõ poſſet: introiit curiã ſpreta religiõe. ¶ Magnos tumultus: magnã rerũ mutationẽ. ¶ Inſtare: imminere, īpẽdere. ¶ Fibra mõet: exta

Bubo

Sancti luci

ſignificãt. ¶ Cęſũqꝫ ca. Reciſum. nam exta ſine capite ſignificãt mortem alicui iminere. ¶ Nocturnos ca. ul. Nocte canes ululatibus luporꝫ ſimiles uoces emiſiſſe: id qd peſſimũ ẽ omẽ. ¶ Vmbraſqꝫ ſilẽtum: mortuorꝫ animas. ¶ Motãqꝫ tremoribus urbẽ: terræ motu urbe Romã fuiſſe cõcuſſam ait. ¶ Præmõit⁹ deũ: ꝓdictiões: ꝓdigia & portenta deorꝫ. Legẽ.n. fatorũ ne dii quidem ꝓrũpere poſſunt. Fata uero magis preuideri q̄ uitari poſſunt. ¶ Strictiqꝫ ferũtur in tẽ. gla. In curiã pompeii in q̄ ſenatus hẽbatur. Diu aũt conſularũt conſtitueritnꝫ illũ in campo per comitia tribus ad ſuffragia uocantem: patrib⁹ diuiſis e ponte deiicerent atqꝫ exceptum trucidarẽt an in ſacra uia: uel in aditu theatri adorirent. Poſtea q̄ uero ſenat⁹ idibus martiis in curia pompeii fuit edictus facile tẽp⁹ & locum ꝓtulerũt. ¶ Tũ uero cytherea. Mulieris imminẽti ꝑiculo territæ geſtuꝫ exprimit poeta. ſolẽt.n. mulieres I magnis doloribus utriſqꝫ manibus pectus pertere. ¶ Moliur condere. præparat ut abſcondat. ¶ Qua prius infeſto: Paris ut narrat Home. cum menelao cõgreſſus: ope: & auxilio Veneris: quę nube ipſum operuit manus illius fugit. ¶ Et Diomedæos. Aeneas cũ Diomede congreſſus facile interfectus fuiſſet: ut eſt apud Ho. niſi a Venere fuiſſet liberatus. ¶ Talibus hanc genitor. Alloqꝫ. ¶ Sola iſuꝑabile fatum nata mouere. Cum interrogatiõe illuſionis plena hæc a Ioue Veneri dñr. ¶ Mouere. mutare. ¶ Intres licet ipſa. tu ipſa ingt intrare poteſ parcarum & fatorum ſedes. ¶ Trium ſororum T[illegible]rium parcarum: quas Erebi & noctis filias Heſiodus fingit: ꝓp cauſarꝫ obſcuritatem. Põt illy cophron: q a ſint inexorabiles ea rõne: q̄ Cyclopes aliq Imani crudelitate Neptũi filii uocãt. Vñ & parcæ qd nemini parcãt ꝑ ↄtrarium dictæ. Martian⁹ capella parcas deorꝫ ſcribas eẽ ait: q̄ Iouis cęleſtiſqꝫ ſenat⁹ decreta ꝑſcribant. Vitæ autẽ mortiſqꝫ oĩuꝫ præſides fingunt: ei ac uitã nendo ꝑducere. Vnde & lãificæ ſorores dñr: clotho: lacheſis: & atropos. Nã clotho ſuſuꝫ torquet ἀπὸ τοῦ κλώθειν: qd ẽ torqꝫ dicta. Lacheſis filat ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν: quod cuiuſqꝫ uitã ſortiatur. Atropos quod immutari non poteſt: qn filũ truncet fuit appellata. Nã ipſa uitæ humanæ finem imponat neceſſe eſt.

Parcæ tres

Non finit. in me acui ſcelcratos cernitis enſes:
Quos prohibete ꝑcor: faciuſqꝫ repellite. neue
Cæde ſacerdotis flammas extinguite Veſtæ.
Talia nequicquam toto Venus anxia cœlo
Verba iacit: ſuperoſque mouet: q rumpere quãq̄
Ferrea non poſſunt ueterum decreta ſororum:
Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes:
Terribileſqꝫ tubas, auditaqꝫ cornua cœlo
Præmonuiſſe nefas: ſolis quoqꝫ triſtis imago
Lurida ſollicitis præbebat lumina terris.
Sæpe faces uiſæ mediis ardere ſub aſtris:
Sæpe inter nimbos guttæ cecidere cruentæ:
Cęrulus & uultum ferrugine lucifer atra
Sparſus erat: ſparſi lunares ſanguine currus.
Triſtia mille locis ſtygius dedit omina bubo.
Mille locis lachrymauit ebur: cantuſqꝫ ferũtur
Auditi: ſanctis & uerba minantia lucis.
Victima nulla litat: magnoſqꝫ inſtare tumultus
Fibra monet: cæſumqꝫ caput reperitur in extis,
Inqꝫ foro circumqꝫ deos & templa deorum
Nocturnos ululaſſe canes: umbraſqꝫ ſilẽtũ
Erraviſſe ferunt: motamqꝫ tremoribus urbem.
Non tamen inſidias uenturaqꝫ uincere fata
Præmonitus potuere deum: ſtrictiqꝫ feruntur
In templum gladii. nec enim locus ullus in urbe
Ad facinus: diramque placet niſi curia cædem.
Tum uero cytherea manu percuſſit utraque
Pectus: & æthetea molitur cõdere nube:
Qua prius infeſto Paris eſt ereptus Atridæ.
Et diomedæos Aeneas fugerat enſes.
Talibus hanc genitor. ſola inſuperabile fatum
Nata mouere paras? intres licet ipſa ſororum

Tabu/laria ¶ Rerum tabularia. Tabulæ æreæ: i qb⁹ imutabilia ſato
rum decreta ſunt icíſa. ad id aūr alludere uidet Oui. qd
diximus parcas Ceorum ſcribas eē: q̄ iouis & cæli decre/
ta: q̄ mutari nō pñt i tabulis habeant deſcripta. Hæc ue
ro ēt fata uocantur. ¶ Vaſto mo. Vaſtæ magnitudinis.
¶ Cōcuſſū cæli. ɔcuſſionē ēē āt tōitru p̄ piphraſis. ¶ Ada
patrē ē piphraſis: quā. M. A. cū duxiſſet uxorē ſtaliā ſua
dei tēptauit: ſed Auguſt⁹ illis occurrēs apd actiū p̄mon
toriū nauali p̄lio duicit. Alexādria deide potit⁹: quo. A.
cū Cleopatra cōfugerat: cū An. ipm ad mortē adegiſſet:
Cleopatrā cū maxime cuperet ad triumphū ſeruare nō
potuit: aſpidis nāq̄ morſu ante interiit. ¶ Tædæ non

mãte perēni: ppetuo/incor
ruptibili. ¶ Incluſa. ſcul/
pta: incíſa. ¶ Fata tui ge/
neris. Ea oia quę tuo gñri
neceſſario ſunt euentura.
¶ Et referā. pꝗchra phan
taſia ad laudes Auguſti
Cæſaris referēdas ingre
dit poeta. ¶ Hic ſua con/
pleuit. ſextū & quinq̄geſi
mum ætatis annū agens
Cæſar in ſenatu fuit iter
fectus. ¶ Natuſque ſuus.
Octauius quē ex dodrā/
te hęredē Cæſar reliquit
& in familiā: nomenque
adoptauit. ¶ Impoſitum
onus: imperii adminiſtra
tionem. ¶ Cæſi parentis:
nos in bella ſuos. nos ſibi
in bellis fauentes. nā bel/
la ciuilia quæ geſſit Au
guſtus mutīneñſe. philip
penſe. puſinū. ſiculū. acti
acūq̄ quorum q̄tuor priorum
initiū & cām a cæde Cæ
ſaris ſumpſit: nihil conue/
nientius ducens: q̄ necem
auunculi uindicare illiuſ
q̄ acta tueri. ¶ Illius au
ſpiciis. Illius ductu. Nam
cū. D. Brutus mutinæ a
M. Anto. obſideretur: iuſ
ſus eſt a ſenatu Octaui
us cōparato exercitu pro
p̄tore p̄ſſet: & Hirtio ac
Pāſa conſulib⁹. D. Bruto
opē ferre. ¶ Petent pacē.
Quærēt pacem & libera
Pharſa/lia tionē. ¶ Pharſalia ſentiet
illum. Pharſalus urbs eſt
Pharſa/lus Theſſaliæ a Pharſalo
Acriſii filio dicta. Vn/
de pharſalia declinat ac
p theſſalia pōit: in q̄ bis
Romani exercitus con/
flixere: ducibus primum Pompeio & Cæſare. Deinde
Octauio & Anto. cōtra Brutum & Caſſium. Eſt ēt pā
philippi philię urbs pharſalus. ¶ Emathii philippi: macedōici.
Nam Philippi urbs ē macedonię: q̄ pri⁹ crenides uoca/
bat: a Philippo rege cognominata. Nā crenitis a thracib⁹
oppſſis cū opē tuliſſet Philipp⁹: urbē eorum de ſuo nomie
Philippos appellauit. bellū āt philippēſe intacum. M.
Sex. Pōpeius An. & Lepido ſocietate aduerſus Brutū & Caſſiū octa
ui⁹ geſſit. ¶ Et magnū ſiculis nomē: ſextus Pompeius
magni Pompeii fili⁹ cum diu piraticam exercuiſſet ma
gna claſſe p̄parata ſiciliam occupauit: ac ſæpius p̄lio na
uali cū Auguſto ɔgreſſ⁹ uictor euaſit: tādē uero magna
edita pugna ab Auguſto ſupat⁹ mityleñas aufugit. Vbi
a titio quodā fuit iterfect⁹. ¶ Romāiq̄ du. cō. ęgy. deo

Tecta trium. cernes illic molimine uaſto
Ex ære & ſolido rerum tabularia ferro.
Quæ neq̄ concuſſum cæli neq̄ fulminis iram:
Nec metuunt ullas tuta atq̄ æterna ruinas.
Inuenies illic incluſa adamante perenni
Fata tui generis. Legi ipſe animoq̄ notaui:
Et referam: ne ſis etiamnum ignara futuri:
Hic ſua compleuit: pro quo cytherea laboras
Tempora; perfectis quos terræ debuit annis.
Vt deus accedat cælo, templiſq̄ colatur:
Tu facies natuſq̄ ſuus: qui nominis hæres
Impoſitum feret unus onus: cæſiq̄ parentis
Nos in bella ſuos fortiſſimus ultor habebit.
Illius auſpiciis obſeſſæ mœnia pacem
Victa petent mutinæ: pharſalia ſentiet illum:
Aemathiiq̄ iterum madeſcent cæde Philippi:
Et magnum ſiculis nomē ſuperabitur undis:
Romaniq̄ ducis coniunx ægyptia tædæ
Non bene fiſa cadet: fruſtraq̄ erit illa minata
Seruitura ſuo capitolia noſtra canopo.
Quid tibi barbariam genteſq̄ ab utroq̄ iacētes
Oceano numerem? qdcūq̄ habitabile tellus
Suſtinet: huius erit: pontus quoq̄ ſeruiet illi.
Pace data terris animum ad ciuilia uertet
Iura ſuū: legeſq̄ feret iuſtiſſimus auctor:
Exemploq̄ ſuo mores reget, inq̄ futuri
Temporis ætatem, uenturorūq̄ nepotum
Proſpiciens: prolem ſancta de coniuge natam
Ferre ſimul nomenq̄ ſuū. curaſq̄ iubebit.
Nec niſi cum ſenior ſimiles æquauerit annos.
Aethereas ſedes cognataq̄ ſidera tanget.
Hanc animam interea cælo de corpore raptam
Fac iubar: ut ſemper capitolia noſtra, forūq̄

be. fi. nō bene confiſa nu
ptiis. M. Ant. nam & re/
gnum & uitam amiſit.
¶ Nſa ca. Nobis dicata
Vñ & capitolinus Iup
piter fuit appellatus.
¶ Suo ca. ſibi placenti ac
Cāop⁹ grato. ē āt canopus urbs
ęgypti a canopo nauis
Vlyſſis gubernatore, co/
gnominata. ¶ Ab utro
q̄ oceano. orientali & oc
cidētali. p̄dicit autē uene/
ri Iuppiter Auguſtum cę
ſarē totius orbis terrarū
impio potituꝝ. ¶ Pace
da. ter. ani. ut Trāquill⁹
narrat. Auguſtus pleraq̄
Auguſti Cęſaris laudes peſſimi exēpli correxit:
q̄ in pniciē publicam: aut
ex conſuetudine licētiaq̄
bellorum ciuilium durauē/
rant: aut p pacē etiā exti/
terant. Leges p̄terea re/
tractauit & q̄ſdā ex inte/
gro ſanxit: ut ſūptuariā: d
adulteriis: & de pudici/
tia & de maritandis ordi
nibus. ¶ Prolē ſā. d. e. cō.
Tiber⁹ na. tiberium dicit. q ex Li
uia natus ab Auguſto
adoptat⁹ ex dimidia ſex
tāteque & noie hæres fu
it relict⁹. ¶ Curaſq̄. ipe
rii adminiſtrationē. ¶ Nec
niſi cū ſe. yi. & lxx. æta/
tis anno Aug. uitā i oſcu
lis Liuiæ expirauit. In
numerum ēt deorum illū fuiſ/
ſe receptū poeta ait. ¶ Si
miles an. Epitheō eſt an
norum pprīū. Nihil. n. ē ſibi
ſimili⁹ aniſq q ſpi i ſe reuer
tūt. ¶ Cognataq̄ ſi. Ad
romuli & Cæ. ſtellas aſ/
cendet. ¶ Hāc an. ite. hor
tatur uenerem Iuppiter ut Iulii Cæſ. aiam in ſtellam
cōmutet: qd quidē idcirco fingit: qa ludis quos illi prio cō
ſecratos hęrs Aug. edebat: ſtella crinita p ſeptē ɔtinuos
dies fulſit: exoriēs circa. xi. horā: creditūq̄ eſt eē aiaꝫ cæ
ſa. i cælū recepti. Et hac de cā ſimulacro ei⁹ i uertice ad
dit Cometes. q ut ſcri. Pli. in uno totius orbis loco colit.
Romæ admodū fauſt⁹ Diuo Aug. q his uerbis ſuū gau
diū prodidit. His ipſis ludorum meorum diebus ſidus crini
tū p ſeptē dies i regiōe cæli ſub ſeptētriōibus ē ɔſpectū.
Id oriebat circa undecimā horā diei: clarūq̄ & oibus ter
ris conſpicuū fuit. Eo ſignificari uulgus credidit Cæſa.
aiam inter deorum immortaliū numina receptā: quo noie
id inſigne ſimulacro capitis eius: quod mox in foro; cōſe
crauimus adiectum eſt. ¶ Iubar. ſtellam.

¶ Ab excelſa.

Diuus ab excelſa proſpectet Iulius æde.
Vix ea fatus erat: media cum ſede ſenatus
Conſtitit alma Venus nulli cernenda: ſuiq;
Cæſaris eripuit membris: nec in aera ſolut
Paſſa recenté animam cæleſtibus intulit aſtris.
Dumq; tulit lucem capere, atq; igneſcere ſenſit:
Emiſitq; ſinu: ſimul euolat altius illa:
Flammiferumq; trahens ſpatioſo limite crinem
Stella micat: natiq; uidens benefacta fatetur
Eſſe ſuis maiora: & uinci gaudet ab illo.
Hic ſua præferri quãq̃ uetat acta parentis:
Libera fama tamen, nulliſq; obnoxia iuſſis
Inuitum præfert: unaq; in parte repugnat.
Sic magnis cedit titulis agamemnonis atreus:
Aegea ſic theſeus, ſic pelea uincit achilles.
Deniq; ut exemplis ipſos æquantibus utar:
Sic & ſaturnus minor eſt ioue. Iuppiter arces
Temperat æthereas: & mundi regna triformis
Terra ſub auguſto eſt. pater eſt, & rector uterq;.
Dii pcor Aeneæ comites: qbus enſis, & ignis
Ceſſerunt: diiq; indigetes, genitorq; Quirinæ
Vrbis: & iuncti genitor Gradiue Quirini:
Veſtaq; cæſareos inter ſacrata penates:
Et cum cæſarea tu phœbe domeſtice ueſta:
Quiq; tenes altus tarpeias Iuppiter arces:
Quoſq; alios uati fas appellare, piumq; eſt.
Tarda ſit illa dies: & noſtro ſerior æuo:
Qua caput auguſtum: quem tẽperat: orbe relicto
Accedat cælo: faueatq; precantibus abſens.
Iamq; opus exegi: quod nec iouis ira: nec ignes:
Nec poterit ferrum, nec edax abolere uetuſtas.

¶ Ab excelſa æde. Ab alto cęlo. ¶ Num capeſ. Diuinitatem contrahere. ¶ Flãmiferum crinem. cometæ exprimit definitionẽ. cometes. n. ſtella ẽ crinita. ¶ Micat. ſplẽdet. ¶ Hic ſua pferri. q̃uis igr Auguſtus uetet ſua geſta referri meritis Iulii Cæſaris ſui parẽtis: fama tñ illã anteponit inuitumq; atq; in hoc uno populi iudicio Augu- ſti ſnię ẽ pugnat. ¶ Vna in parte. In hac una re. In reliquis. n. morẽ Imperatori Auguſto gerit. ¶ Sic magnis cedit titulis. Iuliũ Cæſarem gaudere ſe rex geſtarũ magnitudine a filio Auguſto ſuperari accõmodatiſſimis pbat exemplis poeta. Notius eſt autẽ q̃ ut hoc loco expõi debeat Agamẽnonẽ, cuius ductu Troia fuit euerſa: mul:o q̃ Atreus pẽ maiora geſſiſſe: necnon Theſeũ atq; achillẽ parẽtes ſuos Aegeũ & Peleũ uirtute & rebus geſtis lõge ſupaſſe. ¶ Dei- q; ut exẽplis utar q̃ ad- duxit exẽpla Oui. uiro- rũ quidẽ pſtantiſſimorũ fuere: ſed Iulio & Aug. Cæſaribus q̃ i numerũ deorũ relati fuerẽt accõ- modata minus eſſe ui- dentur: eo q; deorũ exẽ- plis illud idẽ poeta de- monſtrat. ¶ Exemplis ipſos æquantibus. Aeq̃- libus ipſis Iulio & Aug. Cæſaribus. ¶ Temperat. Moderat & regit. Hoc autẽ eo ſpectat: ut oſtendat poeta ſe meri- to Auguſtũ Ioui compa- raſſe. ¶ Arces æthereas, Cælum. ¶ Mũdi trifor- mis. Ex cælo, æthere & aere cõſtantis. Horũ. n. ẽ gnũ Ioui attributũ poeta. Terrã autẽ ſub Au- guſti imperio eſſe ait. ¶ Pater eſt & rector uterque. Iuppiter & Auguſtus. Iuppiter quidem ſuperiorũ mundi partiũ: Auguſt⁹ uero iferiorũ terræ: mariſq;. Sic Virgilius in Auguſti gloriam. Nocte pluit tota redeũt ſpectacula mane. Diuiſum imperium cum Ioue. Cęſar hẽt. ¶ Dii precor Aeneę comites. Deos penates Veſtãq; & Romulũ & Martẽ: Apollinẽ & Iouẽ: alioſq; pcat poetas ut diu Auguſt⁹ in terris maneat. ſero autẽ i cælũ recipiat. Sic Horatius i primo carminũ lib. Ser⁹ in cælum redeas diuq; lætus interſis populo Quirini. ¶ Dii comites Aeneę. Periphraſis eſt penatiũ deorũ: quorũ ope Aeneas ex hoſtiũ enſibus & Troiæ icẽdio fuit liberatus. ¶ Dii q; idigetes. Qui ex hominib⁹ dii ſunt effecti idigetes a fatis fuerũt uocati. uidetur autẽ poeta iuocare Aeneã quem paulo ante in deum indigetem mutatum fuiſſe ſcripſit. ¶ Genitorq; Quirinæ, Vrbis: Romulũ q & Quirinus fuit appellatus: Vrbis Romæ fuiſſe cõditorẽ ſine admonendum eſt quidem: cum ſit uulgatiſſimum. ¶ Et iuncti genitor gradiue Quirini. Ex Marte q & gradiuus dicitur, Romulũ natum eſſe paulo ãte ſcripſit poeta. ¶ Veſtaq; Cęſareos. Tẽplũ deæ Veſtæ i palatio erat ubi habitabãt Impatores. ¶ Phœbe domeſtice. Vt ſcribit Tranquillus Apollinis templũ in ea parte palatinæ domus excitauit Auguſtus: quam fulmine ictã deſiderari a deo haruſpices pronunciarunt: addita porticu eſt bibliotheca Græca & latina. ¶ Quiq; tenes alt⁹ Tarpeias Iuppiter arces. Altus qdẽ legit in omnibus, quæ mihi uidere contingit exẽplaribus: ſed latius magis ſẽſui, poetæq; eruditioni cõuenire uidet. Nã latialis Iuppiter in capitolio colebat. ¶ Quoſque alios uati. Oẽs deos in homines beneficos complectit hoc uerſu poeta. ¶ Qua caput Auguſtum. hoc ẽ qua Auguſtus in ſedes deorũ cęleſtes: orbe terrarũ quem gubernat relicto tranſferatur. ¶ Abſens. i Cęlũ receptus. Tunc. n. præſens ſupplicib⁹ fauebat. Optat autem poeta: ut diutiſſime uiuat Auguſt⁹, præſenſq; Romãis opituletur. ¶ Iãq; opus exegi. Moris eſt ſẽ poetarũ ut in ſuorũ operum fine aliquid de ſe dicãt: ſic Virgi. quartum georgico. concludit. Hæc ſuper aruorũ cultu, pecorumq; canebã. Et ſuper arboribus Cæſar cum magnus: & altum Fulminat Euphratem. Hanc conſuetudinem Ouidius in fine operis imitatus non nulla in commendationem operis ſui ait. Sic Horatius. Exegi monumentum ære perẽnius: Regaliq; ſitu pyramidum altius. Quod nõ imber edax: non aqlo impotens poſſit diruere: aut innumerabilis annorum ſeries & fuga temporum. Veriſſimus autẽ fuit uates Ouidius. cum enim hactenus tot bellorum incendiis: quib⁹ priora ſæcula arſerunt: abſumptum non fuerit. Vero ſimillimum eſt tam facili præſertim deſcribẽdi libros arte excogitata ſemper eſſe duraturũ: ac elegãtiſſimo cuique igenio maximæ uoluptati futurum. Quanti uero hoc op⁹ faceret poeta hinc facile apparet: quod nulla ui ipſum unquam interiturum ſibi perſuaſit. ¶ Exegi. Perfeci. ¶ Iouis ira. aſpera tempeſtas, fulmẽ. ¶ Edax uetuſtas. Omnia rodens & corrumpens. ¶ Abolere. Deleſ. ad nihilum redigere.

Anima Cęſaris in ſidus (margin, beside "ſtis lõge ſupaſſe … duxit exẽpla Oui.")

Indigẽtes dii (margin, beside "a fatis fuerũt uocati … quem paulo ante")

Veſ⁊ tẽplum (margin, beside "Tẽplũ deæ Veſtæ i palatio erat")

Latialis Iuppiter (margin, beside "Nã latialis Iuppiter in capitolio")

Cõmẽdatio operis (margin, beside "Sic Horatius. Exegi monumentum")

Abolere (margin, beside "¶ Abolere. Deleſ.")

Cum uolet illa dies, quæ nil niſi corporis huius
Ius habet: incerti ſpatium mihi finiat æui.
Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar: nomenq́ꝫ erit indelebile noſtrum.
Quaq́ꝫ patet domitis romana potentia terris
Ore legar populi: perq́ꝫ omnia ſæcula fama:
Siquid habent ueri uatum præſagia: uiuam:

¶ Cum uolet illa dies. De morte ſe nihil curarẽ ait quando ſuũ & opus & nomen immortale ſit futurum. ¶ Parte tamẽ meliore mei. Ingẽio quo nihil meli⁹ cõtigere homini poteſt. Nã ut Cicero in Bruto ſcribit. hominis decus eſt ingenium. Ingenii uero ipſius eloquentia. ¶ Perennis. immortalis: ac per omnes annos duratur⁹. ¶ Inde lebile. icorruptibile. īmortale. ¶ Quaq́ꝫ patet domitis: per totum orbem terrarum ſuum opus lectum iri colligẽs cum illo tempore totus orbis Auguſto pareret: ac ubiq́ꝫ latina lingua in uſu eſſet. ¶ Vatum præſagia. Poetarum diuinationes.

¶ P. Ouidii Naſonis Metamorphoſeos finis.

¶ RAPHAELIS Regii enarrationum in Ouidii Metamorphoſin finis.

¶ Raphael Regius Clariſſimis equitibus Antonio Bulduno, Ioanni Franciſco Paſchalico, Dominico Bollano: eloquẽtiſſimis aduocatoribus felicitatem.

IMprudens ſimul & mei nominis neglector facile haberi poſſem integerrimi aduocatores: niſi aliquot ex earum ineptiarum: quæ mihi falſo aſcriptæ fuerunt: erroribus annotaſſem: uobiſque dicaſſem: non quod iſtiuſmodi nugas ueſtra tam excellenti doctrina eloquentiaque dignas exiſtimem: ſed ut inde apertius cognoſcatis: & me atrociſſima iniuria fuiſſe affectum: & eum librarium quem falſi reum egi uobis impudentiſſime fuiſſe mentitum. Is. n. cũ pro tribunali. ipſi denũciaſſetis: ut & ſe defenderet. Vos nã qᵽ in ipſum eſſe inquiſituros: & quotquot domi meaꝝ enarrationũ exemplaria haberet. publicæ cuſtodiæ traderet. Veritus ne: ut iuſtum ẽ: cõbureret: clamare cœpit: illa: quæ mihi aſcripſiſſet ab hoie docto compoſita fuiſſe: eoq́ꝫ mihi nullam ab ſe iniuriam fuiſſe illatã. Id uero tam pſpicue falſum eſt: ut illaꝝ ineptiaꝝ auctor qſquis fuerit: nemini. n. ne noie qdem eſt notus: nõ loq̃ndi mõ atq́ꝫ exponendi imperitus: uerũ fatuus quoq́ꝫ ab oi q́ꝫ humanitate alien⁹ eẽ dephendat. Si qua. n. prudẽ ia foret: nunq̃ cõmiſiſſet: ut quæ ego ad cõem ſtudioꝝ utilitatẽ i Ouidii Metamorphoſin opus tam uarium: accurataq́ꝫ expoſitione indigena conſcripſeram: ipſe me [illegible]iuente ac id maxime agente: ut quã emẽdatiſſima ederẽtur: manũ apponere ſuſtineret: cũ pſertim is ſit: q nõ dico poetaꝝ ſenſa exponere: ſed ne ab aliis qdẽ plene enarrata percipere poſſit. Quod quidem cũ ex barbariſmis atq́ꝫ ſolœciſmis: qbus iſtius expoſitiões ſcatẽt: tũ ex ſenſuũ uel pceptu facillimoꝝ perueſione carminũq́ꝫ deprauatione manifeſte colligi põt: ut nulla alia de cã impitus iſte a pfido illo librario inductus eſſe uideatur: qui enarrationes meas iſtiuſmodi ineptiis inquinaret: q̃ ut me: ubicunq́ꝫ Romana uigeret lingua: i oẽ tẽpus ſugillaret atq́ꝫ iſamaret. Niſi. n. id q̃ſiſſet: tantiſper certe expectaſſet: dũ ego totum op⁹ relegiſſem: ac quæ librarioꝝ negligentia inuerſa putabã correxiſſem: ſed fœdiſſimaꝝ deprauationũ ſibi cõſcius: quas plerisq́ꝫ in locis: ut malignis qbuſdam & inuidis anſam in me debacchandi q̃rentibus obſeq̃retur: admittendas curarat: eũ meis enarrationibus finẽ appoſuit: quo & mihi in cõem ſtudioſoꝝ iuuenũ utilitatẽ uigilanti fœdiſſima macula eſt iuſta: & omnes, qui Ouidii metamorphoſin cũ meis enarrationibus ſe emere putarũt: iniqſſime fuere decepti. Quod ſi ii grauiſſime puniuntur: q in priuatis chirographis aliiſq́ꝫ inſtrumẽtis falſi aliqd admittunt: quo quis uel paucis pecuniis fraudetur: quanto maiore ſupplicio is eſt coercendus: q id genus falſi cõmiſit: quo nõ ſolũ ab illa quãtulacũq́ꝫ doctrinæ fama: Vnde omnes noſtræ diuitiæ pendent: omniq́ꝫ honore: ſine quo iniucunda hominibus ingenuis eſt uita: ſcelere perfidiſſimi iſtius librarii in omne tempus ubicũq́ꝫ Romana eſt in uſu lingua: iniqſſime ſum priuatus: ſed maximũ quoq́ꝫ ſtudiis detrimentum fuit inuectum. Pauci nãq́ꝫ e doctis: ut alia omittam: quicq̃ opeꝝ ſuoꝝ emittere poſt hac nõ audebũt: uerentes ne id ſibi accidat: qđ mihi quorundam conſpiratione euenit. Quãobrẽ integerrimi ſimul & eloquẽtiſſimi aduocatores ſtudioꝝ cauſam ſuſcipite: iſtũq́ꝫ falſarium ita coercete: ut aliis exemplo ſit: ne cũ maximo & auctoꝝ dedecore & diſciplinaꝝ detrimento ea flagitioſe corrumpãt: quæ ad publicam utilitatem fuere conſcripta. Sed cum p̃iudicio ueſtro iã ſit dãnatus: nulla q́ꝫ uobis ſit opus exhortatione: ad non nullos ex fœdiſſimis illius imperiti pædagogi erroribꝰ: qui nomini meo falſo aſcripti fuerunt annotandos deſcendamus. Quiſquis igitur iſte fuit: qui nulla humanitatis habita ratione tam improbe in mea inuaſit: ſuaq́ꝫ falce obtuſa & rubigine confecta meam ſegetẽ ſuccidere conatus eſt: neq́ꝫ boni neq́ꝫ docti uiri officio eſt functus. Quã uero ſit ſcribendi pitus ex prima ſtatim ipſius expoſitione facile unicuiq́ꝫ uel

Primæ expoſitionis errores

mediocriter docto liquere poteſt. Ab hoc nanq́ꝫ uerſu initium ſumit. Oraque uenturis aperire recentia fatis. Tages inquit: ut ſcribit Cicero libro de diuinatione: puerili ſpecie fuit cœpitq́ꝫ affari aratorem. Ille territus clamans conſciuit totam etruriam: quæ uno conuentu Tagen loquentem audit. Sermo autem fuit exceptus & ſcriptus libris etruſcorum habituſque eſt pro aruſpicina. Inde enim aruſpicina ſumpſit artem & principium. Lucanus. Sed cõditor artis finxerit iſta tages. Plinius tamen non tagen: ſed delphon fuiſſe ſcribit. Tot eſſent in hac prima iſtius imperiti expoſitione annotanda. Vt unde potiſſimum principium ſumam ignorem: ſed cum uel lecta ſolum pulcherrime artificem prodat: paucis admodum ero contentus: illudq́ꝫ omittam: quod hanc de tage hiſtoriam mihi pauloante: ubi poeta illam deſcriberẽ cœpit: perſpicue enarratam: iſte uanus commentator: ut ego quoq́ꝫ hoc uerbo utar: in eum tranſtulit uerſum: cui minime conueniebat: ut & a Tage exponere cœpiſſe uideretur: & Ciceronẽ i libro de diuinatione allegaret: quod quidẽ opus ſi diligenter: ut uult uideri: legiſſet: nunquam tam agreſti ruſticaq́ꝫ oratione uſus fuiſſet. neq́ꝫ libro ſine illa in præpoſitione dixiſſet: & ſecundo appoſuiſſet: cum non unum ſed duos Ciceronis de diuinatione libros extare etiã libra rii non ignorent. Ex hoc uero facile demonſtratur iſtum alienis pedibus ambulaſſe: hancq́ꝫ de Tage hiſtoriam aliũde q̃ ex ſecũdo Ciceronis de diuinatione libro ſumpſiſſe: ſed quia ita loqtur⁹ Tages puerili ſpecie fuit cœpitq́ꝫ affari aratorem. ille territus clamans conſciuit totã Etruriam. Profecto nemo: niſi plane barbarus & agreſtis ab omniq́ꝫ elegãtia

alienus. Cur uero id omiſerit in hac referenda hiſtoria: quod maxime ad eorum: quæ a poeta narrantur expoſitiones
neceſſarium eſt: haud facile dixerim: niſi fortaſſis eam breuitatis habuit rationem: ut & ſuperuacua aſcribat: & neceſſa
ria prætermittat. Ouidius quidem glebæ metamorphoſin in puerum deſcribit: de qua iſte ne uerbum quidem ullū fa
cturus non tacturus: niſi prorſus eſt ſtolidus: ſi quæ in ſecundo de diuinatione libro a Cicerōe de Tage ſcribūtur: legiſſet
Inde enim Ouidius: quæ de Tage ipſo narrat: ſumpſiſſe uidetur. Ita nāq; Cicero ſcribit. Tages quidā dicitur i Tarqui
nienſi agro cū terra araret: & ſulcus altius eſſet impreſſus: extitiſſe repēte & eū affatus q arabat. Sed qui iudicio carent in
omnibus fere uel minimis labuntur. Eoque magis ſi malignitas quoq; igenii tarditati accedit: id quod facile ex eadem
expoſitione demonſtrat. Ille territus. inq; clamās cōciuit totā Etruriam: illa nanq; duo participia imperite fuerunt co
pulata: & illud uerbū cōſciuit. citra. ſ. literā fuerat ſcribendū. Sed barbariſmi oēs quoſcunq; iſte admiſit: in librarioꝝ ne
gligentiā referātur. Tātam uero bubulco fuiſſe nocē: ut totam ſuo clamore concitauerit etruriam: nemo unq̄ niſi plane
fatuus affirmauit. Vt aūt alias iſtius ineptias omittamus: quod ſubiicit: nō ne illū penitus ingenio carere oſtēdit? Inde in
qt aruſpicina ſumpſit artē & principiū. Si haruſpicina eſt ars: quomō artē aliūde ſumere pōt: & putamus illū recte Qui
ntiliani finem expoſuiſſe: qui uel in minimis quibuſq; tā pueriliter labatur. Sed ne illud qdē quo prima iſtius expō claudit
Secūdæ expoſitionis errores
ineptiis uacat. Plinius tū inquit: nō Tagen ſed Delphon fuiſſe ſcribit. Vt. n. taceā q agreſtis eſt iſta locutio. Pliniū cuius
uerba iſte non pcipit a Cicerōe Lucanoq; diſſentire aiēt: Plinius Delphon primū haruſpicinæ iuentorē fuiſſe ſcribat
Cicero aūt & Lucanus Thuſcos illā a Dage accepiſſe dicāt. Illa uero quæ ſubiicitur expō facile demōſtrat illū ne rudi
mentoꝝ quidem grāmatices eē peritū. Indigæ inquit populi geniti ex etruria. Pueri certe q̄nuis rudes nō ex Etruria
ſed in Etruria genitū eſſe aliquē dicerēt: niſi forſitan iſte ſibi pſuaſit hoies: ut mures interdū ex terra gigni ſolere. Quid il
Tertiæ errores
lud quod de haſtæ Romuli iactu ex Plutarchi ſnia ſcribit: non apte coarguit illū nō mō literaꝝ eſſe expertē: uerum cō
muni quoq; ſenſu carentē. Romulus inquit (ut ſcribit Plutarchus) lanceā corneā iaculatus eſt experiendi ingenii gratia.
Quis unq̄ ingenii experiundi gratia aliquē haſtā iaculatū eſſe diceret? Profecto nemo: niſi uecors: eius præſertim apud
Quartæ errores
Plutarchū legatur. Sui experiundi gratia: hoc eſt ſuaꝝ uirium. Illud quoq; de eadem arbore inſulſe ab iſto fuit ſcriptū. In
teriit aūt cum. C. Cæſar propinqua arbori loca fodi mandaret. Neq; n. tunc exaruit arbor illa: cū Cæſar mandauit illic
gradus & aſcenſus inſtruendos: ſed cum radices a fabris fuerunt excīſæ. Verū hoc iſtius tarditati remittatur. Illā lectio
nē quis in pædagogo pueros docente ferat? Cum Cæſar loca fodi mandaret. Certe niſi poetica licentia ſe tueatur: uer
Quintæ errores
beribus error iſte foret caſtigādus. Mādo nāq; ut cures: & hanc rem curandam mando: elegāter: latineq; loquētes dnt.
Quid illa nōne ē & ipropria & falſa? Stabat. Firma erat. Stare nanq; nō firmū: ſed erectū eē ſignificat. Stare ſi qdē &
columnæ & arbores dnr: tantiſp dū nō cadunt. Illud minime mirandū in iſto commentatore nouo fore: q p quæ ſunt
in carminibus deprauata non corrigit: niſi multa temerarie deprauaret. Hic. n. uerſus. At ſua fulminea qui uidit Cipp°
Sextæ errores
in unda: mendoſe legitur: neq; ab iſto emēdatur: quodquidē primū expoſitoris eſt officium. Tametſi nāq; in exēplari
bus at ſcriptū ſit: loco tn̄ illius hoc aduerbium ut eſt reponendū: ita exigente ſententia: quam iſte nondum percepit. De
Cippo uero ne unū quidem uerbū facit: pinde atq; ſi notiſſima hiſtoria foret: ac non & nom & appellatio Cippus eēt
id quod a diligenti grāmatico fuerat admonēdū. Sed quid in eo diligētiā exigo? q ipſa eſt negligentia: id uero facile ex
Septiæ errata
eo colligiſ: qd de Roma ſcribit: nā Roma in latio erat. Erat inq: quaſi nunc in latio non ſit Roma: ſed in Apuliam com
migrarit. Finis nō erit: ſi oia iſtius errata pſequi libuerit. Verū illud quoq; aperte oſtēdit: q̄ ſit aptus exponēdis auctori
bus imperitus iſte pædagogus. Succinctis pinetis. Denſis (inquit) & alligatis pinetis. Nouas iſte expoſitiones importat. Ne
mo ſiquidē grāmaticoꝝ unq̄ aſſeruit ſuccinctus denſum ſignificare. Succincta nāq; pineta dnr: quod fere & pcera ſint
Octauæ ineptiæ
& iuxta cacumē ramos emittāt. Vt ſuccincti milites appellantur altius cincti: ac breuiores induti ueſte. Sed ille quoq;
quæ infertur expoſitio ineptiis non caret. Iugerū. n. non a iūgēdo (ut iſte putat) ſed a iugo (ut Varro ait) eſt declinatum.
Quid illa quæ ſubiicitur: nōne fœdiſſimum redolet ſolœciſmum? Portæ quoq; quā intraturus erat. Per portā itraſ di
cendum eē ne ſemel quidē ignorāt: illud euangelicū ſæpius audientes: qui nō intrat p hoſtiū fur eſt & latro. Sed iſte
Nonæ errata
licentia poetica libenter utitur: q̄ſi nihil poetæ nihil aliud habeat q̄ furorē. Quo quidē actus pleriſq; in locis: q̄ nihil ad
propoſitū faciunt adducit: quæ uero maxime neceſſaria ſunt: prætermittit. Sed utinā omnia ꝑtermiſiſſet: neq; tā inſul
ſa locutione uſus fuiſſet. Inſula ea inquit erat in Tyberi facta ex ſegete Tarquinii ſuperbi: ut uoluit Liuius: barbara ē
& agreſtis: neq; ab ingenuis agnoſcenda iſta eſt oratio: rurſuſq; unde uēit eſt remittēda. Hoc uero ſuſtibus eſſet caſtigā
Decimæ errores
dum quod temerarius iſte Ouidium agit imperitiæ reum: falloque ab illo: cuius uerba non percipit: Plinium diſſentire
ait Ouidius: nanque ex ſententia præſtantiſſimi cuiuſque geographi: Delphos in medio orbis terrarum eē ait. Iſte ue
ro Plinium falſo ait dicere Italiam atque Siciliam eſſe medium mundi: quod quidem Plinius ipſe nunquam ſcriptum
reliquit: cum geographi omnes idcirco Delphos umbilicum orbis terrarum eſſe dicant. quod ſunt in meditullio or
Vndecimæ
bis extructi. Sed perfido illi Scotæ a quo fuerat exigua mercede nulla alia de cauſa conductus. q̄ quod & fatuum ip
ſum cognoſcebat: & imperitum ſatiſfacere: pulchrum putauit. Vnde & medium mundi ait. Sed quid orbis? quid mun
dus ſit? quid mirum eſt iſtum ignorare? cum ubique tam pueriliter cadat. Quod enim ait. Epidaurum etiam inſulam
fuiſſe in mari Illyrico: quæ nunc Raguſium dicatur: falſum eſt: cum Raguſium in continenti ſit: nec inſula unquam fuiſ
Duodecimæ
ſe ſcribatur. Quod uero allegat Ariſtotelem: facile iſtum quiſquis ſit: maximum eſſe nebulonem oſtendit: cū nec libri
meminerit: nec illius ſcripta perceperit unquam. Verum fatuus iſte ſibi perſuadet expoſitiones illas maxime accuratas
eſſe: in quibus multa præſtantum auctorum nomina ſint inſerta. Inſulſum eſt & illud & falſum. Qui nunc Auſonii no
minantur. Nulli nanque ſunt populi in Italia: qui nunc Auſonii nocentur. Sed ne illud quidem rectius eſt literis com
Tertiæ decimæ
mendatum. Dicta eſt auſonia ab Auſonio Vlyſſis filio. Auſoniam & Auſones populos antiquiſſi. olim Italiæ ab Auſo
nenon Auſonio Vlyſſis filio denominatos fuiſſe: & alii geographi: & Stephanus ſcribit. Illa quoque expoſitio quæ in
fertur: ut omittam: q inſula eſt: defendi non poteſt a ſolœciſmo: niſi hoc pronomen ſe aſcribatur. Contendunt inquit
legati exponere Phœbi reſponſa: & illo iubente Aeſculapium petere. ſed ne illud quidem recte eſt enarratum. Variat
ſentētia. uariæ erant opiniones. Propriæ nāq; ſententiæ dicuntur in ſenatu: cū ſenatores aperiunt qd ſentiāt de re: de q̄
cōſulatur. Quo uero ſenatores ait artynos a Plutarcho appellari putidum eſt: cū neq; ad propoſitum faciat: nec cur ita
appellētur expōat. Quid illud nōne odioſe affectatum? Extrema pars diei inquit: quæ a Macrobio dicitur ſuprema te
peſtas. Quid. n. ad expoſitiōem facit? ſi extrema pars diei a Macrobio ſuprema tempeſtas uocatur. Quod uero ait dif

Quartę ſinitio noctis:quæ(ut ſcribit Plinius)eſt umbra noctis. Somnolentum eſſe iſtum pædagogum conuincit. Nox enim eſt
decimę umbra terræ non noctis. Nihil enim per ſe ipſum definitur. ſed ne illa quidem expoſitio eſt approbāda. Conſiſtere. Ap
pare re noctu Romanis. Quaſi uero conſiſtere ſit noctu apparere. Aut conſiſtere ante thorum:nulla idigeat expoſitione.
Sed qualis in æde. Quæ de Macrobio iſte deſcripſit de draconum formis:nihil ad huius loci faciunt expoſitionē. Quod
Quītæ uero maxime eſt neceſſarium:nihil exponit qualis in æde æſculapius coleretur. Fatue autem colitur pro colebatur po
decimæ ſuit:cum æſculapius nuſq̄ nunc colatur:niſi forte inſanus iſte illi quoudie ſacrificat:ut ſibi mentis ſanitas reſtituat: qua
ipſum carere etiam quod ſubiicitur oſtendit. Ad templa operoſa:opere inquit ellaborata. Templa nanq; operoſa dicū
tur multis operibus, multoq; labore confecta. Cum uero ellaborata per duplex. ll. ſcribat: facile declarat ſe nō minus
Sextæ ſcribendi q̄ loquendi eſſe imperitum:ſed & iſte & alii barbariſmi in librariorū:ut dixi incuriam referant. Illa uero q̄ ac
decimæ curata:atq̄ apta eſt expoſitio. Deus aureus. Cærule⁹ inquit ut ſolent ſerpentes. Quid iſto inſulſius? Cæruleus nāq; ab au
reo ſic eſt diuerſus:ut nullam cum illo habeat affinitatem. ¶ Ver poeta ad aureum ſimulacrū alludit. Sed ne illa qui
dem citra ineptias. In ſerpente: Deus in ſerpentis formam. Immo uero in ſerpente deū fuiſſe poeta ait. Nec illa Littora
Decimę ſcyllæa. ſcopolus ſcyllæ ſi aliter exponere nolebat:ſaltem per accuſatiuum enunciaſſet. Quæ uero ſubiicitur ē ne expo
ſeptimę ſitio an cōfuſio potius appellanda? Iapygia inquit ab Iapte Dedali filio:ut Plinius ſcribit:ea a Græcis meſſapia uocata
eſt:auctor Strabo:q̄uis Plinius Meſſapiam ſcribat calabriam eſſe a duce appellatam. Quid primum in iſta reprehēdā i
expoſitione? Omnia nāq; forēt trāſuerſo calamo notanda:cum neque a Iapte Iapygia:ſed ab Iapyge Dedali filio dica
Decimę tur. & Strabonem Pliniumq; inuertat:& in ſingulis nihil mihi eſt immorandum. Fatua quidem eſt etiam illa. Leuis re
octauæ mis. In leuam partem remigantibus:cum remi nunq̄ remigare dicantur. Ac ea quidem quæ uel cæcis aperta ſunt: ut
eſt in prouerbio:nouus iſte cōmentator exponit. Quæ uero ſunt abſtruſiora:de iis ne ullam quidem facit mentionem.
De amphryſiis ſaxis & celentis perinde atq; ſi loca eſſent oībus uulgatiſſima:miræ agit ſilentium. Quod quidem ſi & ī
Decimę aliis feciſſet:rectius ſibi conſuluiſſet. neq; ſibi permiſiſſet ea deprauare:quæ nihil percipiebat. Nā temerarius iſte pæda
nonæ gogus:qui ſibi falſam ſcientiæ induit perſuaſionem:id imutare auſus eſt:quod q̄uis mihi quoq; deprauatum uideatur in
oibus tñ exēplaribus & uetuſtis & nouis quæcūq; mihi uidere contingit:uel Romechium uel Rometium eſt ſcriptum.
Quæ quidem noīa cū nullam cū plemmyrio:quod loco eorū citra ullam priſtinæ lectionis mentionem iſte repoſuit ha
Vigeſi beant ſeſe affinitatē:minime fuerant de uerſu tam temerarie tollenda. Adde qd plemmyrium in ſicilia eſt iuxta ſyra
mę & re cuſas:& Oui. loca Italiæ maritima ad quæ uectus eſt æſculapius enūerat. Quare iſtius temeritas in deprauandis co
liquaę dicibus:non uerbis:ſed uerberibus coercenda foret. Ego quidem multum diuq; dubitaui quomodo foret legendū: &
ieptiæ q̄q̄ exiſtimē me correxiſſe:nihil tamē in uerſu imutare ſum auſus:quod nullū uidi exēplar quod mihi aſſipulet. Sed ut
tritum eſt prouerbium:ſtolidis, morionibuſq; oia permittuntur. Age uero q̄ ſcite caulona exponit. Montem inquit cala
briæ uel oppidū:ut Plinius tradit. Immo & mons & oppidū eſt caulon:qui etiā aulon uocatur. De Naryca uero nullam
facit mentionē:non taciturus ſiquid unq̄ de illa legiſſet. ¶ Quid uero illa ſibi uerba in leucoſiæ expoſitiōe uelint: uide
rit ipſe. quæ inquit hoc in loco infecta periit. Obſcuriora certe ſunt quam ut exponēti conueniant. Sed quid ineptias iſti
us infectoris? omnia uel ſpongia delenda uel igni tradenda forent. omitto igit quod tepidum pro amœno exponit: & il
lud in quo oppido uno anno bis roſæ naſcebant. Nam & ille ablatiuus uno redundat:& nunc quoq; bis anno roſæ na
ſcuntur. Sed quid de capreis dicemus:quas & iſulas cāpaniæ eſſe ait:& a papinio chęleboas uocari. Capreę nāq; nō ca
preæ dnr. neq; plures ſunt iſulæ ſed dumtaxat una. Neq; a papinio chęleboę appellant:ſed teleboū ſedes fuiſſe aſſerū
tur. Quid quod ſciolus iſte pædagogus:ſi diis placet:Ouidium ſugillare atq; irridere conatur? cur autē inquit Ouidius
generoſo palmite dixerit:uiderit ipſe. Perinde atq; ſi uinum Surrhentinum apud priſcos maximo in pretio non fuiſſet.
Illud uero quod ait. Non ſtabias ſed ſtatinas eſſe legendum:nōne iſtum & ſenſu & flagris indigere oſtendit:cū ſtabias
& exemplaria habeant:& Plinius oppidum eſſe cāpaniæ ſcribat:quod abierit in uillas. Niſi iſtius pædagogi temeritas
retundatur:oia uī corruptur⁹. Sed quid multa de iſtius erratis:cū plura pene ſint q̄ uerba? Quapp ſinē faciā:ſi prius
illud teſtatus fuero:me ignorare:quid ſibi illa expoſitio uelit:ſi inueſſa in ſetano ſita eſt ſitu a quo nomē uendicat. Et p
ximæ calidæ ſunt balneæ. Illud quoq; me deponere calamū nolentem detinet:quod Ancon iſto in loco ab iſto & legit
& exponitur. Et ſpiſſi littoris Ancon. Ancon inquit græca ciuitas eſt a ſyracuſanis condita:quod quidem uerum eē nō
diffiteor:cum geographi omnes id tradant. Sed Aeſculapius per mare tyrrhenum uectus eſt Romam:non per Adriati
cum:a quo Anconæ muros lancinari etiam nauiculariis eſt notū. Nō ſolū aūt geographiæ rō iſti repugnat deprauatæ
lectioni:ſed etiam hiſtoria:quā diffuſe Valerius deſcribit. Quæ uero ab iſto ſubiiciunt de Apollinis & fortunæ templo
fatua ſunt & inſulſa. neque a Valerio ſcribuntur. Illud uero inſulſiſſime dictum eſt. C. Cæſarē laudat:ut oſtēdat ſe ſū
pſiſſe principium a chaos & ad Cæſarem perueniſſe. Neq; n. Oui. pp illud Cæſarē cōmendat:ſed in gratiā Augu cuſ
& elegantius metamorphoſin animæ Cæſaris in cometem cū ſuperioribus connectat. Illa uero nō ſolū inepta ſed falſa
quoq; eſt expoſitio:præponendus eſt Auguſtus cunctis Cæſaris geſtis. Ouidius nanq; hoc non ait:ſed adoptionē Au
guſti omnibus Cæſaris geſtis anteferēdam cenſet. Falſum eſt illud quoq;:quod fatuus iſte refert. Flāmas Veſtæ. Hoc
ideo dicit:quonīā(ut tradit Feneſtella)ueſtales flagris cædi iubebantur a pontifice:ſi ignis ſanct⁹ eſſet extinct⁹. Hoc
enim non ſenſit Ouidius:ſed per flammas Veſtæ intelligit religionem. Sed ne illud quidem ē uerū:quod parcas a par
tu ex ſententia Fabii dictas eſſe ait. Quid? Illud eſt ne accurate expoſitum? Media cuꝫ ſede ſenatus. Ven⁹ inqt i curiā
Pompei, ubi Cæſar fuerat occiſus, a nullo perſpecta deſcendit. Non enim fuerat occiſus ſed erat occidēdus, ſcriber de
bebat iſte pędagogus. Anteq̄ enim occideretur Cæſar:iam Venus in ſenatum deſcenderat:ut illius animā exciperet in
cœlumq; tolleret. Illud uero nihil percipiens in contrarium uertit ſenſum. Vnaque in parte repugnat. Fama inqt in cæ
teris fauet Auguſto. In hoc ei aduerſatur quod ſe patri pſerat. Nō ſolū autē Oui. ſed ſibi quoq; ipſi ɔtradicit. Nā paulo
ante ait. Fama pponit Auguſtū Iulio Cæſa. q̄uis ipſe hoc nollet. Nūc uero cōtrariū ait. Illud quoq; pperā exponit. Pr ē
& rector uterq;:Vterq; inqt Iulius & Auguſtus. Immo uero Iuppiter & Augu. Tale eſt. n. q̄le illud uirgilianū. Nocte
pluuit tota:redeūt ſpectacula mane. Diuiſū iperiū cū Ioue Cæſar hēt. Hoc uero q nō uidet:exponēdis auctorib⁹ nihil ē
aptus. Sed de pędagogi iſtius temerarii ieptiis plura q̄ propoſuerā:nō tam q ulla annotatiōe digna putarī:q̄ ut & uos
Eloquentiſſimi aduocatores:& p uos ſtudioſi oēs cognoſcerent iſtiuſmodi ieptias meis enarrationibus nulla alia de cā
a ſcelerato illo librario fuiſſe aſcriptas:q̄ ut me meaq; oia euerteret:ac ubiq;:& in oē tēpus iſamaret:anſamq; inuidis ac
ſemidoctis quibuſdā in me debacchandi præberet. Valete clariſſima eloquentiæ, ſenatuſq; Veneti ornamenta.

¶ Raphael.